EVTYCHI AVGVSTINI NYPHI PHILOTHEI SVESSANI METAPHYSICARVM DISPVTATIONVM DILVCIDARIVM AD EXCELLENTISSIMVM AC MAGNANIMVM COMITEM SEVERITANVM ANDREAM CARAPHAM LITTERATORVM COMMVNEM BENEFACTOREM.

Nyphi.

Augustini Nyphi Suessani Epigramma ·

Cum nostrum mauors totum sibi uendicet æuum:
Et magni reges tristia bella gerant:
Cur non & nobis liceat certare libellis?
Quærere & æternum docta per arma decus?
Nos pallas quoque bellipotens in prælia ducit:
Et ueri causam diua fouere iubet ·
Tu tamen Andrea præstans belliq; togæq;
Vsq; faue: nobis numinis instar eris ·
Namq; tuis ibo auspiciis si fretus in hostem /
Victricis linguæ præmia certa feram ·

Eiusdem aliud

Aspice regna cadunt ut cuncta urgentibus annis
Humanæq; ruunt conditionis opes:
Fortuna uariante uices ut uindice nullo
Barbara res italas agmina mille premunt ·
Cum tua sydereas mens alta aspiret ad arces
Andrea illustris marte: togaq; potens:
Accipe ducentem meliora in regna libellum
Et mecum superi gaudia nosce chori ·
Subtrahitur mens nostra malis præsentibus alte:
Dum uacat his studiis/munere læta suo ·
At cæcam rerum dominam licet ipse fauentem
Parentemq; tuo feceris ingenio:
Fortunæ studia ista bonis connecte: beatam
Tum uitam in terris experiere deum ·

Hieronymi borgii Carmen ·

Cum terræ infestam magnus Tyrinthius hydram
Vltor & arcadicum perdomuisset aprum;
Diuinos illi cultus bene grata uetustas
Exhibuit: sacros instituitq; focos ·
At nos quem Nypho meritum tribuemus honorem?
Qui medicam afflictis mentibus edit opem ·
Quis non herculeis præstantia munera Nyphi
Præferat; & tantum tollat in astra uirum?

Ille feras hominum lædentes corpora uicit:
Fortior hic animis noxia monstra domat.
Ille uias faciles ac reddidit ocia terris:
Hic facile ad cœli gaudia fecit iter.
Indidit hic animis fulgentia lumina nostris:
Ac diuina dedit ueraq; nosse bona.
Nec minus Andrea fatis crudelibus actæ
Debebunt musæ doctaq; corda tibi.
Te sibi iam sperant post mille pericula portum/
Te fore confugium præsidiumq; uident.
Nam doctos tu doctus amas:cõmunia cunctis
Aere tuo Nyphi tot bona rara facis.
At meritis tibi pro tantis æterna rependent
Præmia: pægasides uel potiora deæ:
Namq; tuam extendent uentura in sæcula famam:
Nec tua delebit nomina tempus edax.

Ioannis Francisci Anisii carmen.

Magno ab Aristotele effingi natura secundum
gaudet:Romano gaudet & eloquio.
Te propter sublimis honos/domus alta tonantis
Panditur/& summa fulget ab arce deus/
Perge Gniphe antiquos fama præuertere graios/
Et uolita audaci fronte per ora uirum.

AVGVSTINI NYPHI SVESSANI METAPHISICARVM DISPVTATIONVM: DILVCIDARIVM AD EXCELLENTISSIMVM ATQ; MAGNANIMVM COMITEM SEVERITANVM ANDREAM CARAPHAM LITTERARVM COMVNEM PROTECTOREM.

Præfatio.

Obertus secundus Sanseuerinius / Andrea Carapha Comes magnanime / Salernitanus Princeps: qui pro incredibili erga litterarum studia propensione magno cum litteratorum dolore ac iactura: nuper e uita discessit: Alta quadam mente conceperat Salerni egregiam constituere academiam: Salernitanumq; Gymnasium olim celeberrimum / non modo in antiquam restituere nobilitatem: sed elegantiores: melioresq; litteras / tum Græcas: tum Latinas introducere: Quam ad rem magnanimo sane Principe dignam: Aldum manuentiũ Romanum: bonarum litterarum reparatorem: Venetiis aduocare decreuerat. Itaq; cum Phylosophiæ studia in primis stabilire curaret: me inter priuatos lares / ob turbationes horum miserorum temporum: in patria philosophantem: ad id munus miro cum desiderio arcessiuit. Cumq; legendi munus exequerer: & hæc nostra eius animum: mirum in modum oblectarent: iussit etiam ut omnes Aristotelis libros diluci darem: & medius fidius nõ iniuria: nam qui ante nos expositores scripserunt: non una exponendi ratione profecti sunt: alii nanq; cauillis omni ex parte immersi / illos cauillose atq; sophystice interpretãtur: Alii factionibus addicti / præcepta illa Aristotelis diuina pœnitus factiose cõmentantur: quod non sine admiratione est: in uno omnium auctore clarissimo tot hereses adinuenire: qua ex re decreuimus & omnes Aristotelis libros: & ea cuncta / quæ confuse nostris in comentationibus diximus: nunc dilucidare. Librum ergo omnium curiosissimum / comunissimum / præ ceterisq; fertilissimum / Metaphisices uidelicet: enucleare dilucidareq; statuimus. Erit enim Aristotelis libri / & eorum quæ in naturalibus scripsimus: summũ quoddam dilucidarium. Verum illud silentio transeundum non puto q̃ plures ante nos claruisse uiros: qui

ſummo ſtudio metaphiſicis incubuere diſputationibus/græcoꝝ tamen & Arabũ legimus neminẽ :qui hac in ſcientia diſputatiue inceſſerit/niſi Auerroem:qui aduerſus Algazelem/metaphiſicas edidit diſputationes: Alexander enim aphrediſeus bonũ egit expoſitorem : Auicenna more boni paraphraſtici:Auerroes aũt contra Algazelm & diſputatiue hac in ſcientia proceſſit: & ut peripatheticis ſatiſfaceret/ẽt more cõmẽtatoris· at latinoꝝ omne genus ſcriptoꝝ euoluimus/exponẽdi quidẽ munus noſter Thomas aquinas præcipue abſoluit · diſputandi uero : qđ ad mentem peripatheticoꝝ feciſſe credidit Ioannes gandauenſis · Albertus cognomento magnus/partim paraphraſtice / partim diſputatiue fertur : cœteri quoq; recentiores metaphyſici:quos cum a comuni uia diſcedãt: exteros uocant/ quorumq; princeps nunc eſt Ioannes ſcotus / arbitrati ſunt hoc diſputandi genus adeo attigiſſe ; ut neminẽ dicant methaphiſicum/niſi qui in eorum exteris doctrinis fuerit diſertiſſimus: Sed quia nos credimus hoſce multa ex ingenii acumine adiiciſſe ; quę huic diuinę ſcientiæ nullatenus neceſſaria uidentur: pro bonoꝝ peripatheticoꝝ dilucidatione metaphiſicas diſputationes compoſuimus :in quibus iis occurremus omnibus : qui a peripatheticorum mente cauilloſe deuiarunt / mentẽ ipſorum ueram dilucidando · unde hic nos dilucidatores ſumus/ dilucidatoreſq; uolumus appellari : Librum quoq; noſtrum dilucidarium quatenus in omnibus quæſitis opinionem peripatheticorum dilucidamus / nec non & multa quæ in phyſicis cõmentationibus minus lucide ſcripſimus· Verum cũ ingeniis humanis ſit tanta inueniendi ueri cura & ardor ut perſæpe huius deſiderii cauſa nullis parcamus auctoribus/nec ipſis etiam præceptoribus/quibus maxime debemus / non potui ipſe etiam ueritatis amore calamum temperare : quin quod ſentirem eodẽ modo ſcriberem/& nonnunllos carperẽ:qui carpendi iure uiderentur · In quibus quidem ſunt pleriq; quorum auctoritas ſuperioribus ſeculis permagna fuit / & adhuc uiget etiam pœne in uniuerſa Europa : quorum ab opinione diſſentire nephas pleriq; putant : Hanc igitur ob cauſam operis huius æditionem ante ſupremum uitæ diem minime facere deſtinaueram : ſed cum tu uir clariſſime/ac ſapientiſſime Andrea/ uirtute & auctoritate apud omnes noſtro in regno ualeas / cuius uoluntati non parere/ non minus nepharium q̃ inciuile arbitramur : Tuis cogor iuſſis præter animi inſtitutũ has lucubrationes in lucẽ ædere/nõ ignarus nouis certaminibus materiam præbituras : a quibus in poſterum pro dignitate parta abſtinere & ætas & mens potioribus/ſanctioribuſq; intenta ſtudiis monebat · Mouit inſuper me elugubrationes haſce tibi dicare Andrea diſertiſſime : nam cum non minus Philoſophus q̃ militaris ſis ; Imo ab omnibus militaris facultatis atq; philoſo-

phyæ pariter princeps habearis/non iniuria disputationes hasce censendas misimus: ut ·n·in militaribus certaminibus / tu unus iudex existis : sic in litterariis rixis fecimus te iudicem & patronum: ut si qua recte dixerimus contra oblatratores/ defensionis clauam assumas : si quid incõsulte :corrigas/atq; emendes: ꝑterea quis sanæ mentis hõ audeat sapienti pstantiq; uiro qdpiã adnegare? nãq quẽadmodũ reliquũ hominũ genus ui & minis ad parendũ cõpellitur : sic nræ mansuetiores musę nutu solo principũ : uiroꝝ ad impata uertũtur /ac ui quadã arcana tãq̃ a magnete ferrũ ad obsequia trahũtur : idq; eo fit uehemẽtius quo pstantiore a cã proficiscitur : nam cum sublimes animi tui uirtutes considero : ambigo quam cui anteponam /ciuilium ne rerum prudentiam reiq; publicæ circumspectam administrationem? an rei militaris cognitionem /scientiãq; mirabilem : quarum in utraq; te primas adeptum esse partes/ac magna cum gloria tenere constans fama est : quod nos etiam propriis oculis obseruauimus : dum bellum apud Lyrim aduersus Gallos gerebatur : ubi prudẽtia tua ac fortitudine cunctis uictoria fuit in propatulo : qua propter in te idem quod in Cyri laudem dictum fuit merito dici potest : fœlix nimirũ haberi potes / amplissime Andrea : cuius uirtutibus iuncta est fortuna comes : non ab re igitur fortuna te diu fœlici in gremio fouit : quippe cum sapientes & fortunæ cedere / & fortunam amplecti uenientem / eamq; prudentissime custodire nouerint : qualem te nostris temporibus difficillimis / ac turbulentissimis cognouimus : ut nõ minus publicis bonis ac regiæ dignitati commodo consuluisse q̃ tibi uideare : Quãobrẽ cum litteratorũ tu litterarumconsultissimus patrocinium susceperis:adeo ut non omnino res publica litteraria destituta esse putetur / & ad hãc ẽditionẽ pro comuni studiosorum(ut ipse dicis) utilitate me / uel inuitum compellas / tam laboriosum ancepsq; duellum ineamus : Attamen tuis auspiciis / tuaq; sublimi fretus auctoritate : adeo audacter arma hæc edere uideo : ac si Vulcani / aut Mineruæ essem clypeo protectus certior ex quo uis hoste uictoriam reportaturus · Ante igitur quam ad disputationes deueniamus : absoluenda sunt ea octo / quæ boni expositores in commentationum principiis praemitttere assueuerunt : & primo de intentione : Igitur seperatum a materia / aq; motu bifarium est apud peripatheticos : alterum quidem quod secundum esse & rationem materiam excludit : ueluti primus intellectus : & cœteræ mentes · Primus enim intellectus cœterçq; mentes protanto excludunt materiam atq; motum : quia si contingeret illas a priori definire : nec materiam nec motum circum cernerent · Alterum uero quod per non inclusionem materiam excludit : ceu ens / unum / bonum/ actus / & potentia / atq; id genus · Hæc enim (quia

De Intentione ·

Seperatũ a materia bifariũ ·

comunia ſunt materialibus & mobilibus : etiã inmaterialibus & inmo-bilibus) per nõ incluſioné materiæ & motus ſeperata dicuntur • Colli-gitur aũt iſtud bifariũ ſeperatũ ab Ariſt• vi• metaphyſi• ubi ita inquit • (Si igitur nulla ſit alia ſubſtantia præter eas / quæ natura cõſtant : na-turalis ſane facultas prima ſciaꝝ erit: ſin uero ſubſtantia ſit in rõe rerum quædã inmobilis : hæc erit profecto prior : pħyaꝗ prima / & uniuerſalis hoc pacto) Hæc Ari• qua in cõſequentia indicat duplex genus ſepatio-nis / alterum ꝑ eſſentiã : alterũ per comunitaté & indrãm:quod quidé eſt pro tanto : quia genus ſeperatũ per eſſentiã eſt : nõ •n•eé põt ens indrñs materiali & inmateriali / niſi inmateriale eſſet • Totum•n• genus entis eét ad materiale cõtractũ : niſi ſeperatũ genus per eſſentiã eſſet• Hinc per-ſpicuum eſt : quæ nã ſit intentio : cũ •n• utrũꝗ genus ſeperatũ per ſe di catur / & metaphy•de genere ſit ſeperato:ut tradit Ariſt•eodé in vi• libro dicens (At prima circa ſeperabilia ac inmobilia ſane uerſatur) Retulit nanꝗ uerbũ ſeperabilia ad genus ſeperatũ per nõ incluſioné:uerbũ uero inmobilia ad genus ſeperatũ per eſſentiam • Verũ quia queſtio de inten tione libri eſt queſtio de materia & ſubiecto libri : rem hanc diligentius tranſmittimus ad diſputationé de ſubiecto:hæc de intentione• Et de fru ctu metaphy•agamus • Priſci itaꝗ Pħi metaphy• inter ſcias nõ enume-rauerũt : qua rõe ipſam nullũ fructũ ad ſciendũ præbere aſſeuerauerũt• Verũ non eodé modo : nã alii illã nihilipenſerunt / quatenus nõ cogno-uerũt res ultra phyſicas • Vt omnes ante Socratem : quales fuere Tha les milexius : Hyppon uulgaris philoſophus : Hyparcus metaponti-nus : Anaximenes : Diogenes : Heraclitus epheſius : Empedocles agri-gntinus: Anaxagoras clazomenius : Heſiodus : Parmenides : Melixus: Leucippus / & eius collega democritus / & cœteri : quos Ariſtoteles in libro metaphyſicæ primo enumerat • Alii illam contempſerunt / pro-pter exercitium in mathematicis / quatenus mathematica rerum princi-pia putauerunt : & ſubſtantias naturalium corporum non ultra ſpecu-lantes / ueluti Alcmeon crotoniates / & Pythagoras • Alii uidentes me-taphyſicam nihil conferre ad uitam : ipſam pœnitus ſpreuerunt / ut So crates : qui circa moralia intentus uniuerſam deſpexit naturam • Obi-ciunt aũt his Ari•& Plato per hoc / quia oẽs hoĩes nãliter ſcire deſiderãt / & magis maioré ſciam:maxime aũt maximã• talis uero eſt metaphy•igi tur oẽs deſiderant ſcire methaphy•nihil aũt naturaliter expetitũ eſt im-poſſibile / uel inutile• igitur metha• eſt utilis • Sed quo nã mõ ſit utilis / diſputemus • Alexander itaꝗ aphrodiſius abſolute dixit metaphyſicam eſſe utilem / quatenus ipſa eſt fructus omnium ſcientiarum / & animæ beatitudo • Vtitur autem Alexander ratione : quia metaphyſica eſt de-us • In abſtractis enim idem eſt ſcientia & ſcibile / ut Ariſtoteles auctor

Ariſt•vi•meta•phy•tex•cõmenti•iii•

Ariſt•vi•Meta• Tex•com•ii•

Excuſatio•

De fructu •

Pões de fructu methaphyſicæ •

Confutatio•

Qualiter ſit utilis •

Poſitio Alex•

est · igitur metaphysica est beatitudo : tenet consequentia / est enim deus ipse animæ beatitudo · Amplius non potest esse hominis beatitudo / nisi in scire : ut ·x· ethicorum capite ·x· accipitur · & ultima beatitudo in ultimo scire · Tale est scire metaphysicum · Egidius noster : quem Ioannes sectatur cum Alexandro concedit metaphysicam esse hominis beatitudinem / sed non simpliciter : solum autem ex puris naturalibus acquisitam : ut multis uerbis probat / & huius rationem assignat : quia uera beatitudo est post mortem : quam non asserit esse metaphysicam: at hæc metaphysica est in uita · Sed pace huius uiri dixerim hæc positio non uidetur peripathetica : Primo / quia peripathetici aliam uitam dubitant : nec de felicitate illius uitæ Aristoteles aliquid tradit · Secundo concessa alia uita secundum peripatheticos / beatitudo animæ tunc non ne est speculatio dei ? nam licet non sit per syllogismum : est tamen per essentiam dei : omnis autem speculatio : aut est naturalis : aut supernaturalis: aut mathematica · Cum igitur illa nec sit naturalis / nec mathematica : igitur metaphysica · Auicenna autem ait scientiam omnem esse animæ perfectionem / & propterea distinguit de utili : quia aliquid esse potest utile utilitate absolute hoc est utilitate generis / & sic metaphysica est utilis animæ / ueluti omnes scientiæ : quatenus perficit animam / & præparat ad felicitatem : ut cœteræ scientiæ · Vel utilitate propria hoc est utilitate speciei : quod adhuc subdiuidit : quatenus aliquid eē pōt utile utilitate spēi seruiliter / uēl regaliter : ut distinguit Arist· primo politicæ · Seruiliter quidē oēs scientiæ sunt metaphysicæ utiles : Regaliter uero metaphysica est utilis omnibus / quatenus omnes resoluuntur in ipsam · Et breuiter secundum Auicen· oportet dicere : ꝙ metaphysica aut comparatur animæ / aut comparatur aliis scientiis : si animæ : sic est utilis animæ : quatenus præparat illam ad beatitudinē : si autem cōparatur aliis scientiis : sic est utilis regali utilitate : quo modo dn̄s seruo / & regno rex utilis dicitur : hæc Auicen· Sed hęc positio truditur in errorem Egidii & Ioannis : qui fortasse clypeo Auicennæ (ita ut diximus) opinabantur : quia cum metaphysica præparet animam ad beatitudinem : quæratur / quæ nam sit beatitudo: aut igitur speculatio quædam / uel actus uirtutis / & certum est ꝙ ultima beatitudo ab Aristotele & omnibus ponitur speculatio quædam · Omnis autem speculatio aut est mathematica / aut metaphysica / aut physica : & arguatur ut prius · Dicendum igitur secundum peripatheticos : ut secundum Auerroem ·iii· de anima / & secundum Alex· & Themistiū ibidem : ꝙ duplex est metaphy· ut recte Theologi dixerunt : altera quidem abstractiua / quæ ex puris naturalibus acquiritur : exq; sylogismis : & hanc tradit Arist· quam dixit esse de bifario seperato : altera uero intuitiua / quæ est dei & substantiaꝵ

Pō egi· & Ioan ·

Confutatio·

Pō Auicennę ·i· meta· capite· iii·

Sensus positio· Auicennæ.

Confutatio·

Pō propria· Cōmen· xxxvi·

ſeperatarum eſſentialis intuitus : quo mentes deum intuentur : & ſe ſe / non tñ eodē modo peripathetici / & catholici ſentiunt• Peripathetici •n• aſſerunt methaphyſicam intuitiuam acquiri in ſtatu copulationis intellectus agentis cũ intellectu poſſibili / poſt adeptionem perfectam oíum ſcientiarum reꝝ naturalium • Catholici uero talem methaphy• acquiri dicunt in patria poſt merita / & raro in uia / niſi raptim:ut de Paulo legitur• Iſta igitur duplex methaphy•eſt tã de intentione peripatheticoꝝ: q̃ de intentione catholicoꝝ / quia ſiue ponatur alia uita / ſiue non : oportet omnino illã ponere • Tunc dicerẽ / ꝙ ſi loquimur / de metahphy•intuitiua : ſic recte Alex•dixit ipſam eſſe omnium ſcientiaꝝ fructum / atq; animę beatitudinẽ:quia ſumendo ſic metaphyſicam / ipſa eſt deus ipſe / menteſq; ſeperatę:quibus aĩa copulatur poſt adeptionem omnium ſcientiaꝝ naturaliũ: ut ſtulti peripathetici crediderunt • Si uero loquimur de metaphy•abſtractiua:quę ex puris naturalibus accipitur : ſic recte Auicen• potuit dicere: nam hæc eſt utilis utilitate generis quatenus confert aĩæ / & prępara illam ad beatitudinẽ atq; metaphy•intuitiuam ut cœterę ſcientiæ • Confert etiã oĩbus aliis ſcientiis etiam utilitate ſpeciei / quatenus regit illas / atq; illaꝝ principia reſoluit uſq; ad ultima : hæc de fructu •

Peripathetici & theologi drñt•

Et de ordine dicendũ • Triplex(ut dictũ eſt)inuenitur ſcientia : alia quę pœnitus imerſa materiæ cõſiderat / ut phyſica : alia quæ omnino abiuncta a materia contemplatur / ut metaphy• alia quæ medio modo ſepara obſeruat / ut mathematica . Omnes igitur concedunt metaphy•eſſe ultimam : ut Auicen•in primo ſuæ metaphy•capite iii• & Auerroes vi• metaphy•cõmento iii•& vii• metaphy•cõmento xxxix•quoniam duplex eſt ordo ad nos / & ad naturã•metaphy•eſt ultima ad nos• Prima uero quo ad naturam• Eſt enim poſt phyſicam : ut Auicen•dicit : quia ea quæ ſumuntur hic probantur in naturali philoſophya : ut ꝙ generatio ſit / & alteratio & id genus • Poſt mathematicã uero : quia nõ poſſumus peruenire ad ſcientiam motorum : niſi poſt ſcientiam orbium•ad ſcientiam uero orbium non deuenimus : niſi poſt ſcientiam aſtrologiæ : quæ haberi non poteſt / niſi poſt ſcientiam Geometriæ & Arithmeticæ • cœterę uero ſcientiæ & artes cum metaphyſica non habent ordinem : hæc Auicen• Sed pace tanti uiri dixerim hic eſt error quantũ ad rationẽ : primo quia quæ accepta & probata ſunt in naturali philoſophya non ſumuntur hic ut principia • ſic enim hæc ſcientia ſubalternaretur illi • Secundo quia ſi mathematica eſt prior : quia ſine origine orbium non cognoſci poſſunt motores : etiam metaphyſica eſſet prima : quia ſine agnitione motoꝝ non poſſunt cognoſci orbes • Iuniores metaphy• ſentiunt hanc eſſe ultimam : quia eſt difficillimorum ordo •n• adiſcendi debet eſſe a facilioribus : Sed nec hæc ratio ualet : primo quia Ariſtotelis in textu

De ordine • Poſitio Auicen• Poſitio Iunioꝝ• Confutatio•

ait hanc esse certissimam:quia est certissimorum prȩterea ens & res prima impressione imprimuntur in anima:ut dicit Auicenna · Amplius prima principia ut de quolibet dicitur esse uel non esse & id genus sunt comunia omnibus scientiis & non nisi per habitum metaphysicæ: Igitur uidetur metaphysica prima · Mihi itaq; uidetur metaphysicam esse post mathematicam/quia pro maiori parte ea/quæ tractantur in metaphysica sunt difficiliora iis/quæ tractantur in mathematicis: ut saltem quo ad eam partem/quæ est de substantia & accidente / actu & potentia/& de substantiis seperatis/& id genus · Post physicam uero:& propter hanc cām/& etiā quia subiectū esse huius scientiæ ꝑsupponitur demonstratū a nāli: ut asserit Auerroes tā ·n· ens seperatū p eēntiam eē: q̄ ens seperatū p indifferentiā probatur in naturali: ut in libro destructio destructionum indicauimus· Aut potest dici ꝙ hæc scientia sumit suum subiectū suppositis naturalibus & mathematicis: quia nisi essent illa/& substantiæ seperatæ/ non esset ens seperatum per indifferentiam ad oīa: hȩc de ordine · Et de diuisione agamus: Vbi debes scire totam hāc sciam ab Ari·esse traditā in uno libro:qui diuisus est in·xiiii. Nā in xi·lib· agit de abstractis p indrām: in tribus aliis de abstractis p eēntiā · Sed tunc occurres pp quid Physica fuit tradita p libros gn̄e differētes: Veluti una eius pars per libros de cœlo: alia per libros de generatione: aliæ uero per alios · at metaphysica non nisi per unum librum in genere? Secundo propter quid in naturali philosophya fuit positus unus liber: qui est de principiis generalibus & de comunibus ad omnes libros / & nō sic in metaphysica? Hæ enim dubitationes profecto sunt non leues · Dici potest ꝙ ideo hæc scientia non est tradita per libros genere differentes: quia non est nisi de bifario genere: utpote de abstracto per essentiam/& de abstracto per indifferentiam: quoꝝ unū supponit alterum immediate · Et ideo fuit tradita per libros differentes in specie/ & non in genere · Ad secundam per idem dicerem · res enim naturales differunt secundum uniuersale & particulare · at res metaphysicæ differunt secundum modum abstractionis/quatenus aliquæ sunt per essentiam abstractæ / aliquæ per indifferentiam · et omnes sunt unius generis considerationis / quatenus una illarum immediate dependet ab alia in ratione cognoscendi: ut dictum fuit · Quare nos iusta diuisionem Arist·nostrum dilucidarium diuidemus in libros xiiii· & quemlibet librum in disputationes/disputationem uero omnē in quinq; capita · Primum est caput dubitationum · Secundum est caput tituli · Tertiū caput positionū eoꝝ: qui nō peripathetice opinātur · Quartū caput dilucidationis opiniōis periparheticæ · Quintū est caput solutionū omnium rationū & omnium dubitationū: hæc de diuisione ·

Propria solutio

De diuisione ·

Pría dubitatio ·

Secunda dubitatio ·

Solutio primæ ·

Solutio scdæ ·

De proportiōe· De proportione autem patet· Est enim proportio Methaphysicæ ad sci entiam speculatiuā: ea quæ est speciei ad genus: ut dicitur·vi·Metaphi·

De doctrina· De doctrinandi mō etiam patet: nam Arist·utitur nunc demonstratiōe signi: nūc demōstratiōe cāæ: ut in processu disputabimus· Restat ut dica

De inscriptione libri· mus de inscriptione libri: itaq; inscribitur liber Τῶν μετὰ τὰ φυσικά hoc est liber eorum quę sunt supernaturalia· Verum supernaturale uno modo id dicitur: quod est ultra captū humanū: ultraq; rationem cōiun ctam sensibus: quale est miraculū: ut inquit Valerius maximus: & hoc pacto non dicitur liber supernaturalium: quia sit de miraculis· Alio mō supernaturale id est: qđ est scđm esse & ratione absolutum a motu atq; materia· & hoc pacto liber iste dicitur esse rerum supernaturalium: siue

ꝙ Theologia· potius rerum post naturalium· Inscribitur etiam ab Aristo· theologia: quatenus est sermo de deo: non tamen eo modo: quo Theologia credita: nam illa est de deo quantum ad quędam credita· Hæc uero de deo est: quo ad quædam de illo per rōem naturalem demonstrata· Dicitur etiam

ꝙ Sophia· sophia siue sapiētia: quia sapientia differt a prudentia: ut dicitur·vi· ethi· & Ptolemæus in proœmio apotelsmatū tangit: quatenus pertractat de rerum euentis per causas altissimas: prudentia per causas humanas· qua

Astronomia est sapientia· ratione etiā Astronomia sapientia solet dici: quia per cęlestes causas de rebus docet prædicere· Ea uero pars: qua quis de rebus prædicit per hu

Prima Philoso· manas coniecturas: prudentia dicitur· Appellatur nōnunq̄ prima Philo sophia: quatenus inter omnes Philosophias ipsa optinet principatum: ut Arist·indicat in tex·uel ratione habita ad moralem: quæ dicitur Philoso phia·hæc aūt dicitur prima philosophia quoniam est de primo fine: illa

De auctoribus. philosophia: quæ de fine est humano: hæc de inscriptione· Et de aucto ribus transigamus· Et licet de inuentione huius scientiæ fuerit non par ua ambiguitas apud antiquos: nam alii illā tribuerunt ęgyptiis sacerdo

De comparatio ne Plato·& ari· tibus ut uidetur Arist·in tex· Alii græcis ut Laercius auctor est: Quic quid sit de inuentione ipsa: omnes huius scientiæ principes fecerunt Pla tonem & Arist· uerum non eodem modo: alii nanq; Platoni palmam hu

Quę Bessarion de Platone· ius rei dedicarunt· Alii Arist· Bessarion nicenus multis authoritatibus Platonem enititur Arist· pręponere: ut auctoritate Quintiliani/Plinii/ Apulei/Ciceronis/& Augustini/atq; Demosthenis·Cice·enim & Aug· sine dubio Platonem Arist·præposuerunt: cœteri adeo Platonem extol lunt: ut non restet locus laudandi Aristo· Mouetur etiam coniecturis: Primo quia ueteres Platonem diuinum· Ari·dęmonium appellauerunt· Illum diuinum: quia acutissime res diuinas pertractauit· hunc demo nium: ꝙ res sublunares: in quibus dęmones degunt: diligenter disputa uit· qua rōne sit palma hu ius scientiæ Platoni sit danda· Secundo quia Platonis fuit auditor: & fas est ut pręceptor semper sit discipulo præpo

nendus. Tertio quia per annos uiginti Aristoteles Platonem audierat/ e cuius auditorio tum exierat cum annos agebat fere quadraginta: uixit postea annis fere uigintiquatuor: & ita cum ipse Platonem audiuisset per tot annos/& per tot paucos superuixisset/ nō est fas ut præceptorē superasset in tam breui tēpore. His & aliis multis uerbis Bessarion Platonem in metaphysicis atq; diuinis scientiis sine dubio Aristoteli præponit. Ego uero non sum tanti ut possim inter hos diiudicare. Illud tamē a Bessarione uellem audire si Plato in diuinis præponendus est Aristoteli: nunquid sit præponendus quo ad ea: quæ Plato didicit lumine naturali/hoc est ratione coniuncta sensibus; an lumine supernaturali utpote uel per credita: uel per reuelationem: non est præponendus quo ad ea quæ ipse didicit per lumen supernaturale: quia non memini me legisse Platoni fuisse aliquod tale reuelatum: uel si per credita processisset/non fuisset præponendus Aristoteli in demonstratiua atq; naturali cognitione: quæ haberi potest de rebus abstractis. Si uero præponitur quo ad ea quæ tradidit ratione naturali: friuolum est: omnes enim concedunt tot Aristotelem tradidisse de diuinis/quot potuerunt tradi per rationē naturalem ut recte Thomas noster ait: reliqua uero quæ Plato addit: non fuerunt naturali ratione tradita quia ut Thomas ait Plato genesim legit: e quo multa transtulit in suā philosophiā: qđ etiam Hermippus/ & Numenius asserunt: præterea nec Bessarion negabit soli Aristoteli fuisse concessum artem docendi/tradendiq; omnes disciplinas. Multi enī extitere uiri in diuinis/naturalibusq;/rebus/ cœterisue facultatibus peritissimi: nemo tamē tam ordinate/tam docte pcessit/ob quod apud ueteres diuulgatum est Platonem philosophiam deuirginasse/ Aristotelem uero illam fecisse meretricem: nam Plato primus fuit: qui cœpit eam doctrinaliter tradere: Aristoteles uero perfecit illā. Quæ uero mouerunt Bessarionem: friuola sunt. Nam ut aduersarius eius/in quem librum edidit/ait: Cicero laudauit Aristotelē/quem laudare debuit: excepit uero Platonem/quem amabat. De Augustino dicit Thomas qui in speculatiua scientia non est Cicerone minor hæc uerba: non est credendum Augustino in philosophia: quia est Platonicus: & non peripateticus. Scribit uero Thomas uerba hæc in libris theologiæ: ueluti in his quæ scripsit in libris sententiarum/ libro uidelicet secundo distinctione tertiadecima. Amplius in summis ueluti in secūda secundæ quæstione uigesimatertia. Rursus in his quæstionibus: quas de ueritate ædidit qōe uidelicet uigesima prima: ecce quomodo Tho. spreuit Pla. & Augu. in philosophia. Præterea Hiero. non minor Augu. præponit Ari. Platoni in omni scientia appellans ipsum omnium sapientum principem prodigium/grandecq; miraculum in tota natura: cui pene uidetur infusum

quicquid naturaliter eſt capax humanū genus. Auctoritates cœterorū
non ſunt comperatiuę: propterea nihil ad nos. Præterea Plinius in capi
tulo de leone multa tribuit Ariſtoteli/quæ nullibi Platoni tribuiſſe uide
tur. Quintilianus etiā alibi appellat Ariſtotelem omnium artium prin/
cipem. Cicero quoq; ipſe in libro topicorum: quæm ultimo ſcripſit:
confitetur Ariſtotelem utriuſq; partis fuiſſe principem. Qua ratione
dicamus Ariſtotelem eſſe cui iura metaphyſici competunt: quiq; inter
philoſophos tam naturales q̄ diuinos principatum optinet. Coniecturæ
uero nullæ ſunt: prima quidem: quia licet fuerit auditor Platonis: au/
ctoritas Platonis fuit maior: doctrina tamen Ariſtotelis potuit eſſe ex/
cellentior. Secunda etiam nulla eſt quia licet per tot annos audiuit: po
tuit in paucis Platonem ſuperare. Tertia friuola eſt: quia Ariſtoteles
etiam dicitur diuus ut in epithaphio eius legitur: quod eſt; uidelicet
φεςιΔος ημμητροσ και νικομαχου γενετηροσ των ασκληπια/
Δων Διοσ αριςοτελησ Ex quibus apparet q̄ impie ille franciſcus de
maronis/ q̄q; iniquæ aſſerat Ariſtotelem ip̄m fuiſſe Metaphyſice igna/
rum: fuiſſet melius ut dixiſſet Ariſtotelem non ſenſiſſe ſuas opiniones:
& quanto iniuſtius ille Ioannes canonicus dixit Ariſtotelem ignoraſſe
naturalem philoſophiam: propterea quia non percepit intellectus ſepe/
ratos moueri. Quanta eſt enim horum audacia: Tu bene cognoſcis nō
enim ab eoꝝ principe hanc acceperunt: qui ubiq; Ariſtotelē magni fecit.
hæc de auctore; deq; toto proemio. Vale Andrea mi decus noſtrū.

Finis proemii.

Prima diſputatio ſi ens ſit meta/
phyſicæ primum ſubiectum.

Caput dubitationum primum.

Solent quærere utrum ens ſimpliciter ſumptum ſit primum metaphyſi/
cæ ſubiectum: & arguunt quod non primo quia unius ſcientiæ & rea/
lis/ſubiectum debet eſſe unum & reale: at metaphyſica eſt una ſcientia
& realis: ens uero non eſt unum & reale: igitur ens ſimpliciter ſumptum
Prima ratio. non eſt primum metaphyſicæ ſubiectum: probatur maior quo ad pri/
mam partem: quia per unum habitum contingit uti uno actu: ueluti
per unum habitum muſicæ una pulſatione uti contingit: ut dicitur pri
mo ethycorum: at actus unus eſt circa unum ſubiectum ſiue obiectū:

ueluti pulsatio circa unum pulsabile: igitur unus habitus erit circa unũ subiectum siue obiectum: modo scientia est habitus: igitur unius sciẽciæ est unum subiectum: & hoc modo patet prima pars maioris. Secũda etiam declaratur quia non maioris entitatis est effectus q̃ causa/ & mensuratum q̃ mensura: sed subiectum siue obiectum causat scientiam & illam mensurat quinto huius: igitur scientiæ realis subiectum debet esse reale: & sic patet tota maior uidelicet q̧ unius sciẽtiæ & realis subiectum sit unum & reale: minor etiã probatur quo ad ambas partes. Prima enim patet q̧ uidelicet metaphysica sit una scientia & realis nam est unus habitus specie/ & in prædicamento qualitatis. Secunda uero q̧ uidelicet ens non sit unum reale: declaratur quia iis quæ se totis distinguntur nihil unũ reale cõmune esse potest: hæc enim est per se nota/ & ex opposito prædicati infertur oppositũ subiecti: ut dicitur in libro de interpretatione: at substantia & accidens/deus & cœteræ res sese totis distinguntur: aliter deus ipse non esset summe simplex: quia si non sese toto distingueretur a rebus cœteris/distingueretur in parte sic/& in parte non: & ita per aliquid a rebus differret/& per aliquid conueniret: igitur esset compositus ex eo quo differret/& ex eo quo conueniret: & per consequens non esset summe simplex: potest etiam hæc eadem pars probari quia decem prædicamenta sunt primo diuersa ut dicetur in quĩto huius: modo nihil unũ reale potest esse cõmune iis: quæ primo diuersa sunt aliter non essent primo diuersa: & sic patet tota minor: & ita ens simpliciter sumptum non est subiectum primum metaphysicæ. Secundo hæc scientia nec differt ab aliis scientiis propter ens simpliciter sumptum/nec denominatur ab illo: igitur ens simpliciter sumptum nõ est hic subiectũ antecedens patet/quia licet plures sint conditiones requisitæ ad rationem subiecti: præcipuæ sunt: ut distinguat scientiam ab aliis: & illam denominet: consequentia uero constat: primo quia ens simpliciter sumptum non distinguit: distinguitur enim metaphysica amathematica & a naturali per hoc quia metaphysica considerat inmobile & seperabile ut dicitur sexto huius: denominatur etiã ibidem theologia: quia est de diuinis igitur ens simpliciter sumptum non est hic subiectum. Tertio beatitudo consistit in speculatione metaphysica ut colligitur decimo ethycorũ: & non nisi in speculatione subiecti: quia noticia subiecti uirtute & potestate continet noticiam omnium eorum: quæ in scientia tractantur. Sed in speculatione entis simpliciter consistere non potest: igitur ens simpliciter non est subiectum: minor patet/quia sicut ens est imperfectissimũ: ita eius noticia: est igitur totus syllogimus beatitudo est speculatio subiecti metaphysicæ: beatitudo non est speculatio entis simpliciter sumpti: igiᵗ in tertia figura ens simpliciter sumptũ nõ est metaphysice subiectũ.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Maior patet quia debet esse speculatio eius:quod uirtute & potestate cõtinet omnia in scientia: quale est subiectum. Minor probatur/quia speculatio entis simpliciter est imperfectissima:& sic patet syllogismus.

Quarta rõ. Quarto si ens simpliciter sumptum esset metaphysicæ subiectũ: oẽs alie metaphisicæ subalternarentur. Et consequentia patet:quia subiecta cœterarũ essent sub subiecto metaphisicæ:igitur subalternatio quædã ibi uidetur. cõsequens destruitur per hoc:qa Aristoteles distinguit sciẽtias speculatiuas in tres:& certũ est qa nõ numerat subalternas:qa multo plures eẽnt: igiť numerat pœnitus aduersas: & sic nec physica nec mathematica metaphysicæ subaltarnãtur.

Quinta rõ. Quinto de subiecto oportet pcognoscere quid est ut dicitur primo posteriorũ:at entis non põt præcognosci quid ẽ/qa uel nõ habet/ut si est æquiuocum ut Porphyrius inquit:uel si est uniuocum/non habet genus nec differentiam:quibus colligitur quid entis:igitur ens simpliciter sumptũ non põt esse hic subiectũ.

Sexta rõ. Sexto subiectum scientiæ debet habere passiões de ipso demonstrabiles ut traditur primo posteriorũ: at ens passiones hẽre non põt/tum quia passio differt essentialiter ab eo/cuius est/quia est alterius pdicamenti a subiecto:at ens nõ differt ab aliquo: est enim de essentia cuiuslibet. Tũ secundo qa passio pdicatur per se de subiecto: & subiectũ de passione nõ nisi per accidẽs atq; denominatiue/qa pdicationes per se nõ cõuertũtur: at ens de oĩbus nõ nisi in quid pdicatur: igr̃ nõ hẽt passiones:& sic nõ põt esse subiectũ.

Septima rõ. Septimo subiectũ debet hẽre principia siue partes:at ens nõ hẽt pricipiũ. primo qa principiũ est prius eo cuius est: mõ ente nihil est prius. Secũdo qa si ens simpliciter hẽret principiũ: tunc oẽ ens haberet principiũ uel uti si iusticia est bonũ simpliciter: omne bonũ erit iusticia: igr̃ ens non põt hẽre principiũ: & ita nec esse põt subiectũ.

Octaua rõ. Octauo substãtia est subiectũ: igr̃ nõ est ens: qa unius sciæ non possunt esse duo subiecta: ãñs probatur tum ex quarto huius/tum ex octauo.

Nona rõ. Nono arguit Io. si ens simpliciter esset metaphysice subiectũ: tũc ens esset subiectũ inquantũ ens: & si ens esset subiectũ inquantũ ens: tunc oẽ ens: qa quod cõpetit alicui secundũ quod ipm: cõpetit omni.

Decima rõ. Decimo arguit/pstabilissimæ sciæ debet esse pstabilissimum subiectũ: tale est deus & non ens: igr̃ ens nõ est hic subiectũ:

Vndecima rõ. Vndecimo arguũt alii qualibet pte subiecti ipm subiectũ debet esse prius saltẽ secũdũ rõnẽ:at ens nec rõne nec re est prius deo: immo idea unitatis: quæ est deus est ante ens: ut dicit Pla. igr̃ ens nõ est subiectũ hic.

Duodecima rõ. Duodecimo Ari. septio huius inqt qua pp nobis primũ & maxie solũ ut ẽ dicere de sic ente scilicet de substãtia speculãdũ ẽ: igr̃ sbã est hic subiectũ.

Tertiadecia rõ. Tertiodecio si ens simpliciter eẽt hic subm:tũc oẽs ptes entis essent hic cõsiderãdæ/est.n.una & eadẽ scia generis & partiũ illius generis:&si sic cœteræ supfluerent.

Quartadecia rõ Quartodecimo qđ cõtinet

non scibilia/non uidetur subiectum alicuius scientiæ : sed ens continet non scibilia/ut casualia & fortuita/entia per accidens/falsa/singularia/ & id genus : igitur ens non est hic subiectum. Quintodecimo quod est subiectum in alia scientia/non uidetur subiectum in hac : sed ens est subiectum in omnibus aliis/quia in qualibet alia scientia:aut subiectum est ens/aut non ens : & patet q᷒ non est subiectum non ens : igitur in qualibet alia est subiectum ens/& sic nō pōt esse hic subiectum. Pro opposita parte sunt Albertus/Thomas/Auicenna/ & omnes fere expositores : Arist. etiam prope principiū quarti metaphy. ait esse sciam/quæ speculatur ens quatenus ens / & quæ illi insunt per se : ubi Auer. ait Aristo. ibi uelle stabilire subiectum. Hæc de primo. Quintadecima ratio. Cōmen.primo.

¶ Caput tituli secundum.

Primo animaduersione dignum est in omni reduplicatione esse tria / uidelicet duo extrema/quę coniunguntur/uel quorum unum alteri heret : & medium/siue causa per se illius coniunctionis/siue inherentiæ. Verbi causa in hac propositione homo est animal inquantum sensitiuum : extrema quidem sunt homo / & animal : causa uero:qua animal homini competit est sensitiuum. Ex quibus sequitur semper reduplicationem se tenere ex parte prędicati/quia semper notat causam per se inherentię/ prædicati ad subiectū : per ens igitur simpliciter/ intelligendū est rōem per se & causam/ qua ens dicatur subiectū : & ita erit sensus:utrum ens sit subiectum quatenus ens/ita ut esse subiectum competat enti ob nihil aliud/nisi pp entitatem. Secundo animaduersione dignū ens esse subiectum Phy. & similiter mathe. & metha. sed causa per se quare esse subiectum Phy. cōpetat enti erit mobilitas : quia ens est subiectum Phy. inquantū mobile : mathematicæ uero:inquantū quantū : at ipsius meta phy. subiectū est quatenus ens/hoc est nec quatenus quantū/nec quatenus mobile/nec quatenus tale uel tale/sed quatenus ens : igitur uerbum illud inquantū ens asserit causam per se essendi subiectū : & ita erit sensus:utrū ens sit subiectū metaphy. quatenus entitas ipsa est causa essendi subiectū/& nulla alia. Et hoc iuniores metaphy. aliis uerbis dicunt : aiunt enim in scientia esse aliquid ut materiam/siue rationē materialem: aliquid ut formā siue rationē formalē : aliquid ex utrisq;. Propterea potest esse triplex questio/utrū ens sit materia huius scientie : & entitas sit forma siue ratio formalis : & ens inquantū ens sit totū subiectum includens rationem formalem & materialem. Tertio animaduersione dignū uerbum illud primum apud Peripateticos sumi interdum pro immediate/ueluti dicendo corpus est coloratum non primo / sed superficies est primo colorata : ut dicitur quinto Metaphysicæ interdum pro perfecto in genere / quo modo dicitur deus est primum ens. Interdum

Qualis est reduplicatio.

Quod reduplicatō se teneat ex parte prędicati.

De rōe formali & materiali.

Quot mōis primum.

Cōmēto .xxiii.

pro uniuersali / ut dicitur primo posterioꝝ : & est illud quod competit alicui / omni / soli / & semper : ueluti risibile hõi / quoniam adæquate oĩs homo est risibilis : & ita est sensus: utrũ ens sit subiectũ primum hoc est adequatum ita ut omne ens consideretur in metaphy. & omne consideratum in metaphy. sit ens. Quarto animaduersione dignũ esse apud peripateticos hæc : subiectũ / qđ Græci Hypocimenon appellant. concessum qđ Syncechorecos dicunt. prædicatũ qđ catugorumenon appellãt: & quæsitũ / qđ uocant Zetumenon. Subiectũ quidẽ esse aiunt id solũ : de quo prædicatum dicitur : uel cui forma inest : quia ut declarat Arist. in prædicamentis / quędam prędicata dicuntur de subiecto / & nõ insunt subiecto : ueluti homo de Socrate : non tamen inest Socrati. quædam dicuntur & insunt / ut album & dulce / quæ de corpore dicuntur / & corpori insunt. quædam autem entia insunt & nõ dicuntur: ut particularia accidentia / ueluti hæc albedo & illa dulcedo : insunt enim corpori : de nullo tamen corpore dicuntur / quia tunc non essent singularia. quædã entia nec dicuntur de aliquo / nec insunt alicui : ut Socrates & Plato.

Hypocimenon
Syncechorecos
Categorumenõ
Zetumenon.
Quid subiectũ

Ex iis sequitur non dici subiectum apud peripateticos / nisi uel respectu prædicati : quod de ipso dicitur. uel respectu accidentis aut formę: quæ sibi inest : ut corpus respectu accidentium / & materia respectu formarum. Hæc colliguntur a Boetio & Simplicio in prædicamentis / textu illo: eorum / quæ sunt alia de subiecto: & reliqua. Per idem patet / quidnam sit prædicatum : nam prædicatum est quod dicitur de subiecto / siue insit subiecto / siue non insit : dicitur enim prædicatũ de subiecto / dato ꝙ illi non insit / ut homo de Socrate / dato ꝙ Socrati non insit. dicitur etiam de subiecto / etiam qñq; & inesse potest: ut albũ de corpore.

Vnde rõ subie.
Quid prædica.

Concessum uero apud peripateticos id est / qđ toti sciæ pręsupponitur / & apud Philoponum primo posterioꝝ duplex est: uidelicet dignitas / & subiectũ demonstrationis : dignitas enim conceditur / quia uera : subiectum aũt / quia est. At quæsitum est multiplex / uel quod inheret concesso siue subiecto : ut accidens per se / ueluti risibile homini : uel quod quæritur de subiecto / siue insit illi / siue non / ut animal de homine per medium quod est sensitiuum : hæc diligentius dicta sunt in libro posteriorum: nunc uero sat sit sic leuiter pertransisse. Vltimo animaduersione dignum est questionem de subiecto non esse diuulgatam apud Græcos. Græci enim Iuniores ut Simplicius & Philoponus / & alii disputarunt de intentione libri : nec memini me legisse aliquem illorum / qui de subiecto libri unquam quæsierit : sed primi / qui genus huius quæsiti adinuenerunt : fuerunt arabes / ut Auicenna / & Auerroes e quibus migrauit ad latinos. Hæc igitur questio uel nõ est peripatetica / uel nõ est modo peripatetico : hæc de titulo disputationis.

Quid concessũ
Quid quęsitũ.
Qualis questio de subiecto.

¶ Caput positionum tertium.

De disputatione hac multæ extitere pões: Alfarabius in quodã codicillo de diuisiõe scientiaꝝ opinatus est subiectum huius scientiæ esse deũ ipm pro hac põne esse pñt rationes. Prima idem est subiectũ metaphysi. dianoeticæ / siue abstractiuæ / & intuitiuæ: sed subiectũ metaphy. intuitiuæ est deus ipse. igitur idem deus est subiectũ metaphy. dianoeticæ / siue abstractiuæ. Secundo subiectũ est illud / qđ principaliter consideratur in scientia / & ad quod omnia attribuuntur: sed eiusmodi est deus. Tertio Ari. vi. huius ait metaphy. esse de seperabilibus & immobilibus: sed deus est maxime seperatus / & maxime ĩmobilis: igitur deus est metaphy. subiectũ. Obicit aũt Auicenna ꝑ hoc quia nulla scia probat suũ subiectum esse: at deũ esse probatur in hac scientia / ut ꝑ multa uerba discurrit: igitur deus nõ est huius scientiæ subiectum. Scđo arguit Egidius quia partes subiecti metaphy. sunt decem ꝑdicamenta: sed hæc nõ sunt partes dei: igitur deus nõ est hic subiectũ. Tertio arguit idem / illa quæ demõstrantur de subiecto istius scientiæ sunt actus & potentia / idem & diuersum / causa & causatũ / & id genus: sed hæc deo nõ cõpetunt: igitur deus nõ est hic subiectũ. Quarto arguitur principiũ subiecti & sciẹ nõ est subiectũ scientiæ: sed deus est principiũ subiecti & scientiæ metaphysicæ: ut colligitur xii. metaphy. igitur nõ est hic subiectũ. Quinto ea quæ hic cõsiderantur: nõ considerantur sub ratione deitatis: igitur deus nõ est hic subiectũ: tenet cõsequẽtia per hoc: quia oĩa quæ cõsiderãť in scia cõsideranť ꝑ rationẽ subiecti illius. Auem. Hispa. uisus est uelle subiectũ huius esse causam quatenus est causa prima. Et pro hac positione arguitur primo quia dicitur in textu hanc sciam considerare de causis primis & altissimis / ad quas stat ultima resolutio: modo hoc nõ uidetur / nisi causa prima sit hic subiectũ. Secundo de causis primis hic consideratur / & non ut per illas demonstremus: igĩ ut subiecta huius sciæ. Obicit autem huic positioni Albertus quia ad subiectũ: ut ad cõe prædicatum omnia reducuntur: at non omnia reducũtur in primas causis ut in primum prædicatũ: igitur primæ causæ non sunt subiectum. Auerroes autem uelle uidetur subiectũ huius esse genus substantiaꝝ seperatarum / hoc est ens seperatum per essentiam: & respondet ad rationem ipsius Auicennæ / maiorem / uidelicet ꝙ nulla scientia probat suum subiectum esse: & negat minorem / uidelicet ꝙ metaphysicus probet deum esse: & genus seperatorum esse. Imo ait deum esse / & genus seperatoꝝ esse nõ probari nisi a naturali Pħo: & cũ arguit Auic. nãlis pħya nõ cõsiderat nisi de his: quæ motui & transmutationi subiciũtur: Respondet Auer. xii. metaphy. ꝙ mobile est cõe ad id qđ potest subici

Põ Alfarabii.

Obiectiões Auicennæ.

Scđa positio.

Obiectio alberti.

Positio attributa Aueroi.

motui/& ad id quod potest agere motum : modo deus & id genus : licet non subiciatur motui : agere potest ipsum/& hoc pacto non transfugiunt hæc talia rationẽ physici. Pro Auer. arguitur primo/quia Arist. vi. huius ponens differentiam inter tres scientias ait metaphysicam considerare de seperabili & immobili : igitur genus substantiarum seperatarũ est hic subiectũ. Secundo arguit si non sint alie substantiæ nisi materiales : physica esset prima philosophya : at quia sunt substantiæ immateriales : ideo infert metaphysicam esse primam : quæ consequentia nulla esset : nisi subiectũ metaphysicæ esset genus substantiarum seperatarum.

Obiectiones cõtra Auerroem.

Obiciunt autem Auer. in tribus. Primo probando ꝙ scientia potest probare suum subiectum esse saltem a posteriori/primo sic/ omnis scientia saltem uti potest demonstratione quia : igitur potest probare suum subiectum esse : añs uidelicet ꝙ oĩs scientia uti possit demõstratione quia : patet/quia p causam demonstrari potest effectus : & per effectũ causa : consequentia uero deducitur/quia habet omnia requisita : habet enim demonstrabile/& est subiectũ ipsum : habet aliquam conditionẽ/sine qua non subiectũ esse potest : & uti potest demõstratione quia : igitut patet consequentia. Secundo idem inductione patet:ut in libro Elenchorum demonstratur sylogismũ sophisticum esse per simile in rebus. Priscianus demonstrat orationem esse per hoc ꝙ ita sese habent dictiones ad orationem/sicut littere ad dictionẽ. Secundo principaliter arguunt probando metaphy. probare posse deum esse. Primo omnis proprietas cõsiderata in effectu : quã impossibile est sibi inesse/nisi talis causa sit : cõcludit talem causam esse saltem demõe quia. Sed tam proprietas considerata in nãli/ut motus æternus : q̃ in methaphysica/ut dependẽtia nõ põt inesse effectui uidelicet illa cœlo : hæc rebus ꝓductis/nisi prima cã sit : igitur. p utrãq; põt fieri demõstratio: & sic in utraq; scía fieri põt demõstratio. Scđo fortius ꝙ illud possit magis metha. quia methaphy. cõsiderat conditiones effectus : quæ ducunt in excellentiorẽ cognitionẽ causæ primę : igitur metaphy. magis põt illud facere. añs patet/quia metahhy. cõsiderat gñales proprietates entis ut dependentiã/& cõtingentiã & id genus. Physica cõsiderat motũ : mõ excellentius est esse primũ ens/ primũ inde pendens : qđ metaphy. probat : q̃ esse primũ mouens : qđ probat Phy. Tertio si sic: tũc phy. eẽt prior metaphy. quia phy. ꝓbaret primũ notissimum in metaphy. puta deũ esse. Quarto tũc metaphy. subalternaret phy. quia prima ꝓpõ in metaphy. ut hęc deus est/esset cõclusio in phy. & ita saltẽ quo ad hãc phy. subalternaret sibi metaphy. Tertio principaliter ꝓbant genus substantiarum sepatarum nõ posse eẽ subiectũ:primo quia deo & intelligẽtiis nihil ẽ cõe uniuocũ:aliter eẽnt definibilia:igr nõ p̃t eẽ una scía de deo & intelligẽtiis : q̃bus patet põem Auer. esse impossibilẽ

Caput Dilucidationis quartum.

Hæc disputatio potest dilucidari scd̄m usum cōiter loquentium/& scd̄m Peripatheticos. Quantum ad primū debes scire q̄ materia subiectū & rō materialis idem est scd̄m cōiter loquentes: rō uero formalis & subiectum formale idem etiā. Modo rō formalis triplex est: Alia definitiua siue quiditatiua/siue descriptiua: & hæc est aut rei definitio/aut rei descriptio/aut rei conceptus quiditatiuus/aut p̄cipua rei definibilis pars. qua uia animal rōnale est rō formalis hominis: uel rōale ipsum. hæc aūt est quæ cū re cuius est ratio formalis conuerti debet: & breuiter rō formalis definitiua in h̄ntibus definitionē est definitio: in nō h̄ntibus est cōceptus formalis cū re cōuertibilis q̄ditatiuus. Alia est rō formalis obiectiua/& hęc est oē q̄ditatiuū cōius eo cuius est rō formalis: ut tā aīal/q̄ sensibile rō formalis obiectiua est hoīs: quia sunt rōes formales/q̄bus hō intellectui obicitur: & hoc pacto rō formalis debet esse cōior eo cuius est rō formalis. & iuxta hunc modū nihil est rō obiectiua sui: quia nihil est se ipso cōius nisi forte in simpliciter simplicibus ubi idem est obiectum cognitum & ratio formalis cognoscendi. Alia deniq; est ratio formalis cōtractiua: quæ contrahit rationem materialem ad certum genus scientiæ/uel ad certum genus prædicamenti uel ad certam speciem: & sic rationale est ratio formalis animalis: quia illud contrahit ad hominem. hæc ratio formalis est semper in minus eo cuius est: & propter hanc rationem dicitur ratio formalis subiectatiua: quatenus contrahendo aliq̄d comune/illud subiectat: siue efficit subiectum ad certū genus scibile. Simili ratione ratio materialis triplex est. Alia definibilis: quæ respōdet rationi formali definitiuæ: quæq; per rationem formalem definitiuam describitur: & hæc debet omnibus in arte consyderatis competere. Alia est ratio materialis obiectibilis: quæ rationi formali obiectiuæ respondet: & quia per obiectiuam rationem intelligitur. Alia est ratio materialis contrahibilis/quia per rationē contractiuam uel subiectatiuā contrahitur. Secundo debes scire q̄ tam ratio materialis quouis modo sumpta/q̄ ratio formalis potest esse aut prima: aut secunda. dicitur prima ratio materialis quæ in sua ratione est primo talis/ut si cōtrahibilis: primo contrahibilis/si definibilis: primo definibilis: si obiectibilis: primo etiam obiectibilis: sic etiam ratioformalis duplex est prima & secunda: ut de rōe mālī diximus. Iuxta has distinctiōes in li. phy. cōcessimus ens esse primā rōem mālem cōtrahibilē phyę nālis: ens uero mobile siue ens nāle/siue huic æqualēs: primā rōem mālem definibilē. Corpus āt mobile aut corpus nāle/aut huic ęquiualēs primā rōem obiectibilē. Ens q̄dē prima ē rō mālis cōtrahibilis: quia nālis & oīs scīa ē de ente: quia nulla ē de nō ente: & nullū est cōtrahibilius ipso ente: ens mobile uero est prima ra-

De rōe formali & mālī nota.

De subiecto naturalis phyæ.

tio definibilis/quia in naturali philosophya comunissimũ & primũ definibile. Corpus mobile deniq̧ prima rõ materialis obiectibilis/quia nihil post ens mobile imediatius est sub ratione entis mobilis intelligibile. Secundo iuxta has distinctiones etiam concessimus primã rationẽ formalem contrahentem esse mobile uel naturale: quia ip̃m ens per tale ad genus physicum primo contrahitur. Hanc eãdem diximus esse primã rationem formalẽ quiditatiuam/quia per hanc ens mobile primo quiditatiue intelligitur. Hanc etiam primam obiectiuã: quia p hanc corpus naturale uel mobile primo nobis obicitur. Ex his facile dilucidatur positio communis: Nam ipsum ens est ratio materialis contrahibilis & definibilis: substantia uero prima ratio materialis obiectibilis. q̃d ens ip̃m sit prima ratio m̃alis cõtrahibilis: patet/quia nihil est cõtrahibilius ente. q̃d sit prima rõ m̃alis definibilis probo: quia si esset definibile/ip̃m esset primum/& nihil ipso prius in hac scia. Quod deniq̧ substãtia sit prima ratio materialis obiectibilis: perspicuum est/quia nihil sub ente est immediatius intelligibile ipsa substantia. Entitas uero est prima rõ formalis cõtrahens/definiens/& obiectiua: cõtrahẽs quidẽ/quia ens p mobile ad genus physicũ: p quantũ: ad mathematicũ contrahitur: per ip̃am rationem entis: ad metaphy. Definitiua uero/quia ens nõ est definibile: sed solum sub ratione entis intelligibile: igitur entitas est rõ formalis quiditatiua entis. est deniq̧ prima ratio formalis obiectiua/quia est prima rõ sub qua substantia primo intelligitur. Ex his patet totum subiectum metaphysicæ esse ens inquantũ ens. hoc enim continet & rationem formalẽ & materialẽ dupliciter: ut dictũ est definitiuã & obiectiuam/substantia est primũ subiectũ siue prima rõ materialis obiectibilis/quia immediatius substantia sub ente est nihil: hæc de cõi opinione: Nunc dicamus sc̃dm Græcos/& suppono primo in oĩ scientia esse dabile unum primũ & comunissimũ genus: quod oĩbus consideratis p se in scientia cõpetat: probatur/quia cũ scientia multa subiecta in eadẽ scia consyderet: de quibus singulatim passiones demonstrat: nisi omnibus illis subiectis daretur cõe genus: scia non esset una. Secundo suppono q̧ in omni scientia inter multa subiecta quæ considerat/& de quibus affectiones demõt: sit dabile unum subiectũ primo & immediate contentum sub illo primo & comunissimo genere: probatur/quia cum omnia subiecta quæ cõsiderat scientia: & de quibus accidentia demõt/nõ equaliter illo genere primo participent: illud dicetur primum omnium: quod illo genere primo & immediate participabit. Tertio suppono in oĩ scia esse dabile primas passiones/primas partes definitiuas/& primas species illius contenti imediate sub primo gñe: nõ aũt generis. Quod quidem non generis: patet: quia genus illud est comunissimũ &

Dilucidatio communis põis.

Quid subiectũ totum.

Dilucidatio secundũ Grecos.

Prima suppõ.

Secũda suppõ.

Tertia suppõ.

tanq̃ ratio prima omnium considerabilium: igitur primi & immediate contenti sub illo primo genere comunissimo. Hæc tria indicat Arist. ut Philoponus dicit primo poster. cum inquit/ ꝙ scientia est unius generis subiecti species/partes/& passiones considerans: quia considerat scientia primum genus: quod est primum genus primi subiecti: cuius subiecti primi/partes definitionis/& species/& passiones cõsiderat. His suppositis. Dico primo ꝙ comunissimum genus huius scientiæ est ens: probatur quia de omnibus prædicatur: de quibus ut de subiectis passiões/& definitiones considerat hæc scientia. Dico scđo ꝙ ens est huius sciæ comunissimũ prædicatum: probatur/quoniã est comunissimũ genus/& non comunissima species: igitur comunissimum prædicatũ. Tertio dico ꝙ ens non potest esse primum subiectũ in hac scientia: probatur/quia nõ respectu sciæ metaphy. quia nec ut formæ/nec ut prædicato illi ipsum ens subicitur: nec respectu omnium subiectoꝝ particulariũ siue specifice hic consyderatoꝝ: quia ad illa est primum genus/& primũ prędicatum. ridiculum enim est aliqđ dici primũ subiectũ/& esse comune subiectũ respectu eoꝝ/de quibus p se p̃dicatur. Cum .n. non sit illoꝝ subiectum/non potest esse illorum primum subiectum. Miror enim eos: qui dicunt aliquod esse primum subiectum: quia prædicatur de omnibus: imo p hoc quod de omnibus prædicatur/non subiectum: sed prędicatum primum est secundũ rationem subiecti & prædicati. nec dici potest in hac scientia ipsum esse comunissimũ subiectũ respectu passionũ: quoniam ens non habet passiones: ut dicemus. Secundo quia respectu passionum nõ comune: sed propriũ subiectũ est. non enim ad illa comuniter se se habet: nec potest ipsum ens esse comunissimũ subiectum: quia ad species entis est comune/ad passiones subiectũ/& sic subiectũ comunissimum: quia non ualet: est ad species comunissimum/& ad passiones subiectũ: igitur subiectũ comunissimum. Præterea omne respectu passionum consideratum est species: & non genus. generis enim passiones non sunt/nisi quatenus est species. Sic igitur patet ens non esse in hac scientia comunissimum subiectũ. Quarta conclusio est ꝙ ens esse potest metaphysicæ comunissimũ obiectũ/siue comunissima & prima rõ obiectiua: probatur/quia obiectũ dicitur tam respectu potentiæ: q̃ respectu habitus: at in scientia hac nihil est comunius ente: igitur est prima ratio obiectiua/per quam unumquodq; hic consideratum potest intellectui uel metaphysicæ obici. Est igitur ens primum genus & primũ prædicatum omnium eorum subiectorum: de quibus definitiones & passiones hæc scientia considerat. Est & primum obiectum siue prima ratio obiectiua metaphysicæ facultatis: quatenus est prima principalisq; ratio obiciendi illi: & per quam oĩa hic considerata illi obiciuntur:

Prima conclu.

Scđa conclu.

Tertia con.

Quarta con.

Vltima conclu. hæc de comunissimo. Vlterius dico q in hac scientia primum subiectū est de substantia: probatur/quia nihil est enti immediatius substantia. Præterea substantiæ partes & passiones/& species considerantur hic primo: & per attributionem ad illam cœtera considerantur. Igitur primū subiectum metaphisicæ est substantia / quæ sub ipso ente immediate & primo continetur. Ex hoc sequitur substantiam esse primam rationem materialem obiectibilem etiam apud Græcos: probo/ quia est id quod primo & immediate per ipsum ens intelligitur/ quod est primum obiectum: ut dictum est. Per idem potest deduci q sit prima ratio materialis definibilis: quia hæc hic definitur / & nihil illa prius: igitur prima ratio definibilis: Multa alia colligi possunt/quę hic intelligenti omitto.

Dubitatio. Sed occurres nunquid de ratione generis & comunissimi prædicati / uel obiecti sit habere passiones & definitionem: An solutio ex dictis patet:

Solutio. nihil enim est definibile/nisi quod habet rationem speciei:& nihil passiones habere potest/nisi inquantum habet definitionem: at de ratione comunissimi generis prædicati/ uel obiecti non est habere definitionem: & per consequens/nec passiones. Aliquod tamen gratia materiæ & per accidens habere potest: ut in libro Physicoꝶ diximus. Sed solum de ratione comunissimi est ut omnium specialiū subiectoꝶ de quibus passiones ars considerat/& definitiones: sit primum prędicatum/primum genus / ut dictum est. De ratione uero primi subiecti est omnia illa habere: ut Arist. indicat. hoc est definitionem & passionem / non autem species: ut dictum est.

Caput solutionum quintum.

Ad rationes itaq pro opinione Alfarabii / ad primam dici potest / idem esse subiectum utriusq Metaphysicæ primum primitate perfectionis / non aliter: ut deus ipse. ad duas alias rationes dic q concludunt deum esse subiectum primum primitate perfectionis: Ad rationes uero contra Alfarabium: ad primam dicemus postea in positione Auerrois. ad secundam/tertiam/& quintam dic q concludunt deum non esse subiectum primum primitate uniuersalitatis. ad quartam dici potest quod principium subiecti & scientiæ non est subiectum primum primitate uniuersalitatis:cum quo tamen stat/q sit primū primitate perfectionis. Dictum enim est in libro Physicoꝶ idem posse esse partē subiectiuam alicuius subiecti/& principiū eiusdem. Verbi causa:materia est pars subiectiua entis mobilis / & principiū illius: quatenus est causa corporum ut mobilia entia sunt. De hoc melius in solutionibus ad principales. Positio Auempaces in idē uenit cum positione Alfarabii: idem est enim deus / & prima causa: & propterea eodem modo defenditur.

De Pōne Auer. Circa positionem Auerrois essent duæ questiones disputandæ/ ut si su-

biectum potest demonstrari esse in scientia saltem demõstratione signi: & si genus substantiarum seperatarum esse: possit demõstrari: quę quia in libro Phy. sunt disputatæ/& dnr in xii. huius: Nunc raptim probo pro Auerroe q̃ nulla scientia probat suum subiectũ esse. Primo præcognitum quia est in aliqua scientia/non est quæsitum in illa: sed omne subiectum est præcognitum in ea scientia/cuius est subiectũ: ut dicitur primo Posteriorum: ait enim Arist. de subiecto esse præcognoscendũ/quia est:& quid nominis. Secundo si subiectum esse demõstratur in scientia/uel per eius speciem/uel per eius principium/uel per eius conditionem/siue proprietatem: non per eius proprietatem: non enim demonstraretur subiectum esse/nisi supposita illa proprietate inesse. Sed nõ potest supponi proprietatem inesse/nisi subiectum sit: igitur petitio principii. nec per eius principium/quia tunc demonstratio esset propter quid: qđ est contra eos: nec per eius speciem/quia non demonstraretur subiectũ esse/nisi supposito speciem esse: non potest supponi speciem esse/nisi supposito genus esse: non enim potest supponi posterius esse/nisi supposito priori quo ad esse. igitur per nihil potest demonstrari. Ex iis dicendum est secundũ ueros peripatheticos subiectum esse sumi in scientia/cuius est: ut præcognitũ/aut per sensum/aut ab alia scientia. Tunc ad rationes contra hoc ad primam concederet Auerroes omnem scientiã posse uti demonstratione quia/non tamen respectu subiecti: quod est præcognitum quia est: & quando dicitur/q̃ habet omnia requisita: negatur/quia licet uti possit demonstratione quia: respectu aliorum: non dicitur tamen subiectum esse unum de quesitis/nec conditio illa est notior subiecto: ut diximus. Ad inductionem patet solutio: demonstratio illa non est quia/nec propter quid/sed solũ sylogismus dialecticus: qui forte petit principium nisi recurras ad sensum uel altiorẽ scientiam: hæc de primo. Secundo probo q̃ metaphysica non possit probare ens seperatum per essentiam esse: quod Auerroes intelligit per genus substantiarum seperatarum/& suppono q̃ licet ens seperatum per essentiã: & ens seperatum per participationem sint diuersa: tamen sunt pertinentia: quoniam esse non potest ens seperatum per indifferentiam/nisi sit ens seperatum p essentiam: ut diximus im proæmio. Intulit enim Ari. vi. huius q̃ si nullum aliud esset ens p̃ter sepata p essentiam: utiq̃ Physica esset prima Philosophya: quam consequentiam deducit Auerroes primo huius: quia ubi non ponuntur immaterialia per essentiam: omnia erunt concepta cũ materia/& ita idem erit ens simpliciter & ens materiale: quare cum tollitur ens immateriale/nihil remanebit comune materiali & immateriali. Tunc arguo si ens immateriale esse/potest demõstrari: aut illud mediũ/quo probaretur/esset naturale uel metaphysicũ.

Qđ nulla scientia probat suũ subiectum esse.

Solu. peripathetica.

Ad rões Anto. andreæ.

Qđ metaphysi. nõ possit probare genus separatorum esse.

Comento xix.

Non metaphy. quia uel abstractum p essentiam/& sic petitio: uel p indifferentiam/& idem qđ prius: quia hoc modo ens abstractum supponit ens abstractum p essentiam. de hac ratiõe multa diximus in primo physicoꝝ circa comentũ ultimum. Secundo nulla scientia probat suum subiectum esse: nec species subiecti esse: ut sumunt scđo de anima: nec principale subiectum esse: quoniam esse subiecti primi non est nisi esse specieꝝ: & propterea si species esse probari potest/etiam subiectum esse probari poterit. Tunc ad rationes contra hoc ad primam dico ꝙ si illa proprietas erit metaphysica: tunc sylogismus erit dialecticus/ & petit principium; quia æque ignotum est an illa conditio sit ens seperatum: sicut est de re demonstrata: per idem ad secundũ: nam si arguas p mediũ quod est dependentia: si debeat esse metaphysicum: tunc debet esse qđ abstractum saltem p indifferentiam: tale autem esse non potest nisi supposito ente abstracto per essentiam: ut dictũ est. Et sic est petitio principii. Ad tertium dico ꝙ tunc esset prior: quando Physica probaret illud a priori: non autem quando ꝓbat a Posteriori. Per idem ad quartũ Illa enim conclusio ꝓbata est a Posteriori. Ad rationem contra tertium patet solutio: Illis enim esse potest aliquod comune analogum/ quod satis est: hæc pro Auerroe. Nunc ad rationes factas in principio questionis est respondendum. Sed quia solutiones rationum exposcunt difficultates: propterea anteq̃ ponantur: Quæritur primo utrũ hoc nomen ens dicat unum conceptum ꝓprium alium a conceptu dei/ & rei ꝓductæ/ siue alium a conceptu substantiæ/& accidentis. Et licet hæc questio diligentius in iiii. libro disputabitur: ubi est ꝓprius locus: tamen pp importunitatem aliquoꝝ/oportet aliquid dicere de illa nunc. Ad hanc difficultatem rñdent exteri/& dicunt duo: Primum est ꝙ hoc nomen ens dicit nobis conceptum unum ꝓprium & alium a conceptu substantiæ/ & accidentis/siue dei & rei ꝓductæ. Secundum est ꝙ talis cõceptus comunis substantiæ & accidenti/deo & rei ꝓducte est realiter unus. Ex quibus inferunt ꝙ conceptus entis est uniuocus substantiæ & accidenti deo & omnibus aliis: quia id uniuocum appellant quod est aliud & unum realiter: & quia conceptus entis est alius & unus realiter: idcirco est uniuocus. Sed quia hæc sunt obscure dicta/ & quasi noua Peripatheticis: ideo ꝓ declaratione horum primo debes scire apud hos inueniri hos terminos: uidelicet. rem/naturam/realitatem/siue formalitatem/& conceptum: res apud eos id est/quod ex esse & essentia constat. & ppea res non est nisi id quod est indiuiduum/uel indiuiduis conueniens. Natura uero ex realitate siue formalitate/& realitate ꝓficiscitur: ut species quæ ex genere/& differentia: quæ sunt realitates siue formalitates conficiuntur: realitas autem uel formalitas est entitas generis/ uel differentiæ:

[Margin notes:]
Comen. xxvii.
Ad rões Anto. andreæ.
Questio de uniuocatiõe entis.
Solu. exterorũ ut Scoti & Antonii andreæ.
Declaratio põis
Res/nã:realitas conceptus.

Conceptus autem ſumi poteſt ex parte noſtra pro conceptione/ſiue ratione concipiendi: qua ratione ſpecies intellectilis conceptus diceretur: & poteſt ſumi ex parte rei/& ſic eſt ipſum obiectum conceptibile: quod uel mouet uel terminat actu intellectum/uel poteſtate: & hoc modo ſumitur in q̄one/& in concluſionibus. Ex iis appet aliq̄d nomen poſſe dicere conceptum/& non realitatem uel formalitatem: ut hoc nomen ens apud iſtos. Dicit enim conceptū/quia obiectum aptum mouere uel terminare intellectum: non autem realitatem uel formalitatem/quia nihil generis uel differentię. Secundo patet aliquod nomen dicere realitatem uel formalitatem/& non naturam ut nomen ſubſtantiæ. aliquod etiam nomen dicere naturam/& non rem: ut nomen homo: quibus omnibus perſpicuæ ſunt omnes concluſiones. Prima quidem:quia uolunt hoc nomen ens dicere unum conceptum alium/& propriū a conceptu ſubſtantiæ & accidentis: non aūt unam formalitatem uel realitatem/nec unam naturam/nec unam rem. Secunda uero/quia uolūt ꝙ unitas huius conceptus ſit præter opationem intellectus: & propterea ille conceptus eſt unus realiter: Hæc uolui breuius dixiſſe:quia iſti adeo multiplicāt hæc: ut ad imenſum procedāt: Pro hac poſitione arguunt multipliciter: Primo unus & idem conceptus non poteſt alicui certus eſſe/& ſimul dubius de eodem: eſt enim contradictio ꝙ aliquis conceptus ſit certus & dubius ſimul de eodem. Sed conceptus entis eſt certus de aliquo & dubius de aliis: igitur eſt alius ab illis de quibus eſt dubius: minor patet/quia antiqui erant certi de lumine ꝙ ſit ens: dubitarunt autem utrum ſit ſubſtantia uel accidens. Similiter alii cognouerunt animam eſſe ens: & tamen dubitarunt utrum eſſet ſubſtantia uel accidens. Hanc rōem Auic. tetigit primo ſuę metaphy. capite vi. quam exteri poſtea ſumpſerunt/& in tantū illam magnifecerunt ut quidam uelint illam eſſe Achillem zenonis: quam nos dicemus eſſe Therſitam. Secundo principaliter arguunt ſubſtantia & accidens in ente cōueniunt/& differunt inter ſe: igitur ens dicit conceptum aliū & tertium a conceptu ſubſtantiæ & accidentis: tenet cōſequentia/quia impoſſibile eſt aliqua cōuenire & differre in eodē. Tertio ens prædicatur de ſubſtantia & accidente: uel igitur ſcd̄m alium conceptum: uel ſecundum eundem. ſi ſcd̄m eundem: tunc erit prędicatio eiuſdem de ſe ipſo: igitur ſcd̄m aliū: qui eſſe nō poteſt niſi ſit unus: aliter tot eſſent cōia: quot inferiora. Quarto aut conceptus entis eſt idem penitus cum conceptibus ſubſtantiæ & accidentis: uel alius. non idem: quia uel idem alteri tantū: uel utriq;. ſi idem alteri tantū / non poterit de altero prædicari. ſi uero utriq;/igitur illi erunt idem inter ſe: igitur oportet conceptum entis eſſe alium ab illis. Quinto conceptus entis eſt naturaliter prior cōceptibus dei & rei productæ/ & ſubſtantiæ

Rōes ꝓ pōne.
Prima.
Secunda.
Tertia.
Quarta.
Quinta.

& accidentis: igitur alius ab illis. añs patet quia a ſubſtantia ad ens nõ conuertitur eſſendi conſequentia. Sexto non poteſt idem conceptus eſſe ſimpliciter ſimplex hoc eſt penitus inreſolubilis & nõ ſimpliciter ſimplex hoc eſt reſolubilis. Sed conceptus entis eſt ſimpliciter ſimplex: quia inreſolubilis: & conceptus ſubſtantiæ & cuiuſuis inferioris eſt reſolubilis: igitur conceptus entis eſt alius. præterea pro hac poſitione arguunt iuniores peripathetici. Septimo ſic: illud quod habet unũ modum eſſendi/ſiue unum apparens in ſubſtantia & accidente eſt unius rationis ſiue conceptus in ſubſtantia & accidente: quia una ratio ab uno ſumitur modo eſſendi: ſed ens habet unum modũ eſſendi in ſubſtantia & accidente: utpote eſſe formaliter: quia ſubſtantia eſt ens per ſe formaliter: accidẽs etiam ens per ſe formaliter ueluti quantitas & qualitas. Quamuis enim accidens ſit per ſubſtantiam ſubiectiue: eſt tamen ſe ipſo formaliter. nõ enim ſubſtantia eſt formale principium quo accidens ſit tale: igitur ens eſt unius rationis ad ſubſtantiam & accidens. Octauo/ hæc propoſitio eſt uera/ſubſtãtia eſt prius & nobilius ens ipſo accidente: aut igitur ens ibi ſumitur pro ſubſtantia/ uel pro accidente: aut pro intentione/ ſiue conceptu tertio: non pro ſubſtantia/quia tũc eſſet ſenſus ſubſtantia eſt prior & nobilior ſubſtantia q̃ ſit accñs: quod eſt ridiculũ. nec pro accidente: quia tunc eſſet ſenſus ſubſtantia eſt prius & nobilius accidens q̃ ſit accidens: igitur pro intentione ſiue conceptu tertio. Nono ens prædicatur de ſubſtantia & accidente: uel igitur per rationẽ ſubſtantiæ/uel per rationem accidentis/uel per rationem tertiam/ uel per nullam. non dicerem ipſum prædicari per nullam rationem: ut per ſe perſpicuũ eſt. igitur per aliquam/& non per rõem ſubſtantiæ: quia non prædicaretur de accidente: nec per rationem accidentis: quia nõ de ſubſtantia: igitur per rationem tertiam. Decimo/tota entium multitudo poteſt concipi uno conceptu: igitur ens de omnibus prædicatur per unum cõceptum. antecedens patet/quia poſſum formare hãc propoſitionẽ uidelicet/tota multitudo entium eſt extra nihil: uel igitur uno conceptu hanc cõcipio/ uel pluribus: nõ pluribus: quia tunc infinitis conceptibus illam conciperem: igitur uno: & ita habetur propoſitũ. Plures alias rationes & ſubtiles adducemus in quarto libro ubi eſt proprius locus huius queſtiõis: nunc autem hæc ſufficiunt. Quod uero talis conceptus ſit unus realiter / hoc eſt præter opinionem intellectus: probant primo/ quia prædicatur de aliquibus inquid pꝛedicatione dicente hoc eſt hoc. Secundo/quia eſt obiectum potentiæ: quod naturaliter præcedit illam. Tertio quia ſubſtantia & accidens circũſcripto intellectu hñt aliquam cõuenientiam: & maiorem q̃ ens & nihil. Quarto/quia intellectus uera intellectione intelligit ens eſſe comune ſubſtantiæ & accidenti: igitur ita eſt in re.

Sexta.

Septima.

Octaua.

Nona.

Decima.

Qđ conceptus entis ſit un9 realiter.

Quinto tunc uniuersalitas entis esset figmentũ : quia sibi nihil in re conueniret. Multæ aliæ rationes fieri possunt pro hac parte : sed hæ nunc sufficiant. Sed hæc positio nec quo ad modum dicendi/nec quo ad positionem ipsam est peripatetica. quo ad modũ dicendi quidẽ / quia ab Arist. nunq̃ accepimus uniuocũ & æquiuocum dici ab unitate cõceptus uel multiplicitate. Arist. n. in prædicamentis æquiuoca definiens inquit æquiuoca dicuntur/quorꝫ solum nomen cõe est: secundum nomen uero ratio substantiæ est diuersa ; Vniuoca uero ita definit dicens uniuoca dicuntur : quorum nomen comune est : & secundum nomen ratio substantiæ eadem : ubi Simplicius per rationem definitionem/& non conceptum exponit. Boetius etiam per rõem : quæ græce est logos / etiam definitionem substantialẽ intelligit. Ait. n. æquiuoca & uniuoca in nullo alio discrepare/nisi ꝙ æquiuoca definitione disiuncta sunt. Vniuoca ipso quoqꝫ termino coniunguntur : ecce quo modo tã simplicius/q̃ Boetius semper uniuocũ ab unitate rationis : æquiuocũ a multiplicitate diiudicant : nec unq̃ uidi aliquẽ bonũ Arist. interpretẽ : qui uniuocũ uelit esse ab unitate conceptus : qui non sit definitio/nec æquiuocũ a multiplicitate illius. Præterea differentia inter conceptum/realitatẽ/siue formalitatẽ/ naturã / & rem est fictio. nec unq̃ aliquis bonus peripateticus ducetur aut cogetur istas ineptias fingere. Amplius non uidetur sapide dictum : ut aliquod nomen possit realitatem significare/ & non rem : quia realitas deducitur a re : uelut bonitas a bono. Similiter non est peripateticũ ut nomen aliqnod possit formalitatem dicere ; non aũt formam / quia formalitas descendit a forma : ut materialitas a materia. Insup non est auditum ut natura dicatur ea tantum quæ ex realitate & realitate componitur : quia Arist. definit naturã ꝑ hoc ꝙ est principiũ motus & quietis : quam ait dici de materia/& de forma. Sic igitur quo ad modum dicendi hæc positio non est peripatetice dicta. Quantum uero ad positionem ipsam : ꝙ non sit peripatetica : nemo debet dubitare : propterea rõibus peripateticorꝫ arguitur. Et primo argumento Simplicii secundo de anima textu illo (dicimus igitur unũ quoddam) & reliqua / hoc modo/nullũ uniuocũ dicitur magis/uel prius/uel proprius in uno q̃ in alio ; ueluti color nõ dicitur magis in albo q̃ in nigro / nec prius nec ꝓprius. sed ens magis ꝓprie & uere ens in substantia q̃ in cæteris ꝓdicamentis dicitur: & bonũ magis proprie in diuina causa q̃ in causatis ; igitur ens non est uniuocum : hæc est rõ Simplicii. Secundo arguit Auerroes in libro destructio destructionũ/disputatione septima in solutione ultimi dubii sic/illud in quo unũ per se & essentialiter antecedit aliud/nõ potest esse illis uniuocũ : dico per se & essentialiter/quia Socrates pater antecedit Platonem filiũ in humanitate/quia tamen hæc

Confutatio.

Simplicius.

Boetius.

Quod falsa.

Rõ Simplicii.

Rõ Auerrois.

præcessio est per accidens: ideo homo potest esse uniuocus ambobus: igitur quando aliquid antecedit per se & essentialiter in a: nō potest cū illo uniuoce conuenire: & sic patet maior. sed prima causa antecedit per se in ente omnia alia entia: igitur non potest in ente uniuoce cum illis conuenire. Tertio ibidem ita arguit/id quod per essentiam capit aliquid: non potest in illo uniuoce conuenire cum iis: quæ id capiunt per participationē: hęc est per se nota: quia ideo Socrates in humanitate p̄t uniuoce conuenire Plato. quia tam Socrates/q̄ Plato per essentiā capiūt humanitatem: igitur per cōuersionem per contrapositionem: quod nō capit aliquid per essentiam: non potest uniuoce conuenire in illo/cū eo quod capit illud per essentiam: sed deus capit ens per essentiam: Solū enim primū ens est ens per essentiam: & cœtera capiunt ens per participationem. Omne enim citra primum ens est ens per participationem: igitur non pn̄t in ente uniuoce conuenire. Hæc ratio apud eos qui non sunt male affecti erit non leuis. Quarto arguit Egidius nullū uniuocū saluatur in uno simpliciter/& in aliis scd̄m quid: Sed ens in deo & substantia saluatur simpliciter: est enim deus simpliciter ens: etiam substantia simpliciter ens: in aliis: ut in accidentibus/saluatur scd̄m quid: est. n. accn̄s ens scd̄m quid: similiter omne ens citra primū est ens scd̄m quid: igitur ens nō est uniuocum. hæc ratio non multum differt ab illa Auer. Quinto etiā arguit Egidius: nihil potest uniuocari alteri per aliquid: quod non est in eo/sed in alio: Sed accn̄s est ens entitate quæ est in substantia: igitur non potest accn̄s uniuocari substantię in entitate. Sexto arguit Ioannes nullū prædicatū uniuocū prædicatur de modo essendi: a quo sumitur eius unitas. animal enim non prædicatur de ipso sentire/a quo sumitur unitas conceptus animalis: sed ens prædicatur de modo essendi/a quo sumitur eius unitas/utpote de esse formaliter: quod ponunt modum essendi: quia talis modus essendi uel est ens/uel non ens: si non ens/tunc ridiculū erit ꝙ ratio intelligendi ens sumitur a nō ente: sin autem sit ens: tunc ens prædicabitur de modo essendi: a quo acciperetur conceptus entis: quod est omnino impossibile. Forte dicerent ꝙ iste modus essendi est ens idētice / & nō formaliter/nec quiditatiue: quia apud exteros ens non prædicatur de omnibus quiditatiue: quoniam nō de modis intrinsecis/nec de differentiis ultimis/nec de passiōibus entis. Sed hæc responsio est puerilis/& non sapit opinionem exteroꝝ: quia licet ens non prędicetur uniuoce de omnibus: prædicatum est uniuocum omnibus. refert enim apud exteros esse uniuoce prædicatum/ & uniuocum prædicatum: albū enim de niue & cygno uniuocum prædicatum est: quia de illis scd̄m idem nomen / & eandem rationem prædicatur: non autē uniuoce prædicatur/quia non per se & formaliter/ nec quidi-

Scda rō Auer.

Prima rō Egi.

Scda rō eiusdē.

Rō Ioannis.

Solutio.

Confutatio.

tiue: ad rem: isti exteri uolunt ens esse uniuocum prædicatū omnibus: non autem uniuoce prædicari de omnibus: & ita argumentum stabit: quia licet ens non prædicetur de illo modo essendi uniuoce/ erit prædicatum de illo uniuocum: & ita sequitur aliquod prædicatum esse uniuocum de modo essendi/a quo eius ratio sumitur / quod erat impossibile. Videtur igitur mihi p hæc argumenta/& nō tantū per hæc argumenta: quantum per auctores/qui his argumentis mouebantur/dicere: ens esse analogum: non enim est uniuocum/quia nullam unam rationem dicit: scdm quam de substantia & accidente prædicari posset: nec equiuocum penitus: quia aliquis ordo inuenitur inter substantiam & accidens/inter primam causam/& cœtera entia: quatenus substantia est talis & ens p essentiam: accidens uero tale & ens per participationem. Restat igitur ipsum nomen ens esse analogum. Ex iis sequitur q̄ hoc nomen ens nō significat unum cōceptum cōem deo & cœteris rebus / uel substantię & accidenti: sed primo significat substantiam & accidens: ut Auer. ait .x. metaphysi. tamen ordine quodam: utpote substantiam per se: accidens uero per attributionem ad substantiam: quatenus entitatem qua ipsum est / in substantia habet. Multa possunt dici hic/quæ in libro quarto dicentur. Pro solutione tamen ad rationes primo dicemus uno modo: scdo aliter / & pro primo debes scire/q̄ licet præter opationē intellectus nihil sit præter substantiam & accidēs: tamen mediante operatione/qua intellectus substantiā cōcipit & accidens/relinquitur in ipsa anima: quędam conceptio/quæ nec substantiam distincte/nec accidens repræsentat: sed illa disiunctim/atq; confuse: uel magis ad aures sorticolarū iste terminus ens in mente: significat mihi substantiam & accidens/tam pręsentia & futura & possibilia/q̄ pterita & imaginaria. In ppōe aūt sumptus supponit disiūctiue pro psentibus: uerificat uero pro uno tātū: hæc aūt non tātum de isto termino ens fatentur sorticolæ: sed de omni termino cōi deducto impedimento signi: quæ res licet non uideatur peripatetica secundum uerba: tamen scdm rem ad idem uenit. Et iuxta hunc modū tunc ad rationes exterorū ad primam respondet Ioannes & sapide concedendo/q̄ ex natura rei non possit idem conceptus esse certus & dubius: & propterea dicit q̄ quicunq; concipit aliquā rationem entis/ necessario illam concipit: aut sub conceptu dei uel rei productæ/substantiæ uel accidentis: & dicit q̄ dubitatio non accidit philosophis de lumine ex parte rei uel conceptus/sed ex ignorantia quid nominis: propterea quia ignorabant quid importetur nomine substantiæ aut accidentis. & ad formā: negatur minor/& conceditur maior: & ad probationem minoris patet solutio: q̄ disputantes de lumine non exparte rei dubitabant de ipso si est substantia uel accidens: sed propter ignorantiam quid nominis: & sic

Positio propria

Excerptum.

Cōmēto.viii.

Suppōes p solutione.

Solutio rōum.

patet rationem hanc non Achillem eſſe / ſed Therſitam. Ad ſecundam dici poteſt ꝙ ſubſtantia & accidens in ente conueniunt: non quidem in conceptu entis ex parte rei cōi: ſed in illo diſiūcto / qđ repreſentatur per conceptionem entis. Differunt autē propriis & diſtinctis conceptibus. uel more Sorticolaꝝ dici poteſt ꝙ ſubſtantia & accidens conueniunt in ente: quatenus iſte terminus ens prædicatur cōiter de quolibet illorum. differunt autem propriis conceptibus / quatenus unuſquiſq; terminus illorum prædicatur de unoquoq; illoꝝ non cōiter. Ad tertiam dici poteſt ꝙ ens prædicatur ſcđm conceptum comunem per diſiunctionem modi concipiendi: non per comunitatem rei conceptæ. uel more ſorticolarum dici poteſt ꝙ ille terminus ens prædicatur de ſubſtantia uerificatur per conceptum ſubſtantiæ / ſignificatiue ſiue ſuppoſitiue ſcđm conceptum diſiunctum: quia in propoſitione ſupponit determinate: & propterea eſt terminus cōis. Ad quartam dici poteſt ꝙ conceptus entis / qui diſtincte ſignificatur per ens: nihil aliud eſt q̄ cōceptus ſubſtantię uel accidentis: qui uero diſiunctiue accipitur / eſt alius / ab illis diſtincte ſumptis: & ſic nō ualet ratio. Vel more ſorticolaꝝ dico ꝙ iſta in propoſitione / ſubſtantia eſt ens: iſte terminus ens ſignificat ſubſtātiam & accidens / præſentia & futura / ſupponit pro præſentibus / uerificatur pro conceptu ſubſtantiæ: & ita ſignificatiue cōceptus entis eſt ſubſtātia & accidēs quæ ſunt / & quæ poſſunt eſſe. Suppoſitiue eſt ſubſtantia & accidens quæ ſunt: Verificatiue eſt ſubſtantia tantū: nec ſequitur ꝙ ſit prædicatio eiuſdem de ſe / quia ille terminus ens ſignificat aliud a ſubſtantia. Ad quintā dici pōt ꝙ conceptus entis / qui eſt ſubſtantiæ uel accidentis diſiunctiue ſumptus eſt prior conceptu ſubſtantiæ: non autem ſi ſumatur diſtincte. uel more ſorticolaꝝ dici poteſt ꝙ conceptus entis nō eſt prior nec poſterior / quia nullus eſt / ſed iſta prædicatio ſubſtantia eſt ens: eſt prædicatio ſuperioris de inferiore: quia iſte terminus ens ſignificat ſubſtātiam & aliud. Ad ſextā dico ꝙ conceptus entis diſiunctus eſt ſimpliciter ſimplex: conceptus uero entis diſtinctus eſt ſimplex / uel more ſorticolꝝ pōt dici ꝙ conceptus entis eſt ſimpliciter ſimplex: id eſt ſignificatū entis ſignificatur per terminum comuniſſimum: & conceptus ſubſtantiæ non eſt ſimpliciter ſimplex: quia ſignificatur per terminum non comuniſſimum. Ad ſeptimā dico ꝙ minor eſt falſa / quia eſſe formaliter eſt aliud in ſubſtantia / & aliud in accidente: nec ab illis poteſt abſtrahi unus modus comunis. præterea accidens eſt ens formaliter propter ſubſtantiā: & principium formale & effectiuum accidentis eſt in ſubſtantia: ut dicit Egi. Ad octauam dicunt ꝙ ſubſtantia eſt nobilius ens ipſo accidente: nō in tertio conceptu / ſed quia ſubſtantia eſt ſubſtantia a ſe: accidens uero: eſt accidens dependenter ad ſubſtantiam. uel dici poteſt more ſorticolarum

ꝙ substantia est nobilius ens ipso accidente: quatenus iste terminus ens prædicatur nobiliori modo de substantia/q̄ de accidente: prædicatur autem nobiliori modo: quia substantia est nobilius subiectum/siue significatum. Ad nonam patuit solutio per ea quæ dicta sunt ad tertiã. Ad decimam respondet Ioannes & sapide ꝙ dicendo tota multitudo entium est extra nihil: nõ est una propositio: sed plures/quia ens est extra nihil/ quatenus substantia est extra nihil: & accidens est extra nihil: Et sic conceditur ꝙ ista propositio non uno conceptu simplici concipitur: sed uno conceptu composito/& secundum analogiam ad unum. Ad rationes autem quæ probant conceptum entis esse unum realiter: ad primam dic ꝙ ens prædicatur prædicatione dicente hoc est hoc de substantia: & ita dicit unum conceptum realem/sed non alium a conceptu substantiæ uel accidentis: & propterea est prædicatio superioris de inferiore: quatenus iste terminus ens significat comuniter ambo. Ad secundũ dico ꝙ ens est obiectum potentiæ/sed præter opationem intellectus nõ est unum: quatenus uero intellectus cooperatur / reditur unum: & ad unitatem potentiæ/sufficit unitas obiecti/ quæ est uel potest esse: unde ante actum intellectus omnem: obiectum est multiplicatum/at post actum/ siue rectum siue cõparatiuum/efficitur comune & unum. Ad tertiam dico ꝙ substantia & accidens circũscripta opatione intellectus non habent maiorem nec minorem cõuenientiam actualem/sed potentialem: quatenus intellectus est/qui facit uniuersalitaté in rebus: ut dicit Auer. Nã ante actũ oẽm intellectus/uniuersale est in singularibus & nõ unũ/ post uero actũ/siue rectũ/siue reflexũ/siue cõparatiuum uniuersale fit actu cõe. Ad quartã dico/ꝙ intellectus nõ intelligit aliqđ cõe/ꝙ iste terminus uel hoc nomen ens comuniter prædicatur de utroq;. Ad quintam dico ꝙ nõ est figmentum/ quia illi correspondent res aptæ concipi sub unitate. Animaduersione dignum nõ nullos: ut Egidius est dixisse hoc nomen ens nihil aliud dicere simpliciter nisi conceptũ dei/uel substantię. Conceptus uero cæterorum ut accidentiũ non dicere/nisi sc̄dm quid/& in obliquo: Et propterea apud hos hæc est uera substantia est ens. Hæc aũt falsa/accidens siue albedo est ens:non enim conceditur nisi quatenus est entis. Vt enim hęc est falsa paries est albedo; sed hæc uera paries est albedinis/uel albus: sic hæc est falsa albedo est ens/sed entis/uel entale/ quatenus entitas accidentis est formaliter illa substantiæ: quod si concedatur illa/albedo est ens: non conceditur tanq̄ propria: sed de comuni usu loquẽdi: quia accidens nõ est ens nisi entitate quæ formaliter est substantia: denominatiue accidentis: Quæ positio forte a Parmenide intelligebatur: ut exponit Pla. in li. parmenidis/& ut refert Simpli. in li. phy. Non enim uoluit dicere omnia esse unum & immobile formaliter: sed

Alia põ de ipso ente:quæ ẽ Egidii & Simpli.

ens esse unum per se ut deum: qui per se est / & solus est: de aliis uero non dici simpliciter / sed scdm quid / & denominatiue: quatenus cœtera non sunt entia simpliciter / sed entis. Ex quibus patet hoc nomen ens nõ esse penitus uniuocum / quia non unum conceptum comunem dicit: nec penitus æquiuocum / quia non immediate conceptus plures / sed dicitur analogum / pro quanto significat unum per se / reliqua per accidens / & attributione. Hæc est intentio Simplicii in scdo libro de anima / & uidetur omnium Peripateticorum antiquorum. Plato uero opinatus est unũ esse analogum / & non dici nisi principaliter de deo: de cœteris uero secundũ quid / & attributione ad deum: ens uero esse uniuocũ / quia uniuoce dicitur de causatis. Opinatur enim unum esse ante ens: quatenus deus est ante ens causatum: & hoc / quia esse tribuit causatis dũtaxat / unitatem uero causæ primo / cœteris autem attributione ad causam. Et iuxta positionem Egidii & Simplicii de facili possunt solui rationes exterorum. Ad primam iam satisfactum est per solutionem Ioannis / quæ quia est bona / non quærimus aliud. Sed ad secundam dico q conceptus primæ causæ / & conceptus causati non conueniunt in ente. Similiter nec conceptus substantiæ & accidentis / quia sola substantia est ens / & accidens non est ens / sed entis / uel ad ens / aut entale quid: & si conceditur illa / accidens est ens / inpropria est. Ad tertiam patet solutio: ens enim non prædicatur nisi de substantia per conceptum substantiæ: non autem est prædicatio æqualis de æquali: quia saltem secundum quid prædicatur de accidente: Et qnando diceretur / ens prædicatur de accidente / uel conceptu substantiæ / uel conceptu accidentis / uel conceptu tertio: patet solutio / quia ens non prædicatur de accidente prædicatione simpliciter / sed prædicatione secundum quid: & hoc pacto conceptu substantię prædicatur / uel cõceptu / qui est in substantia / aut ad substantiam. Per idem ad quartam / ens enim non est simpliciter idem nisi substantię: accidenti uero idem attributione ad substantiam. Ad quintam dico q conceptus entis non est prior conceptu substantiæ / quia hæc ualet / substantia est: igitur ens est / & contra ens est: igitur substantia est: licet non sit prædicatio æqualis omnino / quia saltem ens prædicatur de accidente secundum quid. Ad ultimam dici potest conceptum entis esse simpliciter simplicem: pro quanto conceptus substantiæ / uel dei nullũ habet priorem conceptum / in quem resoluatur: quia conceptu substantiæ uel dei nullus est prior / q si ens de ipso accidente prædicatur: non per conceptum alium ab utroq prædicatur / sed per conceptum substantiæ de substantia & per conceptum accidentis de accidente attributione ad conceptũ substantiæ. Ex his patet quatenus rationes probantes conceptum entis esse realiter unũ / uno mõ probant / alio mõ nõ: Probãt .n.

Põ Platonis.

conceptum entis esse realiter unum : quia est dei/uel substantiæ : non autem probant illud esse realiter unum : quia comuue utrisq; : hæc de prima difficultate : ut de uniuocatione entis : de qua dilig̃etius in li. iiii. Sectatores expositoris aliter consueuerunt dicere : uoluerunt enim huic nomini ens in uoce uel in scripto correspondere in mente conceptum entis obiectiuum : qui præter omnem actum intellectus tam rectum q̃ collatiuum / non est actu aliquid præter substantiam & accidens. Per actum autem rectum / uel collatiuum est comunis / & uniuocus substantiæ & accidenti : primæ causæ & causatis. Et in hoc differt ab exteris : quia exteri præter omnem actum intellectus ponunt conceptum entis alium a substantia & accidente : cui præter omnem actum intellectus correspondet quædam unitas minima : quæ dicitur uniuocationis transcendentis : Secundum tamen expositorem ante omnem actum nullus est entis conceptus præter substantiam & accidens : nec unitas aliqua sibi conueniens : Et iuxta hanc opinionem parua est differentia Thomæ ab exteris. & propterea facile exterorum rationes delentur. Tu uero considera omnia hæc : Nam in quarto huius dilucidarii libro repetetur disputatio hæc : & ibi clarius & diligentius res dilucidabitur. Secunda dubitatio est : utrum ens inquantum ens habeat principia & causas : uidetur q; non / quia nullum uniuersale habet principia & causas : Est enim causatio / actus : & omnis actus & operatio / est singularium primo huius : Sed ens inquantum ens est uniuersale : igitur non habet principia. Secundo si ens inquantum ens habet principia : tunc omne ens : & sic deus & substantiæ seperatæ haberẽt principia. Tertio si ens habet principia : igitur aliquid esset ante ens : hoc autem est falsum / quia ens est maxime primum & communissimum. Quarto si haberet principium / uel illud esset ens : uel non ens : non est dicendum / q; sit ens : quia tunc idem esset principium / & principiatum : Si nihil / pro nihilo relinquatur. In contrarium est Aristoteles : qui ait / q; scientia considerat subiectum / principia / & passiones : ut patet in primo posteriorum : At ens inquantum ens est subiectum. Præterea & in quarto huius dilucidarii libro idem dicit : Et Auerroes duodecimo Metaphysicæ commento primo. Debes scire q; per principia & causas entis possumus intelligere uel principia complexa : quæ sunt principia inherentiæ passionum entis ad ipsa entia : quæq; dicuntur principia demonstratiua / & principia cognoscendi / uel principia incomplexa / que sunt causæ essendi / & esse / siue entitatis : quæ dicuntur principia essendi. Nam ipsum ens potest considerari quo ad eius essentiam : & quo ad eius scibilitatem : Propterea uidentur alia principia essentiæ / & scibilitatis : ut patet primo physicoꝝ cõmento xi.

Scd̃a q̃ utrum ens hẽat cãs / & principia.

Quot modis principia.

Quot modis inquantum.

Secundo debes scire/ q licet uerbum inquantum/ semper a Peripateticis sumatur reduplicatiue / tamen hæc reduplicatio potest esse ex parte rei & per se: & sic infert uniuersalem/ quia si homo est animal inquãtum sensitiuus/ per se & ex parte rei: omne sensitiuum erit animal. Vel esse potest ex parte nostri modi intelligendi / quod Iuniores appellant specificatiue: & sic non infert uniuersale: ut si homo ut intelligibile sit species / non sequitur de omni intelligibile esse speciem: quia intelligibile est modus intelligendi / quo intelligimus hominem esse speciem.

Cã quot modis

Tertio debes scire/ q causa potest sumi pro eo/quod causat: & pro ratione causæ seu causandi. Similiter causatum potest sumi pro eo qd causatur/ & pro ratiõe causati: seu qua causatur. Dicitur .n. Nyphus & callias causa agens Iacobi uel domicii/ at homo siue humanitas est ratio agendi.

Rõ cãndi quæ.

Quarto debes scire q ratio causandi est duplex / uniuoca: ut humanitas in patre est ratio causandi filium in humanitate: & æquiuoca / uelut aliqua intelligentiarum est ratio / qua pater causat filium in humanitate: non quidem uniuoca/ sed ęquiuoca.

Prima cõclusio

Tunc dico / q sumendo causatum pro eo quod causatur: sic ens comune inquantum ens non habet per se causam uel principium / siue sumatur principium pro complexo/ siue pro incomplexo/ siue pro eo quod causat / siue pro ratione causandi: Hoc patet / quia sic sumendo ens/ est uniuersale / & ut uniuersale a nullo causatur: quia causatio est actus singularis: potest tamen per acidens habere/ ratione contentorum.

Scda cõclusio.

Si uero sumatur causatum pro ratione: qua aliquid causatur: & causæ pro principiis incomplexis: sic ens inquantum ens habet causas / ut uerbum/inquantum/ sumitur ex parte nostri modi intelligendi: & non per se ex parte rei. Declaratur: quia contenta sub ente possunt considerari/ ut mobilia/ & ut entia: quatenus mobilia: habent causas spectantes ad Physicum: quatenus ratio causati est ens: spectat ad Metaphysicum: igitur entia hic considerata habent causas: & non nisi ratione entis: igitur ens inquantum ens habet causas / sumendo uerbum inquantum ex parte nostra: Et ipsum ens pro ratione / qua aliqua dicuntur habere causas. Tertio dico/ q si sumatur ens pro ratione causati: & principia pro complexis: sic ens inquantum ens habet causas / ut uerbum inquantum/ tenetur per se ex parte rei: quia sic omne contentum sub ente habet eiusmodi causas: quia omne tale habet aliqua/ ut proprietates de ipso demonstrabiles per aliqua ut principia.

Dubi. de causis entis.

Sed dubitaret fortasse acutissimus iunior / quæ nam sint istæ causæ? & licet de huiusmodi re in quarto huius dilucidarii libro diligentius disputabimus: tamen dicam nunc / q accipiẽdo causas pro prin

Solutio.

cipiis ipsis cõplexis/ ueluti paulo ante declarauimus & postea dicemus:

ſunt præmiſſe / quibus demonſtrantur proprie paſſiones de contentis ſub ente: ſiue illæ præmiſſæ ſint cauſæ eſſendi/ſiue demonſtrandi tantum. Sumendo uero cauſas pro principiis incomplexis: dico ꝙ cauſæ pro his quæ cauſant ſunt res cauſantes ſub ente contentæ: ut homo hominem / & equus equum / & leo leonem cauſant: pro rationibus cauſandi / cauſæ æquiuocæ / ſunt intelligentiæ / & omnes ſubſtantię ſeperatæ: quæ ſunt rationes: quibus agens efficit ens aliquod ſub diuerſis gradibus: Verbi gratia intelligentia lunæ eſt ratio cauſandi æquiuoca per quam homo hominem efficit animal. Intelligentia mercurii eſt ratio / per quam homo efficit hominem corpus: intelligentia ueneris: eſt ratio / per quam homo efficit hominem ſubſtantiam: & ſic gradatim uſq; ad deum / qui eſt ratio / qua homo efficit hominem ens: rationes uero cauſandi uniuoce ſunt tot / quot ſunt prædicata in ente effectu: uerbi gratia humanitas in patre / eſt cauſa ſiue ratio cauſandi uniuoca humanitatis in filio: & ſicut humanitas in filio eſt ratio / qua filius efficitur humanus / & ſic de animalitate / & corporeitate & id genus. Ex his ſequitur / ꝙ ſi cauſæ ſumuntur pro principiis demonſtratiuis / ſic omne ens habet cauſas / quia ſaltem principia: per quæ poſſunt demonſtrari paſſiones entis. Si uero pro principiis eſſendi: ſic non omne ens habet cauſas: quia nõ deus & principia entis: ſed quædam habent cauſas / quæ ſunt cauſæ eorum ſub ratione entis ſimpliciter / & non entis mobilis / uel ſub ratione ſpecifica alicuius talis. Aut facilius ad queſtionem dici poteſt & logice / ꝙ hæc propoſitio ens habet principia inquantum ens / eſt una reduplicatiua: ubi uerbum inquantum / reduplicat ipſum ens: modo reduplicatio poteſt eſte rei ſiue conſequentiæ / aut poteſt eſſe rationis ſiue modi intelligendi / & poteſt eſſe cauſæ: Si reduplicatur res: ſic eſt ſenſus: ens habet principia: & ens eſt ens: & ſi aliquid eſt ens: illud habet principia: igitur ens habet principia inquantum ens. Si reduplicatio ſit cauſæ: tunc eſt ſenſus / ꝙ cauſa quare ens habet principium eſt ens: Si uero reduplicatio ſit rationis ſiue modi intelligendi: & eſt ſenſus ꝙ ens habet principia ſub ratione / qua ens: & non ſub ratione / qua mobile / uel quantum. Tunc dico / ꝙ ſi illud uerbum inquantum / eſt reduplicatio conſequentiæ / ſiue rei: ſic falſa eſt illa / ens inquantum ens habet principia: quia tunc ſi aliquod eſt ens: illud haberet principium: & ita prima principia / ſiue demonſtratiua / ſiue quæuis haberent principium: quia illa ſunt entia: & tunc non eſſet deueniendum ad prima principia in ordine ſcibilium / uel in ordine rerum: Si autem illud uerbum inquantum eſt reduplicatio cauſæ / etiam illa eſt falſa: quia eſſet ſenſus cauſa quare ens habet principium / eſt ipſum ens: quod eſt falſum:

Excerptum.

Solut. queſtiõis facilior.

De reduplica.

non enim esse ens est causa habendi principium: quia tunc prima principia haberent principia: quia sunt ens. At si reduplicatio sit rationis / siue modi intelligendi: sic illa est uera ens inquantum ens habet principia: quia est sensus / q ens habet principiũ sub modo quo ipsum ens nec intelligitur mobile / nec quãtum: sed sub mõ quo intelligitur ens. Et sic nõ sequitur / si aliquod est ens / illud habet principium: sed solum quod aliquod ens habet principium: quod est causa illius / nõ sub ratione mobilis / nec quanti: sed sub ratione entis. Et hoc est uerum / quia substantiæ seperatæ & deus entia efficiũt / nõ quatenus intelliguntur mobilia / uel quanta: sed quatenus intelliguntur entia: etiam prima principia demonstratiua sunt entis: non quatenus intelligitur mobile uel quantum: sed quatenus intelligitur scibile. Et iuxta hanc positionem ad rationes respondetur ad primam: concedo q nullum uniuersale habet causam: nec ens inquantum ens accipitur ut uniuersale: sed quatenus intelligitur precise sine rationibus specialibus. Ad secundam patet solutio per determinata: illud enim sequeretur / quando uerbum illud inquantum: teneretur reduplicatiue reduplicatione rei. Ad tertium dico q ens habet principium / & nego q sequatur ens esse ante ens: sed bene sequitur ens esse ente prius: nam ens causa / est ente causato prius: non autem est tale ens causa prius ente / uel ante ens: ut Sorticolæ sentiunt. Vel dic q uerum est ens esse ante ens: quia ens causa: est ante ens causatum: & hoc si uerbum illud ante: uim non habet distribuendi. Ad quartum dic / q illud principium est ens: & quando dicitur principium rei non est res: igitur principium entis non est ens: Dico q principium rei / hoc est omnium rerum / non est res: sed principium cuiusdam rei sic / & cuiusdam non: bene est res / & sic dico de principio entis: si enim illud esset omnium entium principium / tunc non esset ens: sed quia est quorundam sic / & aliorum non: ideo principium entis est ens. Sed occurres nunquid sit aliquod ens non habens principium: uidetur q sic / quia primum principium e quo fluunt comunissimæ entis passiones: est ens / quia est causa: & ens diuiditur in causam / & causatum: & tamen non habet principia: quia tunc non esset primum. In cõtrarium arguitur: Illud primum principium est contentum sub ente: & omne contentum sub ente habet principia: per quæ saltem comunes entis passiones demonstrari possunt de ipso: ut per quæ de ipso demonstrari potest unitas / bonitas / & id genus: igitur illud habet principium. Hæc dubitatio non est leuis. Dici potest / q quando unum & idem est principium subiecti / & species subiecti: uno modo habet principium: & alio modo non. Habet quidem enim principium quatenus

Solutio rõum.

Dubitatio si aliqd sit ens: qd ñ hẽt pricipium.

Solutio.

ſpecies primi ſubiecti caret principio/quatenus primum omnium paſ-ſionum principium: & ſic in propoſito a / quod eſt primũ principiũ: quo demonſtrabiles ſunt primæ paſſiones de quolibet ente: ſub ratione qua eſt ſpecies entis: de ipſo poteſt per rationem entis demonſtrari ꝙ ſit unum/& bonum/& id genus: ſi ratione qua eſt principium ſimpliciter primum: ut ſic non poteſt demonſtrari aliqua paſſio/& ut ſic caret principio: nec eſt obſcenum idem eſſe ſe ipſo notius uno modo/ & ignotius alio modo: ut a ea ratione/qua principium eſt notiſſimum: ea uero ratione/qua eſt una entis ſpecies / eſt ignotum. Secundo occurres / quia deus eſt uniuerſalis cauſa eſſentiæ ſubiecti / quod eſt ens: igitur omniũ contentorum ſub ente/& cum ipſe contineatur ſub ente / etiam erit cauſa ſui ipſius. Dici poteſt ꝙ aliud eſt principium eſſendi ſubiecti / & aliud cognoſcendi: ut dicitur primo phyſicorum. principia eſſendi ſubiecti phyſicæ ſunt materia & forma / & id genus: cognoſcendi uero ſunt ea: quibus primæ paſſiones de ente mobili demonſtrantur. Dicerem tunc ꝙ ſubiectum habet duplicia principia: eſſendi: & hæc non debent eſſe ſubiecti/& omnium contentorum ſub ſubiecto. Nõ enim materia & forma ſunt principia eſſendi ſubiecti & omnium contentorum / quia tunc eſſent cauſæ ipſarum met. Habet etiam principia cognoſcendi/& hęc debent eſſe ſubiecti & omnium contentorum ſub ſubiecto / quia iſta ſunt principia comunia omnium & comunium paſſionũ. Ad formam dico ꝙ deus nõ eſt uniuerſalis cauſa entis/& omnium contentorum ſub ente / ſed entis cauſabilis/& omnium contentorum ſub ente cauſabili. Ex iis poteſt ad queſtionem principalem dici/ꝙ loquendo de principiis cognoſcendi ſubiectum: ſic ens inquantum ens habet principia/ſiue reduplicatio ſit rei ſiue cauſæ/ ſiue rationis. Si uero loquimur de principiis eſſendi ſubiecti: ſic illa ſecundum reduplicationem rei / uel cauſæ eſt falſa / ens inquantum ens habet principia: ſed bene ſecundum reduplicationem modi intelligendi: quia ſubſtantiæ ſeperatę ſunt cauſæ entis non ſub modo intelligendi mobile uel quantum / ſed ens. Animaduerte iunior / ꝙ per principia cognoſcendi in metaphyſica intelligimus præmiſſas primas ꝑ quas primæ paſſiones ſunt demonſtrabiles de ente: & de quolibet contento ſub ente: quæcunque ſint illæ præmiſſæ: ut uerbi cauſa pro modo ſint a & b. Principia uero eſſendi ſunt deus & ſuſtantiæ ſeperatæ: hæc de ſecunda dubitatione. Tertio principaliter quæritur: utrum ens ut ens habeat ueras & proprias paſſiones de ipſo demonſtrabiles: uidetur ꝙ ſic/quia ens inquantum ens eſt ſubiectum primum metaphyſicæ/& cuiuſlibet ſubiecti primi ſunt paſſiones: ut dicitur primo Poſteriorum. Secundo ens inquantum ens habet principia & cognoſcendi & eſſendi: ut paulo ante determinatum eſt: ſed principia cognitionis

Scda dubitatio

Solutio.

Solu. iii. facilior oibus ad principale.

Tertia dubitatio de paſſioib9 entis.

Sunt ꝑpositiones/quibus demõstrantur primæ passiones: igitur oportet ut habeat primas passiones· In oppositum est ratio/quia illę passiones deberent esse aliquo modo aliæ ab ente: & nihil est ens/ quod sit aliquo modo aliud ab ente: igitur eiusmodi passiones nõ sunt dabiles· In ista dubitatione respondent exteri/ꝙ ens inquantum ens habet ueras & proprias passiones· Amplius & de ente inquantum ens demõstrabiles/ & de quolibet contento sub ente per rationem entis: Primum probant uerbis Arist·in principio quarti huius/qui ita inquit: est autem scientia quædam/quæ speculatur ens inquantum ens/& ea quæ huic insunt ꝑ se: ubi Auer· dicit ꝙ prima pars huius quarti/ est indefiniendo subiectum huius artis & accidentia & causas eius· Præterea Arist· in eodem·iiii·ita inquit/quod quidem igitur unius scientiæ est ens inquantum ens speculari/& quæ huic insunt inquantum ens: perspicuum est· ubi Auerr· ita ait/manifestum est igitur ex istis rebus prędictis ꝙ una scientia est ista: quæ debet considerare de ente sc̄dm quod est ens/& de accidẽtibus eius· Præterea ibidem ait ita esse quædam propria enti inquantum ens / ueluti numero par uel impar: ubi Auer·ait ens sc̄dm quod ens est habere propria accidentia/quæ per se sibi insunt· Præterea Auicen· primo suæ metaphysi· ait ꝙ propria accidentia/ quæ metaphysicus considerat/non sunt propria alicuius prædicamenti: nec possunt accidere alicui/ nisi ei qđ est ens inquantũ ens· Præterea magnus Alber·in ·iiii· suæ metaphy· tractatu illius libri primo inquit / ens est subiectum habens accidentia multa/quæ accidunt ei per se: quę licet realem nõ habeãt differentiam/ habent tamen differentiam in modo· Præterea expositor ·iiii· metaphy· in expositione primi textus idẽ manifestissime profitetur/& ibidem etiã in expositionibus textuum/quos diximus· Præterea huius positionis est Ioannes ganda·& plures peripatetici iuniores· Pro hac positione exteri arguunt primo/quia subiectũ primum habere primas passiones est perfectionis in quauis simpliciter scientia: igitur non est negandum in hac præstantissima· Secundo:ea cognitio/quæ habetur de primo subiecto & iis/quæ illi per se insunt est scientia/& est per demonstrationem: Oĩs autem demonstratio demõstrat passionem de subiecto: igitur primum huius scientiæ subiectum habet passiones· Tertio/unum/uerum/bonũ aliquid/& res: prædicãtur de ente conuersim: igitur sunt propria per definitionem proprii positam primo topicoꝝ· Quarto quæcunq; ita se se hñt/ꝙ illoꝝ unum inest per se primo modo iis/quæ sub eo cõtinentur: alia uero nõ ita per se: necessario illa alia sunt uel accidentia per accidẽs illi superiori/ uel accidentia per se: sed ens & unum / & cœtera id genus ita se se habent/ ꝙ ens competit per se primo modo omnibus contentis sub eo/& unum & id genus non ita per se: igitur uel unum & id genus

Põ exteroꝝ·

Cõmen·primo·

Cõmento·vi·

Cõmento·v·

Capite·ii·

Capite·ii·

Rões exteroꝝ ꝙ ens hẽat passiones·

ſunt accidentia entis/uel per ſe accidentia. Quinto ens eſt ſubiectũ ſcibile in metaphy. igitur uel ſcientia demonſtratiua:qua uidelicet ſcitur aliquid de ipſo/uel ſcientia definitiua/qua cognoſcitur ipſum quid ſit: añs patet/quia nõ ſcibile non eſt ſubiectum in aliqua ſcientia: modo ens eſt ſubiectum in metaphy. quæ eſt ſcientia ſcientiarũ: conſequentia patet primo poſteriorũ/quia omnis ſcientia quæ de aliquo ſcibili habetur/ eſt aut definitiua aut demonſtratiua:ut etiam Themi. ait: ſed ſcientia entis non eſt definitiua/quia ipſum ens definiri non poteſt: nõ enim habet genus & differentiam: igitur eius ſcientia eſt demonſtratiua/ſed ſcientia demõſtratiua eſt/qua ſcitur paſſio de ſubiecto: igitur ens habet paſſiones de ipſo ſcibiles. Quod quidem igitur ens habeat ueras & proprias paſſiones p hæc deduci poteſt. Per hæc eadem facile deduci poteſt ꝙ eiuſmodi paſſiones/quæ ſunt entis/demonſtrabiles ſint de ipſo ente: tũ quia metaphyſica eſt ſcientia/quæ habetur de ſubiecto ſuo: tum quia eſt ſcientia propter quid: tum uel maxime/ quia quod eſt perfectiõis in ſcientia ſimpliciter non eſt negandum in hac: & ita tales paſſiones eſſe de ente ipſo demonſtrabiles per hæc patet. Sed circa hanc determinationem occurrunt difficultates / quas exteri ſuſcitant contra ſe. Prima: quo nam modo iſtæ paſſiones ab ipſo ente diſtinguntur? quia oportet dicere illas diſtingui ab ente eſſentialiter: igitur ſunt nihil. Secundo ipſum ens non prædicabitur de quolibet in quid/quia non de propriis paſſiõibus. Nam ſi de propriis paſſionibus prædicabitur in quid: deducetur idem eſſe paſſionem ſui: Omnis enim paſſio/quæ eſt alicuius/eſt etiam illius de quo illud prędicatur in quid. Breuiter ad hanc difficultatem de modo quo tales paſſiones ab ipſo ente diſtinguantur/non omnes eodẽ modo loquntur. Exteri quidem concedunt paſſiones entis diſtingui tripliciter ab ipſo ente/formaliter/ex natura rei / & eſſentialiter: non tamen realiter. diſtinguntur quidem ex natura rei: quia ea ipſi aſſerũt diſtingui ex natura rei/quæ poſſunt eſſe fundamenta cõtradictionis: & quia ſubiectum & paſſio poſſunt eſſe fundamenta contradictionis: ideo diſtinguũtur ex natura rei: nec diſtingui ex natura rei eſt diſtingui diſtinſtinctione naturarũ rerũ/ ſed modo quo ipſa ex parte rerũ naturarũ ſunt apta præter opus intellectus fundare cõtradictoria. formaliter uero diſtinguntur / quia conceptibilitate: nam alia conceptibilitate ſubiectũ: alia eius paſſio apta eſt concipi: & per idem diſtinguntur eſſentialiter ſiue quiditatiue/quatenus alterũ non eſt de conceptibilitate alterius/nec ꝑdicatur in quid de alio: non tamen realitate diſtinguntur / quia ſunt una res: quoniam in quocunq; eſt & exiſtit unum/eſt & exiſtit alterũ. Ex iis ſequitur dari medium inter ens formaliter / & nihil: utpote illud quod nec eſt ens formaliter/nec nihil formaliter / paſſio uidelicet entis:

Qd ſint de ente demonſtrabiles

Difficultates.

Pría difficultas

Solu. exterorũ.

Excerptum.

non tamen inter ens realiter & nihil/quia nihil est/quod non sit ens realiter uel nihil. Sequitur secundo ipsum ens secundum suam comunitatē nō prædicari in quid de omnibus/quia nō de propriis eius passionibus. nec de differētiis ultimis/nec de modis intrinsecis/ utpote de finito & infinito: per hæc ad dubitationes patet solutio. Sed hæc uidentur deliramenta in scolis peripateticorum: Nam Arist. v. huius capite de eodem proponit omnia esse/aut eadem/aut nō eadem: & si eadem/aut per se/aut per accidens: si per accidens/uel quia ambo eidē accidunt / aut quia alterum alteri. Sin autem eadem fuerint per se: hęc ita dicentur / quia uel specie: aut numero/aut substantiæ ratione eadem erunt: si aūt sunt non eadem /aut diuersa/aut differētia: si diuersa/hæc sunt uel quia species plures/ aut materiæ/aut ratio substantiæ non eadem. sin differētia: aut genere/aut specie/aut proportione. Hæc Arist. de idemtitate & distinctione: quæ etiam in primo topicorū resumit: igitur dicere aliqua distingui:ut exteri fingunt: nō modo nō est peripateticū/sed est confusio: & contra hos promitto facere librum/quem elenchiam distinctionum appellabimus: ubi clarissimis rationibus ostendemus ea / quæ dicunt exteri de distinctionibus/esse superflua: & non peripatetica. Præterea remotum est ens nō prædicari de omnibus formaliter/ & maxime secundum principia eorum: quia passiones & ultimæ differentiæ/modi entis/sunt formaliter intelligibiles: igitur formaliter ens:nec possunt respondere nisi fingendo. Amplius passiones de subiecto prædicantur per se scđo mō/& substantia de passionibus per se primo mō: ut dicit Themistius primo posteriorum/& est in textu: igitur ens prædicatur per se primo modo de passionibus/& ita formaliter. Rursus ens prædicatur per se de bonitate dei / & de ueritate Socratis: igitur per se de bonitate entis/& ueritate entis. Adhuc si inter ens formaliter & nihil datur medium utpote ens realiter: quęro circūscripto opere intellectus: ens formaliter & ens realiter non ne plus cōueniunt: q̄ ens formaliter & nihil? certum est ꝙ sic. Sed (ut ipsi arguūt) cōuenientia est relatio realis: igitur habet aliquod unum fundamentum reale: & id (ut ipsi dixerunt) esse non potest nisi conceptus realis abstrahibilis a conceptu entis formaliter/& a conceptu entis realiter: ita dabitur quartus cōceptus. Præterea (ut ipsi arguunt) intellectus est certus de a passione ꝙ sit ens: & dubitat an sit ens formaliter/uel ens realiter: igitur datur conceptus comunis enti realiter & enti formaliter. Ex his uidetur/ ꝙ hæc positio non sit peripatetica/& sit sibi contraria. Ioannes uero imaginatur ipm ens posse sumi ut comune est omnibus entibus specialibus: ut nō contrahitur ad aliquod speciale scibile metaphysicum: uel naturale: nel mathematicum: & sic uult ens nō habere passiones: quia hoc pacto præ

Cōfutatio.
De distinctiōe nota.
Capite.v.
Solutio Ioan.

dicatur de omnibus: & nihil ab eo differre potest: quia hoc modo nõ est subiectum alicuius scientiæ / cum omnes uersentur circa ipsum hoc pacto sumptum. Alio modo sumitur ut contrahitur ad aliquod speciale scibile: utpote ad ens ut comune/sub ratione qua non contrahitur ad aliqđ speciale scibile/quale ponitur hic subiectũ/& sic habet passiones: quæ differunt ab ipso saltem ratione: & tunc per hoc ad rationes difficultatis/ad primam concedo ipsas differre ratione ab ente sic sumpto/& sic contracto ad genus metaphysicum: non autem differũt ab ente sumpto primo modo: quia ens primo modo prædicatur per se de ente sic sumpto/& de illius passionibus. Ad secundam concederem ens/quod est subiectum in metaphy. & secundo modo acceptũ nõ prędicari in quid de oibus/quia non de suis passionibus: at ens primo modo bene prædicatur de illis: & tunc nõ sequitur idem esse sui ipsius passionem / quia ens primo modo non habet passiones. Hæc solutio est subtilis/& pulchra: attamen nõ est tuta: primo/quia accipio illud ens/ quod est comunius ente/quod est hic subiectum: & cũ sit intelligibile: non oportet inconsideratũ remanere: igitur considerabitur aut in physica: aut in mathematica: aut in metaphysica: & cũ non in mathematica/nec in naturali: igitur in metaphy. & cum sit comunissimum / nõ potest hic considerari nisi sub ratione subiecti: & per cõsequens oportet ipsum habere passiones / & stabit questio/ut prius. Secundo unum/& bonum/& cœtera id genus sunt cõiora ente considerato secundo modo: quia nõ tantum illi competunt / sed enti primo modo/& omnibus cõtentis sub illo: igitur non possunt esse primæ passiones entis secundo modo considerati. Tertio omnes iuniores metaphysici sumunt pro suppositione idem esse obiectum primæ scientiæ/ & primæ potentiæ: Sed prima potentia est intellectus: cuius primum obiectum est ens primo modo sumptum: ut omnes fatentur: igitur obiectũ primæ scientiæ est ens illo modo sumptum. pp hæc uidetur hæc responsio ambigua. Aliter Ioannes soluit/& uidetur illa solutio Alberti: concedit enim ens habere passiões/quæ nullo modo differũt ab ipso cõiter sumpto: attamen quia multiplicantur in inferioribus: sufficit q̃ distinguantur ab ente in illis cõtracto: ut unitas substantiæ distinguitur ab entitate quantitatis/ & unitas qualitatis ab entitate relatiõis: non aũt ens ab uno. Sed hæc solutio est friuola: quia passiones entis sunt primo ipsius entis. Si igitur non differunt ab ente: quãdo multiplicãtur in inferioribus nõ magis illæ erũt passiões/ q̃ ipsum ens: postq̃ penitus idem sunt. Secũdo tales passiões sunt primo demõstrabiles de ente cõiter sumpto/& mediante ente de cœteris: sed demõstrabile differt ab eo de quo demõstratur: igitur passiões differunt ab ente cõiter sumpto. Tertio sit passio

Cõfutatio.

Alia solu. Ioan. quę uĩ Alberti.

Cõfutatio.

cōiſſimi entis prima a : uel a differt ab ente comuni uel non : ſi differt / habeo propoſitum : ſi non differt / nō magis a ipſius entis eſt paſſio : q̄ ens ipſius a • Quarto paſſio illa /a/ primo inheret enti comuni & ens nō primo ipſi a : igitur a differt ab ente cōi cui primo inheret • Multa alia poſſunt fingi argumenta / quæ omitto : quoniam hæc ſolutio eſt aperte

Solu• Iunioꝝ•

falſa • Iuniores quidam ad mentē expoſitoris tenent paſſiones differre ab ente ratione tantū : uerbi cauſa ens ab uno / quod eſt illius paſſio / differt ratione : utpote per indiuiſiōem / quam includit ipſum unum / quam nō includit ipſum ens : & cum dicitur illa indiuiſio eſt ens : igitur unum non poteſt ab ente diſtingui per indiuiſionem / quæ eſt ens : uel luti homo non diſtinguitur ab animali per rationale/quod eſt animal : Dicunt primo ꝙ unum diſtinguitur ab ente penes explicitum tantum : quia unum dicit indiuiſionem explicite : quam nō dicit hoc nomen ens niſi confuſe & potentialiter • Secundo dicunt ꝙ ens differt ab uno per hoc / quia ens includitur in bono/& cœteris paſſionibus : at unū quo ad eius indiuiſionem non includitur in aliis : ueluti homo differt ab animali / quia animal nō modo in homine / ſed in cœteris includitur : at

Cōfutatio.

homo non in cœteris • Sed hæ ſolutiones non placent : prima quidem quia tunc paſſio & ens non differrent niſi quo ad nomina : quia nomē ens nō explicat /quod nomen unū • Secūdo quia ratio adhuc ſtat/quia illud quod explicat unum : nō eſt niſi indiuiſio /ſed indiuiſio eſt ens : igitur nō poteſt per indiuiſiōem diſtingui ab ente• Secūda uero eſt leuior : quia ſi ens includitur in cœteris / & unum non : tunc ipſum unum non eſſet equale enti • Secūdo in nullo includitur ens in quo nō includatur unum ; & nihil addit unum ad ens / quod nō ſit ens : igitur non poteſt aliquo pacto unum differre ab ente • eodem modo argui poteſt de cœteris • Ex his patet ꝙ prima difficultas erit inſolubilis cōtra hos : & hoc erit unum argumētum cōtra hanc poſitiōem ut dicemus • Secūda diffi-

Scđa difficultas de ordīe paſſionum•

Pō Thomæ•

cultas eſt quia ens habet plures paſſiōes : utpote unum /aliquid /uerū / bonum / & rem : & cū nō poſſint plura uni & eidem æque primo conuenire : ideo reſtat difficultas de ordine harum • Expoſitor in his paſſionibus talem ſtatuit ordinem : ut prima ſit res : ſecūda unum : tertia aliquid : quarta uerum : ultima bonum • Eſt autem res prior uno : quia res affirmatiuum quid dicit / at unum addit negatiōem/quæ eſt indiuiſio entis in ſe : unum uero prius eſt ipſo aliquo / quia unum dicit indiuiſionem entis abſolute : aliquid autē indiuiſiōem entis reſpectu alterius • Eſt enim ens unum ; ut indiuiſum in ſe : aliquid autem eſt ; ut diuiſum ab aliis : Ipſum uero aliquid precedit uerum : quia uerum dici nō poteſt niſi ratiōe habita ad intellectum : at ipſum aliquid dicitur nulla ratiōe habita ad intellectum ; Verum autem præcedit bonum ſicut intellectus

uoluntatem. Hic igitur apud expositorem colligitur ordo. Exteri uero in passionibus talem constituunt ordinem: ut prima sit unum: Secunda autem sit uerum: Tertia sit bonum: Quarta sit res: Quinta & ultima sit aliquid. quod quidem unum sit ante cœtera / hoc signo probāt: quia Arist. ubiq; pariter de ente & uno loquitur quod quidem ob nihil aliud est: nisi quia finitima enti passio est: Ipsum autem uerū præcedit ipsum bonum / quatenus intellectus præcedit uoluntatem: ꝙ uero ipsum unum sit ante uerum: & de ordine cœterarū passionū: hoc totum omittunt iudicio diligentioris doctoris. hæc exteri. Sed contra utrāq; positiōem arguo / & probo ꝙ nullus ordo eē pōt in talibus. Prīo / quia si esset aliquis ordo: ille esset aut essentialis / aut accidentalis: nō accidētalis / quia sic posset uariari / & nō eēt sciētificus: & hoc omitto / quia nemo dicit. Si uero ordo sit eēntialis / aut causalitatis / aut cōicabilitatis: ꝙ nō sit ordo cōicabilitatis: patet / quia hic reperitur in ꝑdicatis eiusdem generis scđm subiectionem & prædicationem: uelut corpus est essentialiter prius animali / quia cōius: Modo oēs passiones sunt æque communes / & cum ente ęqualiter cōuertibiles: igitur inter illas non est ordo cōicabilitatis: ꝙ autem nec causalitatis: probo / quia una non est causa essendi alterius: & hoc deduco / quia si una esset causa essendi alterius / aut scđm suum materiale / aut scđm suū formale: uerbi causa formale in ipso uno est ipsa indiuisio / nō scđm suū materiale: quia in omnibus materiale est ipsum esse / quod est idem omnibus / & id in quo nulla præcedit aliam: nec scđm suum formale / quia illud suum formale / uel est respectus / uel priuatio: modo nec respectus / nec priuatio est alicuius causa: igitur nullo pacto esse potest ordo causalitatis: Secundo si esset ordo / aut ad nos / aut ad naturam: nō quo ad nos / quia ut dicitur in Physica auscultatione priora ad nos sunt confusa. Sed nullum istorum potest esse cōfusum / aut cōfuse concipi: quia quodlibet istorū est conceptus simpliciter simplex: qui non potest cōcipi / nisi distincte / aut penitus ignorari: Nō igitur sunt ordinata scđm nos: nec scđm naturā: quia quæ non distinguuntur in naturis: non sunt ordinata scđm naturam: Ordo enim distinctionem requirit: igitur ordo naturalis / requirit distinctionem in naturis. Cum igitur hæc sint unius naturæ nō pñt esse ordinata scđm naturam. Tertio: quæcūq; indiuisibiliter & incōicabiliter se habent ad aliquid: in illo non possunt essentialiter ordinari: sed omnes passiones in ipso esse se se habent indiuisibiliter & incōicabiliter: quia in esse nō differunt: sed per additionē alicuius formalis: igitur nō possnut in esse ipso essentialiter ordinari: & ita nō pōt inter illas eē ordo essendi. Ex his sequitur / ꝙ si ipsius entis plures assignentur propriæ passiones: inter illas nō posset assignari nisi ordo per accidēs / quatenus

Pō exterorū.

Cōfutatio utriusq; pōnis.

Prima ratio.

Scđa ratio.

Tertia ratio.

Quales eēnt passiones entis in ordine.

Tertia difficultas an una passio possit demõstrari per aliam

Põ exterorum.

diuersa ac diuersa consideratione posset una alteri præponi. Tertio dato ꝙ sint entis plures passiones: utrum per unam posset altera demonstrari: Tenent exteri ꝙ passiones entis sint plures/ & ordinate ut uidistis/ ꝙ ipsius entis est una prima: quæ est per se nota de ipso/ utpote unum ipsum: & mediante hac demonstratur sc̃da/ utpote bonnm/ & rursus mediante secunda demõstratur tertia: & de cœteris similiter. Imaginãtur enim ꝙ demonstratio esse potest propter quid: dato ꝙ nõ sit per definitionem subiecti: nec per definitiõem prædicati: hoc est dato ꝙ non sit per definitionem subiecti/ nec passionis: quia esse potest p ipsam passionem/tanq̃ per medium: quod erit propter quid/ quia una passio est causa alterius: modo causa est pp quid causati: Hæc exteri.

Confutatio.

Sed hæc positio stare nõ potest: ut per rationes nũc factas patet: Declaratum est enim inter illas non posse esse ordinem essentialem: sed solum accidentalem: & ita inter illas non potest esse processus scientificus. Arguitur etiã aliis rationibus: Primo/ quia nõ uidetur cur ip̃m unum sit passio primo nota de ente ipso: & nulla ceterarum. Ita enim cœterę dicunt conceptum simpliciter simplicẽ: ut ipsum unum: & qui uult dicere aliter: uoluntarie loquitur. Secundo quælibet istarum est per se nota de quolibet cõtento sub ente: Nõ enim magis mihi est nota hæc equs est ens/uel unus: & equs est res/maxime cum ipsa res dicat conceptum simpliciter simplicem: qui uel totaliter scitur de equo: uel totaliter ignoratur. Dicere autem illud esse totaliter de equo ignoratum/ est ridiculum. Vltimo omnia prima principia & cõissima sunt ęqualiter nota: quia principia cognoscimus inquãtũ terminos cognoscimus: Sed hæc sunt prima principia & cõmunissima: uidelicet ens est unũ: & ens est res: similiter de quolibet dicitur esse rem uel non rem & de nullo simul/ & cœtera id genus: quia cognitis terminis: mox cognoscũtur: igitur de ente æque nota sunt cœtera sicut unum ipsum. Animaduerte ꝙ hæc dicũtur prima & cõissima principia: de quolibet dicitur esse rem uel non rem: & de nullo simul de quolibet dicitur esse bonum uel non bonum: & de nullo simul/quia sunt nota per terminos/& omnibus comunia: At hæc de quolibet dicitur esse equum uel non equum/ & de nullo simul/ & id genus: non sunt ita prima: quia non ita comunia: nec ita nota/quia pro tanto de quolibet dicitur esse equũ uel nõ equũ: ꝓ quanto de quolibet dicitur esse ens uel non ens: Et propterea in ratione addidi prima & cõissima. Hæc sufficiunt cuilibet bene affecto.

Prima rõ.

Sc̃da rõ.

Tertia rõ.

An ens hẽat passiones.

Põ Iuniorum.

His addubitatis/& solutiõibus ad dubitationes recte cõfutatis: restat nunc uidere an ipsum ens habeat proprias & ueras passiones. Dixerũt nõnulli Iuniores/qui expositorem fingunt sectari/ꝙ ens nõ habet proprias & ueras passiones: licet habeat nõnulla/quæ per se sibi cõpetant:

ut unum/bonum/& uerum/& id genus. Mouentur autem hac ratiõe:
quia passiones debent distingui secundum rem a subiectis: qualiter nõ
possunt eiusmodi prædicata distingui ab ente. Et quia dicunt ipsum
ens non habere passiones; coguntur dicere ipsum ens nõ habere passio
nes demonstrabiles: Et ulterius ꝙ metaphy. nõ sit scientia: quia habi-
tus: qui habetur de primo subiecto respectu illoꝝ prædicatoꝝ per se: nõ
est demonstratiuus: Et propterea cõcludunt illum habitum esse sapien-
tiam/quia demonstrationes sunt per causam: non quidem in essendo:
sed in inferendo. Et hac ratione metaphy. non scientia/sed sapientia est
dicenda. Hæc iuniores. Sed pace hoꝝ/hæc uidentur abusiones: nam Confutatio.
omnes Græci ut Alex. & Themist. & Simpli. & cœteri/qui scripserunt
in libris physi. enumerando partes sciẽ speculatiuẽ/metaphy. asserunt eẽ
speciem scientiẽ speculatiuẽ. Amplius Aristo. in principio quarti huius
ait metaphy. esse scientiam: quæ speculatur ens inquantum ens: & quæ
huic p se insunt. Præterea idem asserit Arist. & Auer. ibidem. Rursus Comẽto. vi.
in sexto huius diuidit sciẽtiam speculatiuam: & sub illa collocat tres/ut
metaphy. physi. & mathema. Adhuc sylogismi: qui fiũt in hac philophyẽ
parte aut sunt dialectici/aut sophistici/aut demonstratiui. Nullus enim
Græcus adinuenit aliam sylogismoꝝ speciem: non sunt sophistici/nec
dialectici: ut omnes cõcedunt: igitur demonstratiões/sed demõstratio
est sylogismus scientificus: & ut exponit Themist. is est/qui scientiam
facit: igitur demõstratiões huius philosophyæ partis sunt scientificæ:
& sic hæc est sciẽtia: & sic hæc positio friuola est/& nõ digna pħo. Et
causa errandi forte fuit/quia Arist. appellat hanc philosophyæ partem Quare hec di
sapiẽtiam/& nõ aduertunt/ꝙ sapientia dicitur/uel quæ per causas altio scia & sapia.
res prædicit futura: quo modo Astron. dicitur sapia/uel quæ effectus
demõstrat p causas superiores/ut metaphy. & sic hẽc philosophyẽ pars
dicitur scientia/& sapientia: quatenus enim demonstrat/dicitur sciẽtia:
quatenus uero per causas altiores procedit dicitur sapiẽtia. Alii distin Pō alioꝝ iunioꝝ
gunt de passionibus/& dicunt ꝙ passiones quædam sunt uno nomine & petri Mãtua.
nominabiles. Aliæ disiuncto nomine nominabiles: ut par uel imp respe
ctu numeri: Dicunt ꝙ ens non habet proprias passiones simplices uno
nomine nominabiles/sed compositas sub disiunctiõe dictas: ueluti sunt
actus uel potentia: necessarium uel cõtingens: causa uel causatum: &
cœtera id genus: Et hoc modo saluant uerba Arist. & metaphysi. esse
scientiam. Sed nec hæc positio est peripatetica/quia nihil per plura no- Confutatio.
mina nuncupatur: nisi ad circumloquendum unum conceptum simpli-
cem illius: igitur omnis talis passio est una simplex in re: licet pluri-
bus nominibus dicta: & ita hæc positio redit ad primam positionem:
ut recte cæteri cõuincunt. Restat igitur dicere ueram positionem pe-

Pō Peripate. de passiōib9 entis. ripateticorum de huiusmodi questione; ubi debes scire ꝙ propria passio potest sumi dupliciter: uno modo pro omni prædicato per se: secundo modo/siue prædicetur primo & uniuersaliter siue non: & hoc modo dicimus risibile esse passionem animalis: quia inest illi per se scḋo mō: licet non primo/nec uniuersaliter. Alio modo sumitur passio propria pro prædicato per se scḋo modo: quod prædicatur uniuersaliter & primo: & sic risibile diceretur propria passio hominis: quia illi competit p se/& primo/& uniuersaliter.

Propria passio dupliciter.

Cōclu. ꝓ solu. Tunc dico primo ꝙ unū/res/bonum/uerum/& aliquid/& huiusmodi nō sunt passiones entis/nec primo nec secundo modo. Secundo dico ꝙ hæc sunt multiuoca/cum nomine entis: ueluti uestis & indumentū: gladius & cultellus. Tertio dico ꝙ ens nō habet proprias passiōes per se primo sibi cōpetētes. Quarto dico ꝙ habet passiones per se non primo.

Prima. Scda. Tertia. Quarta.

Declaratio priȩ. Primum declaratum est: primo/quia non potest saluari distinctio aliquo modo inter ens & illa/nec secundū rem/nec scḋm rationem/nec aliquo quouis modo: ut patuit. Secundo quia si illa essent passiones entis: oporteret illas inesse enti scḋm ordinē: Nō enim possunt plura competere alicui ȩque primo: Modo inter illa nō potest ordo aliquis cōstitui. Tertio quia una esset mediū ad demonstrandum aliam: hoc autem est impossibile/ut declarauimus: igitur illa nō possunt esse passiones.

Declaratio scḋȩ. Secundum declaratur etiam/quia sunt cōuertibilia cum ente/& nō sunt illius definitiones/nec ultimæ differentiæ/nec ꝓpria: igitur multiuoca. Secūdo quia nihil addit una illarum enti: quin sit ens: & ita p nihil potest una earum distingui ab ente: & eodem mō nihil addit una illarum alteri: quin illud cōtineatur sub illa cui addit: igitur quælibet quo ad significatum est cuilibet eadem: & sic cum significato cōuenerint/& nomine differant: illa sex multiuoca erūt ueluti uestis/& tunica.

Declara. tertiȩ. Tertium patet/quia si aliquæ essent passiones primæ de ente: essent illȩ quinqꝫ: at illæ nō sunt. Præterea demōstratū est illas per nihil distingui posse ab ente/& etiam per alias rationes: igitur ens nō habet passiōes scḋo modo.

Declara. quartȩ. Quartū declaratur/quia ea quȩ cōtinentur sub ente/habent passiōes per se primas: ut substantiæ prima passio est per se existere: & accidentis passio est alteri inesse. Amplius substātiȩ abstractæ passio est ȩternitas/uel immobilitas: sed oēs passiōes/quæ sunt primo inferioꝝ/sunt per se non primo superioris: igitur ens habet passiōes primo modo: utpote omnes illas/quæ sunt passiones primæ contentoꝝ sub eo: quæ sibi per se competunt: nō tamen uniuersaliter & primo.

Occursus dubitatiui. Sed occurres primo: utrum sint alia/quæ cum nomine ens sunt multiuoca. Secundo quia Arist. laborat in probando ens & unum dicere eandem naturam: in .iiii. huius/& in xi. & ubiqꝫ. Modo si unum est multiuocum enti: ad quid tantus labor?

Tertio eadem questio uertitur de his passionibus/quo nam modo ab ente ipso differant: ueluti de illis quinque emergebat. Ad primã dici potest q, multo plura sunt transcendentia q̃ sex/quia licet a peripateticis non memini me legisse nisi tria: uidelicet bonum/ens/& unum: ab Auicenna uero ens & rem: multo plura inueniuntur a iunioribus metaphysicis: Nec memini me legisse ab Aristotele ens & unum esse dicta trascendentia: hæc enim nuncupatio est noua: ab Arist. enim illa duo esse cõissima oibus/& dicere eandem naturam. Sed quia iuniores id uolunt esse dicendum transcendens/q, non clauditur genere aliquo predicamentali: hic reperiuntur multo plura q̃ sex: genus enim substantiaꝝ separataꝝ erit transcendens iuxta hos/actus & potentia/necessarium & cõtingẽs: causa & causatum/& id genus. Amplius reperiuntur & alia cũ illis sex multiuoca/ueluti multiuocum ipsi uero est intelligibile/aut considerabile. Ipsi bono:multiuocum est perfectum: ipsi uni:multiuocum est indiuisum: ipsi alicui:multiuocum est diuisum: & alia id genus: Omnia autem hæc sunt enti multiuoca/quia nihil significat aliquod nomẽ istorum/quod non significetur ab ente: igitur unum est omnium illoꝝ significatum: & per consequens omnia sunt multiuoca nomini ens. Ad secundam dico/q, Aristotelis pro tanto laborauit probare ens & unum dicere unam eandemq; naturam/& esse omnibus communissima/quia Plato arbitratus est unum esse ante ens/& comunius & prius ente ipso: eo quia unum dicitur de primo principio/& de prima materia: ens uero non nisi de decem predicamentis: Laborauit igitur ad rem illam/nõ quia uoluerit unum esse passionem entis: sed propter opinionem Platonis: & hoc iuniores metaphysici ignorauerunt. Ad tertiam dico q, ens distinguitur ab illis passionibus: quemadmodũ animal ab homine: homo enim est animal: & quicquid est homo est animal/& nihil addit homo animali/quin illud sit animal: differt autem quia animal cõuenit homini & æquo & aliis pluribus/quibus nõ competit homo: Sic in proposito immobilitas/quæ est passio substantiæ seperatæ differt ab ente/per hoc quia ens competit illi & aliis: at illa non nisi substantiæ seperatæ: Et propterea hæc differunt ratione: Similiter dici potest de aliis: at hęc distinctio non potuit esse de ente & uno: quia nihil addit unum/quin illud sit ens: & nihil dicit ens/quod non sit unum. Tunc ad rationes exterorum: quibus probabant ens inquantum ens/habere proprias passiones: & etiam ad rationes nostras/quas addimus. Ad primam dici potest primo secundum Græcos q, ens inquantum est ens/nõ est primum subiectum huius/sed substantia: & propterea non oportet habere passiones: ens enim inquantum ens est primũ prædicatum omnium eorum/quæ hic considerantur. Vel secundum Arabes cõcedo q, ens

Solutio primæ.

Solu. secundæ.

Solutio tertiæ.

Solu. rõum probantium ens habere passiones.

Ad primam.

inquantum ens est hic subiectum primum primitate uniuersalitatis / & quando dicitur igitur oportet habere passiones / concedo passiones nō primas & uniuersales / sed sufficit q̄ habeat passiones per se ratione infe

Replica. riorum. Et si dices propter quid sciētiæ speciales habent subiecta / quorum proprias & primas passiones considerant: non sic scientiæ comu-

Solutio. nissime / ut metaphisicus & dialecticus. Dici potest hoc esse / quia subiecta scientiaꝝ specialium habent determinata subiecta determinati & cōstituti generis: quæ subiecta habent quædam determinata & propria principia: ex quibus possunt passiones per se primæ fluere: scientie uero comunes habent subiecta transcendentia / quæ nulla determitata & constituta principia habent: e quibus possint propriæ passiones fluere: Etiam quia subiecta illa sic comunissima de omnibus sunt prędicata in quid / & secundum formam: nec possunt ad aliquid comparari in ratio

Ad secundam. ne subiecti / sed solum in ratione prædicati & in quid. Ad secundam

Prima solutio. dico q̄ ens inquantum ens habet principia essendi tantum / modo quo exposuimus: non autem principia cognoscendi: Et quando dicitur q̄ hoc est a me determinatum: dico q̄ loquutus sum secundum eos / qui te-

Scda solu. nent ens habere ueras primasq̄ passiones. Vel dici potest q̄ ens habet principia cognoscēdi / quatenus habet passiones / & quia habet passiones per se non primo: etiam ipsa principia cognoscendi habet per se

Ad rōes extero. non primo. Ad rationes exteroꝝ dico & primo ad auctoritates / q̄ ens

Solu. auctorita: habet ueras & proprias passiones nō primo. Aristotelis enim dicit q̄ metaphysica est scientia quædam / quæ speculatur ens inquantum ens: & quæ huic insunt per se: sed non dicit primo: & ita concedo ens inquantum ens habere passiones per se / & nō primo: per idem ad alias. Omnes enim concludunt q̄ entis ut ens sunt passiones a metaphysico considerabiles: sed non dicunt q̄ illæ passiones sint per se & primo entis: & hoc ignorauerunt iuniores metaphysici. Ad Auicennam & alios doctores: dico q̄ sunt alterius partis / nos uero negamus ipsos. Ad

Ad primā rati. rationes ad primam dico subiectum habere passiones per se & primas: non est de pfectione scientiæ ut scientia / sed de perfectione scientię specialis: quia illa est subiecti determinati generis / sed de perfectione scientiæ ut scientia est habere passiones per se: uel per se primo: & hoc non

Ad secundam. negatur ab hac scientia prestantissima. Ad secundam dico q̄ de primo subiecto / q̄ est primum primitate uniuersalitatis non habetur scientia demonstratiua per se primo: sed bene per se non primo: qualiter de figura habetur scientia per se non primo q̄ habeat tres: sed propter triangulum ut dicitur primo Posterioꝝ: De subiecto autem primo primitate immediationis habetur scientia demonstratiua per se & primo.

Ad tertiam. Ad tertiam nostram rationem dico / q̄ illa quinq̄ nō prædicantur per se

ſe de ente: quemadmodum nec tunica de ueſte: ſed illa eſt enunciatio eiuſdem de ſe ipſo. Ad quartã negatur minor/ quia & ens & illa quinq; eadem perſeitate inſunt omnibus contentis ſub ente: & in hoc decipiuntur exteri/qui uolunt unum quod cum ente conuertitur / prædicari de entibus denominatiue: Immo ſecundum peripateticos unum prædicatur per ſe de omnibus quemadmodum & ens/ quia dicit unam & eandẽ naturam cum ente: q, ſi unũ prædicatur denominatiue de ente aliquo: non eſt illud unum quod cum ente conuertitur: ſed quod diſtinguitur contra multitudinem. Ad ultimum dico q; ens non eſt ſubiectum ſcibile/niſi per ſe non primo: eſt tamen in tota ſcientia per ſe notum/ quia prima impreſſione imprimitur in anima: ut dicit Auic. Ex hoc ſequitur q, ens ſcitur imperfecte: quia per ſe nõ primo: cognoſcitur autem perfectiſſime/quia eſt primũ cognitum. Ad rationes probantes illas paſſiones eſſe de ente demõſtrabiles: Ad primam dico q; metaph. eſt ſcientia/quæ habetur de ſubiecto ſuo primo primitate intentionis / & primitate immediationis: De ſubiecto uero primo primitate uniuerſalitatis habetur per ſe non primo. Per idem ad ſecũdum: Eſt enim ſcientia pp quid non de ſubiecto primo primitate uniuerſalitatis / niſi per ſe non primo: ſed de ſubiecto primo primitate immediationis / & intentionis. Ad tertium patuit ſolutio. Ex his apparet q; ens non habet paſſiones / quæ ſibi competunt per ſe & primo/ſed habet paſſiones per ſe non primo. Secundo apparet paſſiones entis nõ eſſe illa quinq;: Illa enim ſunt multiuoca nomini ens. Animaduerte tamen q; poſt deciſionem huius queſtionis de paſſionibus entis: Fuerunt mihi motæ dubitationes non leues: primo/quia Auer. in quarto metaphy. comen. iii. expreſſe fatetur ens & unum dicere eandem naturam: Sed ſecundum modum & rationẽ diuerſam: Et hoc idem in textu Ariſt. expreſſe dicit. Præterea decimo metaphyſicæ com. viii. expreſſe dicit q, ens & unum dicunt eandem naturam: non tamen eadem ratione. Tertio hæc eſt nugatoria enunciatio ens eſt ens/uel dicere ens & ens/& non dicere ens eſt unum/ uel ens & unum: igitur unum non eſt ſymonomum enti. Quarto Ariſtotelis ſexto metaphyſicæ & Auerroes etiam comento octauo ponunt differentiam inter bonum & uerum/ quia bonum eſſe in rebus / uerum in intellectu eſſe aſſerunt. Quinto dum aliquis intellectus concipit ens in quantum ens: non concipit unum inquantum unum / quia ſtat illum intellectum concipere ens ut ens/non concipiendo indiuiſionem / quam dicit formaliter ipſum unum: igitur ſtat ipſum non concipere ipſum unum inquantum unum: & ita unum & ens diſtinctis conceptibilitatibus ſunt conceptibilia: Et ita diſtinguntur formaliter / uel ratione ſaltem. Pro ſolutione debes ſcire ut dixi eis/q; Auerro. uidetur uarius:

Ad quartam. Ad ultimam. Ad rões q, ſint de ẽte demoſtrabiles. Ad primã Ad ſcdam. Ad tertiam. Excerpta. dubitatiões motæ de nouo. Solutio.

nam primo ethicorum capite ſeptimo ait bonum eſſe enti ſymonomū. Amplius.x.metaphy.com.v.in fine dicit unum eſſe ſymonomum enti: Idem etiam aſſerit in libro deſtructio deſtructionū diſputatiōe quinta in ſolutione dubii tertii. Amplius Ariſto.iiii.metaphy.texru com.tertii ait: Idem enim eſt unus homo/& homo/& ens homo: & nō diuerſum aliquid oſtēdit ſcdm dictionem repetitam homo: & ens homo/& unus homo: & ſubdit palam itaq; ꝙ nō ſeparantur/nec in generatione/nec in corruptione. Similiter autē & in uno: quare palam/quia additio in his idem oñdit/& nihil aliud unū præter ens: Ecce quo mō Ariſt. expreſſe uult hæc eſſe re & ratione eadē: quia nihil addit unū: qnod non ſit ens: & ita per nihil diſtinguitur ab ente/& ita uidentur ſymonoma. Rurſus in eodem.iiii. tex.com.v.inquit/quoniam igitur unius inquantum eſt unum/& entis inquantum eſt ens/eædem per ſe paſſiones ſunt/ſed non ut numerus/aut linea/aut ignis: palam/quia eiuſdem ſcientiæ eſt cognoſcere & quid nam ſunt/& accidentia ipſius: Ecce ꝙ eaſdē paſſiones uult eſſe entis inquantum ens: & unius inquantū unum/& ita amborum ſcdm eandem rationem formalem: & per conſequens unum nō eſt paſſio entis/ſed ſynonomum enti. Multæ poſſunt eſſe auctoritates hinc inde/quas omitto breuitatis cauſa: & hac ratione diſtinguo de ſymonomis ſiue multiuocis: quod quædam ſunt ſymonoma ſcdm ueritatem: quędam ſecundum ueritatem & de conſueto modo loquendi: ea ſunt ſymonoma ſecundum ueritatem/quæ idem ſignificnat materialiter & formaliter: & hoc pacto ens & unum ſunt ſymonoma/quia (ut auctoritates cogunt) quicquid dicit ens dicit unum & quo ad materiale & quo ad formale: Ea uero ſunt ſymonoma ſcdm ueritatē/& de conſueto modo loquendi/quæ ſignificant idem formaliter & materialiter: & quicquid ſignificat unū de conſueto modo loquendi ſignificat aliud/ut tunica & ueſtis: & hoc pacto ens & unum nō ſunt ſymonoma/quia de conſueto modo loquendi eſt/ꝙ unum ſignificat indiuiſionem/quam de conſueto modo loquendi ens non ſignificat: licet ſecundum ueritatem quicquid formaliter & materialiter ſignificat unum/ſignificat ens: & ita patet ſolutio ad cōtradictionem: Vbi enim dicitur ꝙ ens & unū dicunt eandem naturam & non ſub eadem ratione: intelligitur de conſueto modo ſignificandi: ubi dicitur ꝙ ſunt ſymonoma intelligitur ſecundū ueritatem/quia quicquid formaliter & materialiter dicit ens/etiam dicit unum: Simili ratione intelligendum eſt de aliis paſſionibus: ut de bono/& uero: de ente & re. Ad quintum dico retorquendo argumentum contra exteros/quia ſi alia conceptione concipitur ens: & alia unum/tunc ſtat ens eſſe notum alicui/cui non erit notum ipſum unum: & ita unum non eſt paſſio per ſe primo nota de ente ipſo.

Symonoma duplicitia ſunt.

Auer. qūo ñ ſit ſibi cōtrarius.

Præterea Auic. in ii. suæ metaphy. capi. i. ait q ens & res prima impressi one imprimuntur in anima: igitur eadē conceptione/ens & res concipi untur: Et eodē mō Auic. uoluit intelligere de aliis/& ita pro me & ipsis dico q ens una & eadem impressione siue cōceptione concipitur ut ens: & ut unum/ut res/& cœtera: Et ita concedo q eadem cōceptione/qua ens ut ens concipitur: etiam indiuisio concipitur/quia omnes illæ rōes concipiendi sunt una formaliter/utpote ens: & sic unum/& ens nec for maliter/nec materialiter distinguntur: licet nomina illa de consueto mō loquendi in significando differant. Tu uero lege librū destructio destru ctionum/& quæ ibi diximus: nam licet uideantur his contraria: tamen bene intellecta ad hæc reducuntur: Hæc de questiōe hac dicta sint satis.

His disputatis restat nunc soluere rōes factas in primo capitulo disputa tionis. Ad primā respondent exteri/& concedunt metaphy. esse unam scientiā/& realem/ut rōes cogunt/& q subiectū: utpote ens est unum & reale/quia uniuocū primæ causæ & causatis/substantiæ & accidenti: & ad rationē qua probatur nō esse unum & reale: breuiter respondent q prima causa & causatū sunt se totis distincta/non quidem in cōceptu reali: sed in realitate subiectiua/quæ nihil aliud est/q̄ conceptus entis realis/& suus modus: & sic possunt esse se totis distincta subiectiue/& conuenire in aliquo obiectiue. Sed quia adhuc uidetur deus composi tus: nam habet aliquid quo conuenit cum causato/ut conceptum rea lem/& quo differt ut modum intrinsecum: Propterea notant exteri de um habere aliquem conceptum realem: quo conuenit cum causato: & modum intrinsecum: quo distinguitur ab ipso causato: & tamen non est compositus: Et huius rei declaratio est: quia conceptus est duplex/ quidam est perfectus/& adęquatus rei: utpote ille quo concipitur res/ cum suo modo intrinseco: ut cōceptus quo conciperetur albedo ut qua tuor: quidam imperfectus & inadæquatus rei/utpote ille quo concipe retur realitas sine suo modo intrinseco ueluti conceptus quo concipere tur albedo sine intensione ut quatuor. Ad propositum dicunt deum ha bere conceptum realem/quo cum causato conuenit ut cōceptum entis/ & aliquid quo differt ut modum intrinsecum: sed quia nec conceptus quo conuenit/est perfectus/nec cōceptus quo differt: Non enim potest cōceptus entis esse perfectus sine suo modo/nec modus sine conceptu: propterea non est compositio in deo: compositio enim est ex conceptu perfecto/& conceptu perfecto: non autem ex conceptu imperfecto & modo intrinseco. Hæc exteri. Et licet hæc non sint peripatetice di cta: Nam nullus peripateticorum unquam hæc somniauit/quia ta men temporibus nostris sunt famosa: ideo arguamus contra hæc pro posse. Primo/si conceptus entis est imperfectus/aut ita imperfectus/

[Margin notes: Solu. rōum di sputationis. | Sol. exterorū ad primam. | Declara. solu. | Ex qbus deus cōstituit apud exteros. | Confutatio. | Prima rō.]

quo nihil imperfectius excogitari potest : aut ita imperfectus ut aliquid illo possit impfectius excogitari : si id quo nihil imperfectius excogitari potest : igitur est infinite imperfectus : tenet argumentum / quia sicut id quo nihil perfectius excogitari potest / est infinite pfectum : ita id quo nihil impfectius excogitari potest / erit infinite impfectum • Vltra conceptus entis est infinite impfectus : igitur suus modus intrinsecus erit infinita impfectio : sed hæc est ante finitatem : qua cõtrahitur ad causatum : & ante infinitatem / qua cõtrahitur ad deum : igitur dabitur aliqs modus prior primis modis entis • Si autẽ eo potest excogitari imperfectius : ipsum ens nõ erit simpliciter simplex / nec simpliciter primum •

Secunda rõ• Secundo si conceptus entis est impfectus : aut quia impfecte repræsentat id e quo abstrahitur : aut quia est de cõceptibili impfecto : non est imperfectus / quia impfecte repsentat id e quo abstrahitur : quia repræsentat ens & nõ minus nec magis : igitur perfecte repræsentat : nec quia abstrahitur ab impfecto conceptibili / quia tunc solus cõceptus dei esset perfectus / quia solum deus est perfectũ conceptibile •

Tertia rõ• Tertio ad principale aut deus capit ens p essentiam / aut p participationem : si p essentiam / igitur omne aliud citra deum / quod a deo dependet capiet p participationem : Hæc consequentia est Arist• ii• metaphy• & Auer• cõmen• iiii• & xii• huius cõmen• li• ubi ait Auerroes / q̃ quia calor per essentiam capitur ab igne : ideo ignis est calidus p essentiam / & cœtera citra ignẽ quæ sunt calida pp ignẹm sunt calida per participationem • Si uero dicatur q̃ deus capit ens p participationem : igitur compositus ex participante & participato : Omne enim ens per paticipationem est compositum apud peripateticos : ut quoniam album est p participationẽ tale : ideo componitur ex corpore & abedine • Hæc ratio est efficax secundũ ipsos Peripateticos •

Quarta rõ• Quarto quæro / propter qnid ablatione modi intrinseci a conceptu entis ille conceptus dicitur imperfectus : & nõ ablatione differentiæ ultimæ conceptus generis dicitur imperfectus ? Aut hoc est / quia cointellectione modi conceptus entis contrahitur ad conceptum perfectum : utpote ad conceptum dei / uel quia ablatione modi ens non est perfecte intelligibile : Non est dicendum id esse quia cointellectione modi cõtrahitur ad conceptum perfectum / quia etiam cointellectione differentiæ ultimæ contrahitur genus ad conceptum speciei perfectum : Non est autem dicendum id esse / quia ens ablatione modi non est perfecte intelligibile : quoniam distinctissime cognitum : & a natura nobis impressum prima conceptione perfectissime intellgitur : tale est ipsum ens • Conceptus enim entis prima impressione imprimitur in anima : ut dicit Auicenna / & distinctissime cognoscitur / quia conceptus simpliciter simplex apud exteros & doctrinam eorum

non potest nisi distincte cognosci: igitur ens est perfectissime intelligibile sine suo modo. Quinto conceptus ex quo cōponitur primū principium per se notissimū: est perfectissime intelligibilis: sed ex conceptu entis sine suo mō fit primū principium simpliciter notissimū: igitur est conceptus perfectus. Sexto ens ab omnibus cōcipitur: ens infinitū nō ab omnibus/ quia peripatetici negant ens infinitū: igitur perfectiorem conceptū dicit ens sine modo: q̄ cum modo. Septimo conceptus ex quo intellectus componit uel diuidit enunciationē perfectam: perfectus est & perfecta simplici intelligentia concipitur: Hæc patet/quia duplex est operatio animæ: simplicium intelligētia/& compositio uel diuisio: Hæc non potest esse perfecta nisi ex simplicibus perfecte intellectis: sed ex conceptu entis sine suis modis/intellectus componit & diuidit perfecte: igitur conceptus entis sine suis modis est perfectus. Octauo aut conceptus entis est imperfectus/quia quando aliquod sub ente contentū concipitur sub ratione entis/imperfecte concipitur: aut quia ens comuniter sumptū/cuius est conceptus: imperfecte concipitur: nō primo modo: quia sic conceptus generis esset impfectus: quia contentum sub genere quando cōcipitur sub ratione generis sine differentia/imperfecte concipitur: Si secūdo modo: tunc ens inquantū ens imperfecte cōciperetur: quod est falsum/quia a quocunq; cōcipitur distinctissime cōcipitur: & nō imperfecte/uel confuse. Nono deus per exteros constituitur ex conceptu entis & suo modo: utpote infinitate: aut igitur deus est unus per hoc q̄ cōstituentia transeūt in oīmodā idētitatē: aut in oīmodā unionē: si in oīmodā idētitatē/tūc ens & modus eius idē ēēnt realiter & formaliter: & oī mō: cuius oppositū dicunt: Si in oīmodā unionem: igitur alterum constituentiū erit actus/alterū potentia scdm doctrinam peripateticorum: & ita deus erit ex actu & potentia: Hæc sunt per se nota peripateticis. Decimo intelligatur p possibile uel impossibile deū esse unū per hoc q̄ cōstituentia transeunt in omnimodā idētitatē: ut nos peripatetici ponimus: uel iste erit deo q ponitur ab exteris: minus simplex: uel eadē simplicitate simplex: uel simplicior: nō est minus simplex: quoniā nihil est positū in ipso: quod cōpositionem faciat: nec eadē simplicitate simplex/quia ea quoꝝ nō est eadem rō essendi simplicia: nō sunt eadem simplicitate simplicia: at hoꝝ non est eadem rō essendi simplicia: nam deus q mō sic ponit̄ simplex/ ē simplex p idētitatē oīmodā cōstituētiū: & per hoc quia nō cōponitur ex realitate & realitate: at deus/qui apud hos ponitur simplex/est solū simplex: quia nō cōponitur ex realitate & realitate: igitur deus qui a nobis ponitur/& deus qui ponitur ab exteris nō sunt eadē simplicitate simplices: & deus q ponit̄ a nobis nō est minus simplex: igr̄ deus q ponit̄ a nobis est simplicior deo q ponit̄ ab exteris.

Quinta.
Sexta.
Septima.
Octaua.
Nona.
Decima.

Et ita deus: qui ponitur ab exteris nõ est summe simplex: quia est aliquid intelligibile simplicius. Hæc ratio est nõ leuis/ & multum cõsonat auribus bonoꝝ Peripate. Et ꝙ hæc sit mens Arist. apparet in ultimis uerbis viii.metaphy.qui postq̃ assignauit causam unitatis in his/ quæ materiam habent: inquit:quæ autem expertia materiæ sunt/ea proprie unũ quid sunt/& proprie ens quid uniuersa: Ecce ꝙ nullã aliã cãm simplicitatis assignat & unitatis/nisi quia sunt proprie entia se ipsis: & nõ p hoc/quia nõ constituuntur ex realitate & realitate. His ita cõfutatis/ad rõem dico ꝙ metaphy.est una scientia & realis modo quo subiectum suum est tale: at ens inquantũ ens est unum reale per attributionem ad unum: utpote ad deum: & hoc pacto scientia hæc est una attributione: Et quando dicitur ꝙ metaphy.est una specie: dico ꝙ comparatione ad subiectum/in quo est: ipsa est una species: quia unus habitus specie/ ratione uero habita ad subiectũ de quo est: ipsa est una attributione ad unũ. Ad secundã principalẽ dici potest consequenter ad dicta nostra/ ꝙ hæc scientia distinguitur a scientia p subiectum primũ primitate uniuersalitatis/& p subiectum primũ primitate immediationis: & per subiectum primũ primitate intentionis: & ita cõcedo ꝙ hæc scientia differt a naturali & a mathematica p hoc quia hæc cõsiderat substantias seperatas: Sed hæc distinctio erit a subiecto primo primitate intentionis: Similiter dici potest de denominatione: ut patet p omnia. Ad tertiam dici potest ꝙ beatitudo cõsistit in speculatione metaphy. nõ quo ad subiectũ primũ primitate uniuersalitatis: sed quo ad subiectum primũ primitate intentionis. Addunt exteri/ꝙ quanto aliquid est uniuersalius & comunius: tanto est perfectius permisciue/nõ autem positiue: & ideo ens est perfectissimum pmisciue: Quanto autẽ aliquid est minus comune: tanto est perfectius positiue. Sed cõtra:ens est infinitæ pfectionis pmisciue: quia potest permisceri cum infinite perfecto: igitur indiuiduum est infinite pfectum positiue. Deducitur/ quia quanta pfectione ens est pmisciue pfectum: tanta indiuiduum positiue pfectũ. Secundo maximũ quod potest uirtus pfectior: est positiue pfectius maximo/quod potest uirtus imperfectior: sed ens est maximum quod potest deus/quia quicquid potest est ens: & nihil potest/quod nõ sit ens: maximũ uero quod p̃t Pla.est hoc ens:igitur ens est absolute & positiue perfectius hoc ente: & sic hoc q̃d dicunt exteri erroneũ est: Vtrũ uero uniuersalius sit perfectius minus uniuersali/alias tractabitur: nunc uero sufficit mouisse. Ad quartam dico / ꝙ ad subalternationem tres requiruntur cõditiones: Prima ꝙ subiectũ contineatur sub subiecto. Secunda ut subiectum infernæ scientiæ addat differentiam accidentalem subiecto supernæ. Tertia ut per se principia infernæ probentur a priori

[Margin notes: Auctoritas Ar. — Solu. propria. — Ad secundam. — Ad tertiam. — An uniuersalius sit perfectius — Põ exteroꝝ. — Confutatio. — Ad quartam.]

a ſcientia ſuperna: licet ſcientiæ inferiores haberent primam cōditionē: non tamen alias. Primo/ quia nulla ſcientia addere poteſt enti aliquid accidentale: nihil enim enti eſt accidentale. Secundo quia principia alia rum nō demōſtrantur a priori in metaphy. Ad quintam ſoluunt exteri ꝙ ens eſt uniuocum: & ꝙ habet quid: non quidem quid ſumptum pro definitione/ſed quid ſumptum pro eſſentia. Sed hæc ſolutio eſt falſa: quia ſi ens haberet quid pro eſſentia: igitur haberet proprie quid: nam proprie quid ſumitur ab eēntia: ideo dici poteſt omne ſubiectū habere quid rei: quando eſt ſubiectū per ſe demōſtrationis: quale non eſt ens: id autem quod eſt ſubiectum primū in ſcientia primitate uniuerſalitatis habet quid nominis: & hoc modo habet ens: Nam licet nō ſit ignotum ens: eſt ignotum quid ſignificat hoc nomen ens: non enim apud omnes gentes eſt idem nomen. Ad ſextam/ſeptimam/& octauā patet ſolutio ex his/ quæ dicta ſunt. Ad nonam dici poteſt triplicē eſſe reduplicatio nem/aut rei ſiue conſequentiæ/rationis ſiue cauſæ/& modi intelligendi: Tunc dico ꝙ ens inquantū ens eſt ſubiectū: ut uerbū inquantum/ nō rem/nō cauſam rei reduplicat: ſed modum intelligēdi / quem iuniores appellant rationem formalē ſubiectandi: & quia uerbum illud nō redu plicat rem/nec cauſam rei: ideo nō ualet inferre uniuerſalem. Ex redu plicatione enim rei uel cauſæ licet inferre uniuerſalē: nō autem ex redu plicatione modi intelligendi. Ad decimā dico ꝙ ſufficit ut illius ſit præ ſtabiliſſimū ſubiectum principale. Ad undecimā dico ꝙ qualibet parte ſubiecti debet ſubiectū eſſe prius: quando illa pars non eſt ſimul prin cipium & pars. Ad duodecimam dico ꝙ nō concludit plus niſi ꝙ ſub ſtantia eſt primum ſubiectū primitate immediationis. Ad tertiamdeci mam dico ꝙ omnes partes entis hic cōſiderari poſſunt ſub ratione entis: in aliis ſcientiis āt conſiderantur ſub rōe entis: uel mobilis uel quanti: & ſic non ſupfluunt. Ad xiiii. dico ꝙ ens continet nō ſcibilia per accidēs: uel dici poteſt ꝙ continet illa nō quatenus nō ſcibilia: ſed quatenus ſci bilia. Ad quintamdecimā dico ꝙ ens eſt ſubiectum in aliis ſcientiis / & ens eſt ſubiectū hic: ſed rationes ſubiectandi ſunt diuerſæ. Hæc de di ſputatione/quę fit de ſubiecto: ubi me excuſatum uolo/ſi prolixe loqu tus ſum: nam ea quæ exteri interpoſuerunt/me detinuerunt.

[Margin: Ad quintā ſol. exterorꝝ. — Cōfutatio. — Solu. propria. — Ad vi.vii. & oc tauam. — Ad nonam. — Ad decimam. — Ad undecimam — Ad duodecimā. — Ad xiii. — Ad xiiii. — Ad xv.]

ℭ Secunda diſputatio de prima entis diuiſione.

ℭ Caput dubitationum primum.

Videtur ꝙ entis nulla ſit diuiſio: primo/diuidentia ſunt extra rationem diuiſi: ſed extra ens nihil eſt: igitur ens non poteſt diuidi. Secundo ſi ens diuideretur aliqua prima diuiſiōe/ens eſſet unum: & ſi eſſet unum/

nō diuideretur p unum & multa. Tertio si ens diuideretur: sint prima entis diuidentia A & B: uel igitur A B diuidunt ens inquantum ens: uel inquantum hoc uel illud ens: non inquantum hoc uel illud ens/quia sic non esset comunis omnibus: si inquantum ens/igitur omne ens diuide retur p A B diuidentia. Quarto si ens diuideretur/tūc ens haberet differentias: probatur/quia differentia est qua differunt inter se singula: ut dicit Porphyrius: q autem ens nō habeat differentias/patet tertio huius: igitur ens nō diuiditur. In cōtrariū sunt Peripatetici: ut Arist. in vi. metaphy. & Auer. ibidem com. iiii. ubi diuidunt ens p ens p se/& ens per accidens: & ens per se in decem prædicamenta.

¶ Caput tituli secundum.

Quid ens & quot mōis.

Ens rōis siue intētionale & ens reale idē est.

Ens/quod Græci ὄν dicunt: quandoq sumitur ut se extendit ad priuationes/& hoc pacto nō intelligitur in disputatione: quandoq ut se extendit ad ens reale & intentionale: & nec sic sumitur: Præterea idem est ens reale & intentionale. Vt enim aptum intelligi dicitur ens reale: ut actu intellectum est ens intentionale: & intentiōale potest esse intentione prima: ut cum intelligitur directa & absoluta intellectione/& intentione secunda: ut cum intelligitur comparatiua intellectione: ueluti ut subiectum respectu prædicati/aut prædicatū respectu subiecti/aut ut superius uel inferius/& id genus: quia igitur hæc duo idem sunt: nō oportet intelligere in disputatione nisi de ente reali. Nam licet multifariam sumatur ens/ut patet quarto metaphy. hic nō accipitur/nisi pro ente reali. Nunc quid per diuisionem/quæ a Peripateticis Διαιρεσισ appellatur: intelligendum sit/exponamus: & primo dicamus: ut auctor est Boetius in libro de diuisionibus/diuisionem ipsam multifariā dici: Alia nanq est generis in species: Alia totius in partes: Alia uocis siue nominis in significationes: Alia subiecti in accidentia: Alia accidentis in subiecta: Vltima accidentis in accidentia. Hic est completus numerus diuisionum: quē pariter peripatetici: ut Andronicus in proprio de hac re libro & Porphy. in cōmentationibus/quas scripsit in Platonis li. qui inscribitur sophistes: & etiam platonici ut plotinus in eodem libro approbāt: Nec unq aliquis peripateticorum posuit aliquā diuisionis speciem: quæ sub aliqua istarum nō contineretur. Sed dices nō ne species diuiditur in indiuidua. Dici potest diuisionē speciei in indiuidua esse p accidens: & sic continetur quasi in diuisione subiecti ad accidentia. Præterea hæc nō est scientifica nec doctrinalis: propterea non est diuisio: de qua nunc loquimur. Præterea dices non ne est diuisio uniuoci in uniuocata. Dici potest apud Peripateticos nihil esse uniuocum: quod nō sit genus uel spēs: & propterea ultra genus/nihil est nisi uox comunis/siue nomen secundum Peripateticos/& platonicos. Hæc de diuisione.

Comen. scdo.

Quid diuisio & quot modis.

Dubitatio.

Solu.

Scda dubita.

Solutio.

Nunc quot modis alicuius prima dicatur diuisio: ubi animaduersione dignũ / tot modis dici primam diuisionem: quot modis aliquid dicitur primum: at primum ut diximus in prima disputatione trifariam apud Peripateticos dicitur: uel primũ primitate uniuersalitatis / siue adæquationis: & hoc pacto prima diuisio erit / quæ æquatur diuiso: utpote q̃ñ nihil sub diuiso continetur / quin sub aliquo diuidentiũ collocetur / & ecõtra nihil sub aliquo diuidentium / quin sub diuiso. Alio modo dicitur primum primitate imediationis: & sic ea diuisio dicetur prima hoc modo / quæ fit per diuidentia ipsi diuiso immediatiora. Tertio modo primũ dicitur primitate principalitatis: Et iuxta hoc ea dicitur diuisio prima: quæ fit p diuidentia principaliora / & præstabiliora. Hæc de titulo disputationis. Quot mois prima dio.

¶ Caput positionum tertium.

De disputatione præsenti sunt qui dicunt ipsum ens prima sui diuisiõe diuidi in decem prædicaměta: cui positioni expositor Thomas quinto huius uidetur consentire in expositione textus ubi ait / & propter hoc ea in quæ diuiditur ens primo: dicuntur esse prædicamenta / quia distinguntur scd̃m diuersum modum prædicandi: hæc expositor. Huic etiã uidetur & Auer. assentire .x. metaphy. ubi uult ens & unum significare decem prædicamenta sine medio: sed immediata entis significatio est illius immediata diuisio: igitur ens p decem diuiditur prædicamenta primo. Sed hanc positionem confutant primo p uerba Arist. v. metaphy. qui diuidit ens primo in per se & per accidens: & subdiuidens ens per se inquit per se uero dicuntur esse quæcunq; significant figuras prædicationis: igitur diuisio entis in .x. p̃dicamenta nõ est prima. Idem quoq; vi. huius asserit: ubi Auer. inqt iã declaratũ ẽ q͏̃ ens simpliciciter prima diuisione diuiditur in ens p accñs & p se: & ens p se in decem p̃dicamenta: hoc idem comen. i. igitur hæc dio non fuit prima. Secundo hæc diuisio non est uniuersalis: tum quia prima causa in nullo membro horum contineri potest: tum quia materia & formæ nõ sunt in prædicamento: igitur hæc non est dio uniuersalis entis. Alii primam entis diuisionem faciunt in ens p se / & ens p accidens: ut Aristote. & Auer. locis dictis apte ꝯfitentur. Hæc uidetur uniuersalis cum nihil p ens significetur / quin aut p se aut p accñs non appelletur. Sed hoc stare non p̃t: quia dio quæ est eorum / quæ sumuntur ab esse prior est diõe eorum / quæ sumũtur a p̃dicatione. At dio entis ĩ p se & p accñs est eoꝝ / quæ sumuntur a p̃dicatione cum sit dio eorum quæ p̃dicantur: dio uero ĩ substantiam & accñs est eorum / quæ sumuntur ab esse: ut expositor inquit. v. metaphysicę: igitur diuisio entis in p se & p accñs nõ est prima. Præterea adhuc dubium est sub quo nam hoꝝ deus contineatur: Deus enim

Põ expositoris. Cõmen. xiiii. Cõmen. viii. Oobiectiones. Cõmen. iiii. Secunda Põ. Confutatio. T. Cõmen. xiii.

non est ens p se/quia non prædicatur p se: nec per accidens/ quia nec p accidens. Amplius nec materia continetur in aliquo/ quia nec p se / nec

Pō tertia.

p accidens prædicatur. Alii dixerunt ens prima sui diuisione diuidi per actum & potentiam: & ens actu subdiuidunt per decem p̄dicamenta.

Cōmen.vi.

Huic positioni Auer.primo de anima/& Arist. tertio Phy.tex.com.iii. assentire uidentur. Sed hæc non uidetur peripatetica: nam Auerro.vii.

Confutatio.

Com.primo.

metaphy.ait q̄ prima diuisio entis est in substantiam & accidens: secunda est in potentiam & actum. Amplius quæ relatiue opponuntur/non uidentur primo diuidere ens: Sed potentia & actus opponuntur relatie: ut dicit Auer.nono huius com.xi. Rursus quæ opponūtur/ut priuatio & habitus non primo diuidunt ens: sed potentia & actus opponuntur modo priuationis & habitus: ut in eodē nono dicit com.iii.igitur prima

Pō.iiii. Antonii andreæ. Bonetus.

dio nō est in illa. Alii ut iuniores exteri primam entis diuisionem p finitum & infinitum faciunt/sumentes finitum & infinitum sc̄dm uirtutem/& nō secundum molem: & ens finitū in decem predicamenta subdiuidūt / quam dioem sectari uidentur: qui ens prima sui dioe diuidūt p limitatum & illimitatum: nam licet uelint differre a primis/nō p̄nt: cum limitatio non sit nisi ad gradum uirtutis: & illimitatio similiter / & sic limitatum idem est quod finitum: illimitatū uero idem quod infinitum.

Confutatio.

Refellere solent hanc diuisionem: primo/quia non est uniuersalis/propter relationes quas catholici diuinis tribuunt: quæ nec finitæ nec infinitæ esse possunt: ut deducunt. Secundo/quia ut quidditas est modo prior/ita dio p quidditates erit prior dioe p modos. Tertio hæc dio nō uidetur peripatetica/quia non est notum in doctrina peripateticorum/si sit repibile ens infinitum: ut disputauimus in codicillo de infinitate primi.

Aliȩ dioes entis quales sunt.

Ad has diuisiones reducitur illa dio quæ est entis p perfectum & imperfectum/ quippe cum perfectum sit cui nihil deest: & sic est illimitatum/& infinitum: impfectum autem / cui deest aliquid / qua ratione erit finitum & limitatum. Amplius & cœterȩ id genus: ut p creatorē & creaturā/siue p creatū & increatū. Præterea dio p cām & causatum/p a se & ab alio/atq̄ p respectiuū & absolutū/p idem & diuersum/æquale & inæquale/dependens & independens/necessarium & contingens: non possunt esse primæ/ quia diuidentia sunt relatiue opposita/aut conditiones qualitatiue/ quæ supponūt quidditates. Simili ratione dio quæ est per compositū & simplex/ sensibile & insensibile / abstractum & materiale: esse non potest prima / cum uel sit per relationes/aut per conditiones qualitatiuas additas quidditatibus. Alii ut

Quarta pō Scoti in quoli. q.v.

fere omnes exteri primam entis diuisionem per quantum & nō quantū/ & quantū p finitum & infinitum/& finitum per substantiam & accn̄s constituunt: & sumunt quantum pro ut denominatur quantitate per-

fectionis/nõ autem quantitate molis. Quod prima diuisio sit per quan tum & non quantum: primo probant/quia nihil est ens/quod nõ cõ tineatur sub mẽbro aliquo istius: nam relatiões diuinę sunt nõ quãte. Secũdo perfectio siue quantitas uirtutis cõpetit entibus sub ipso ente cõstitutis inesse quidditatiuo: igitur ante omnia alia/& p cõsequens ens immediatius per illa diuidetur: Quod autem quantitas uirtutis compe tat cõtentis sub ente in esse quidditatiuo: Multifariam deducunt: pri mo/quia æquinitas secundum se considerata est perfectior lapideitate. Secundo quia formæ sunt sicut numeri: ut dicitur.viii.metaphy. & nõ nisi propter perfectionem. Tertio quia genus diuiditur diuisione essen tiali per differentias non æqueperfectas. Quarto quia modus intrin secus nõ formaliter nec realiter distinguit᷑ ab eo cuius est: igitur quan titas uirtutis cõpetit in esse quidditatiuo omnibus entibus: quia est mo dus intrinsecus. Ex his argui potest quantũ perfectionis competit en tibus inesse quidditatiuo: igitur etiam non quantum: & ultra igitur immediata diuisio entis est per quãtum & nõ quãtum/quia illa est im mediata entis diuisio: cuius diuidentia sunt contentis sub ente imme diatiora. hæc enim est uis omnis/& potẽtia rationum eorum. Cõtra hanc positiõem solet obici primo entibus prius competit unitas q̃ per fectionalis quãtitas: igitur immediata diuisio nõ est per quãtum & nõ quãtum: antecedẽs declaratur/quia ens distinguitur ex natura rei a fini tate secũdum istos: igitur in illo priori est indiuisum in se et diuisum a quolibet alio: igitur est unum. Secũdo homo inquãtum ens est unum/ et non est finitum siue quãtum: igitur prior est unitas q̃ ipsa quãtitas. Tertio de ratiõe infiniti est aggregare omnes perfectiones in unũ: igi tur unum ãcedit ipsum infinitum. Ex his cõcludũt primam entis di uisionem nõ posse esse per quãtum et nõ quãtum/et maxime apud pe ripateticos/qui relatiões illas diuinas nõ perceperunt. Propter hæc alii crediderunt primã & imediatã entis diuisionẽ esse per unũ et multa: Et hãc asserũt esse opinionem expositoris/qui in proæmio metaphy. inqt hãc sciam esse maxiẽ intellectualẽ quæ maxiẽ circa principia uniuersalia uersatur/quæquidẽ sunt ens: et ea quæ cõsequnt᷑ ens/ut unũ & multa: Ecce quo mõ uidetur uelle primã entis diuisiõem p unũ & multa. Sed hæc positio nõ est peripatetica: unde ait Auer.vii.huius in proæmio ꝙ prima diuisio est entis/in substantiam et accidẽs. Secũda est in potẽtiã et actum. Tertia est in unum et multa. Amplius expositor in.x.huius ait ꝙ intellectus primo intelligit ens: scdo nõ ens: tertio diuisionẽ: quar to unum: quinto multitudinem. igitur diuisio entis per diuisum et in diuisum erit immediator q̃ per unum et multa. Præterea Auic. in prin cipio suæ metaphy. asserit rem esse ante unum: quia unum dicit nega

Rões ꝓ põe.
Prima rõ.
Scda.
Vis rõis.
Obiectiones.
Quinta põ.
Confutatio.

tionem res affirmationem: igitur diuisio per unum & multa nõ est prima. Contra etiam hanc positionem faciunt rationes proximæ opinionis.

Põ sexta. Alii ob hæc finxerunt ens prima sui diuisione diuidi per quidditatẽ & modum siue per quid & quale/quæ eadem sunt apud eos: omne enim ens uel est quid uel quale: quid subdiuidũt per creatum & increatum/& creatum quid per decem predicaměta tandem modum uel quale: diuidunt per quãtum & nõ quãtum/& quantum p finitum & infinitum: finitum uero in decem modos predicamẽtorum correspõdẽtes decem quidditatibus illorum.

Persuasiones. Persuadent hãc positiõem primo/quia ad quid & quale

Prima. stat ultimata resolutio cuiuscumque entis: igitur prima diuisio entis est per quid & quale: añs patet/quia omnis cõceptus resolubilis resoluitur in

Secunda. determinabile/quod est quid: & determinãs quod est quale. Secũdo in cõceptibus quidditatiuis stat ultimata resolutio ad primum quid/quod est ens: igitur ĩ cõceptibus qualitatiuis ultima resolutio debet stare ad unum modum illi primo quid correspõdẽtem: igitur prima diuisio erit

Tertia. per quid & quale. Vltimo primo conceptui quidditatiuo reali correspõdet cõceptus primus qualitatiuus realis primo determinãs: Primo enim qd correspõdet primũ quale: sed ẽ dare primũ qd: igr̃ primũ quale: & ita

Confutatio. prima diuisio erit p qd & quale. Sed pace horum dixerim hæc positio nec est peripatetica/nec uera: nõ peripatetica/quia Arist. & Auer. & alii expositores & si pluries ens ipsum diuiserint: nunq̃ in hæc diuidentia diuiserunt.

Prima ratio. Nec uera: prio/quia nullũ diuisum cõuertit̃ cũ uno mẽbro suæ primæ diuisiõis: sed ens & qd cõuertũtur/ueluti ens & aliqd: idẽ. n. ẽ qd & aliquid apud Græcos grãmaticos: appellant. n. quid & aliquid τι τσ τινοσ & etiam apud latinos: sed ipsum aliquid cõuertitur cũ ente: igi-

Secunda. tur & quid. Secũdo primũ quid apud istos est cõceptus ultimus entis realis/sed nihil diuidi potest in se met ipsum: igitur ens nõ potest diui-

Tertia. di in quid & quale. Tertio nullum diuisum ęqualiter prædicatur de uno diuisionis membro per se formaliter & de alio per accidens/siue denominatiue. Sed ens prædicatur p se & formaliter de quidditate & de modo nõ nisi denominatiue apud eos: igitur ens nõ potest per hæc æqualiter

Quarta. diuidi. Quarto nullũ ens reale diuiditur per se per entia intentionalia sed ens hic diuisum est ens naturæ apud eos: quid & modus sunt entia intentionalia. Vnde apud Sorticolas dicẽdo animal est quid/ille terminus animal supponit materialiter siue simpliciter/quia ille terminus qd

Quinta. est terminus secundæ intentionis. Similiter de modo dici potest. Quinto in omni diuisione alicuius uniuoci secũdum Boetium & omnes metaphysicos oportet cõsiderare ipsum quod diuiditur/ea in quę diuiditur/& ea p quæ diuiditur. Veluti in diuisione animalis/diuisum est ipsum animal comune: ea in quæ diuiditur sunt homo & brutum: ea p quæ

ad hæc descendit/sunt rationale & irrationale. Sed in diuisione entis naturæ/quæ est uniuoci: nō sunt ea in quæ/& p quæ/& quod diuiditur: si esset per quid & modum: ut omnes sciunt/quia nihil comune uniuocum est quidditatibus & modis: nec sunt inferiora ad quæ descendit illud comune/ sed solum per quæ diuiditur: igitur hæc diuisio nulla est.

¶ Caput dilucidationis quartum.

Pro ueritatis igitur determinatione accipiendū primo q; secus est quando diuiditur uniuocum aliquod ut genus/quod dicit certam & definitam naturam: & secus quādo diuiditur nomen in significationes. Nā in diuisiōe rei uniuocæ oportet cōsiderare rē/quæ diuiditur: differētias quibus diuiditur/& res inferiores in quas per differentias descendit: at in diuisione nominis sufficit considerare significata: in quæ diuiditur: causa est quia nomen nō descendit in significata p differentias aliquas. Sed solum quia ad illa significādā est institutum. Secundo accipiēdum est diuisionem nominis/nō esse proprie diuisionem dicēdam/sed potius enumeratiōem significatorum. Dicit hoc doctissimus Boetius in predicamētis textu (Eorum quidem quæ scdm nullam complexiōem) & inquit nec ultra decem ullo modo aliquod genus excogitari potest recte. Quare huiusmodi fecit enumerationē: sed non diuisionem. diuisio nāq; fere est generis in species: predicamento℞ uero (quoniam genus nō habent) diuisio esse nō potest: sed potius enumeratio est. Hæc Boetius. Ex his plane patet diuisionem nominis nō esse dicēdam diuisionem/sed enumeratiōem significato℞. Tertio accipimus q; sicut potest dari prima diuisio: uidelicet tripliciter uniuersalitatis primitate: immediatiōis: & principalitatis. Ita trifariam dici potest enumeratio significationum: uidelicet: primitate uniuersalitatis: principalitatis: & immediationis. Quarto accipimus immediatam enumerationen esse quæ nomini in significando est immediatior: est autem immediatior in significando ipsi nomini quando per nomē scdm famosiorē modum significādi eius membra significantur: Verbi causa/homo famosius & immediatius significat sortem & platonem: cōsequenter animal/corpus/ & substantiam: & omnia cōsequentia illos. Ex his sequitur q; aliter platonici: & aliter peripatetici coguntur dicere de entis diuisiōe. Platonici enim / qui ponunt ipsum ens uniuocum decem predicamētis/coguntur dicere ipsum ens / quod est post unum: utputa ens causabile esse quod diuiditur: ea autem in quæ diuiditur uolunt esse substātiam & accidens: ea per quæ diuiditur uolunt esse modos substantiæ & accidētis/utputa per se esse/ & alteri inhærere. Ipsum uero deū & materiam ponūt extra ens/& sub uno cōtineri. Peripatetici uero/quia ens ponunt æquiuocum siue analogum: eius nō diuisionem cogūtur ponere/sed significato℞ enumera-

Prima suppō. Secunda. Boetius. Tertia. Quarta. Pō Platonico℞ Pō Peripateti.

tionem (ut dictum est) bimembrem: Et tūc iuxta positiōem hanc prima diuisio siue enumeratio bimembris primitate principalitatis erit: ut dicit Simplicius in primam causam & primum causatum: Hæc enim diuisio prima est/ quia membra sunt præstabiliora omnibus his / quæ significari possunt per nomen ens: diuisio uero prima primitate æquationis non erit una tantū/sed omnes quæ æquant nomen ens/& omne significatum eius: Vt p unum & multa/per causam & causatum/per actum & potentiam/p absolutum & respectiuum/& cœteris id genus. Omnes enim hæ diuisiōes sunt primæ primitate æquationis/quoniā nihil p nomen ens potest significari/quod nō cōtineatur sub aliquo membro istarum: & nihil cōtineri potest sub aliquo membro istaꝝ/quin significari possit per ens: prima uero diuisio primitate immediatiōis erit p substātiam & accn̄s: hæc enim diuisio erit prima primitate æquationis ueluti cœterę. Nam omne quod per ens significatur: est aut substantia aut accidēs: erit etiam prima primitate immediationis/quia substantia & accidens immediatius significantur per nomē ens. Et hoc ait Arist. in principio vii. inquit enim (totiēs autem ente dicto/palam hoꝝ primum ens esse ipsum quid est: quod quidem substātiam ipsam significat: deinceps cœtera/ut bonum honestum/& id genus) ubi Auerroes in proœmio vii. apte ait primam diuisionem entis esse in substātiam & accidens. secūdam in actum & potentiam. tertiam in unum & multa. Præterea ea primo significātur per nomen: quæ primo intelligūtur: at ut Arist. auctor est in eodem vii. primū cognitione/natura/& tempore est substantia: igitur primo p ens significatur / & consequenter accn̄s: Hanc positionē sentit Albertus in principio vi. huius/hāc quoqȝ & Agazel in primo suæ metaphy. hāc & Simplicius in scdo de anima: & uidetur omniū peripateticoꝝ. Sed quia hæc nō diuisio entis est/quia apud Peripateticos ens nō est uniuocum. sed (ut dixi) quædam bimembris enumeratio: ideo nō oportuit cōsiderare rem/quæ diuiditur: sed solum nomen: nec ea p quæ diuiditur: quin nomen nō descēdit ad significata p differentias. Sed tantum cōsideranda sunt ea quæ immediate nomen ens significat: cuiusmodi sunt substantia & accidens / & ulterius substantia per materiam & formam & compositum ex his/quod est generalissimum diuiditur: compositum autem quod est corpus: p animatum & inanimatū uera diuisione diuiditur: forma per seperatam & materialem: & accidens per nouē genera diuiditur. hæc peripatetici. Ex his apparet q̄ prima diuisio entis nec p modos/nec per differentias esse potest nec per ea quæ significatis eius immediatius insunt: Patet p hęc quæ diximus/quia non est uniuoci/sed uocis bimembris quædam enumeratio/ad quam non per differentias / nec per modos/nec per aliqua

Solutio dubii.

Qualis diuisio prima entis.

intima contentis sub ente descendit: Et propterea licet aliqua sint immediatiora his quæ per ens significantur: non propterea erunt prima entis diuidentia: Hæc sunt/quæ Peripatetici sentiunt.

¶ Caput solutionum quintum.

Nunc ad rões aduersantiũ/& primo ad eas quæ primã entis diuisionem faciunt esse p quantum & non quantum. Ad primam dico q̧ si aliquid arguit illa ratio/solum probat illam diuisionem esse enumerationẽ primam primitate æquatiõis. Ad sc̃dam dico q̧ ubi quãtitas uirtutis imediatius cõpeteret significatis p ens/nõ ppea sequitur primã entis diuisionem esse p quantũ & nõ quantũ: quoniã ens nõ descendit p differẽtias/nec p modos/nec p intimiora his/ quæ significantur p ipsum: ut dictũ est/ & ideo omnis eo℞ labor fuit uanus: & sic cessant omnes obiectiones. Per idem ad rões pro quinta positione: dato enim q̧ unũ est significatis p ens immediatius: non ppea diuisio entis erit p unum & multa: quoniã ens nec p differentias / nec p modos/nec p intima descendit / ut dictum est/& sic cessant oẽs rões. Ad rationes pro sexta põe potest dici q̧ resolutio ultima nõ est ultra cõceptus generis secundum Boetium & omnes Peripateticos: Vltra enim decem rerum genera non inuenitur / nisi nomen/& nõ res: & sic tolluntur oẽs rões illorum. Ex his apparet omnes dictas positiões emersisse ex malo intellectu nominis ens: Qui enim ipsum ponunt uniuocũ/ cogũtur disputare hæc: Nos aũt peripatetici qui ipsum ponimus analogum: hæc omnia paruifacimus. Tunc ad rationes primi capituli patet solutio: Omnes enim probant ens non diuidi diuisione uera & proprie dicta: cũ quo tñ stat/illius esse quãdam bimembrem enumerationẽ. Ex his sequitur q̧ rectius exteri in questione hac procedunt / q̃ nõ nulli thomistæ: Exteri enim ponunt ens esse uniuocum nomen/& dicere unum cõceptum realem: & sic consequenter ad opinionẽ eorum bene dicunt / ipsum ens descendere ad inferiora sua p differentias modales quasdam/quæcunq̧ sint illæ: Thomistæ uero dicunt ens esse nomen æquiuocũ /siue analogũ / atq̧ sibi nihil reale comune respondere: & ita cogũtur dicere ipsum nomen descendere immediate ad sua prima significata/& non per differentias modales / uel essentiales/ uel intima quædam: nomen enim non descendit ad sua significata per intermedias differentias: Et tamen uolũt ens uera & prima diuisione diuidi p unum & multa/ipsumq̧ descendere ad omnia inferiora sua p unum & multa: & sic nec loquuntur cõsequenter ad eo℞ opinionem/nec sequuntur eo℞ principem Thomam/qui (ut diximus) a Peripateti. nõ dissentit: Quare tã & si exteri errauerũt in principiis/ non errant in conclusionibus/quæ sequuntur illis concessis: & ita minus male sentiunt. Hæc de diuisione entis sufficiant.

Compatio inter exteros & thomist. nõnullos.

¶ Tertia disputatio si immediatius alicui rei competat quantitas perfectionis / siue finitas / an unitas.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod unitas insit rei cuius est immediatius: Primo arguitur / quia est synonomum enti: igitur æque primo cuiq; rei competit unitas & entitas. Secundo / quod competit rei circumscripto a re omni modo intrinseco: competit illi immediatius: Sed circumscripto ab albedine omni perfectione graduali / adhuc est una specie: igitur unitas est immediatior quouis modo. Tertio / eadem est ratio hominis & unius hominis / entis & unius entis / ut dicitur .iiii. huius: igitur nihil enti est immediatius unitate. Quarto / modi sunt posteriores eo cuius sunt modi: sed finitum & infinitum / siue quantum & non quantum sunt modi entis & unius: est enim aliquod unum finitum / aliquod infinitum: igitur isti modi p̄supponunt unitatem. Ad oppositum argui solet primo / quia modus est plusq̄ prædicatū per se secundi modi: at unitas nō prædicatur nisi per se secūdo modo: igitur unicuiq; rei modus est immediatior: antecedens patet / quia modus nec est prædicatum primi modi / nec p̄dicatum sc̄di modi: sed prædicatur de re / cuius est plusq̄ in sc̄do & minus q̄ in primo modo. Sc̄da pars etiā patet / quia unitas est passio rei.

¶ Caput tituli secundum.

Pro declaratione tituli animaduertendū primo: aliquid esse immediatius alicui / aut sc̄dm sitū / aut sc̄dm idētitatem / aut sc̄dm rōem: dr̄ collū capiti immediatius pectore sc̄dm sitū / & hoc pacto nō loqmur: dicitur pars remotior a rōe totius atq; ab ipso toto / quia distinguit̄ a toto sc̄dm rē: est tñ toti imediatior sc̄dm rōem / quia est de rōe illius / nec sic loquimur: Nō .n. quęrimus / qd minus a re distinguit̄ an eius unitas / an eius p̄fectionalis q̄titas: quærimus igr̄ de imediatiōe sc̄dm rōem: ut utrū unitas sit rōe re cuius ē / imediatior / uel eius q̄titas p̄fectionalis: Sc̄do aīaduertendū q̄ q̄titas cuiusq; rei p̄fectionalis ē p̄prius gradus p̄fectiōis eius: quo distat in tāta intercapedine a p̄rio siue sūmo ente / & a nō gradu p̄fectionis: quātitati hoc pacto sūptæ uolūt opponi nō quātū / qd appellat̄ negatiōe pp noīs carētiā: cōpetit tñ solū apud eos relatiōibus diuinis: ut nūc supponat̄: nā alii uolūt ēt illas eē aliquātas. Tertio aīaduertēdū unitatē uno mō posse sumi p̄ ut ē enti synonomū: nō dr̄ns ab illo nisi pœnes cōsuetū modū loquēdi / & hoc pacto ē ęq̄le enti: sic .n. multitudo est una / ut multitudo ouiū est una p̄pria unitate / qua differt a multitudine alia equo℞: dicimus .n. unā multitudinē / & duas / & tres. Alio mō sumit̄ unū ut opponit̄ multitudini / q̄ unaquęq; res dr̄ indistincta ī se / & diuisa ab alio / & nō multa: hoc est ut est passio specialis contra multitudinem

diuisa: & hac unitate nõ diceremus multitudinem esse unam/quia nullum oppositum prædicatur de opposito. Tertio sumitur pro principio numeri prædicamentalis. Est igitur sensus disputationis/utrum signata quauis re ut albedine unitas illius sit sibi secundum rationem immediatior eiusdem rei propria quantitate? Vel sic utrum intelligẽdo rem quo ad omnia ea quæ sibi competunt: intellectus per prius illam intelligat/ut est una: q̃ ut est aliquanta perfectione/uel econtra? Hæc de titulo.

¶ Caput positionum tertium.

De disputatione tenent exteri ꝙ in primo signo naturæ/rei primo competunt prædicata per se primi modi. In secundo signo naturæ competunt prædicata modalia. In tertio competunt prædicata secundi modi. Ex his sequitur ꝙ quantitas perfectionis/rei immediatior est unitate/quia unitas est prædicatum secundi modi: quantitas perfectionis est in secundo signo naturæ competens rei cuius est. Verbi causa albedini in primo signo naturæ cõpetunt color/& disgregatiuum uisus/quæ sunt prædicata per se primo modo. In secundo signo competunt intensum & remissum/siue quantitas gradualis. In tertio competunt prædicata secundi modi/quæcunq; sint illa: & quia unitas est prædicatum secũdi modi: ideo inest rei post gradũ pfectionis. Pro hac põe solet argui rõnibus/quas in præcedenti disputatione induximus. Primo quia quantitas uirtutis competit rei inesse quidditatiuo eius/& unitas non: primũ probant pluribus rationibus: primo quia equinitas secundum se considerata est perfectior lapideitate. Secundo quia formæ siue quidditates sunt sicut numeri: ut dicitur viii. metaphy. & nõ nisi quia sunt inæqualiter perfectæ. Tertio quia genus diuiditur diuisione essentiali p differentias/non æque perfectas. Quarto quia modus nec realiter/nec formaliter distinguitur ab eo cuius est: igitur quantitas uirtutis competit quidditatiue omnibus rebus/cui sit modus intrinsecus. Secũdum uero ꝙ unitas non competat per se primo: probat auctoritate Aui. v. suæ metaphysicæ dicentis ꝙ equinitas est tantũ equinitas/nec una/nec plures: sed tantũ ipsa: itaq; unitas & multitudo non sibi competunt ut equinitas est. Secundo principaliter argui solet/quia unitas compata multitudini supponit perfectionem in ente/quia comparata multitudini est perfectior illa: & maxime quia secundum catholicos unitas est perfectio simpliciter/nõ aũt multitudo. Tertio inter qdditates circũscriptis oibus pdicatis scdi modi ẽ ordo essentialis/& nõ causalitatis. igitur pfectionis. Ex his cõcludunt quantitatẽ pfectionalem ĩmediatius rei inesse/q̃ unitatem. Sed cõtra hanc positionẽ solet instari: Primo/quia si quantitas perfectionalis competit rei inesse quidditatiuo/tunc prædicaretur per se primo modo; & ita uel ut genus/uel ut differentia/qđ non cõcedunt.

Põ exteroꝝ.

Argumenta.

Obiectiones.

Secundo modus intrinsecus nō est de ratione formali rei cuius est apud eos/quia adueniens rei non uariat eius rationem formalem (ut ipsi definiunt(igitur non competit rei scd̄m esse quidditatiuum. Tertio quidditas nec includitur formaliter in modo/nec modus formaliter in quidditate secundum eos: igitur modus non includitur in esse quidditatiuo rei. Quarto contrahibile est extra formalem rationem contrahentis: quidditas est contrahibilis & modus eius contrahens: igitur distinguntur formaliter/& sic modus non competit rei inesse quidditatiuo. Hæc omnia ab ipsis conceduntur ut principia. Vlterius argui solet ens distinguitur ex natura rei a finitate secundum istos: igitur in illo priori est indiuisum in se & diuisum a quolibet alio: & ita unum. Amplius homo inquātum ens est unum/& ut sic non est finitum uel quantum: igitur prior est unitas q̄ eius quantitas. Ex his tenent ꝙ ipsa unitas est cuiq; rei immediatior ipsa eius quantitate perfectionali: Et iuxta hos dicendum est intellectum prius in primo signo naturæ intelligere rem/quo ad prædicata primi modi. In secundo uero signo intelligere rem/ut una est. In tertio quo ad ipsos modos/& demum quo ad prædicata per se secundi modi.

Scd̄a positio.

¶ Caput dilucidationis quartum.

De præsenti disputatione nihil fere habemus a Peripateticit: Est enim questio hæc nouissima/& ualde friuola/& quælibet pars questionis si teneatur: non facit nec calidum/nec frigidum: tamen quia ab Aristotele habemus ubiq; esse eandem de uno & ente considerationem: asserit enim easdem esse entis & unius differentias & species: asserit easdē esse & passiones: dicit ꝙ qui unū nō intelligit/nihil intelligit: ut quasi uelit nihil posse intelligi ut ens quin ut unum intelligatur: Et frequenter talia de ente & uno intelliges ab Aristotele in quarto huius dilucidarii libro/& alibi. Præterea & in primo Physicoꝝ assumens primam entis diuisionem in prima eius significata substantiā uidelicet & accidēs: statim pro principio maxime proprio cōtra Parmenidem & Melissum quodlibet illorum per unum & multa diuidit: dicens atq; ut a principio omnium accomodatissime nostra proficiscatur oratio: cum ipsum ens multipliciter dicatur: Quo nam modo dicunt unum omnia esse: utrum ut substantiam omnia: an ut quantitatem/an qualitatem: ecce hæc est prima diuisio nominis ens in significata: & statim diuidens quodlibet significatorum per intimam omnium diuisionem: inquit & rursus utrum substantiam quidem unam/uel hominem unum: & reliqua. Hæc Aristoteles. Propterea dicerem unitatem/siue sumptam primo modo ut cum ente est synonoma/siue ut opponitur multitudini/esse ipsi rei/cuius est immediatiorem quantitate eiusdem

licet unitas tertio modo / quæ est prædicamentalis numeri principium sit accidens per accidens rei cuius est : ut dicit Auerroes. Ad huius euidentiam animaduertendum aliud esse enuntiatum/aliud prædicatum : ueluti enuntiatio alia a propositione : Enuntiatio enim ex nomine constat & uerbo : propositio ex subiecto & prædicato : propter quod hæc erit enuntiatio homo est homo : non autem propositio/quia in hac nullum est subiectum / nullum etiam prædicatum : Nihil enim subicitur ibi secundum Græcos. Amplius hæc est enuntiatio homo est ens/ homo est unum/homo est res/& id genus : non tamen propositio : quoniam ens non est prædicatum/quia nec per se/nec per accidens : quia non ut differentia/non ut genus/non ut accidens proprium/nõ ut accidens per accidens/non ut definitio : & propterea ens/unum/& res/ & id genus enuntiata solent dici a Peripateticis : non autẽ prædicata/nec subiecta. Ex his accipitur ꝙ licet post prædicata primi modi statim sequantur prædicata secundi modi : & post hæc sequantur accidentia : tamen inter prædicata primi modi / & prædicata secundi modi : possunt interiacere enuntiata quædam/quæ non sunt prædicata : quia prædicata secundi modi sunt immediata prædicatis primi immediatione prædicationis atq; abnegatione prædicatorum intermediorum : non autem abnegatione enuntiatorum. Immo ante prædicata primi modi possunt esse enũtiata : Est enim homo prius ens/ & unum : q̃ animal : & prius unũ animal/q̃ rationale : & prius rationale unũ/q̃ risibile. Secundo aĩaduersione dignum quantitatem perfectionis inesse rei per comparationem ad summum & ad non gradum pfectionis : Per hoc enim ꝙ unaquæq; res in tanto recessu a non gradu recedit : & in tanto accessu ad summũ accedit/ dicitur esse tantæ perfectionis : est autem in tanto recessu uel accessu iuxta mensuram operationis apud Peripateticos / uel quam modo exercet/uel quam apta nata est unaquæq; res exercere. At res dicitur una/sola diuisione ab alio : Intellectus enim intelligens rem ut diuisam ab alio : intelligit rem unam. Ex his sequitur ꝙ intellectus prius rem intelligit ut unam/ q̃ ut quantam : quia prius intelligit illam ut diuisam ab alio / q̃ ut diuisam a pluribus in tanto recessu uel accessu : igitur unitas est ipsi rei immediatior q̃ sit eiusdem quantitas. Hanc positionem modo substinerem/ut minus remotam ab opinione Peripateticorum.

Dĩa enuntiationũ & ꝓpoũm

De ordine modoꝝ dicẽdi p se.

¶ Caput solutionum quintum.

Ex his facile delentur rationes aduersantiũ : primo deletur ordo signorum naturæ / quia in primo signo naturæ intellectus intelligit prædicata prima / & in secundo enuntiata : quæ illa prædicata prima comitantur. Immo si prædicata primi modi per plura signa naturæ

diuidantur: adhuc enuntiata possunt interponi: ut dictum est. Tunc ad rationes: ad primam dico ꝙ quantitas perfectionis nō cōpetit rei in esse quidditatiuo: & ad probationes: ad primam dico ꝙ si equinitas sumatur quo ad prædicata primi modi: ut sic potest esse una / quia unitas potest anteponi & interponi / non autem aliquanta: & ita nec perfectior lapideitate / nec imperfectior / in illo priori / sed tantum erit ipa. Et si dices in illo priori equinitas uel erit perfecta / uel non erit perfecta: dico ꝙ in illo priori non erit pfecta / nec aliquo quouis pfectior. Nec ualet in illo priori non erit perfecta / & est: igitur erit imperfecta: Oportet enim addere in illo priori est res cui competere possunt prædicata non primi modi: igitur est imperfecta: ueluti non ualet animal sumptum quo ad prædicata primi / & in illo priori in quo sibi insunt prædicata primi: nec est bipedum nec certipedum / sed in illo priori est / & non bipedum: igitur certipedum. Semper enim neganda est consequentia / quia non est bene sumpta constantia: debet enim sic sumi: sed in illo priori non est bipedum / & est id cui possunt competere prædicata secundi modi: igitur est certipedum. Et si dicas utrum in illo priori equinitas sit una? dico ꝙ est una non unitate prædicamentali: sed unitate transcendenti: uel unitate / que opponitur multitudini: Et quando dicitur unitas non est prædicatum primi modi: igitur non potest competere rei in illo signo naturæ / quo competunt sibi prædicata primi modi: dico ꝙ licet non sit prædicatum primi modi / nec secundi modi: est tamen enuntiatum / quod potest competere rei in omni signo / quia in quocunq; signo potest competere rei ratio entis / sibi potest competere ratio unius: Et ꝙ Auicenna dicat equinitatem in illo priori non esse unam / nec plures: hoc dixit / quia putauit unum quod conuertitur cum ente esse unum / quod est principium numeri prædicamentalis. Ad secundum dico / ꝙ formæ sunt sicut numeri / & ratione perfectionis: non tamen propter hoc perfectio est de quidditate formæ / quia Aristoteles loquitur de formis: non limitando illas nec ad prædicata primi modi / nec ad prædicata secundi modi. Et præterea si formæ sunt sicut numeri: igitur in illis est unitas: aliter non essent sicut numeri: & propterea ratio nihil concludit. Ad tertiam dico / ꝙ si sumis genus quo ad prædicata primi: ut sic non diuiditur / quia diuisio per eos non est prædicatum primi modi: & ita genus cum diuiditur diuisione essentiali / intelligi debet ut sibi competunt prædicata alia a prædicatis primi modi. Immo cum differentię considerantur in illo priori / nō sunt una: nec plures per eos. Ad quartam patet solutio: modus enim debet distingui ab eo cuius est modus / saltem ex natura rei: etiā apud eos non est idem formaliter rei cuius est:

quia tunc esset uel illius definitio/uel illius genus/ uel illius differētia: & sic licet rationes probarent modum non distingui formaliter ab ea re cuius est modus: non probarent ipsum esse idem formaliter: ut etiam ipsi tenent. Ad secundam principalem dico/ꝙ potest unitas esse perfectior multitudine/sicut paries albior equo; nō pp hoc albedo esset prior natura pariete uel equo. Ad tertiam patet solutio: circumscriptis enim omnibus prædicatis scdi modi nullus esset ordo: cum ordo sit minus q̄ prædicatum scdi modi. Ad rationes primi capituli patet solutio / nam primæ sunt pro positione nostra: ratio uero in cōtrarium est soluta in corpore disputationis. Hæc hactenus de hac differentia.

¶ Disputatio quarta si oēs hoíes natura scire desiderant.

¶ Caput dubitationum primum.

Qđ non omnes homines natura scire desiderant: arguunt primo/ quia si sic tunc scire esset ꝓcognitū: tenet argumentū/quia nihil expetitum/ nisi cognitū: ut dicitur.i.ethi.cōsequens esse falsum nemo est qui dubitat: Nō enim omnes ipm scire ꝓcognoscunt: ut dicitur scdo de aía: ubi habetur ꝙ anima pluri tempore degit in ignorantia/q̄ in scientia. Scđo si omnes homines natura scire desiderant: tūc oēs homines amoto impedimento scirent: tenet argumentum p simile in cūctis agentibus naturalibus: nā ignis quia naturaliter tendit sursum: ideo remoto impedimento/mox mouetur sursum/& in cœteris id genus similiter: cōsequēs est falsum/quia nullū uidetur impedimentū aīæ ad scientiā: quia si qd esset/illud esset cōtrariū uel animę/uel scientię: & ita cū nullū sit: mox oīs aīa sciret. Tertio arguūt si sic/tūc uel nullus esset sciens/ uel saltem aliquis qui haberet illā: nō expeteret/& sic nō oēs: tenet argumētū/qa appetitus est rōe carentiæ. Habitibus.n ꝑsentibus in materia cessat motus: ut dicitur in primo de generatiōe: igitur si oēs sciam appetūt: oēs carent: uel saltem qui hn̄t/ nō appetunt. Quarto aliqui appetūt ignorantiam: igitur nō oēs appetūt scire: an̄s patet/nā antiqui ignorantiam habebāt de principiis reꝝ naturaliū/& illā appetūt & defendūt: igitur nō oēs hoíes scire desiderāt. Quinto arguit Ioan. si oēs hoíes appetūt scire/uel scire/qđ est in ipsis/ uel qđ est in aliis/uel qđ in nullo est: nō qđ est in ipsis/quia appetitus est rōe carētiæ: ut dr̄.i. Phy. nō qđ est in aliis/quia impossibile est ut illud cōsequātur: Nō.n. pōt migrare de subiecto in subiectum: ut ait Boetius / nō autem quod in nullo est/ quia illud nihil est: qđ nihil est/non est appetibile. Sexto arguit/si oēs hoíes appeterēt scire: tunc oēs possent disciplinari; cōtra Ari.v.politicę dicentem esse quosdam/qui fieri nō possunt studiosi; & Auerroes primo celi

Scđo de aía tex. com.cli.

Primo physico. com.lxxxi.

Primo cœli cōmento.xxii.

ait eſſe quoddam hominum genus/quod impoſſibile eſt philoſophari : Scđo metaphy• &·ii· huius ait eſſe homines aliquos/qui diminuitione cõtingente in na comento·xv• tura non poſſunt capere primas propoſitiones • Septimo nobilius non expetit ignobilius : ſed homo eſt nobilior ipſo ſcire : igitur non appetit Scđo metaphy• ipſum • maior apparet ſecundo huius • Octauo quod ineſt alicui p ex tex·com·viii• trinſecum/nõ ineſt illi per naturam : ſed appetitus ad ſcientiam eſt rõe intellectus/qui eſt ſeperatus & immixtus : igitur nõ per naturam • Nono quod a tota ſpecie expetitur & naturaliter / pro maiori parte debet acquiri : ſed plures ſunt ignorantes q̃ ſcientes/ut dicitur·ii· topicoꝝ : igitur ſcientia non eſt expetita ab omnibus naturaliter • Decimo ſi omnes homines natura ſcire deſiderant : tunc motus hominũ ad ſciẽtiam eſſet naturalis : conſequentia patet / quia motus naturalis dicitur a principio Scđo phyſicoꝝ paſſiuo/ut dicitur·ii·Phy· cõſequens uero falſum : primo/quia tũc ſtu comento·iii• dioſi nõ laudarentur : Ea enim quæ ſunt a natura / nec laudanda ſunt / nec uituperanda • Secundo/quia tunc motus ad ſcientiam uelocitaretur in proceſſu/cuius contrarium uidemus in iuuenibus/qui curioſe incipiunt/& inuito procedunt • Vndecimo arguunt alii/ſi hõ appeteret ſcire : appeteret omnes ſcientias/ſed hoc eſt impoſſibile : primo/ quia nõ poteſt ſimul omnibus perfici • Secũdo/quia alii aliam appetunt : alii aliã • Duodecimo ſi homo/natura appeteret ſcientiã/tunc appetitu naturali : & ſi ſic omnia entia pure naturalia in quibus eſt appetitus naturalis appeterẽt ſcire • Tertiodecimo natura ſemper determinatur ad unum : igitur ſi homines natura appeterent ſcire/tunc tantum unum ſcire appeterent • Quartodecimo ſi homines natura appeterent ſcire : illud nõ uo Argu·Ioannis luntate appeterent/quia uoluntas differt a natura• Quintodecimo etiã arguit Ioannes : omne appetens aliquid/appetit illud ſub ratione boni : ſed ipſum ſcire nõ eſt bonum/quia nõ bonum naturæ/nõ bonum fortunæ/ut patet : nec bonum animæ / quia bona animæ ſunt uirtutes : ut Argu·Egidii. dicitur primo ethicoꝝ • Vltimo arguit Egidius : ſi omnes homines appeterent ſcire : omnes homines appeterent metaphyſicam / quæ eſt hominum beatitudo : at non omnes appetunt illam/quia nõ omnes præcognoſcũt illam • Prӕterea multi appetunt ſcire naturalẽ magis : multi mathematicã : alii alias • In cõtrarium eſt Ariſtoteles/qui probat hanc teſtimonio dilectionis uiſus •

¶ Caput tituli ſecundum •

Quid homo ſit : libro de animalibus eſt declaratum : quid etiam ſit ipm ſcire : libro poſterioꝝ eſt examinatum • Amplius quid natura ſit/libro Phyſicoꝝ eſt definitum : nunc autẽ quot modis appetitus dicitur/tran Quid exteri de ſigamus • Exteri appetitum trifariam diuidunt : nam alium naturalẽ / appetitu• alium animalem/alium intellectualẽ faciunt : naturalẽ eſſe dicunt ipſam

rem naturalem/quotiens tendit in finē aliquem: animalem uero esse uolunt eum qui sensum consequitur/quo uidelicet animal inclinatur ad fugam uel sequelam: Vtrum autem hic appetitus differat materia & subiecto ab ipso sensu/libro de anima tertio solet pertractari: intellectibilem uero uolunt esse ipsam uoluntatem/quæ intellectū consequitur: saltem quo ad operationem. Inter hos tales cōstituūt differentias primo/quia appetitus intellectilis est liber/cœteri necessarii/& nō liberi. Secundo quia uoluntas quæ est appetitus rationalis/& appetitus sensitiuus: aliquando accipiuntur pro potentiis: ut cum dicitur uolūtas uirtus animæ/& appetitus est potentia sensorii: aliquando pro actibus/ut cum dicitur uolūtas mea est laudabilis/quatenus actus uoluntarius est laudabilis: & cum dicitur appetitus animalis/utpote equi non est damnosus: accipitur enim pro comestione equi: at appetitus naturalis semper sumitur pro re tendente ad finem. Tertio differunt quia appetitus naturalis est omnibus comunior/quia sensitiuus est naturalis/& uoluntas est naturalis/quatenus sunt naturæ quædam: Præterea in quibus reperitur appetitus animalis: in his & naturalis reperiri potest. Post hūc appetitus animalis est comunior rationali/quia ubicūq; reperitur rationalis/repitur animalis/& nō econtra. Quarto differunt/quia rationalis appetitus & animalis semper præsupponunt cognitionem: naturalis uero minime. Hæc exteri. Ioannes autem addit ꝙ appetitus naturalis alius est formæ/alius est materiæ: nam & forma & materia est natura/alius est dispositionis: qua forma inest materiæ/quia dispositio hæc quoddammodo natura est: ueluti generatio est natura/quia est uia in naturam: ut dicitur .ii. physicoꝝ: sic hæc dispositio dici potest natura/quia est dispositio naturæ. Vlterius addit formam hominis esse duplicem: alteram quidem sepatam non pficientem sed utentem corpore/ut est intellectus: alteram pficientem/ut dianoeam/quæq; cogitatiua dicitur: & propterea appetitus formę est duplex/alius formę sepatæ/alius uero formæ perficientis. Sed animaduerte ꝙ alii uiri & doctissimi tenent appetitum naturalem non esse dabilem/quia ut narrat Auer .xii. huius appetitus sequitur comprehensionem ueluti umbra corpus: & ita quod nō cognoscit/nō appetit: & quod Arist. dicat materiam appetere formam: dicit Themistius materiam appetere formam: appetitu prouidentiæ: & ita appetitu intellectiuo: nō qui sit in ipsa materia/sed qui sit in ipso intellectu diuino omnia prouidente: Opus enim naturæ est opus intelligentiæ nō errantis: ut dicitur .xii. huius auctoritate Themi. Et iuxta hoc dicendum esset inclinationē rei naturalis ad finem nō esse appetitum/sed potius obedientiam/qua ipsa res obedit primæ intelligentiæ omnia dirigenti. Si igitur ignis appetit locū sursum: hoc fa-

Quæ Ioannes de appetitu.

Auer .xii. meta. comen .xxxviii.

Xii. huius com. xviii.

cit appetitu primi motoris/& obedientia sua: Sed hæc res in libro physicorum disputata est: nūc uero sat sit hæc monstrasse: Hæc de titulo.

¶ Caput positionum tertium.

Prima positio. Qui scientiæ impossibilitatē probauerunt/dicentes nihil posse sciri/ut Heraclitus/Cratillus/& Socrates/& alii ueterū: nullū hominem natura scientiam appetere cogūtur dicere: quia impossibile nō est natura appetibile/ut sapientes omnes fatentur. Scda positio. Qui uero nostrum scire non adipisci de nouo/sed esse reminisci: ut Pytagorici/& Platonici dixerūt: hi dicere cogūtur omnes homines appetere ipsum scire: nō appetitu adeptionis: cū ipsum sit iam animæ cuiq; acquisitum/sed appetitu reminiscentiæ. Tertia positio. Peripatetici uero absolute protulerūt oēs homines natura appetere scire/quod Arist. eo signo approbat/quia omnes diligunt sensus: nō modo pp utilitatem: sed quia nobis rerum differentias indicant/tantoq; magis uisum/quanto ipē magis & plures reꝝ indicat differentias. Sed quo appetitu omnes homines scire expetant: non eodem modo posteriores omnes sentiunt. Pō exteroꝝ. Exteri dicunt homines omnes ipsum scire expetere appetitu naturali: primo/quia nō rationali: tum quia ille nō est nisi pcogniti: tum quia ille est liber: at in posse nostro nō est odire & expetere ipsum scire. Secūdo quia non appetitu animali: tum quia ille nō est nisi sensibilium: at nos expetimus etiam insensibilia: tum quia bruta appeterent/quatenus ipsa habent appetitum sensitiuum. Restat igitur ut desiderio naturali unusquisq; appetat ipsum scire: Quod etiā probant/quia ad finem est appetitus naturalis: at ipsum scire est uel finis quo/uel gr̄a cuius: igr̄ in ipm̄ omnes naturali appetitu tendunt. Quæ Ioannes. Ioannes uero/qui cum exteris concordat asserens oēs homines appetere ipsum scire appetitu naturali/exponit quasi hanc positionem/& dicit primo ꝙ nullus appetit scire appetitu naturali materiæ/quia ipm̄ scire nō est finis materiæ: & sic uult omnes homines appetere ipm̄ appetitu formæ: appetitu quidem formæ/quæ est intellectus: & formę/quæ est cogitatiua siue dianoea oēs appetere æqualiter omnes sciētias/& nullus magis/nec minus: Hoc declarat quia tā intellectus/q̄ dianoea est æqualis p se in omnibus hominibus: appetitu uero dispositionis qua forma inest materiæ non omnes ęqualiter: nam alii magis metaphy. ut qui spiritus habent subtiles & claros/ueluti colerici: alii mathema. ut qui habent spūs siccos/& organum imaginatiuæ siccum: alii naturalem/quorum organum sensuum est bene cōmixtū. hæc Ioannes. Hanc positionem in textus expōe uidetur sectari expositor: qui inquit: proponit igitur primo ꝙ omnibus comuniter natualedesiderium inest ad sciendū. hæc ipse: & sic uult omnes homines natura hoc est naturali appetitu expetere ipsum scire. Amplius & Alber. in sua paraphrase capite quarto

tractatus primi/qui tenet omnes homines appetere ipſum ſcire natura/li deſiderio: & hoc ſuaſit hoc ſigno/quia qđ uidetur comune toti ſpe/ciei: non uidetur eſſe niſi deſiderium naturale/qđ naturam ſpeciei con/ſequitur. Præterea Auer. idem ſentire uidetur ſecũdo huius/qui ita di/cit/& ſignum eius quod habeamus deſideriũ ad ſciendũ ueritatem/eſt quoniam ſi comprehenſio eſſet impoſſibilis: tunc deſiderium eſſet ocio ſum: & cõceſſum eſt ab omnibus ꝙ nulla res eſt ocioſa in fundaméto naturæ. Hæc ille. Ecce quo modo uult ad illam eſſe deſiderium natu/rale: quia loquitur de deſiderio/quod eſt in fundamento naturæ. Sed hæc poſitio non eſt peripatetica/nec bona: & ppea probamus ꝙ omnes homines appetitu rationali appetant ſcire/& nõ appetitu naturali. Pri/mo eo appetitu homo debet ſcientiam appetere/qui reſpondet potétię/quæ pficitur p illam: ut & ipſi cõcedunt. Sed appetitus qui intellectui reſpondet: qui p ſcientiam pficitur/eſt rationalis/& nõ naturalis (ut ipſi dicũt) igitur oẽs hoĩes nõ naturali/ſed rationali appetitu ipm ſcire appetunt. Secundo id ꝙ eſt optimum & ab omnibus expetibile/& op tima perfectio: debet ab hominibus ſcđm ſummum & optimum appe/titum expeti/& non ſcđm infimum: hæc maior conuenit obſeruationi: nam homines uoluptuoſa deſiderant uoluptuoſo appetitu & non ratio nali: Deſcẽſum deorſum appetit deſiderio naturæ grauis: ſed optimus & pfectiſſimus appetitus eſt rationalis: igitur rationali appetitu con/uenit hominem appetere ſcientiam/& non appetitu naturali. Hanc ra/tionem indicat Ariſtote. i. ethicoꝝ capite. xviii. ubi ait: recte enim & ad optima depcatur ratio: & p rationem appetitum intelligit rationalem: ut exponunt omnes. Si igitur ratio dictat ad optima/optimum oĩum eſt ſcire: & ſic cõſentaneum eſt rationem illam dictare ſcientiam: & ſic appetitu rationali: & non appetitu naturali ipſum ſcire eſt expetibile. Tertio ipſum ſcire expetitur: aut ut bonum: aut ut uerum: non ut bo/num/quia ipm non eſt de numero bonorum: ſed de numero ueroꝝ: igitur appetitur ut uerum: ſed ꝙ appetitur ut uerum/appetitu rationa li appetitur: igr ipm ſcire non appetitu naturali deſideratur. Aut forte hæc ratio poteſt efficatius formari hoc modo: quod nõ appetitur ut bo num tantũ/ſed ut bonum & uerũ/rationali appetitu appetitur: ſed ipm ſcire ſi eſt bonum/non tantum ut bonum appetitur ab hominibus/ſed ut uerum: igitur nõ appetitu naturali/ſed rationali appetitur. Quarto illud quo acquiſito ceſſat deſiderium rõnale/appetebatur rationali appe titu: ſed acquiſito ipſo ſcire optimi & ſummi boni/ceſſat appetitus ra/tionalis: igitur deſiderabatur rationali appetitu. Minor nota eſt/quia q̃ cito homo attingit ſummũ bonũ/tam cito nõ eſt amplius uolũtas in/telligendi/ſed fruitio rei intellectæ: ut etiam catholici ſentiũt. Quinto

Auero. ii. huius com. primo.

Confutatio.

si appetitu naturali homo expeteret ipsum scire : igitur omnis res naturalis ip̄m scire appeteret : deducitur consequentia p̄ deductionem extero rum : Arguebant enim / si homo appeteret scientiam appetitu animali : tunc bruta scientiam appeterent / quod non ualet / nisi per hoc / quia ubi cunq; esset appetitus aīalis / ibi posset esse appetitus ad sciētiam : postq̄ p̄ illum homo appetit · Eodem modo arguo : si omnes homines appetitu naturali sciām appeterent : igitur res naturales in quibus est hic appetitus / sciām appeterent : Est enim hæc uis rationis eoꝝ . Sexto homo scd̄m naturam nō p̄ficitur a scientia : non enim scientia est p̄fectio naturæ ut natura : igitur scd̄m naturam nō appetit illam / & appetitu aliquo appetit : igitur appetitu rationali · Ex his appet error omniū hoꝝ·

Ⅽ Caput dilucidationis quartum ·

Prima pō· Ad huius rei dilucidationem : primo sumemus / q; in tantum homo appetit scire / inquantū finis est hominis : & quoniā finis nunq̄ expetitur ab aliqua uirtute cognoscitiua / nisi quatenus p̄cōceptus / & p̄cognitus : Est enim primum in intentione / & ultimum in exequtione / ut Peripatetici asserunt : igitur si ip̄m scire ab hominibus cognoscitiuis expetitur : oportet ut sit aliquo modo ab ipsis p̄cognitum · Secundo accipimus

Scd̄a positio· q; aliquid præcognosci potest esse confuse / & uniuersaliter : quo pacto p̄cognosceretur q; hæc dualitas / quæ est in manu mea sit par / p̄ hoc quod p̄cognoscitur omnem dualitatem esse parem : ut dicit Arist· Alio modo distincte & p̄ticulariter : quo pacto cognosceremus hanc quam

Tertia positio· nouimus dualitatem esse parem · Tertio accipimus q; omnes homines prima impressione / & sine omni intentione / quam cito sunt : cognoscūt prima principia : & hoc est quod dicitur / q; sunt nota lumine naturali intellectus agentis · Hoc patet p̄ Auer·ii· huius com·i·qui dicit q; prima principia sunt sicut locus ianuę / quem nullus debet ignorare : ut patet com·i· Amplius patet p̄ Auicen·qui dicit quod ens & res prima impressione imprimuntur in anima : igitur prima principia / quæ non alia q̄ terminoꝝ cognitione cognoscuntur : etiam prima & naturali cogni-

Excerptū pri· tione cognoscentur · Ex his sequitur q; ip̄m scire uniuersaliter & cōfuse est ab omnibus hominibus præcognitum : deducitur / quia ab omnibus hōibus sunt distincte cognita prima principia : nam ista terminis cognoscuntur / quia lumine intellectus patent : Sed ipsum scire confuse & uniuersaliter continetur in illis : ut dictum est : igitur ipsum scire est p̄cognitum confuse & uniuersaliter ab omnibus hominibus : & ita de ipso scire simpliciter & uniuersaliter habemus omnes cognitionem solo lumi

Excerp·scd̄m· ne intellectus · Vlterius sequitur q; sic confuse & uniuersaliter est expetitum : quia ut dictum est eo modo finis exoptatur / quo modo p̄cognoscitur : Et quia ip̄m scire præcognoscitur confuse & uniuersaliter :

ideo sequitur omnes homines appetere ip̄m scire uniuersaliter & cõfuse: nó autem hoc uel illud. Amplius sequitur ꝙ ip̄m scire sic in uniuersali/ appetitu rationali appetitur/ quoniam p̄cognoscitur: nullum p̄cognitum apperi potest nisi appetitu sequente appræhensionem / talis nõ est animalis: igitur est rationalis. Vlterius sequitur ꝙ ipsum scire simpliciter sumptum necessaria uoluntate est expetitum: hoc uel illud scire cõtingenter. Mens igitur omniũ Peripateticoꝝ est omnes homines appetere scire nõ quidem in pticulari/sed in uniuersali: & non appetitu naturali: quia iste nullam supponit cognitionem/nec sensitiuo: igitur rationali. Ea uero quæ in libro destructio destructionum dispu.x.in dubio.iii.diximus/erant dicta tũc/nũc uero hæc uidētur mihi. Et cũ Ari. dixit omnes homines natura appetere scientiam: per naturam non appetitum naturalé intelligit (ut priores exposuerunt) sed appetitu nõ acquisito doctrina/uel inuentiõe/sed uel lumine naturali intellectus. Expetimus enim quandoq; aliquam ptem philosophyæ: quatenus p̄ceptor docet nos antea quæ sit /an utilis/ si optima: nũc enim ex hac doctrina a p̄ceptore tradita resultat appetitus de nouo ad illã /qui prius nõ aderat: at in appetendo scientiam in uniuersali: non ratione acquisita a præceptore: sed a nobis ipsis p illud/quod habemus a nobis ip̄is de p̄cõceptione scientiæ/ appetimus: & hoc pacto uidetur esse naturale/distinguendo naturale cõtra acq̄sitũ. Hanc positionẽ olfecit ille bonus Egi. cui nõ paruæ gratiæ sunt habẽdæ/quia nobis dedit principiũ ad ueritatis inuentionem: olfecit etiam hanc Alexandrinus cui etiam gratiæ sunt habendæ: Pro hac parte faciũt illa/quæ Arist.in rethoricis dicit/& Eustachius in libro ethicoꝝ. Assignantes enim necessitatem proæmii: dicunt pro tãto esse proæminm ad dicenda p̄ponendum: quatenus trahatur auditor ad amorem: modo si homines desiderio naturali expeterent scire & omnem scientiam: nõ oportet facere in libris proæmium / quo trahatur ad amorem: quia omnes naturali desiderio appetunt scire / & omnem scientiam: igitur si est necessitas proæmii: oportet ut homines appetitu rationali & amore uoluntario ipsum scire appetant. Et hac rõe fit ut nemo p̄æmiũ fecerit ad ip̄m scire uniuersale: sed ad hoc scire/ quia illud ẽ p̄cognitũ sine doctrina/& uolitũ/quia p̄cognitũ. Hoc uero scire nec uolitũ/quia nec p̄cognitũ. Sed hic sũt dubitatiões: pria pp q̄d Ari. hãc p̄põem in numero plurali enuntiauit: Scda utrũ metaphy.sit appetibilis: ur̄.n. ꝙ nõ/quia nõ p̄cognita. Tertio arguit cõtra positionem: primo rationali appetitu quicquid appetitur/cõtingenter appetitur/quia est liber formaliter/& cum libertate non stat necessitas. Secundo in potestate uoluntatis est uelle & nõ uelle ipsum scire/siue ip̄m finem/si intellectus dictet sibi illum esse malum/ uel bonum: igitur in

Tertiũ excerp.

Quæ proæmii necessitas.

Dubitationes.

Rões Sco.i.sen. dist.i.q.iiii.

poteſtate ſua immediate ſine actu intellectus eſt uelle & nõ uelle ip̃m ſci-re: igitur cõtingenter homines appetunt ſcire • Tertio uoluntas poteſt auertere intellectum a cõſideratione finis: igitur ſi appetitu rationali ho mines appeterent ſcire/poſſent nõ appetere • Quarto ſi uoluntas ad ſci-re eſſet neceſſaria: tunc ſemper cogeret intellectũ ut cõſideraret ipſum ſcire: tenet argumentũ/quia quod neceſſitatur ab alio nunq̃ ceſſat/niſi aduentu fortioris impedimenti: igitur intellectus neceſſitate uoluntatis ſemper cogeretur cõſiderare ip̃m ſcire • Quinto omne neceſſario agens/ agit ſcd̃m ultimum ſuæ potentię/quia ſi non eſt in poteſtate ſua actio: nec intenſio actionis: igitur uoluntas uellet intenſiſſime ipſum ſcire/& ſic oẽs homines æque intẽſe uellent ipſum ſcire • Sexto uirtus p eſſen-tiam libera æqualiter eſt libera ad omnia: ſed uoluntas eſt libera reſpe-ctu medioꝵ ad finem & p eſſentiam: igitur reſpectu ipſius ſcire / quod eſt finis: & ita cõtingenter • Hæ ſunt rationes efficaciſſime contra po-

Solu·primæ• ſitionem Peripateticoꝵ • Ad primã reſpondet Alber• & Ioan. ꝙ ideo in plurali dixit omnes homines appetere ſcientiem/ut innueret hoĩum dif-

Confutatio• ferentiam ad appetendas ſcientias • Nam aliqui remiſſius/aliqui inten-ſius appetunt: ſed hæc ſolutio non ualet/quia ſi ſcd̃m eum naturale eſt hominibus appetere ſcientiam/ æquale erit omnibus: nam naturale eſt

Solu·propria• uniforme • Propterea dicerem Ariſto·amplexum eſſe omnes homines / quia gentes uidentur adeo uarię / ut quædam ſemiferæ uideantur quaſi abborrere ſcientiam/cuius ſignum eſt / quia nullus inter illos philoſo-phatur: Et propterea Ariſtot· dixit omnes homines/ ut amplecteretur uſq; ad ſemiferas gentes: hoc cõuenit ſimili/quia Ari· conſueuit dicere ꝙ omnes homines dicunt eſſe/qui in cœlis habitat/ & ſe exponit dicens ut Græci & Barbari: igitur p omnes homines hic ſumpſit Græcos &

Solu· ſecundæ• Barbaros • Ad ſcd̃am dici poteſt ꝙ metaphy· appetitu acquiſito nõ eſt appetibilis/quia multi ſpernunt illam / & hoc in propria forma: ut au-tem cõtinetur ſub ſcire uniuerſali/ eſt appetibilis: & etiam declarato fi-ne & utilitate eius/ eſt appetibilis appetitu acquiſito: Dictum eſt enim ipſum ſcire comuniter eſſe uoluntate neceſſaria appetibile: & cõſequen ter ipſa metaphy· eſt uoluntate neceſſaria appetibilis ue continetur ſub ſcire ipſo: tamen ut metaphyſica eſt uoluntate contingenti appetibilis •

Solu·tertiæ• Ad tertiam dubitationem dico/animaduerte ꝙ ſcd̃m Peripateticos uo-luntas ſequitur dictamen intellectus: propterea nec eſt neceſſaria / nec contingens ſimpliciter: ſed eſt neceſſaria & cõtingens ex ſuppõe: unde quam cito ipſe intellectus oſtendit ſibi aliquod proſequendum: Illudq; demonſtratione practica concluſit/ad illius electionem/uoluntas neceſ-ſario ſe habet: Vbi uero intellectus habet pro utraq; parte dictamina / uoluntas eſt contingens • Et quia intellectus concipit ipſum ſcire eſſe

bonum: & in illo nullam rationem mali cognoſcit: ideo uoluntas neceſſario ſe habet ad appetendum illud: quia uero intellectus circa media ſe ſe habet neuter: quoniam nunc cognoſcit aliqua illorum ſub ratione mali/ aliqua ſub ratione boni: propterea uoluntas eſt contingens circa media ad finem. Amplius quia intellectus poteſt perſuadere hoc uel illud ſcire eſſe malum: uoluntas poteſt non uelle illud: ipſum autẽ ſcire cõiter ſemper & neceſſario uult/ quia intellectus ſemper bonum eſſe iudicat: & nunq̃ niſi ore poteſt ſuadere eſſe malum. Ex his ſequitur q; neceſſitas & contingentia uoluntatis non eſt ſimpliciter/ ſed ex ſuppoſitione. Et hoc eleganter dicit Ariſt. ii. Phyſicorum/ dum dicit ita ſe ſe habere finem in operabilibus: ut principium in ſpeculabilibus: igitur ſicut intellectus appræhenſo principio aſſentitur neceſſario cõcluſioni: ſic appræhenſo fine ſub ratione boni/ neceſſario uoluntas illum uult. Hæc Ariſt. Tunc ad primam patet ſolutio: nõ enim quicquid uoluntate appetitur/ contingenter appetitur: quia finis appetitur/ & neceſſario appetitur. Amplius nõ eſt uerum q; omne liberum ſit contingens: nam cum libera actione ſtat neceſſitas & contingentia. Ad ſcdam negatur cõſequentia/ quia uoluntas nõ eſt neceſſaria uel contingens niſi ex ſuppoſitione. Ad tertiam dico q; uoluntas poteſt auertere intellectum a conſideratione finis ipſo prius dictante q; talis auerſio eſt bona ut nũc: licet ſit mala ſimpliciter/ & p hoc negatur conſequentia. Ad quartam dico q; uoluntas ad ipſum ſcire eſt neceſſaria ſimpliciter/ quia intellectus ſic ſibi oſtendit: tamen quia quod eſt ſimpliciter bonum/ poteſt ut nunc eſſe malum: ſic uoluntas erit contingens ut nunc: intellectu dictante illud eſſe malum ut nunc: Poteſt autem id quod eſt ſimpliciter bonum eſſe malũ ut nũc/ ut bonum eſt ſimpliciter ſaluare merces in mari. at nunc eſt malũ. ita ſimpliciter uelle ſcire eſt bonũ: & imperare ut intellectus conſideret ipſũ ſcire eſt ſimpliciter bonum: tamen ut nunc eſt malum: quia adſunt dolores capitis: indigentia cibi/ & alia magis promouentia intellectum. & ſic negatur argumentum. nec ualet/ poteſt auertere: igitur poteſt non uelle: quia non uelle/ eſſet pro omni tempore propter particulam negatiuam: poſſet tamen non uelle ut nunc; ſed licet poſſet nõ uelle ut nunc/ nõ propterea poſſet contrariũ appetere aut non uelle ſimpliciter: & hoc pacto eſt neceſſaria: & illo pacto contingens. Vnde dicitur uoluntas neceſſaria/ non quia in omni diferentia temporis finem uult: ſed quia quotieſcunq; per intellectum ſibi indicatur/ ipſa illum uult/ & no poteſt non uelle ipſo dictante. Ad quintum dico/ q; omnes homines ſimpliciter intenſiſſime uolunt ipſum ſcire comuniter & æqualiter: tamen non intenſiſſime ut nunc/ nec æqualiter ut nunc propter contingentia. Amplius nec æqualiter hoc uel illud/ propter cauſas contingentes. Ad

Excerptum.

sextam concedo ꝙ uoluntas est per essentiam libera/ sed quia cum libertate stat contingentia & necessitas: ideo potest ex suppositione & simpliciter esse necessaria: ex suppositione & ut nunc esse contingens. Ex his apparet defensio peripateticoꝝ/ & solutio rationũ omniũ. Solet dubitari/ utrũ hæc propositio Arist. possit a priori demonstrari: Respondet expositor ꝙ sic/ & illam enititur demonstrare per tres demonstrationes: quaꝝ prima sumitur ex eo quia ipsum scire est propria hominis perfectio. Secunda ex eo/ quia ipsum scire est propria hominis operatio. Tertia ex eo/ quia ipsum scire est mediũ/ quo homo copulatur suo principio. Sed uidentur istæ rationes primo peccare per fallatiã æquiuocationis: quia in prima peto quid per propriam hominis perfectionem intelligit/ uel actum primum/ uel secundum: Si secundum actum intelligit/ non differt a secunda ratiõe: nam ipsum scire quatenus est propria hominis operatio/ est actus secundus: Si actum primum/ tunc æquiuocat de scire/ de quo concludit prima & secunda ratio. Secundo arguunt calumniatores/ quia hæ rationes eo modo quo ualent/ cõcidunt in unã/ eo quia prima procedit per actum primum: secunda per actum secundum: tertia per medium quo coniungitur principio: modo eodẽ appetitu appetitur actus primus/ & actus secundus/ & coniunctio cum suo principio. Amplius hæ rationes possunt reduci in unam: igitur sunt una. Ego uero crederem ꝙ istæ sint tres rationes distinctæ/ & omnes procedunt de ipso scire pro actu secũdo/ quod est idem quod speculari: attamen ipsum speculari idem re & subiecto: potest subire tres ratiões appetibilis: Aliam quidem quatenus est perfectio scda hominis: ut sic enim subit rationem appetibilis: Aliam quatenus est operatio propria hominis: & hæc ratio differt a prima/ quia stat esse propriam operationem alicuius: & non esse illius perfectionem/ nec imperfectionẽ. Multæ enim sunt operationes transeuntes/ quæ sunt propriæ homini/ quæ non sunt perfectiones hominis/ sed alterius/ & tamen expetuntur: & sic istæ rationes arguunt diuersas ratiões appetendi. Aliam quatenus ipm scire etiam pro actu secundo sumptũ/ est mediũ copulationis: habet.n. ut sic rationem appetibilis diuersam ab illis: potest enim aliquid intelligi esse medium copulationis alicui/ & nõ esse illius propriam operationem/ nec propriam perfectionem: ut intelligentia secunda est medium quo tertia deo copulatur scdm phylosophos: & nec est illius perfectio/ quia non inest illi/ nec illius operatio: igitur ipsum scire idem in subiecto potest subire tres rationes appetibilis diuersas: & per consequens demonstrationes expositoris: quæ procedunt per illas/ erunt diuersę & bonæ. Tunc ad rationes dico ꝙ in prima per scire/ & per perfectionem intelligit actum scdm: & in omnibus semper sumit scire pro actu scdo/

Excerptum.
Dubitatio.
Sol. expositoris
Obiectiones.
Rões An. andr.
Defensio expo.

quia de eodem ſcire probant ꝙ ſit appetibile: Media tamen differunt ratione appetibilitatis/quia prima procedit de ſcire quatenus eſt perfectio propria hominis. Secunda de ſcire ut eſt propria opatio. Tertia de ſcire ut eſt medium copulationis: & ſic non eſt æquiuocatio/nec concidentia. Ad ſecundam rationem calumniatoꝝ dico ꝙ licet appetitus ſit idem ſubiecto: tamen rationes appetendi differunt: ut dictum eſt. Eodem enim appetitu in ſubiecto & materia/homo appetit perfectionẽ ſcđam/operationem propriam/& medium copulationis: tamen alia ratione: ut dictum eſt/quæ differentia rationũ ſufficit ad differentiam demonſtrationum. Ad tertiam dico ꝙ licet poſſit fieri una demonſtratio copulatiua/non tamen ſimplex. In libro deſtructiorum aliter dixi: nunc uero ſit dictum in tantum. Hæc de dilucidatione.

¶ Caput ſolutionum quintum.

Ad rationes factas capite.i.nunc reſpondeamus: ad primam patet ſolu. Eſt enim ipſum ſcire in uniuerſali præcognitum: hoc uel illud non: & ideo ipſum ſcire comuniter neceſſario appetitur: non hoc uel illud. Sed dices uel appetitur ipſum ſcire præcognitum/uel non præcognitũ: non ipſum ſcire præcognitum/quia habetur: igitur ſcire nõ præcognitum: & ſic non niſi per appetitũ natnralem: dico ꝙ finis eſt primus in intentione/& ultimus in opere: & propterea aliud eſt appetitũ/ & aliud pro quo appetitur. Faber n. appetit domũ/quam habet mente: nõ tamen pro domo/quã mente tenet. Sic dico ꝙ oẽs homines appetunt ſcire/qđ tenent in intentione: nõ tamen pro illo/ſed pro omnibus ſcibilibus/quę cõtinentur in primis principiis/quæ lumine naturali intellectus habuerunt. Ad ꝓbationẽ rationis principalis/dico ꝙ anima maiori tẽpore degit in ignorantia particulariũ ſcibilium/nõ ipſius ſcibilis comuniter. Ad ſcđam nego conſequentiã: quia homines nõ diſcunt ſolũ per amotionem impedimentoꝝ: ut Plato uoluit: ſed præſentia doctoris/& inuentione: ut dictum eſt primo poſterioꝝ. Ad tertiam dico ꝙ Ari. conſiderauit homines in puris naturalibus cõſtitutos: & de his dixit ꝙ oẽs appetunt ſcire. Nam conſiderando homines aliter: Dici poteſt ꝙ ſcientes appetunt ſcire qđ habent appetitu cõſeruationis/ſiue fruitionis. Scientiam aũt quã nõ habent: quã ue præcognoſcunt in intentione uniuerſali: appetitu adeptiõis. Ad quartã dico ꝙ nemo appetit ignorantiã p ſe/niſi ut ꝓcognita ut bona ut nunc: nõ aũt ſimpliciter. Ad quintã reſpondet Ioan. ꝙ hoĩes appetunt ſciam/quæ eſt in alio: nõ qdẽ numero eandẽ/ſed quatenus mutanť ad aliã ſimilẽ in ſpecie p illã quæ eſt in alio. Sed hæc ſolu. eſt friuola/quia uel hõ appetit aliã ſimilẽ in ſpecie/quam cognoſcit/uel quã non cognoſcit: non quam non cognoſcit/quia non magis ſimilem illi/ q̃ aliis infinitis: natura enim uniformiter fertur

Replica. Solutio. Sol. Ioan. ad. v. Replica.

in omnes. Si uero quam cognoscit: igitur appetitu rationali appetit

Solu. propria. scire. Propterea dico aliter quod homo appetit scire comuniter/quod praehabet in intentione: non tamen pro illo / sed pro alio / quod non est / & potest esse. Et sic concedo quod homo appetit scire quod habet: non tamen illud pro se/sed pro scire/quod non habet / & potest habere: & ita non procedit ratio. Ad sextam dici potest quod omnes actu sunt disciplinati/ disciplina illa comunissima / quae est primorum principiorum. Omnes etiam sunt disciplinabiles ex parte qua intellectus participant: Per accidens autem ex parte dispositionis: qua intellectus corpori inheret: multi sunt indisciplinabiles. & hoc pacto intelliguntur dicta Auer. Ad septimam dico quod nobile potest esse propter ignobile tanquam propter finem quo: non autem tanquam propter finem gratia cuius. Ad octauam negatur minor. Immo intellectus est intrinsecus homini ut forma perficiens & utens: non aut ut entelechia hoc est perfectio constituta & habita a subiecto: ut dictum est secundo de anima/ & in tertio. Ad nonam respondent non nulli / quod per accidens potest impediri desiderium naturale propter difficultatem praeueniendi ad ipsum scire/ tum propter uoluptates / quales in regibus & principibus spectantur. Hi enim uoluptatibus immersi: non modo impediuntur / sed scientes odio prosequuntur: ut septimo Ethicorum docet Aristoteles auctoritate Homeri. Tum propter defectum necessariorum ad uitam: oportet enim prius ditari / & postea philosophari: ut dicitur tertio Topicorum. Amplius & propter lucri cupiditatem: ueluti uos facitis do-

Nota cotra Medicastros. mini Medicastri: qui propter lucrum omittitis philosophari/& in arte uestra estis mei abbortiui. Adhuc propter maliciam naturae indiuiduae / quae ex genitura habuit stellarum configurationem scientiae ineptam: ut docet Ptolaemeus. Demum propter complexionem ut propter molliciem & segnitiem: & sic non est inconueniens apud istos de-

Confutatio. siderium pro maiori parte frustrari per accidens. Sed haec solutio friuola est / quia quod est a tota specie naturaliter intentum: nec per se / nec per accidens debet in maiori parte frustrari: & hoc in nullis uide-

Solu. propria. tur oppositum. Melius potest dici quod omnes homines habere in maiori parte omnes scientias: potest intelligi bifariam / aut ut uerbum omnes teuetur diuisiue: & sic est falsum / quia nec iste homo pro maiori parte habet omnes scientias: nec ille: & sic diuisiue nullus habet pro maiori parte omnes scientias. Aut nt tenetur collectiue: & sic est uera / quia omnes homines collectiue pro maiori parte habent omnes scientias: itaque unus habet unam partem / alius aliam: & sic de coeteris id genus: & hoc pacto appetitus naturalis/siue uoluntarius lumine na naturali intellectus dumtaxat persuasus non est frustra. Verbi cau-

sa: tota pecunia mundi habetur in omnibus hominibus: nullus tamen homo habet totam mundi pecuniam. Per idem potest dici ad rationem Alberti: qui probabat appetitu quo omnes homines appetunt scire esse naturale: quia consequitur totam speciem: Dico enim si sumit naturale ut distinguitur contra cognoscitiuum: sic non est naturale: at si natu-rale sumit pro eo quod est in nobis solo lumine naturali: sic appetitus ille est naturalis: & hoc pacto consequitur totam speciem: quatenus lu-men intellectus est cōe toti spéi. Ad decimā dico ꝙ argumētū cōcludit uerū: quia desideriū nō est naturale distinguēdo naturale cōtra cogno-scitiuum: cū quo tñ stat ipm eē naturale/quatenus est lumine nāli in-tellectus: & hoc pacto est motus nālis: quo mō nō oportet ut ꝓcedat au gendo. Ad undecimā dico ꝙ hoīes appetūt oēs scías nō in pticulari/sed in uniuersali p illud uniuersale scire/qđ ē uniuersaliter pintētū: & sic nō oportet ut oēs appetāt eandē pp drām cōditionū indiuiduaꝝ: nec simul unusqsqꝫ pficiatur oībus. Ad xii. dic ꝙ rō demōstrat nřm ꝓpositū. Ad xiii. etiā patet solu. est enim rō pro nobis. Per idē ad .xiiii. Ad .xv. dici pōt ꝙ ipm scire appetit ut bonū & uerū: quia est bonū aīæ/quia scđm Ari. nō tantū uirtutes sūt bona aīæ/ sed scía & sapía. Ad ultimā solutio fuit data capite .iiii. pñtis disputationis. Hæc de ipsa Arist. propoē.

¶ Quinta dispu. est si inter oēs sensus uisum magis amemus.

¶ Caput dubitationum primum.

Qđ uisum non magis amemus: primo / quia si illum magis amamus: est ut dicit Aristo. quia magis est aliis cognoscitiuus: Sed pobatur ꝙ non/quia ceci nati habentes auditum sunt sapientiores surdis natis ha-bentibus uisum: ut dicit Arist. in libro de sensu & sensato: eo quia au-ditus est sensus disciplinę. Amplius tactus certius uisu indicat: ut Ari stoteles ait secundo de anima dicēs nos habere hunc sensum certissimū: igitur non est uisus magis amandus. Secundo principaliter / si uisum magis amamus: hoc est ut Aristo. dicit/quia plures rerum differentias nobis demonstrat: at non uisus/sed tactus plures differentias indicat: nam uisus non est per se nisi unius contrarietatis: uidelicet albi & nigri: At tactus est per se plurium contrarietatum / ut calidi frigidi / humidi sicci/grauis & leuis: & cœteraꝝ id genus. Amplius tactile est in plus cœteris qualitatibus / quia tactile est omnes primæ qualitates / quæ ab omnibus præsupponuntur. Tertio principaliter illum sensum magis amamus: cuius oppositum magis odimus: at oppositum tactus ma-gis odimus / ꝙ̄ oppositum uisus: & hoc / qnia oppositum tactus est mors animalis / nec sic oppositum uisus: igitur tactū magis amamus.

Quarto magis amamus sensus interiores/quia sunt principaliores: igi non magis uisum · Quinto illum sensum magis amare debemus: per quem sapientiores diiudicamur: sed per tactum diiudicamur sapientiores/quia molles carne mente apti sunt: ut dicitur ·i· de anima · Sexto auditus plures differentias rerum indicat/quia per asculationes sensilia & insensilia indicantur: igitur magis amare debemus · Septimo quod impedit nos a felicitate humana & diuina/est potius odibile: sed uisus & oés sensus impediunt nos ab utraque fęlicitate: a prudentia quidem / quæ est humana felicitas: quia sensibiles affectiones impediunt hominem nec ratione reguletur: a diuina uero/quia sapientia quæ est fœlicitas diuina consistit in cognitione substantiarum seperatarum · At per sensus cognoscimus sensilia/per quæ retrahimur a cognitione abstractorum: igitur uisus & omnes sensus debent esse odibiles · Octauo eum sensum magis amare debemus/qui magis nos delectat: at tactus magis nos delectat: igitur magis amandus · In oppositum est Aristoteles: qui in textu dicit nos magis amare eum qui est per oculos ·

Argu· Biridani

Argu·Egidii·

¶ Caput tituli secundum·

Sensus/qui græce est Αισθησισ: interdum pro anima ipsa sensitiua / non nunq̄ pro sensorio: aliquando pro sensatione ipsa apud Peripateticos solet accipi: nunc autem pro ui/potentiaque sensitiua audiatur: quæ est talis potestate / quale sensibile actu: ut dicitur secundo de anima · Hæc autem bifariam est: nam alia est uis sensitiua interior: alia uero exterior · Vis interior ea est/quæ suo ab obiecto non est apta inmutari sine medio cognoscitiuo · At exterior est illa: quæ suo ab obiecto nata est inmutari sine medio cognoscitiuo: ut docent Aristoteles & Auerro· secundo de anima · Sensus autem exteriores quinque sunt/uisus/qui inmutari est aptus suo ab obiecto mediante diaphano illuminato: auditus/olfatus/gustus/& tactus: de quibus in libro de anima. Quot autem sint sensus exteriores/ibidem perquiratur · Amor autē / ut octauo ethicorum habetur: est duplex/aut concupiscentiæ/ant dilectionis · Id enim amatur amore dilectionis / quod in se est bonum: & nulla ratio mali in ipso perspicitur / quo amore uirtutes / & deum amare solemus · Amor autem concupiscentiæ esse potest in utili / & delectabili · Amamus enim sutores amore concupiscentię in utili / quia bonos nobis calceos faciunt: At auarus amat denarios/ quia in possessione illorum delectatur: Hic autem amor potest multifariā subdiuidi: ut patet viii· ethicorum/quod nunc tanq̄ inutile omitto · Hæc de titulo ·

Vis sensitiua duplex·

Duplex amor·

¶ Caput positionum tertium ·

Prima positio· Sunt igitur/qui tactum simpliciter prætulerunt/dicentes ipm esse magis amādū & pp uitæ necessitatē/& pp delectationē/& pp cognitionē:

pp uitę quidem necessitatem: quia animal nō est animal nisi ob tactum. Amplius omnibus animalibus inest tactus:non omnibus uisus: omnia animalia tactum amant: non omnia uisum. Propter delectationem aūt nemo est qui dubitat. delectabilissimum enim operum uiuentium est / generare tale quale ipm: hoc aūt tactu fit magis. Propter cognitionem deniq;/quia cognitio fit pp copulationem obiecti cum potentia cognoscitiua: Sed cū tactus maxime suo obiecto copuletur: fit enim p mediū intrinsecū: ut dicit Arist. igr̄ tactus est certius cognoscitiuus. Amplius tactus est fundamentū cœterorū sensuū: igitur principialior: & sic simpliciter & absolute magis amādus. Obiciūt aūt: Primo quia tactus facit ad esse: cœteri aūt sensus ab bn̄ eē: Sed bn̄ esse est melius: ueluti bn̄ uiuere melius q̄ uiuere: igitur cœteri sunt appetibiliores. Scdo / tactus ex quo est cœterorū fundamētū cōparatur materiæ: alii cōparantur formæ: Sed forma hēt rationē optimi & diuini: ut dr̄. i. phy. igr̄ rōem hēt maioris appetibilis. Tertio qd̄ dat eē simpliciter/dat bonitatē scd̄m qd: ecōtra uero qd̄ dat esse scd̄m qd/dat bonitatē simpliciter: sed cœteri sensus dant eē scd̄m quid: igr̄ bonitatē simpliciter: & sic appetibiliores sūt. Alii pp hæc p̄culerūt simpliciter auditū. Primo quia p ipm hō p̄t de sensibilibus & insensibilibus disciplinari: nō aūt p uisum/nec p aliū ullū. Scdo quia p excellētiā aīal dr̄ disciplinę capax ob auditū: nō āt ob aliorū ullū. Ex his p̄ferūt auditū. Cuius signū est quia multi phi se se obcecarunt:quia p uisum ipediebātur a disciplina:nullus aūt se se surdū efficit. Alii dixerūt sensus nō eē p se diligibiles: sed p accn̄s/ quatenus aut necessarii/aut delectabiles aut utiles: & ita p accn̄s: Qd̄ aūt nō p se: deducitur quia essent aliquæ pfectiones: & si sic/cœlis debuissent inesse.

Obiectiones. | Secunda pō. | Tertia pō.

¶ Capue dilucidationis tertium.

Dicamus primo q̄ nos in disputatione nō loqmur nisi de sensibus exterioribus: Nā de interioribus/nemo dubitat: nūc Arist. loqtur solū de exterioribus. Scdo dici pōt q̄ nos possumus loq de aīalibus ut aīalia: & de aīalibus ut pfecta pluribus sensibus siue ut bruta: & ut hoīes. Si nos loquimur de aīalibus ut aīalia: cū de rōe aīalis ut aīal est/nō est nisi tactus/ & aliquo pacto gustus: omne aīal ut aīal primo & principaliter amabit tactū. Qd̄ psuaderi potest primo/quia is sensus erit amandus ab animali ut animal est: qui est de rōe & pfectione sua solū: talis est tactus/ut scdo de aīa habitum est. Secūdo qui nō cōpetunt animali ut animal: non sunt ab animali ut animal amabiles: Sed cœteri sensus nō cōpetūt animali ut animal: igitur ab animali ut animal nō sunt amabiles. At si loqmur de aīalibus ut pluribus sensibus pfecta sunt hoc est ut bruta: cū sensus aīalibus ipsis ut sic nō sint tributi/nisi uel propter necessitatem uitæ: uel propter delectationem: ipsi nō erunt amabiles ab

Prima conclu. | Secunda. | Tertia.

animalibus ut sic sumptis/nisi amore concupiscentiæ in delectatione/ & in utili ad uitam • Amabilis igitur erit ille principaliter ab his anima libus ut sic sumptis: qui est magis uitæ necessarius/& e quo maiorem delectationẽ sumere potest: talis est tactus primo/& gustus scdo: igitur simpliciter & principaliter tactus est amabilis ab animalibus ut sic• consequenter amabitur ille/qui pfectior in unoquoq; inuenietur: ueluti uisus ab Aquila: olfatus a Cane: auditus ab Apro/& cœteri a cœteris/ hic maxime amabitur ab unoquoq;/qui potior est: non aũt plus tactu & gustu: quia solum brutis sensus tributi sunt ad necessitatem uitæ/ & ad delectationem: & uisui Aquilæ data est hæc efficatia propter necessitatem: & aliis similiter • Consequenter amabitur sensus/qui post hunc inuenietur in animali perfectior: ut Canis post auditum amabit uisum: nam plus Cani seruit uisus post olfatum: Aper post auditum amabit olfatum/ qui sibi plus uitæ subseruit: & sic de cœteris • Est enim difficile in omnibus inducere ordinem/ & principales sensus collocare • Sat est scire omne animal quatenus brutum/ amare simpliciter/& primo tactum & gustum/e quibus necessitatem maiorem & uoluptatem ipam ipas uscipiunt: post hos eum/qui potior est: & sic consequenter pro qualitate bonitatis • At si loquimur de hominibus/ dico

Quarta•

ꝙ amore dilectionis amantur omnes æqualiter: quia amabile amore dilectionis id est quod in se habet rationem perfectionis/& si nihil iuuet/ atq; nihil delectet: Modo anima est quoddam totum potestatiuum & sensus partes eius: & cum pars sit totius perfectio: igitur omnes sensus æqualiter amabuntur/amore dilectionis: cum omnes sint æqualiter partes/& æqualiter perfectiones animę/non considerato iuuamento eorum • Et in hoc errauit tertia positio/quæ dixit eiusmodi sensus non esse perfectiones: hoc enim falsum est/quia omne ens est bonũ & perfectum: sed quia non sunt perfectiones simpliciter/ ideo non est necessarium illos cœlis competere: quicquid Plato uoluerit/ qui sensum ipis cœlis tribuit • Sed si loquimur de amore concupiscentiæ:in delectatione uel in necessitate uitæ/uel in utilitate ad scire ipsum/loqui possumus • Si loquimur de amore concupiscentiæ quo ad uitæ necessitatem: oportet dicere: ut diximus in animalibus quatenus bruta sunt: scilicet/ꝙ primo & principaliter debemus amare tactum/ postea gustum/ postea eum sensum/qui inuenitur uitæ magis utilis: nec potest hoc specialiter declarari/quanq̃ nõ nulli uelint/ ꝙ post gustũ debeamus amare uisum/quia sine uisu alimentum non posset quæri a longe • Post hunc auditũ/quo & alimentũ a longe quæritur/postea olfatũ • Alii post gustum esse amandũ olfatum/postea auditũ/& demũ uisum:& hoc quia uiciniores sunt tactui: sed in hoc non est certa regula: igr̃ nũc tantũ sit

notum ꝙ quo ad uitæ necessitatem debemus primo amare tactum/deinde gustum/qui est aliquis tactus: deinde cœteros suo ordine/pro qualitate necessitatis. At si de amore concupiscentiæ quo ad uitæ uoluptatem/credo ꝙ principaliter debet amari tactus:& deinde gustus:quia potissima uoluptas est coitus & cibi/quæ potissimũ per hos duos expletur: & tanto plus per tactum/quanto generatio est uoluptuosior nutritione. Post hos non uideo regulam: Nam alii nimis in uidendo oblectantur: ut hi qui habẽt uenerem in ariete/in eoꝝ natali cum ambobus luminaribus benefica configuratione cõiunctam. Hi enim sunt qui uidere antiquas res/& statuas/& omnia ad uisum prrtinentia nimis oblectantnr. Alii in audiendo: utpote hi qui uenerem in ariete habuerunt bene cum saturno & marte configuratam: Hi nanq; sunt quibus placet musica/& omnis res pertinẽs ad auditum. De his potest haberi regula per astronomos: quam nunc omitto: sat sit scire tactum & gustũ quo ad delectationem esse primo amabiles/post hos eum/quo plus oblectamur/deinde cœteros/pro ratione uoluptatis. Si uero loquimur de amore concupiscentię quo ad utilitatem/quam nobis præbent ad scientiam/quæ est propria hominis perfectio: dicerem ꝙ quo ad inuentionẽ primo debet amari uisus/qui est sensus inuentionis. Consequenter suo ordine alios ꝑ qualitate qua inuentioni subseruiunt: de quibus est difficile dicere. Quo uero ad doctrinam uel disciplinam debet amari auditus/qui est sensus disciplinæ: & nullus alius/ quia nullus alius facit ad disciplinam: uel si faciunt debent amari pro qualitate qua disciplinæ seruiunt. Non obstantibus omnibus his dicendum ꝙ uisus est ab hominibus simpliciter primo amandus: nã sensus simpliciter & absolute aliis perfectior debet ab omnibus simpliciter & absolute primo amari: uisus est huiusmodi/ut iuniores metaphy. Egidius/& Ioannes/& alii/omnes enituntur probare/eo quia est simpliciter magis cognoscitiuus/quod solent ꝑsuadere ex quatuor/primo ex parte obiecti:scdo ex parte organi siue uisorii/tertio ex parte medii/quarto ex parte actus sentiendi: ut multis rõibus demõstrãt/ quas ut breuitatis amicus omitto: quia nemo in illis discordat. Ex his patet uisum esse simpliciter primo ab hoibus amabilem/q scđm qđ põt eẽ minus amabilis/utpote quatenus uel minus uitæ necessarius esset/uel quatenus minns oblectaret. Simpliciter autem est prio amabile: ueluti ipm scire a nobis ẽ prio & principaliter amabile. Amplius patet aliquẽ sensum ut tactũ & gustũ esse magis amabilẽ secundũ qđ:utpote quatenus plus uitę & oblectationi cõferret/ qui absolute minus esset amabilis: quatenus absolute minus faceret ad scire/ quod est a nobis principaliter expetibile. Qui uero in quęsito scripserunt/adeo confuse loquuti sunt: ut ipsi met nesciant quid dicant: si qua

Varia sensuum oblectatio.

Pro textu dilucidatio.

Consequutiões pulchræ.

fructuosa ipsi dixerunt/eorum dilucidatio esse debet ut diximus. Nam

Dubitatio Egi. illa est mens Arist. & Alex. & Auer. ubiq;. Solet dubitari quo nam modo dilectio sensus siue uisus sit signum dilectionis scientiæ: ut Arist. ait in textu. Videtur enim q non: Primo/ quia signum alicuius præsupponit illud esse: sed scientia nõ est delectabilis maxime in homine ignaro: igitur dilectio sensus nõ est causa dilectionis scientiæ. Secundo ut sensus ad scientiam/ita dilectio sensus ad dilectionem scientiæ: sed sensus est causa scientiæ: igitur dilectio sensus est causa dilectiõis scientię. Tertia probatio a signo est dialectica: modo sylogismus dialecticus nõ

Solutio. cõuenit metaphysico. Pro solutione animaduerte ut Philoponus inquit σημεῖον / quod latine est signũ: generatim est quicquid appræhensum ducit in alterius rei notitiam: & hoc pacto etiam causa esse potest signũ sui effectus: speciatim uero est quicquid apprehensum ab intellectu ducit in notitiam alicuius rei/quæ nõ est sua causa: & hoc modo unũ contrarium est signum alterius: e quo sumitur locus a contrario similiter fumus qui fit in arce: signum est aduentus hostium. Amplius unum simile potest esse signum alterius: e quo locus fit a simili. Pressius signum dicitur quicquid appræhensum ab intellectu ducit in cognitionẽ suæ causæ/ut dicit Philoponus: Tunc dico q sensus & scientia possunt comparari ad tertium/uidelicet ad aliquod comune in quo cõueniunt/ utpote ad habitum: ambo enim sunt quodãmodo habitus / & possunt comparari inter se: Tunc dico q si comparãtur inter se: dilectio sensus est signum dilectionis scientiæ/quia scientia est finis sensuum/& sensus sunt media in finem/& quasi effectus scientiæ: ideo dilectio sensuum est signum presse dilectionis scientiæ: quia appræhensum ducit in cognitionem causę. Et econtra dilectio scientiæ est signum generatim sumptum dilectionis sensus/quia est illius causa. At si comparentur ad tertiũ/dilectio sensus est signum secundo modo dilectionis scientie/quia ut sic neutrum est causa alterius/& unũ est alio notius: ideo dilectio sensus/ quæ est notior est signum dilectionis scientiæ. Sic igitur sumendo signũ generatim dilectio scientiæ est signum dilectionis sensus: & hoc si sensus & scientia comparantur inter se: dilectio uero sensus est signum presse dilectionis scientiæ: at si comparantur ad tertium dilectio sensus est signum secundo modo dilectionis scientiæ. Hæc de dubitatione/ quam Egidius mouit/& Alexandrinus: non tamen complete soluerunt. Tũc ad rationes dubitationis/ ad primam dico q scientia est in esse intentionali præconcepto ab oĩbus hominibus lumine naturali intellectus: Ad secundam negatur similitudo: sensus enim est causa essendi scientie: nõ tamen dilectio sensus est causa dilectionis scientiæ: media enim sunt causæ finis: non tamen dilectio medioꝝ est causa dilectionis finis: Immo

potius finis dilectio/est causa quare diliguntur media in finem. Ad tertiam dico q̄ signa secundo modo sunt dialectica argumenta / nō autem signa tertio mō: & hoc pacto loquitur Ari. Hæc ad dilucidationem.

ℂ Caput solutionum quintum.

Ad primam dico q̄ ratio concludit/auditum facere magis ad scientiam disciplinæ: & ita esse magis amādum uisu quo ad scientiam disciplinę. Simpliciter autem uisus magis debet amari: ut dictum fuit in dilucidatione. Alii uero dicunt auditum per accidens facere magis ad scire/uisum per se: & totum potest stare/pro quanto uoces sunt omnibus sensibilibus & insensibilibus impositę/quorum est auditus. Ad secundam dico q̄ uisus est certior tactu seorsum: quandoq; autē præfertur tactus quando cum eo concordat uisus: & quando dicit Ari. q̄ tactus est certissimus in hoīe/ipse loquitur p compatiōnē ad cœtera aīalia. Nam in tactu homo excellit cūcta animalia. Et si dicatur q̄ tactus sentit ut unitus obiecto: igitur certius: neganda est consequentia/ quia illa unio est materialior / & materia est impeditiua cognitionis scdm peripateticos. Ad tertiam quicquid sit de unitate tactus: dici potest tactū esse plurium cōtrarietatū/ nō aūt pluriū differentiaꝝ: nā uisibile cōtinet sub se plures species / q̄ contineat tactile/ quaꝝ sunt plures drǽ: Et per idem ad confirmationem / negatur q̄ tactile sit in plus q̄ uisile: licet sit in plus q̄ color: tamen color non est obiectum æquatum uisui/sed comune innominatum ad colorem & lucem. Ad tertiam principalem dico/q̄ ratio concludit q̄ tactus sit magis diligendus scdm quid / utpote quatenus facit ad uitam & ad delectationem: at uisus simpliciter / quatenus facit ad perfectionem simpliciter. Alii aliter dicunt/ & recte/quos lege. Ad quartam patet solutio per ea quæ diximus in dilucidatione. Ad quintā dici potest q̄ non propterea quia per tactum diiudicamur sapientiores/ sumus per illum scientiores: est enim ille signum per accidēs sapientię/ quatenus est signum complexionis. Ad sextam patet solutio per ea quæ dicta sunt in dilucidatione/& ad primum. Ad septimam dico q̄ impediunt/quando tota intentio esset ad sensus: sed quando sensus ordinantur ad felicitatem/iuuant. Ad octauam iterum patet solutio per ea quę dicta sunt in dilucidatione. Hæc de disputatione.

ℂ Sexta disputatio est utrū prudentia sit in brutis.

ℂ Caput dubitationum primum.

Qđ in brutis non sit prudentia: primo arguunt/quia in brutis non est recta ratio agibilium: igitur nec prudentia: tenet argumentū per Ari. vi. ethicoꝝ capite. iiii. ubi dicitur q̄ prudentia est recta ratio actibilium. Argu. Ant. an.

Secundo in brutis nõ est collatio præteriti cum futuro/quia sic esset discursus: igitur nec prudentia: tenet argumentum / quia prudentia est prouidẽtia futuro℞ cũ memoria præterito℞/siue collatio præteriti cum futuro: ut vi.ethico℞ etiam dicitur. Tertio bruta non cognoscunt nisi sensibilia/quia non cognoscunt nisi per sensus: at per sensus non cognoscunt nisi sensibilia comunia aut propria: igitur bruta nihil cognoscũt nisi sensibile comune uel propriũ / sed prudentia est nocui & utilis: igitur in illis non est prudentia: nam nocuum uel utile non est sensibile / nec comune nec proprium. Quarto arguitur/ prudẽtia est melior arte: sed bruta parum arte participant: igitur nihil prudentiæ. Quinto si in brutis esset prudentia/esset propterea quia in eis est memoria: sed memoria non sufficit/quia non est nisi necessario℞. Præterea enim quorũ est memoria sunt necessaria: ut dixit Agaton: at prudentia est contingentium: igitur ultra memoriam debet esse aliquid/ratione cuius sit cõtingentia. Sexto bruta agunt a natura/ut patet.ii.physico℞: igitur nõ a prudentia. In oppositum est Arist.qui dicit/ea animalia habere prudentiam/quæ habent memoriam.

Argu. Egidii.

¶ Caput tituli secundum.

Quid brutũ & quot brutorũ gradus.

Brutum omne animal est/ quod rationis est expers: ut dicit expositor: est autem in triplici gradu constitutum: ut Aristo. in textu ait. Bruta quidem primi gradus ea sunt/quæ sensum habent: non tamen memoriam/nec auditum: ut sunt zophita animalia/quæ quasi media sunt inter plantas & animalia: hæc nec prudẽtiæ/ nec disciplinæ sunt capatia. Bruta uero secundi gradus ea sunt/quæ sensum habent & memoriam/ non autem auditum: ut apes/formicæ/& aranei: quæ quia memoriam habent prudentię sunt participia/non autem disciplinę/quia auditu carent. Tertia sunt/quæ ultra sensum/& memoriam/etiam auditum habent: ut equus/canis/& id genus: hæc quia memoriã habent/sunt prudentiæ participia/quia etiam auditum/ sunt disciplinæ capatia: hic est tertius bruto℞ gradus: non datur quartus/ut recte expositor notat: uidelicet eo℞ quæ habeãt sensum/& auditum/& memoria careant: quid igitur sit brutũ/perspicuum est. Prudentia in vi.ethico℞ definita est / dictaq; nõ nisi quatenus est prouidentia de futuro: Nunc uero triplex existit: Alia quidem rationalis/ quæ humana dicitur / & hæc est recta ratio actibilium: hæc est prouidentia futuro℞ / cũ memoria præteritorum: Hæc est collatio consultiua/quæ differt a sapientia/quatenus sapientia prouidet futura per causas supernaturales/ ut faciunt astronomi: prudentia uero ex memoria præterito℞ & collatione præsentium. Alia animalis: hæc est illa/quæ animalibus inest / quæ memoriam habent/& est quædam regula/qua prouident de cõmodo uel incommodo

Quid prudẽtia & quot.

ex his quæ prætericrunt. Alia est naturalis / quæ est quædam naturalis regula qua animalia prouident naturaliter futurum cõmodum & incõmodum. Hæc de titulo.

¶ Caput positionum tertium.

Plinius libro octauo historiæ naturalis uisus est concedere omnem prudentiam brutis / ut naturalem / animalem / & rationalem: Et qui legit ea quæ scribit de Elephantis / inueniet quædam quæ non possunt tribui nisi prudentiæ rationali: ueluti obedientiam / gloriæ uoluptatem / probitatem / æquitatem / religionem / syderum / solis & lunę uenerationem / docilitatem: cum reges adorẽt: genua submittunt: & coronas porrigũt: & alia multa: quæ uidentur rationalia. Mucianus ter consul auctor est aliquẽ ex Elephantis & litterarum ductus græcarum didicisse: solitũq; prę scribere eius linguæ uerbis. Hęc Plinius. De Lupo & Vulpe lege / quę ipse eodem libro scribit. Ego non semel in uenationibus obseruaui Leporem: qui e canibus euaserat: cum prope luculum applicasset: proiecisse uarios hac illac saltus: ut canes distincti loci olfatum amitterẽt: quod esse non potest sine ratione. Lege quæ de Pigmeis scribit Ari. in libro de historia animalium: & de hoibus marinis: quos refert Alber. Huius autẽ opinionis forsitan ratio illa est / q anima est una specie in cunctis animalibus: ita ut rationalis sit omnis: ut auctores sunt Pytha. & Democritus: Quod si ita esset / proculdubio concedendũ esset omne qđ Plinius ait: Alii: quorum uidetur Albertus / omnino a brutis abnegarunt prudentiam: dicentes eam quam Arist. illis tribuit. nõ esse nisi sagacitatem quandam naturalem: siue instinctum quo agunt bruta: quę dicitur prudentia aliquo modo: quatenus respicit futurum / & procedit per modum prudentiæ humanæ. Huius positionis uidetur Expositor in textu: qui ita dicit: Inditium aũt de rebus agendis nõ est ex delibera tione rationis: sed quoddam naturæ instinctu prudentia in aliis animalibus dicitur. Vnde prudentia in aliis animalibus est naturalis exstimatio de conuenientibus psequendis / & de fugiendis nociuis: sicut Agnus sequitur matrem & fugit Lupum. Hæc Expositor. In quibus uelle uidetur / non esse aliam prudentiam in brutis præter instinctum / siue naturalem exstimationem. Exteri intellexerunt hanc positionem / q uelit prudentiam esse non solum ad ea ad quæ se habent bruta contingenter: sed ad ea quæ consequuntur totam speciem / ad quæ se habent necessario. Et tunc obiciunt / primo quia memoria est pars prudentiæ: ut dicitur in littera: Sed actuum naturalium nulla fuit memoria: quia Formica nata in æstate statim colligit grana sine memoria præteritorum: igiẽ non per prudentiam. Secundo circa ea quæ consequntur speciem: non agunt bruta / sed quasi aguntur / siue necessitantur: igitur ad illa nõ erit

Põ prima.

Põ secunda.

Quæ exteri de hac põe.

prudentia · Egidius uero directe obicit Expositori: quia tunc in omnibus animalibus esset prudentia contra Arist·in textu · Et argumentum deducitur/quia in omnibus est quædam naturalis extimatio fugiendi nocuum cum pungũtur/& prosequendi proficuũ/cum pabulãtur · Secundo fortius arguo ego/ ꝙ hoc dato æque prudens esset brutum senex/& iuuencum · Deducitur quia naturalis extimatio siue instinctus

Tertia pō· est consequens speciem æqualiter / & a natura · Exteri dixerunt ꝙ in brutis est prudentia respectu eoꝝ ad quæ se habent contingenter: quia (ut Egidius declarat) ut in hõibus prudentia est quædã regula agendi circa ea quæ possunt bene & male homini euenire: ut circa media in finem/non circa finem: sic in brutis prudentia est regula quædam circa ea quæ possunt difformiter accidere: circa ea uero quæ sunt uniformia nulla est regula: ideo nulla est necessaria prudentia · Sed hoc non pla-

Confutatio· cet: quia Formica æstate genita colligit grana: & nõ nisi quatenus prouidet hiemis necessitatem: igitur a prudẽtia egit · Vnde dicitur in libro de historia/ꝙ quædam animalia naturaliter nascuntur aliis prudentiora ut Formica & Apes · Hæc de positionibus ·

¶ Caput dilucidationis quartum ·

Contra Pliniũ· Iuxta distinctionem positam in titulo disputationis dico primo / ꝙ in

Cõtra exteros · brutis non est prudentia rationalis · Secundo/in ipsis brutis instinctus naturalis/siue extimatio naturalis est naturalis prudẽtia respectu actuũ

Contra Expo· necessarioꝝ· Tertio dico/ꝙ memoria præteritoꝝ est regula siue prudentia animalis respectu actuum contingentiũ/& difformium in brutis· Primum declaratur/quia bruta non congregantur ad consultandũ de fine ante aduentum finis/ut nemo est qui dubitat · At homines de mediis in finem consultant · Secundo/bruta non sunt neutra circa consultationem de mediis: at homines neutro modo opinantur · Secundum declaro/nam Formica / æstate genita prouidet necessitatem hiemis: & certum est / hoc ipsam agere a prouidentia; igitur a prudentia: & non per memoriam: igitur per instinctum naturalem· & sic talis instinctus est regula agendi/siue prouidendi · Et ita hic naturalis instinctus/ erit naturalis horum prudentia · Et hoc patet per Arist· in primo historiæ de animalibus: ubi dicit ꝙ sunt quædam animalia/naturaliter aliis prudentiora: igitur est aliqua naturalis prudentia · Tertium etiam deducitur/quia regula qua bruta prouident de futuro cõmodo uel incõmodo ex his quæ uiderunt/est prudentia animalis in talibus · Memoria est regula qua prouident de futuro cõmodo uel incõmodo ex his quæ uiderunt: igitur memoria est animalis prudentia · Ex his sequitur/ꝙ utraqꝫ regnla qua prouident de futuro cõmodo uel incõmodo/est prudentia: licet differant: quia prudentia naturalis est instinctus naturalis / quo

prouident de futuro cōmodo uel incōmodo ad quæ se habent confor/miter · Prudentia uero animalis est memoria/ qua prouident de futuro cōmodo uel incōmodo ad quæ se habent difformiter ex his/ quæ præte/rierunt · Sed contra prudētiam hanc naturalem uidentur esse rationes exterorum/quæ procedebant contra Expositorem/& rationes Egidii / & mea contra eundē · Amplius etiam obici potest/quia tunc pueri essent prudentes cōtra Arist·in libro problematum parte·xxx·deducitur/ quia instinctu naturæ possunt regulari ad aliquod cōmodum uel incōmodū· Dubitationes·

Dico ad hęc/ad primam exterorum/q memoria præteritorum est prudentia animalis / uel pars prudentiæ animalis : & hac prudentia animali / For/mica non colligit grana si æstate oritur : sed bene per prudentiam natu ralem : de qua hic non loquitur Arist· sed in libro de historia : ubi ait eē nō nulla animalia a natura prudentiora aliis : ut Formica & Apis/ & id genus · Ad secundam per idem dico q eorum ad quæ necessario se se ha bent non est prudentia animalis : Sed quatenus sunt futura / eorum est prudētia naturalis. Ad tertiam Egidii dico/q in omnibus est quædam naturalis extimatio : sed non de futuro cōmodo uel incōmodo · Vnde Zophita & animalia carentia memoria/licet naturali instinctu fugiant utile uel molestum : hoc est dum pūguntur / uel pabulantur : nō autem ante aduentum cōmodi uel incōmodi: & sic talis extimatio naturalis nō potest dici prudētia : cum nullo pacto futurum/sed præsens tantum re/spicit · Ad rationem meam dico q prudentia naturali æque prudens est senex & iuuencum · At prudentia animalis quæ est memoria præterito/rum non est æqualis in utroque · Ad ultimā rationem de pueris: qui nūc æducuntur/ forte non est prudentia aliqua : quia de futuro non proui/dent nec per memoriam/ nec per instinctum : sed solum in eis est quæ/dam naturalis extimatio de præsenti cōmodo uel incōmodo/quæ nō di citur prudentia · Et si est in illis aliqua prouidentia de futuro : non esset absurdum tribuere illis naturalem prudentiam · Solutio·

Ex iis apparet nō dici prudentiam : nisi quatenus respicit futurum · Verum respicere futurū potest esse / cum discursu præsentium /ex memoria præteritorum : & hęc est rationalis prudentia/uel ex sola præteritorum memoria : & hæc est ani malis/uel ex sola naturali extimatione siue instinctu naturali : & sic est naturalis prudentia · Excerptum·

¶ Caput solutionum quintum ·

Ex his facile respondetur ad primam q Arist·loquitur de prudentia ra tionali : non autem de aliis · Ad secundum exteri concedunt collationē imperfectam : ego uero dico q si per collationem intelligitur discursus rationalis : in illis non est collatio : sed si intelligitur per collationem me moria eorum quæ contingerunt bruto ; sic potest concedi · Dictum est

enim memoriam eoꝝ quæ uiderunt eſſe animalem prudentiam • Ad ter tiam dici poteſt ꝙ futurum cōmodum uel incōmodum cognoſci poteſt dupliciter / uel inſtinctu : & hoc pacto Formica æſtate genita cognoſcit hiemis neceſſitatem : Vel ex his quæ præterierunt : & hoc pacto ſagax Vulpis cognoſcit Canum periculum ex his quæ ſæpe pterierunt • Tunc dico ꝙ pro incōmodo cognito primo modo ponitur prudentia natura/lis / pro ſecundo ponitur prudentia animalis • Et concedo ꝙ cōmodum / uel incōmodum cognoſci poteſt per ſpeciem elicitam a ſenſibus : licet nō cognoſcatur a ſenſibus exterioribus / propter illoꝝ imperfectionem : at potentiæ interiores / cum ſint preſtabiliores : poſſunt elicere intentio nem cōmodi uel incōmodi : licet non fuerit ſenſibus exteris præcepta ut de Oue ſpeciem inimicitiæ Lupi percipienti dicitur • Ad quartam dico ꝙ prudentia rationalis eſt melior arte : non autem prudentia aliis modis dicta • Ad quintam dico ꝙ bruta non ſunt prudentia per hoc ꝙ faciāt præterita eſſe futura • ſed ex memoria eoꝝ quæ præterierunt parant ſe ad futura : & ſic ratio non eſt ad propoſitum • Ad ſextam patet ſolutio • Ad Plinii experientias de Elephantis / Lupis / Vulpe / & Lepore • Solutio eſt animalia illa agere non a conſilio / ſed ab aſſuetudine : quæ aſſuetudo eſt uel memoria præteritoꝝ / uel habitus quidam cognoſcitiuus nō ſine memoria • Ex his apparet primo contra Plinium nō eſſe rationalē prudentiam in brutis : quia non eſt congregatio eoꝝ ad conſultationē / nec controuerſia opinionum • Secundo apparet ꝙ reſpectu eorum / ad quæ bruta ſe ſe habent conformiter eſt prudentia ſaltem naturalis : quia ali/ter non naſcerentur quædam prudentiora quibuſdam : cuius contrariū dicit Ariſt • in libro de hiſtoria animalium : & hæc prudentia eſt natura lis extimatio / ſiue naturalis inſtinctus / quo mouentur ad prouidēdum de futuro cōmodo uel incōmodo : licet non ſit præuiſum / nec præexti/matum • Tertio apparet ꝙ reſpectu eorum ad quæ ſe habent difformi/ter / eſt prudentia animalis : quæ eſt ſola præteritorū memoria : & hæc eſt pro Ariſt • in littera • Hæc de ſexta diſputatione •

[Margin: Excerptū toti9 diſputationis • Contra exteros]

[Margin: Cōtra Expoſit •]

ℂ Diſputatio • vii • ſi ars ex experimentis generetur •

ℂ Caput dubitationum primum •

[Margin: Rōes Ant • and •]

Qđ ars non generetur ab experimento : primo / quia tunc in generatōe artis cōmitteretur fallacia conſequentis : deducitur argumentum / quia experimentum eſt ex multis memoriis : Ars uero in omnibus / ut in lit/tera patet : ſed a pluribus ad omnia : fallatia eſt conſequentis • Secundo ex cognitione quia / non generatur cognitio propter quid : Sed experi/mentum eſt cognitio quia : ars autem eſt cognitio propter quid : ut di/

citur in textu: igitur ex experimento non fit ars: Maior patet/quia generans debet esse præstantius genito: est autem cognitio/ quia ignobilior cognitione propter quid. Tertio ars in nullo genere causæ fieri potest ab experimento: igitur ars non generatur ab experimento: Antecedens probatur/quia experimentum non est causa finalis artis/quia præcedit artem: & finis uult esse ultimum. Nec esse potest causa formalis uel materialis: quia materia & forma sunt partes rei: at experimentum non est pars artis. Nec potest esse efficiens/ quia non uniuocum: quoniam experimentum est cognitio alterius speciei ab arte. Nec æquiuocum/quia experimentum esset præstantius ipsa arte. Quarto ars & scientia insunt nobis a natura: igitur non generatur ab experimento: Añs probauit Plato in menone/introducens puerum respondere ad omnem interrogationem a principiis usq; in conclusionem. Quinto si ars fieret ab experimento: non fieret nisi a pluribus experimentis: ueluti unum experimentum non fit nisi a pluribus memoriis. Sed multa experimēta sunt multæ cognitiones: quæq; sunt multa accidentia: & hæc in nulla una uirtute aïæ esse possunt: igit̃ uullo modo ars fit ab experimentis. Sexto ex continuo mutabilibus non fit immutabile: experimentum est mutabile/quia est sensibile/quod est uariabile: ut dicitur septimo metaphysicę: & ars est inuariabilis: igitur nō fit ab experimento. Septimo arguunt uniuersale nō fit a singulari: quia singulare & uniuersale sunt idem essentialiter: igitur nec cognitio singularium/quæ est experimentum generabit cognitionem uniuersalium/ quæ est ars. Octauo quod est in una uirtute nō potest generare id quod est in alia uirtute: sed experimentum est in uirtute experimentatiua: quæ est cogitatiua: ars uero & scientia sunt habitus intellectus ut sexto ethicoꝝ tradit Aristo. capite quarto. Nono tunc nullus artifex esset inexpertus: cōtra Arist. in tex. deducitur/quia ars nō nisi ab experimento generari potest. Decimo ab experimentis generātur principia artis: ut dicitur in secundo posterioꝝ: igitur non ars, quia principia artis non sunt ars ipsa. Vndecimo ab incerto non generatur certum: ars & sciētia sunt certe/ut dicitur vi. ethi. experimentum fallax: ut dicit Hippocrates. Duodecimo arguūt nullū agens agit ultra gradum proprium: experimentum est materiale / ars immaterialis & intellectualis: igitur experimentum non generat artem. Tertiodecimo de substantiis abstractis est scientia siue ars: quæ tamen non potest generari ab experimentis: cum non cadant sub sensu: igitur non omnis ars siue scientia fieri potest ab experimento. Quartodecimo medicatiua est ars: & hæc non generatur ab experientia / quia (ut Auicen. inquit) habeat artem quis agere potest/& si nunq̄ operatus fuerit. Quintodecimo qui semel uidet demonstrationē illius conclusionis

Rōes Ioannis.

Rōes dominici.

Rōes auctoris.

ꝙ omnis triangulus habet tres: artem acquirit: & nõ per experimentũ quia ex una sola sensatione: experimentũ est multoꝝ. Sextodecimo ꝙ stellæ fixæ moueantur in centum annis gradu uno: scitur/& nõ per experimentum/quia nemo potest uiuere centum annis: & si potest uiuere centum annis/non potest scire ꝙ motus stellaꝝ fixaꝝ sit in .xxxvi. milibus annoꝝ. Xvii. qui esset supra lunam uideret lunã eclipsari per unicam interpositionem sensatam: & tamen nõ per experimentũ. Xviii. si ita esset / tunc nullus posset inuenire aliquid in arte siue scientia: nisi per experimentũ: hoc est falsum/ quia multa discimus post cognitionẽ primoꝝ principioꝝ sine experimento: ut quod tria sunt principia rerum naturalium: ꝙ quatuor sunt causæ / & id genus: quoꝝ nullum habuimus experimentum. Xviiii. sciẽtia quæ habetur a doctore: acquiritur/ & non per experimentum: igitur conclusio falsa. XX. intellectus est æternus apud Auer. & unus omniũ: igitur omnes artes & omnes scientiæ sunt æternæ/& una res in omnibus: & per consequens non possunt generari de nouo. Xxi. si generatur ars de nouo ab experimentis / aut generatur in intellectu / uel in aliqua uirtute sensitiua: non in sensuum aliquo/quia ars est uniuersalium/sensus non nisi singulariũ: nec in intellectu/quia æternum & simplex non potest recipere nouum & genitum. Xxii. æternum non generatur ars & scientia sunt æternæ/quia necessariȩ & de necessario: igitur non fiunt ab experimentis. In oppositum est Ari. in tex. qui ait ex memoriis fieri experimentũ/ex experimentis artẽ.

¶ Caput tituli secundum.

Ars in disputatione audienda est ut comunis scientiis practicis & speculatiuis: hoc enim modo ars etiam a peripateticis consueuit sumi. Experimentum multifariam definiri solet: Sed in proposito per experimentum intelligo quo ad materiale plura singularia ad unum conuenientia in memoria obseruata: quo ad formale uero intelligo eoꝝ collationem. Erit igitur experimentum quædam singularium memoratoꝝ & conuenientium ad unum collatio: Sunt qui faciunt differentiam inter experientiam/& experimentum: uolentes experimentum esse propositionem quæ ex pluribus concluditur memoriis: experientiam autem esse cognitionem propositionis: quod nihil est/quia idem est demonstratio & demonstratiua scientia scdm omnes Græcos: ut patet per Alexandrum / & Philoponum primo prioꝝ: igitur idem erit experimentum/& experimentalis cognitio. Generari hic accipitur nõ pro motu alteratiuo cũ corruptiõe alterius: Sic.n.in parte aĩæ nihil gñatur: Accipitur igĩ generari ꝓ depẽdere in aliquo gñe causȩ: maxime efficientis. Hæc de titulo.

Quid experimẽtum.

¶ Caput positionum tertium.

Academici in rationali anima constituerunt multas uirtutes / quarum

prima est Mens: huic cognata & secunda est Dianoea: post hanc Opinatiua: post hanc est Imaginaria: omniũ ultima est uis comunis. Memoratiuam nullam præter has faciunt/quia omnes sunt suis cognoscibilibus perfectæ: has perfectas ponunt/unamquamq; suo conuenienti: ut Mentem cognitione principiorũ uniuersalium/& omniũ ideaꝝ: Dianoeam cognitiõe reꝝ naturalium: Opinatiuam cognitione probabiliũ: Imaginariam plenã apparentibus/& Sophisticis: quibus Socrates/ Plato/& Plotinus dicunt prima principia artium nobis non deforis accedere/nec conclusiones: sed hæc quæ sunt nobis detenta reuocari dicunt a præsidio sensuum: qua ratione sensus ipsos causam dicunt scientię nõ effectricem/quia nec principalem/nec instrumentariam: sed causæ sunt ut remouentes impedimentum. Ex quibus coguntur dicere nostrũ scire esse reminisci/non de nouo. Huius opinionis fuit Pytha. asserẽs animam his perfectionibus esse plenam: propterea quia infinities corpora intrauit/& infinities exiuit: & semper quoties intrauit/didicit: ita ut tandem omnibus sit effecta plena scientiis atq; artibus. Empedocles uero in idem uenit dicens animã esse cõmixtam ex omnibus formis/ eo quia omne quod cognoscitur suo simili cognoscitur: quare cũ omnia cognoscat ex oĩbus est: & per consequens scire nõ est de nouo. Iamblicus positionem hanc pſuasit in his quæ circa Menonem scripsit/ quia nulla forma impfecta ęditur: quanto magis anima rõalis/ quæ est maxima formarum: igitur rõalis anima pfecta ędi debet. Sunt aũt eius pfectiones artes & sciẽtiæ: igitur sine his ędi nõ debet. Hanc põem cogitur substinere Auer. Ipse enim tenet intellectũ æternum & unũ omnium: igitur cum nunq̃ desint homines: nunq̃ deerit aliqua scientia uel ars ipsi intellectui: quantũ enim deperdet ex corruptione Socra. tantum conseruat ex uita Platonis. & quantum ex morte Platonis omittit/sibi tantum tribuet Arist. quare cum homines perpetui/& artes perpetuę sint: intellectus semper æque perfectus habebitur: & per consequens intellectus nihil de nouo discet. Hanc positionem expresse in tertio de anima fatetur: ubi ait intellectum esse perfectum in maiori parte subiecti. Præterea expressius in vii. physi. hanc opinionẽ concessit. Themist. etiam & Theo. & omnes qui unicũ omniũ hominum intellectũ esse fatentur: ut Simpli. & Alex. scire esse quoddam reminisci coguntur dicere/ quia ipm nõ possunt ponere de nouo fieri in intellectu: quia spẽs est æterna/& semper pfecta: & intellectus est unus totius speciei: quare oportet dicere scire nostrũ esse reminisci. Ioan. fingit pro parte cõtraria/ intellectũ esse in se perfectũ/nõ aũt in me uel in te: quoniã deficiunt intentiones imaginariæ/quę sunt causæ scientiæ. Sed hæc est leuis euasio: nam intellectus non dicitur perfectus in se perfectione alia/ab ea qua est perfectus

Pythago. quæ.
Empedo. quæ.
Iamblicus.
Quæ Peripate. expositores.
Cõmento v.
Cõmento. xx.
Themistius.
Theophrastus.
Alexander.
Simplicius.
Quæ Ioannes.
Confutatio.

in isto uel in illo: quia tunc darentur duæ scientiæ eiusdem rei: altera: qua intellectus esset in se perfectus. Altera qua esset perfectus in isto / uel illo: Hoc autem est a seculo inauditum: quia semper audiui ab Aristotele unius & eiusdem rei non esse nisi unam scientiam respectu unius & eiusdem intellectus. Præterea si essent istæ scientiæ duæ eiusdem rei in intellectu: uel essent eiusdem speciei/uel diuersarum: non diuersarum/quia scientiæ distinguntur per obiecta: modo idem est utriusq; obiectũ: nec possunt esse eædẽ/ quia tunc plura accidentia solo numero differentia essent in eodem subiecto/quod non concederet: sed de his obiter dictum esse uolumus/quia in libro de anima & de intellectu diximus: Nunc autem sit usq; adeo manifestum/ꝙ ponentes unicum intellectum omnium hominum / coguntur conuenire cum Platone de ipso scire: & propterea oportet eos dicere scire esse reminisci: uel non de nouo fieri simpliciter: sed mihi uel tibi/ꝑ hoc ꝙ intellectus nouiter copulatur mihi uel tibi ut principium intelligendi. Nam secundum istos intellectus copulatur homini per naturam ut perfectio dianoeticæ partis ut in prima genitura uirtute agentis/qui homini præbet dianoeticas partes. Secundo copulatur nobis ut principium intelligendi: per phantasmata/quæ fiunt de nouo in nobis: ita enim mediantibus his copulatur ut principium intelligendi/ueluti per dianoeam ut principium essendi: & quoniam phantasmata sunt diuersa: copulatur nobis ut principium intelligendi diuersa. Et ita coguntur dicere ipsum scire non effici de nouo simpliciter: de his dicemus postea in dilucidatione. Nunc autem sufficit esse dictum / ꝙ ad mentem Platonis scire est reminisci: ad mentem expositorum Græcorum ipsum scire non simpliciter nouũ. Amplius secundum ambas opiniões etiam patet nec sensus esse causam artium & scientiæ: nec pręceptorẽ/quia scdm Plato. sensus & pręceptor causæ sunt reminiscentiæ: scdm istos aũt causæ sunt copulationis intellectus nobiscũ. Alber. uero asserit oẽm artem & oẽm scientiam esse nobis/& intellectui nouam: nõ tamen eodem modo: nam oẽm artem uia inuentionis fieri ab experimentis sine dubio concedit: non aũt omnem scientiam/quia non Mathematicam. In Geometria .n. ex unica sensatione proficiscitur sciẽtia: utpote si semel dũtaxat uiderim hanc ueritatẽ. In Astrologia etiam/quia huic cõclusioni omnes assentiunt uidelicet ꝙ stellæ fixæ mouentur in xxxvi. millibus annoꝝ: & tñ nullus expertus est. Sic igitur in nãlibus & metaphysicis & oĩbus propõ Ari. est uera.

Positio alber. ii.

Obiectio Ioan.

Obicit Ioan. Primo/quia Ari. protulit ꝓpõem indefinite: sed in sciẽtiis demõstratiuis ꝓpões indefinite prolatæ intelligũtur de omni & per se. Scdo Arist. in fine. ii. poste. tradit uniuersaliter in omni scientia & omni arte principia fieri ex sensibus/memoriis/& experimentis. Nec rões eius

ualere dicit/quia prima non : ex eo quia non ſunt neceſſariæ plures ſenſationes ad experimentum : ſed plures memoriæ : modo unius ſenſationis poſſunt eſſe plures & plures memoriæ : & ita ſufficit. Secundã tollit per hoc quia licet nemo potuit obſeruare illud per tot annos : tamen uirtute prædeceſſoꝝ id fieri potuit : ut Hiparchus motum illum obſeruauit & ſcripſit/& Ptole. inuenit illum uerum : & ſic uſq; ad nos obſeruatum eſt : & hæ ſunt plures memoriæ ex multis hominibus. Tu uero lege quæ dicit. Exteri in re hac nimis prolixe loquentes aliã uiam finxerunt : & primo tria acceperunt/quorum primum eſt differentia inter inuentionem & doctrinam : quæ conſtat in tribus. Primo quia inuentio eſt prior doctrina ſiue diſciplina :& hoc probãt/quia aliter eſſet proceſſus in infinitum. Secundo quia tunc acquiritur inuentio cum lumen intellectus eſt ita potens ut per ipſum anima ſufficiat applicare principia ad concluſiones : cum uero eſt imbecile : tunc iuuatur auſcultationibus præceptoꝝ/quibus nõnulla ſigna ponuntur/quæ mouent imaginariam & dianoeticam ad contemplationem. Tertio quia inuentio aſſimilatur ſanationi naturali/quæ fit in criſibus : doctrina ſiue diſciplina ſanationi artificariæ/quæ fit beneficio medici. hoc eſt primum. Secundum eſt ꝙ omnis cognitio præter eam/quæ ſenſibus fit externis exoritur a ſenſu externo. Ad cuius euidentiam diuiditur ſenſus ipſos internos in quinq;. Primum uocant cõem/ſiue alio nomine phantaſiã : hunc conſtituunt ueluti in organo/in primo uentriculo cerebri anteriore : huius opatio eſt cognoſcere oĩa ſenſilia externoꝝ ſenſuũ & quo ad dr̃am/& quo ad conuenientiã : & hac rõe a philoſophis centro ſolet cõparari. Scd̃m uocant Imaginariũ/quẽ locant in ſcd̃o eiuſdem partis anterioris cerebri uentriculo : huius officiũ ſiue opatio eſt ſeruare ea quę ſenſu cõi concipiuntur : nec attinet ſibi cognoſcere/ſed eſt theſaurus tantũ ſenſus cõis : Ecce quomõ unuſquiſq; hoꝝ pro organo unũ cõpletum uentriculum ſibi adicauit : nã Cõis ſenſus primũ anterioris partis : Imaginarius ſcd̃m. Tertiũ appellant cogitatiuũ : hunc ſtatuũt in medio uentriculo/ſed in inferna parte illius prope Imaginariũ : opatio huius eſt cõponere & diuidere ea/quę ſeruauit Imaginarius ſenſus : & cum hoc componere ea quæ non ſunt per ſenſus ſenſata/ut montem aureũ/& id genus : & hanc uolunt eſſe potentiã experimentatiuã/quæ cõponit experimentũ. Quartũ ſenſũ nuncupant extimatiuũ : tribuũt & hũc eidẽ medio uẽtriculo/& poſtremæ pti illius : eſtq; opatio huius cõcipere intẽtiones inſenſatas/quę p anteriores ſenſus deducũtur uſq; ad ipm̃ : quæq; ab illis añrioribus nõ cõphẽdebãt/ob illoꝝ impfectionẽ. Ponũt aũt hæ apud Auic. ambę in uno uẽtriculo quia mutuo ſibi ipſis inſeruiũt. Vltimũ memoratiũ dicũt/cui9 organũ ẽ poſtremus toti9 capitis uẽtricul9 : hic ẽ theſau-

iii. põ Exteroꝝ.

rerius extimatiuæ & cogitatiuæ: de anathomia & diligentiori cura horum perquire Auicennam: quem Exteri sequūtur. Ex his apparet qualiter nulla fieri potest cognitio intellectilis/nec per aliquem sensum internum/quin ex sensibus externis proficiscatur. Tertium est q̄ omnis notitia est aut principioꝝ/aut conclusionum: & utraq; est uel cōplexa/uel incomplexa terminoꝝ. Hæc tria ut suppositiones sumunt. Tunc dicunt q̄ nec ad notitiam incomplexam principioꝝ/nec conclusionum est necessaria experientia/sed bene notitia sensitiua: experiētia quidem nō: quia termini haberi possunt una sola memoria: sensitiua uero notitia sic: quia illa est ante omnes. Secundo dicunt q̄ nec ad complexa principiorum/nec ad complexam conclusionum est simpliciter experientia necessaria/sed bene utilis: non simpliciter necessaria/quia intellectus suo lumine potest principiis assentire: & per principia postea assentire conclusionibus sub eodem lumine/cuius signum est: quia corrigit quādoq; sensum: utilis uero quia facile discens recipit/atq; principiis & cōclusionibus suo lumine assentit. Ex his colligunt solutioné quęstionis/q̄ ars generatur ab experimentis siue sensationibus tam quo ad principia/q̄ quo ad cōclusiones necessario scđm notitiam incōplexam terminorum: Quo uero ad complexam non necessario generatur/sed coaiuuanter. Hæc Exteri. Hanc positionem diffuse recitaui/quia comuniter tenetur: & Ioannes uidetur expresse huius opinionis. Sed hæc positio peccat & in prima & in secūda suppositione: etiam peccat quo ad conclusiones. Prima quidem suppositio peccat in primo/quia qui tenet mundum æternum: non haberet pro absurdo esse processum in infinitum: & sic diceret nullam esse scientiam per inuentionem/sed solum per memoriam inuicem traditam. Vnde inter inuentionem & doctrinam non est essentialis ordo: uerum inuentio præcedere potest doctrinam: pro tanto qui accidūt diluuia/& bella/& pestes: ubi homines omnes sapientes desinunt: deinde ex amiratione rursus homines eiusdem regionis incipiunt inuenire/& sic generatur inuentio: e qua proficiscitur doctrina quare ordo est accidentalis. Secundo peccat in scđo/quia omnes homines habent lumen intellectus agentis æquale: quoniam intellectus ut intellectus est æqualis omnibus hominibus: & ita æqualiter omnes eēnt disciplinæ capaces. Secunda suppositio peccat/quia Græci nunq̄ cōem sensum fecerunt phantasiam: nam phantasia Græce Latine est Imaginaria. Præterea extimatiua non est necessaria: propterea quæ in brutis dicitur extimatiua: in hominibus est Græce dianoetica/Latine rationabilis/siue cogitatiua. Præterea quot sunt obiecta spē/tot & potentiæ eē debent. Sunt oīa cognoscibilia quatuor/aut sensilia/aut apparentia/aut ꝓbabilia/aut necessaria siue demōstratiua: igitur dñt esse quatuor:

Excerptum. (margin, beside "nibus suo lumine assentit")

Confutatio. (margin, beside "tur: & Ioannes uidetur")

Sensus comunis/qui est sensibiliũ: Imaginaria/quæ est apparentium: Opinatiua/quę est probabiliũ: Dianoea/quę est necessarioꝝ & demonstratiuorum: una autem omnium thesaureria Memoratiua: & sic quatuor cognoscitiuæ/quę menti subseruiunt/unaquæq; pro sua operatione. Quo uero ad conclusiones errauerunt mirabiliter: Est enim contra omnes peripateticos dicere q; experimentũ non est necessarium ad notitiam complexam principioꝝ artis & scientię. Hoc est decretũ Themi. scđo posterioꝝ: ubi aperte demonstrat principia nos non posse cognoscere/nec illis assentire nisi ob experimentũ. Præterea Auer. viii. physi. inquit/experimentũ sermonũ ueroꝝ est ut cõformetur sensatis: & i. celi idem asserit. Pręterea etiam Philopo. ii. posterioꝝ in expositione ultimi capi. illius libri exp̄sse ait/nõ posse intellectũ principio primo assentire/nisi eidem cõueniat experimentum/ & declarat generationẽ omniũ principiorum artiũ & scientiaꝝ generari ab experiẽtiis: & q; Exteri loquuti sint contra Peripa. nemo debet dubitare: Quod uero contra rões sint: arguo primo/ Illud ad quod stat ultima resolutio omniũ principiorum omniũ artiũ & scientiarũ: est necessarium & primũ principium cõpõis oĩum principiorũ & assentiendi illis: Sed resolutio ueritatis omniũ principiorum stat ad experimentũ sensatum: igitur principium assentiendi primis principiis est experimẽtũ: minor patet/quia Arist. quotiẽs cõtra antiquos arguit reducendo illos ad absurdum: non reducit eos nisi usq; ad experimentum sensatum: hoc enim facit in quarto huius: in octauo physicorũ/& alibi ubi eos confutat. Secundo intellectus magis assentit primo principio q̃ conclusioni deductæ ex illo principio: uel hoc est/ quia primum principiũ est uerius/uel quia sibi notius: nõ quia uerius/ quia ueritas est æqualis in principiis & conclusionibus: si quia notius/ aut quia magis lumine intellectus illustratum/uel quia propinquius experimentis sensilibus: non quia magis lumine intellectus illustratum/ quia lumẽ intellectus est uniforme & ęquale cõclusionibus & principiis: si quia propinquius experimentis: igitur experimentum est principium assentiendi primis principiis artium. Tertio si solo lumine intellectus homines assentirent primis principiis: omnes philosophi de primis principiis æqualiter sentirent: deducitur/quia intellectus & lumen eius est æquale in omnibus hominibus: igitur si non æqualiter de principiis tradant: hoc est/ quia experimenta sensilia non sunt in omnibus conformia. Quarto intellectus non potest corrigere alterum sensum/nisi utatur ueritate & testimonio alterius: si enim errat uisus de fractiõe baculi: corrigit intellectus illum testimonio ractus: & hoc ait Auer. viii. physi. Ex hoc arguo intellectus nõ põt sensum corrigere nisi p alterũ: igitur nihil suo lumine cognoscere põt/nõ cõcurrente expientia sensibili: Hoc

De notitia prio rũ principiorũ.

Capite. xxxvii.

Cõmento. xxii.

Cõmento. xxii.

Cõmen. xxvi.

argumentum non est leue philosophis recte intuentibus. Quintō nihil possumus intelligere nisi formemus in phantastica nobis idolum: igitur intellectus nulli assentire potest nisi per experientiam sensibilem: Antecedens patet obseruanti. Sexto si præceptor non esset necessarius nisi pro explicatione terminoꝝ: tunc omnes ęqualiter docerent suos discipulos: tenet argumentum / quia in explicatione incomplexoꝝ non potest esse falsitas: igitur si præceptor est necessarius: erit pro tãto ut singulares enuntiationes & experientias formet in sensibus discipuloꝝ. Ex his apparet ꝙ non solum lumen est principium assentiendi primis principiis artium: sed aliud quoddam.

Excerptũ cõtra Exceros.

¶ Caput dilucidationis quartum.

Quid sentiant Peripatetici / restat dilucidare: sed quoniã dilucidatio huius disputationis / tota proficiscitur ex parte positionis de intellectu: nã aliter coguntur dicere / qui asserunt ad mentem Arist. esse unicum intellectum: aliter qui multiplicant illum per indiuidua: Iccirco primo dicemus iuxta opinionem eoꝝ Peripateticoꝝ / qui ad mentem Aristo. tenent esse unum omnium intellectum: & aliter ad mentem eorum / qui tenent illum multiplicatum: ut est rei ueritas. Dicamus primo ꝙ qui ponunt unum numero intellectum omniũ: ut Auer. Themist. Simpli. & Theophrastus / coguntur dicere intellectum esse semper omnibus scibilibus pfectũ / hoc est practicis & speculatiuis: Hoc cõcedunt expresse Themi. & Theophrastus / qui ponũt intellectũ speculatiuũ æternũ: & probatur primo / quia apud Auer. nulla est ars / nulla scientia: quæ sit de pfectione uniuersi: quę debet deesse uniuerso. Esset. n. mundus impfectus: igitur omnis ars & omnis scientia est perpetua / & nõ potest esse nisi in intellectu / qui est unus omniũ: igitur talis intellectus est pfectus atq; plenus oĩbus scibilibus practicis & speculatiuis: & hanc rõem olfecit Auer. primo de generatione in sua paraphrastica cõmenta. ubi ait intellectui nihil esse ignotũ. Secundo si generaretur aliqua ars uel scientia de nouo: non generaretur nisi propter pfectionem primi subiecti: sed primũ subiectum est intellectus igitur ut perficiat intellectũ: & si sic: igitur stetit sine perfectione: & ita ociosus / quod non est possibile in substantia seperata: qualem ponunt intellectum. Non enim substantia seperata potest stare sine aliqua sua perfectione / nec in toto nec in parte: quia in seperatis quod est melius est necessarium: ut tradit Auer. Ex his cõcluditur ꝙ ponentes intellectũ esse unicũ oĩum hoĩum: oportet dicere ipm nihil noui recipere: quia oportet recipiens esse denudatũ a spẽ recepti: ut dicit Auc. At intellectus nihil recipere põt: quin illius in suo simili in spẽ pcessit cognitio. Scdo accipiendũ est de mẽte istoꝝ ꝙ intellectus copulatur nobis bifariã / aut ut principiũ eẽndi / aut ut principiũ intelligẽdi

Prima põ Peri.

Prima suppõ.

Cõmento xix.

ii. cęli cõ. xxxiiii

Excerptum.

iii. de aĩa cõ. iiii.

Scda suppõ.

prima copulatio est per naturam: ut dicit Auerroes tertio de anima cõmento·xx· ex eo quia fit quodam modo ex semine: cum enim ex semine nos habeamus dianoeam/siue cogitatiuam: & hæc sit dispositio qua intellectus nobis insit ut principiũ essendi/ut diximus·ii·& iii· de anima: igitur quodãmodo hęc copulatio est naturalis. Secũda uero dicitur uoluntaria: qnatenus de ipso acquirimus plus & minus ad uoluntatem: & hæc fit mediantibus memoriis/sensibus/& experientiis/quæ Auerroes appellat phantasmata siue intentiones imaginarias. Ex his euenit q; diuersę sunt intellectus ad hoiem copulationes/& respectu unius/& respectu diuersoꝝ hoium. Nam qui per sensus hoc anno experitur in mathematicis: sibi intellectus copulabitur ut principiũ intelligendi mathematica/qui alio anno experitur p sensus in naturalibus: intellectus sibi copulabitur ut principiũ intelligẽdi naturalia: & eo ordine quo exercet experimentatiuam/siue dianoeam/siue cogitatiuam: nam ut experimentatiua se exercet primo circa principia/sic intellectus unitur homini ut principium intelligendi principia: & si exercet se deducẽdo cõclusiones ex principiis/etiam hoc ordine sibi copulatur intellectus. Ex his apparet positio peripateticoꝝ: qui tenent omniũ hominũ unum intellectũ/qualiter experimentum non concurrit ut causa effectrix scientiæ uel artis/sed ut causa copulationis intellectus/qua ipse copuletur ut principiũ intelligendi/eo ordine quo se experimentatiua exercet: & ita erit causa dispositiua pro copulatione/& non pro generatione scientiæ uel artis. Simili modo dicendum de sermonibus præceptoris: qui mouent experimentatiuã ad phantasmata. Disponit enim ad copulationẽ/non ad generationem scientiæ. Et Ioannes/qui fuit fidus Auerrois in hoc errore sequax: positionem eius hic nesciuit explicare. Sed quia hæc positio de unitate intellectus est confutata per demonstrationes in libro de intellectu: noli immorare in illa. Propterea dicamus scd̃m ueritatẽ/& teneamus de mente Aristotelis intellectum non esse unum omnium: sed per homines numeratum/ut soliti sumus demonstrare ad mentem Aristotelis. Et primo sumamus animam rationalem esse quoddam totũ potestatiuum/cuius partes potestatiuæ sunt duplices: Quædam omnino inorganicæ/& non a materia uel corpore comprænhensæ ut intellectus agens/& intellectus possibilis. Hæ enim sunt duæ animæ partes siue potentiæ/quæ sunt omnino eleuatæ a materia: quatenus nec corpore/nec parte corpis ut instrumento utuntur. Aliæ sunt ptibus corpis utentes/& sunt exteriores quinq; sensus: interiores uero quinq; etiam/Cois sensus/phãtastica potẽtia/Opinatrix/dianoetica/siue cogitatiua/& ultima memoratiua/quę ẽ oium thesaureria·hę oẽs intellectui subseruiunt:cũ·n·itellectus uersat̃ circa sophist. sylo·sibi appentia phãtasmata

Excerptum.

Excerptũ p solutiõe ad qõem.

Scd̃a põ Perip.

Prima suppõ.

subministrat phantasia: cum circa dialecticos / phantasmata sibi mini- strat Opinatrix: cum uersatur circa demonstratiuos/phantasmata sibi ministrat dianoea. Et hæc administratio nō est nisi quatenus illa sumit a memoratiua plures memorias colligendo experimentum / ad hoc ut prima principia artium pateant sibi: omnibus autem subministrat me moratiua: quatenus illa est seruans species omnium illaꝝ. Ex his sequi tur ꝙ uirtus experimentatiua est dianoea: quia hæc sola dignitate orga ni/& bonitate influxus spirituum potest uti exemplo/& erigere singu- lares propositiones in unū: quas in memoria seruauit: ut sint præmissę ad concludendam ueritatem primoꝝ principiorū: ut dicemus. Secūdo accipiamus ꝙ lumen intellectus agentis nō sufficit ad hoc ut intellectus possibilis assentiat primis principiis: hoc fuit deductum cōtra exteros/ quod ideo est / quia istud lumen est causa uniuersalis / qua intellectus possibilis posset assentire primis principiis/& oppositis primorū prin- cipiorum/si experimentatiua ministraret experimenta uel phantasmata pro oppositis primorū principiorū. Tertio accipio/& quasi sequitur ex dictis/ꝙ experimentū est causa quare intellectus possibilis assentit pri- mis principiis/& nō uniuersalis/sed particularis: deducitur/quia lumē est causa uniuersalis assensus: & unius & eiusdē rei nō possunt esse duę causæ eiusdem ordinis: ideo erit causa particularis illi lumini submini- strans. Et huius signū est/quia experimētum uerū / est causa assensus primis principiis: experimentum falsum/est causa quare assentit intelle- ctus oppisitis primorū principiorū. Tunc dico primo ꝙ experimenta plura/ siue inductio plurium singularium: una cum lumine agentis in- tellectus sunt causę effectrices assensus/quo intellectus possibilis assen- tit primis principiis: dico necessariæ/ueluti propositiones & idem lumē respectu cōclusionis: patet hoc ex dictis/quia nec intellectus agens suf- ficit suo lumine/quia est causa uniuersalis: ut dictum est: nec inductio sufficit/quæ est causa particularis/quæ præsupponit uirtutē causæ uni uersalis. Secūdo dico ꝙ inductio experimentaria/est causa particularis mediata/qua possibilis intellectus assentit omnibus cōclusiōibus artis: & lumen & principia sunt cāæ proximæ. Prima pars deducta est/ quia conclusiones resoluūtur in principia: & principia ad experimenta/siue ad experimentarias propositiones: igitur inductio experimētaria/ est cā mediata omnium conclusionū artis & scientiæ. Secunda pars deducta est. Tertio dico ꝙ experimētaria inductio porest esse cā immediata coa iuuans quare intellectus assentit aliquibus cōclusionibus. Probatur hoc de conclusionibus quæ possunt resolui in principia/& in experimenta. Verbi causa ꝙ Agaricus cōuulsioni conueniat: probari potest per illud principiū/quia omne euacuans phlegma cōpetit conuulsioni. Agaricus

Marginalia: Excerptum. — Secūda suppō. — Tertia suppō. — Prima cōclusio. — Secunda cōclu. — Tertia conclu.

purgat phlegma: igitur competit conuulſioni: Minor poteſt reſolui ad experimentum immediate/& ad cauſam: ad experimentũ quidem/quia in pluribus eſt obſeruatum Agaricum purgare phlegma: ad cauſam uero/quia Agaricus uirtute cœleſti habet ꝙ purget phlegma. Ex his ſequitur ſolutio queſtionis: ꝙ omnis ars/& omnis ſcientia quæ inuentione habetur generatur ab experimẽtis/nõ ſolum ut a cauſa coaiuuante/ſed neceſſario agente: declaratur/quia ars & ſcientia quæ habetur per inuentionem non eſt niſi cognitio principiorũ & concluſionũ: & hæc cognitio neceſſario & iuuanter fit ab experimentis: ut dictum eſt: igitur omnis ars & omnis inuentiua ſcientia ab experimentis neceſſario generatur: dixi notanter quæ fiunt per inuentionẽ/quia ſi per diſciplinã fierent/nõ oportet: quia ut dictum eſt quis poteſt habere artem ſine experientia. Sed occurres primo/quia nõ uidetur ꝙ omnia principia experimentaria inductione cõcludantur: quia non illa quæ ſunt omnibus ſcientiis comunia: ut de quolibet dicitur eſſe uel non eſſe/& ſi ab æqualibus æqualia demas: cœtera quæ remanent ſunt equalia: hæc enim uidentur ſola terminorũ ui cognoſci/& non experimentis. Secunda dubitatio eſt/quia ſi dicta determinatio eſſet uera/tunc dianoea eſſet intellectu poſſibili præſtabilior/quia eius operatio eſſet nobilior: cum non poſſit intellectus alicui aſſentire niſi uirtute dianoeæ. Tertio ſi principia artis & ſcientiæ ab inductione experimentaria ſumerentur: intellectus eſſet ſubalternus dianoeæ/quia ab illa acciperet ueritatem ſuorũ principiorum: & principia imperfectius cognoſcerentur concluſionibus: nã ipſa cognoſcuntur/quia uera ſunt: & concluſiones propter quid ſunt. Quarto multa principia ſcientiæ probantur propter quid in altera ſcientia/ut principia muſicæ in arithmetica: igitur non per experimentariã inductionẽ. Ad hæc dici poteſt ad primã/ꝙ principia quatrifariã ſunt: Quædam omnibus ſcientiis comunia: ut de quolibet dicitur eſſe uel nõ eſſe/& id genus: quorum termini ſunt comunes omnibus terminis ſcientiarum: Quædam coia pluribus ſcientiis/ut ſi ab æqualibus æqualia demas/cœtera quæ remanent ſunt æqualia: termini enim huius numeris & dimenſionibus cõpetunt: & propterea comune eſt Geometriæ/& Arithmeticæ: Quædam uni ſcientię propria/ſed comunia omnibus cõcluſionibus illius ſcientiæ: ut motus ſunt/& plura mobilia ſunt: hoc enim ſolũ phyſicæ cõe eſt: Quædam uni concluſioni immediata & propria ut præmiſſe demonſtrationis. Tunc dico ꝙ principiũ comune dianoea colligit per concordiam omnium ſenſuum: quia comunitate terminorum/poſſunt oẽs ſenſus ſubminiſtrare illi: & ſic inducitur a concordia oium ſenſuũ. Principiũ pluribus ſcientiis cõe a dionea inducitur omnibus uel pluribus ſenſibus: æquale enim & inæquale non niſi tactu

Excerptũ qđ ẽ ſolutio qõis.

Dubitationes.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Solu. ad primã.

& uisu depræhenditur: principiũ uni comune/forte inducitur uno sensu pluries replicato / & per plures memorias successiuas: principium proprium uni conclusioni/resoluitur ad principia comunia toti scientię: & potest confirmari experimento: & sic patet ad primam. Ad secundam dico ꝙ licet intellectus non possit assentire alicui nisi tandem ob uirtutem dianoeæ/tamen intellectus discurrit uniuersaliter/qđ non facit dianoea/& hoc sufficit: & sic cognitio eius est perfectior cognitione experimẽtaria ipsius dianoeę/licet nõ euidẽtior. Ad tertiã dico ꝙ intellectus non est subalternus dianoeę/quia non probãtur eius principia propter qd a dianoea. Et licet principia ĩpfectius cognoscantur/sat est ut sint euidẽtiora. Ad quartã dico ꝙ licet multa principia scientiarũ ꝓbentur pp qd in alia scientia/tandẽ est deuenire ad principia quę experimẽtaria inductione concludũtur: & hoc sat est: hęc de dilucidatione.

Ad scđam.

Ad tertiam.

Ad quartam.

¶ Caput solutionũ quintum.

Ad primã / solutio peripatetica est negãdo cõsequẽtiam: ad rationẽ dico / ꝙ inductio in pluribus non infert uniuersale & de omni simpliciter: sed qñ ad illud concordãt oẽs sensus: uel nullus discordat/ nec ꝓpinque nec remote: tunc a pluribus licet ĩferre uniuersale: & hęc est solutio Auerois. Nec hoc pacto est arguere topicę: imo hęc inductio est demõstratiua: ut dicit Auerois. Principia.n.artis & doctrinæ ita debent esse/ꝙ uel illis omnes sensus conueniant: uel nullus discordet: & hoc pacto est inductio demõstratiua. Ad secundã dici potest ꝙ ex cognitione quia/non syllogizatur cognitio pp qd: & tunc dico ꝙ principia non cognoscũtur pp qd/sed solũ supponit de illis artifex/quia uera sunt: ut dicitur in posterioribus. Istud autẽ quia uera sunt/haberi potest per illam inductionem experimentariã. Ad tertiã dici potest ꝙ cognitio experimẽtaria est agens & uniuocũ: quia ambę sunt quia: & hoc sufficit. Ad tertiam dico ꝙ Plato in illa interogatione docuit puerũ: quia non est aliud docere: q̃ debito ordine pręponere discipulis ꝓpositiones & cõclusiones/ad hoc ut una cũ intellectus lumine discipulus assentiat cõclusioni. Ad quintã dici potest/ꝙ multa experimenta sunt una cognitio inductoria: quę quia est una/ideo potest esse in intellectu: uel in ui experimentaria siue dianoetica. Ad sextam negatur minor: hoc.n.experimentũ uidelicet quia hæc scamonea purgauit choleram in Socrate/& alia similiter cholerã in Platone/& sic de multis est necessarium: quia sunt memoriæ reꝝ præteritarum/quæ quatenus præteritæ/sunt necessariæ. Ad probationem dico ꝙ hoc experimentum nõ est mutabile nec sensibile nũc aliquo sensu exteriori sed sensatum iam. Ad Arist. dico ꝙ ab euntibus sensibilibus nõ est palam an sint de præsenti/non tamen an fuerint sensibus præsentia: qua rõne sunt partes experimenti. Et sic breuiter dico ꝙ sensibilia sunt

Viii.physic.cõ. xxvi.

ii.phy.cõ.lxxx.

mutabilia secundũ rationem præsentem : non autem sub ratione qua ce ciderunt sub memoria / & hoc ignorant Exteri. Ad septimam laborat Ioannes / & nihil boni dicit : propterea dico q; siue uniuersale incõplexũ fiat a singulari incomplexo / siue non : nihil ad rem / quoniã uniuersale complexum / quod est principium artis bene fit a pluribus singularibus inductione experimentaria / & hoc pacto cognitio artis deduci potest ex cognitione experimenti. Ad octauam bene respõdet Ioannes / q; maior esset uera : quando una uirtus nõ esset subordinata alteri : Modo experimentaria / siue dianoea utens experimentaria inductione subordinatur intellectui : & sic quod est in illa potest inferre / quod est in intellectu. Sed replicabis fortissime / quæ uirtus inferat illud principium : Videtur enim q; non experimentaria / quia illa non potest cognoscere illatũ / quia illatũ est uniuersale / quod a nullo sensu cognosci potest : Nec est intellectus / quia intellectus nõ potest cognoscere singularia inferentia / quia intellectus non cognoscit singulare. Dico q; uirtus inferens est intellectus : & concedo q; ille per se non cognoscit singulare : sed mediante sensu / bene ipsum potest cognoscere. Vnde licet intellectus ut intellectus non cognoscat singulare : ipse tamen ut cõiunctus dianoeę / sibi illud ministranti bene cognoscit. Hæc est solutio Auerois. Sed esset difficultas utrum intellectus mediante dianoea cognosceret singulare p propriam speciem / uel p speciem / quã habet de illo dianoea : hæc res / quia postea tractabitur / nunc permittatur. Ad nonam dico illum artificem esse inexpertum / qui artem didicit p doctrinam : non autem qui illam acquisiuit inuentione. Ad decimam dico q; ab experimento per inductioné generatur principium artis / & mediate conclusiones omnes : & sic tota ars quæ est cognitio principiorum & conclusionũ. Ad undecimã dico q; experimentum est fallax per accidens ratione subiecti / cui applicaretur : per se autem est necessarium / quia est cognitio præteritorum : quorum non est cognitio nisi necessaria. Ad xii. dico q; maior debet intelligi nullo alio agente concurrente : modo cõcurrit lumen intellectus agentis / quod est immateriale. Ad tertiamdecimã dico / negando añs / quia licet non cadant sub sensibus in propria forma : cadunt sub sensibus in earum effectibus : Aliquid enim cadere potest in sensibus uel per se / ut color : aut per partes / ut Mons aureus : uel in suo remisso / ut albedo intensa : uel in suo simili / ut niphus pontifex : uel in suo effectu / ut substantiæ seperatæ : uel in suo contrario / ut uacuum : uel in suis suppositis / ut uniuersale : & aliis modis. Ad xiiii. dico q; medicatiua habita p doctrinam nõ generatur experimento : sed ea quæ habetur obseruatione : non fit nisi experimentis. Auicenna uero loquitur de prima. Ad xv. xvi. & xvii. Ioan. respondit cõtra Albertum : ut patuit in capite. iii. Dici etiam potest pro

iii. de aĩa cõ. ix.

Alberto ꝙ quælibet harum cōclusionū nō habetur a solo experimento: sed a propriis propositionibus/quæ per uiam resolutionis possunt re/duci in prima artis principia/ quæ erant in arte habita per experiméta: & si sic Albertus/bene dicit. Ad xviii. iam patet solutio: dictum est.n. ꝙ nihil inueniri potest in arte sine experiméto / ad quod uel immediate/ uel mediate non resoluatur id quod inuenitur: nam omnes conclusiões artis tandem resoluuntur mediate ad prima principia saltem: quorū co/gnitio fuit per experimenta. Ad xix. patuit solutio / quia nō loquimur de illa. Ad xx. & xxi. patuit solutio scd̄m Auer. sed scd̄m nos dico/ꝙ in tellectus non est unus omniū/sed nouus scd̄m esse: licet æternus a parte post: & hoc satis est ut de nouo recipiat. Ad ultimū dico/ ꝙ artes sunt æternæ scd̄m speciem & respectu totius uniuersi: sed respectu unius re/gionis possunt infinities generari / & infinities corrumpi: ut dicitur in libro metheoroꝝ: & etiam respectu intellectus mei potest de nouo fieri in numero: non autem in specie: ueluti albedo est æterna in specie: ta/men respectu parietis/qui nunc ęditur: est noua: ita scientia est æterna scd̄m speciem: respectu tn̄ intellectus mei: qui nunc est de nouo: potest

Dubitatio. esse noua. Sed circa determinationē questionis p̄sentis dubitatur utrū artifex certius operetur experto sine arte? & uidetur ꝙ certius operetur artifex/quia ut prudentia est habitus circa actibilia: ita ars circa factibi lia ut traditur vi. ethi. Sed nullus certius agit circa actibilia q̄ prudēs: igitur nullus circa factibilia q̄ artifex. Secundo omnis artifex est exper/tus/quia artifex est qui scit principia & conclusiones artis: quæ sine ex perimentaria inductione cognosci non possunt: expertus uero potest eē sine arte: igr̄ artifex semp certius operabitur. Tertio si artifex certius nō operaretur: esset quia ignoraret singularia: ut dicit Arist. in textu: sed dicitur vi. ethi. ꝙ ars & prudentia non solum est uniuersaliū/ sed singu

Solutio. larium: igitur illa causa nulla est. Exteri absolute respondent/dicentes expertū certius operari/quia per se cognoscit operabile puta singulare:

Confutatio. artifex autem non nisi per accidēs cognoscit singulare. Hæc solutio nō exponit mentem Arist. quia distinguibile & multiplex non distinguit: Est enim artifex multiplex/quia alius est qui effectus est talis per inuen tionem/& hic simul est artifex & expertus. Alius est qui est talis per do ctrinam siue disciplinam: qui nec de principiis nec de conclusionibus ha bet experimentariam inductionē: sed principiis assentit relatione præ/ceptoris/& conclusionibus ex suppositione: utpote si principia illa ue/ra sunt: cū igitur nō distinxit de quo artifice: uidetur hęc solutio nulla.

Solu. Ioannis. Ioannes ait ꝙ sumendo operationem certiorem pro operis prosequutio/ne: sic expertus certius operatur: sed sumendo pro directione operis /

Confutatio. certius operatur artifex. Sed nec ista solutio ualet: primo/quia adhuc

artificem non distinguit/qui est multiplex. Amplius nihil est dicere/ꝙ aliquid sit certum secundum exequtionem operis/ & aliquid scd͠m directionem: Nam de hoc est quęstio/uidelicet si expertus melius se dirigat in opere: q̃ artifex. Præterea dicere ꝙ aliquid sit certum scd͠m exequtionem operis/ nihil est dicere/nisi ꝙ in exequẽdo non errat: & hoc est qđ quęro utrum exequendo opus circa aliquod operabile certius exequatur expertus/an artifex. Præterea etiam expertus scit directiuum siue regulam operandi/ueluti & artifex: sed hæc est differentia quia artifex directiuum sine regulam scit per causam: expertus scit per inductionem experimentariam: & ita ambo sciunt directiua/siue regulas. Propterea dico ꝙ duplex est artifex: alius qui scit regulã operandi circa aliquod operabile per causam tantum: ut discipuli mei/ qui regulam hanc sciunt ꝑ causam tantum: & non deducendo illam ex experimẽtis. Et hic duplex est/quia alius est qui scit regulam per causam deductam ex principiis artis uniuersalibus sibi expertis: Alius qui illam deducit ex sibi reuelatis a præceptore: Alius est qui scit regulam operandi & per causam / & per experimentum. Tunc dico ꝙ sensus quęstiõis est: utrum aliquis artifex qui habet regulam operandi per causam tantum/& per fidem de principiis: certius operetur circa aliquod operabile q̃ expertus circa idem/qui habet regulã operandi per expimentum tantum. Tunc patet solutio/ꝙ expertus certius operetur artifice: qui regulam habet per causam tantũ/quam non deducit ex principiis expertis/sed sibi notis per fidem: Nam expertus qui regulam habet ꝑ experimentum: per se cognoscit operabile utpote singularia: e quibus deduxit regulam: Artifex non cognoscit operabile nisi per accidens: quatenus continetur sub uniuersalibus. Secundo patet ꝙ artifex qui habet operandi regulam & per experimẽtum & ꝑ causam certius operatur experto/qui haberet regulam per experimentum tantum: & hoc nemo negaret. Tertio patet ꝙ artifex qui haberet regulam operandi ꝑ causam tantum: & ꝑ experimenta non de regula/sed de principiis primis: ex quibus illa deducta est: minus certe operabitur experto/qui regulam habet ꝑ experimenta de regula: & non ꝑ causam regulæ. Hoc constat/quia adhuc iste expertus magis cognoscit operabile. Tunc ad rões/ad primam dico ꝙ Aristo. loqtur de arte quæ per inuentionem habetur: hæc enim est de uniuersalibus/& particularibus. Ad scd͠am & tertiam dicatur similiter. Secundo dubitatur / utrum artifex qui cognoscit regulam operandi ꝑ causam tantum: certius regulam sciat experto/qui illam solum per experientiã cognoscit: & uidetur ꝙ sic/ tum quia certius est scire per causam / q̃ sine causa: ut dicitur primo physicorum. Tum secundo quia artifex scit quidditatem sanationis / expertus non: igitur cercius scit regulas sanandi artifex.

Solu. propria.

Scd͠a dubitatio

Cõmento .i.

Solutio. Ad hoc dubium dico ꝙ non est difficile respondere supponendo ꝙ artifex sciat regulam operandi deductam ex principiis sibi notis per deductionem experimentariam: utpote si illam deduceret per multa media: quia sine dubio hic artifex sciret regulam per causam ueram/quæ esset sibi nota simpliciter/& non ex suppositione: igitur certius regulam scit experto/qui illam per experimentum tantū scit. Sed dubitatio est utrū artifex qui regulam habet non per causam deductam per multa media ex principiis habitis per experimenta: sed deductam ex principiis habitis per fidem a præceptore certius regulam sciat ipso experto: hoc enim est non leue. Quidam dixerunt ꝙ artifex hoc modo sciens regulam certius sciret/quia scit per causam/& scientia per causam semper est maior: sed melius est facere differentiam inter certius certitudine pfectionis/& certitudine euidentiæ: certiores enim sunt substantiæ intellectui certitudine perfectionis q̄ sint accidentia: sed accidentia sunt euidentiora: & sic concedi potest ꝙ artifex sciēs regulam operandi per causam deductā ex principiis sibi notis ex suppositione atq; fide certius scit regulam certitudine perfectionis: quoniam illa scientia est intellectiua/& per causam. expertus uero certius scit regulam certitudine euidentiæ/quia scit per inductionem experimentariam/quæ est causa omnis euidentiæ. Tunc ad obiectiones patet solutio: qui enim scit per causam non semper certius & euidentius scit: nisi etiam lllam sciat per experimenta propinque/uel remote. Similiter nec qui scit rem quidditatiue scit pfectius euidentiusq; nisi per experimenta remote saltem illud sciat. Sed replicabis sophistice quicunq; scit quid est aliquid certius scit illud. Artifex scit quid est sanare/& non expertus: igitur certius scit sanare. Respondent Exteri ꝙ aliud est scire operari/aliud scire directiuum operationis. Tunc dicunt ꝙ artifex scit directiuū/non autem operari: expertus uero econtra scit operari/& non directiuum operationis: & per hoc uolunt esse solutum sophisma. Sed in rei ueritate per hanc solutionem non apparet ad formam sophismatis. Præterea falluntur/quia etiam expertus scit directiuum operationis/& regulas operandi: sed hæc est differentia: ut dixi contra Ioan. quod artifex scit regulas/siue directiua per causam tantū/deductam a primis principiis expertis ab eo uel suppositis ex fide præceptoris: Expertus autem scit regulas & directiua per experimentarias inductiones: quas ipse ex multis obseruatis confecit: Qua ratione patet expertum & artificem ambos scire quid est sanare: licet artifex sciat qd sit sanare per causam tantum: ille expertus scit quid est sanare per experimenta/& quasi deductum ab experimentis: igitur errant dupliciter: primo quia credunt expertum non scire regulas siue directiua. Secūdo quia credunt illum non scire quid est sanatio/siue operatio sanatiua.

Replica. Sophistica. Solu. Exterorum. Confutatio.

Ambo enim quid sit sanare norunt: illi utpote artifex deducendo illud ex principiis uniuersalibus: expertus / deducẽdo illud ex experimentaria inductione: & hac ratione patet ꝙ expertus scit uniuersale & particulare: particulare per se: uniuersale uero per accidens quatenus deducit illud ex singularibus: artifex uero purus per se / nõ nisi uniuersale: singularia aũt per accidens: quatenus continentur sub uniuersalibus: tũc ad sophisma dico ꝙ maior debet distingui: nam scire quid est aliquid / intelligi potest / uel deductũ ex principiis: & sic certius scitur certitudine perfectionis / & nõ certitudine euidentiæ: uel deductum ex experimẽtis: & sic certius scitur illud certitudine euidentię / & non certitudine perfectionis: modo minor est uera primo modo: artifex enim scit quid est sanare ducendo illud ex principiis: non autem ab experimentis: & propterea certius scit sanare certitudine perfectionis / non autem certitudine euidentiæ: ut superius diximus. Hæc de septima disputatione.

ℭ Disputatio octaua si actus & generationes sint circa singulare.

ℭ Caput dubitationum primum.

Qđ non arguunt primo / quia actus intelligendi est circa uniuersale: igitur non omnis actus est circa singulare. Secundo si actus & generationes sunt circa singulare: tunc subiectum generationis & motus esset singulare: tenet argumentum / quia illud circa quod aliquid est / subiectum est illius: ut quoniam albedo est circa parietem: paries est subiectum albedinis: consequens uero est impossibile / quia si subiectum generationis & motus esset singulare: tunc tales passiones nõ possent demonstrari de subiecto: quia de subiecto singulari nulla passio est demõstrabilis. Tertio si actus sit circa singulare: tũc ꝑ se obiectũ actus esset ipsum singulare: Vltra / igitur actus essent tot quot singularia: nam actus distinguuntur per obiecta: & ultra / igitur & potẽtiæ erunt tot / quot actus: quia & potentię distinguuntur per actus. Hoc ultimũ consequẽs est falsum / quia una est potentia omnium actuum: unus uisus omnium uisionum: igitur primum antecedens erit falsum: & sic actus nõ erunt circa singulare. Quarto logice arguunt & expositorie / hoc demõstrando Socratem per se sanatur: hoc demonstrando eundem per se est homo: igitur homo per se sanatur / sed homo non est singulare / sed uniuersale: igitur non omnes actus sunt circa singulare. Quinto si actus est circa singulare uel circa hoc tantum: uel circa singulare abstractum ab hoc / & ab illo: non circa hoc singulare tantum / quia eius est actus cuius est potẽtia: ut dicitur in libro de somno. At potentia nõ est circa Rões Antonii.

hoc tantum : igitur nec actus : Si circa singulare abstractum ab hoc & ab illo : igitur circa uniuersale : quia abstractū ab hoc & ab illo est uniuersale • Sexto si actus & generationes essent circa singularia : tūc nulla esset causa uniuersalis : deducitur / quia causa uniuersalis non est nisi effectus uniuersalis : modo si omne genitum esset singulare : tūc nullus esset effectus uniuersalis : & ita nulla esset causa uniuersalis • Septimo uniuersale est generabile / & p se : igitur actus & generatio est circa uniuersale : antecedēs probatur / quia singulare & uniuersale sunt idem realiter • Secundo idem antecedens probatur / quia uniuersalia habent per se agentia : ut res naturales uniuersaliter sumptæ : nam in definitione rei naturalis uniuersalis ponitur agens / & omnis causa • Tertio idem arguitur / quia generabile abstractū ab hoc & ab illo est generabile / quia idē de se ipso prædicatur : & tamen istud est uniuersale • Octauo promissiones sunt circa uniuersalia : igitur non omnes actus sunt circa singularia : antecedens declaratur / quia qui promittit tibi bouem / non tenetur dare nec hunc nec illū bouem : sed bouem : igitur promissio est circa uniuersale • Nono quod per se est generabile : ipsum per se generatur : uniuersale est per se generabile : igitur uniuersale per se generatur : maior patet quia eiusdem est actus & potentia : minor declaratur / quia generabile inest omnibus indiuiduis / & non uni per alterum / nec alteri per alterum : igitur omnibus per tertium comune : ut dicitur primo posteriorum • Præterea Arist • in libro de generatiōe demonstrat generabile de uniuersalibus corporibus : igitur uniuersalia corpora sunt per se generabilia • Amplius generatio terminatur ad speciem : ut dicit Auicenna in primo suæ physicæ : igitur est ad uniuersale • In oppositum est Aristo • dicens actus autem & generationes omnes circa singulare sunt ; igitur disputatio dubia est •

Rō Dominici • Rōes Ioannis • Rō Birridani • Capite primo •

ℭ Caput tituli secundum •

Actus multifariam capi solet : uno mō pro forma siue perfectione prima : & sic solet dici animam esse actū • Alio modo pro operatione : quo solemus dicere uidere esse actū potentiæ uisiuæ : & intelligere potentiæ intellectiuæ • Amplius generatio consueuit sumi pro omni productione quomodo Plato dixit mundum esse genitum • Alio modo pro introductione formæ cum abiectione contrarię præiacentis • Præterea hæc particula circa (ut dicunt) potest uno modo sumi : ut dicit circumstantiam passi uel agentis : quomodo dicimus ignem uersari circa cōbustibile / uel scolares uersari circa niphum : uersatur enim ignis circa cōbustibile / tanquam circa passum : circa nyphum scolares / tanq̄ circa præceptorē : qui agit disciplinas in scolaribus • Amplius dicunt illam quandoq; dicere circumstantiam rei significatæ : ut cum dicitur significationes nominum

sunt circa res. Interdum rei repræsentatę: cum dicimus intelligere est circa uniuersale/sentire circa singulare. Alii breuibus dicunt uerbũ illud/circa/ dicere interdum circũstantiã passi/interdum agẽtis/ interdũ termini. Singulare nõ nunq̃ pro propositione singulari consueuit sumi ueluti uniuersale pro propositione uniuersali: nõ nunq̃ pro effectu particulari una causatione producto: aliquando pro re: quę significatur uel repręsentatur per terminũ singularẽ: ut illa res: quę significatur p hunc terminũ singularẽ Soc. in uoce/uel in scripto/uel in mente. Cõtra etiã de uniuersali solet fieri distinctio/de qua dicemus nõ semel. Hæc de tit.

¶ Caput positionum tertium.

Exteri breuibus expediti dicunt q duplex est actus siue operatio: Vna quidẽ transiens: ut edificare. Alia immanens in agente: ut intelligere & uelle. Tunc rñdent q ꝓpõ Arist. intelligenda est de actu transeunte: & nõ quatenus cõcipitur: sed quatenus est in re. Scdo dicunt q nõ est uera de actu imanente. primã probant/quia nullũ accñs singulare est nisi in subiecto singulari/actus trãsiẽs est actus singularis: igr̃ est in singulari. Scdm ꝓbãt p definitionẽ actionis imanentis: est.n. illa quæ est in agẽte. Et si replicares quia oĩs actio ur̃ eẽ in agente: dicũt uerũ esse de actiõe quę sumitur ꝓ respectu/nõ aũt ꝓ re acta. hæc Exte. Sed circa hæc occurrunt cõfutationes: primo/quia si oĩs actio ꝓ respectu est illa quę est in agẽte: ut dicũt: cũ scdm eos intelligere & uelle sint in agente: erũt actiones respectus/& nõ actiones actæ: & sic ur̃ prima distinctio de actione repugnare scdæ de eadẽ. Scdo ꝓbationes hoꝝ uñr cõfusiones/ & cõmittere fallatiã æquocationis: nã prima ꝓbatio ualet ut illa pticula/circa/dicit habitudinẽ subiecti: ut patet in eoꝝ ꝓbatione: postea dicũt q eadem ꝓpõ nõ est uera de actione imanente: Hæc uñr repugnare/quia uel eodem mõ sumitur illa pticula circa in prima ꝓpõe: quo in scda uel aliter: si eodẽ mõ: tunc etiã de actione imanente est uera nã actio imanens est circa pticulare: tanq̃ circa subiectũ: licet circa uniuersale/tanq̃ circa terminũ uel obiectũ. Si uero aliter in prima: & aliter in scda ꝓpõe/ & ipi nõ distinxerunt qd̃ erat multiplex & distinguendũ: igr̃ cõmiserunt fallatiam æquiuocationis. Hæc igr̃ põ est confusio. Capriunculatores uero dicunt q si illa particula /circa/dicit circũstãntiã agentis/uel passi: tunc est uniuersaliter uera/quia oĩs actio tã transiens q̃ imanens est in passo siue pticulari subiecto/ab agẽte pticulari: patet hęc inducendo in oĩbus: & hoc pacto uolunt Ari. intellexisse. Si uero illa pticula circa dicit habitudinẽ rei significatæ uel rep̃sentatæ: sic nõ est uniuersaliter uera/ quia actus intelligendi est circa uniuersale: & actus significandi huius nominis ens est circa uniuersale: & quia ꝓmissiones sunt actus intelligendi: ideo fiunt circa uniuersalia tanq̃ circa significata uel p̃sentata. Hæc

Positio Extero: | Replica. | Solutio. | Confutatio. | Põ Ioan. Birri. & Albertillæ.

Qualis hæc pō. captiunculatores. Hæc positio nō est falsa: sed nō est pro mente Arist. quia ipse loquitur pressius: non .n. ita ample nec ita fuse sumpsit actus & operationes/ut uidebitur statim. Non .n. oportet exponere/quando quę dicit Ario. sunt clara: nec ampliare: si sermo Ari. est pressus. hoc enim est ostentatio: Illud aūt temeritas: ut dicit Boetius.

¶ Caput dilucidationis quartum.

Debes igitur scire pro dilucidatione q̄ uerba græca sunt hæc αιΔε πρα ξεισ και αι γενεσεισ πασαι: περι το καθεκαστον εισιν. hoc est praxes aūt & generationes oēs circa singulare sunt: quibus in uerbis innuit duplices esse generatiōes/ artificiarias/quibus beneficio artis formæ in subiecto inducuntur: naturales quibus beneficio naturæ formæ naturales educūtur: & ita solū de gn̄onibus ꝓpō Ari. intelligitur: ubi patēt duo/quoꝝ primū est/q̄ Arist. p praxes/intelligit gn̄ones actionesq̄ ꝓficiscentes ab arte/quia: ut dr̄. vi. ethi. ars est circa factibilia: prudentia circa actibilia: ergo p praxes intelligit artificiarias opationes/ gn̄onesq̄ quę ꝓficiscūtur ab arte/circa factibilia: p gn̄oes aūt intelligit inductiones alicuius formæ cū abiectione cōtrariæ formæ/ unde praxes ad artificiaria retulit: generationes aūt ad naturalia: & sic oēs opationes amplectitur corporeas/quæ dicūtur generationes. Ex hoc sequitur q̄ frustra est illa dilatatio captiunculatoꝝ ad actionē immanentē: Nā nulla actio artificiaria circa fa[illegible]ibile: de qua loquitur Arist. est immanens. Scdm est q̄ illa particula peri/qđ latine est circū uel circa: nō sumitur nisi ut dicit habitudinē subiecti/uel passi: quia sic loquitur Arist. uult .n. probare q̄ circa ipsa singularia uersatur expertus & artifex: ueluti circa propria subiecta atq̄ patiaria: & tunc sequitur q̄ frustra ampliatur ad alias significationes: cū hic nō nisi presse sumpsit Ari. illā. Hæc est dilucidatio pro mente Peripa. Sed quæres utrū uniuersale sit primo & p se corruptibile atq̄ generabile: Verbi cā Socra. est gn̄abilis & corruptibilis: utrū sit ita quia aliqđ uniuersale est primo & p se corruptibile: an quia Socra. hęc dubitatio nō est leuis. Ioan. soluit q̄ uniuersale pōt sumi ꝓ re & pro intentione. Amplius sumptū ꝓ re bifariū est: Aliud quidem cuius supposita siue singularia sunt generabilia & corruptibilia: ut hō/ equus/& id genus. Aliud cuius supposita nō sunt corruptionis capacia ut cœlū/& intelligentia. Tunc dicit q̄ sumendo uniuersale pro re subiecta intentioni/cuius supposita sunt gn̄bilia & corruptibilia: ip̄m uniuersale est primo & p se corruptibile/& gn̄abile: & ita Soc. est corruptibilis/nō ea rōe qua Soc. sed ea rōe qua cōtinetur sub aliquo uniuersali p se corruptibili. Similiter hic ignis nō est corruptibilis ea rōe/qua hic ignis sed ea rōe qua dixi. Pro hac cōclu. arguit Ioan. multifariā: primo/quia de uniuersali ꝓ re demōstrantur gn̄oes & corruptiones p se: ut hētur. i.

Margin notes: Dubitatio utrū uniuersale sit p se corruptibile. — Solu. Ioannis. — Prima ratio.

de generatione: igitur uniuersali pro re p se primo cõpetunt: añs etiam ꝓbatur/quia hæ sunt passiões scibiles: ut patet in illo li. uel igr̃ de singulari: & hoc nõ/quia singulariũ nõ est scía: igr̃ de uniuersali. Scd̃o aliqđ uniuersale scd̃m ꝙ ip̃m est corruptibile: igr̃ p se primo: ut patet i. poste. Añs patet/quia hoc cõe uidelicet corpus cõpositũ ex materia & forma est scd̃m ꝙ ip̃m corruptibile/quia nõ nisi quatenus est cõpositũ ex mã & forma. Tertio rõe alicuius uniuersalis gñatio & corruptio inest oĩbus corruptibilibus: igr̃ primo illi cõpetit: tenet argumentũ p regulam po sterioristicã: Añs declaratur/quia Socr. nõ est gñabile & corruptibile/ nisi quatenus cõpositum est ex materia & forma: & sic de cœteris id genus: igitur primo illi uniuersali cõposito cõpetunt illa. Quarto illud est p se primo corruptibile/cuius principia p se sunt causæ corruptibilitatis: sed materia/forma/ & priuatio sunt principia uniuersalis cõpositi/ & causæ corruptionis: igr̃ uniuersale cõpositũ est primo corruptibile. Quinto singularia cõposita sunt corruptibilia p se: uel igr̃ rõe cuiusdã singularis: uel rõe uniuersalis oĩbus illis cõis: nõ rõe cuiusdã singularis: quia rõe singularis nihil cõpetit pluribus dr̃ntibus spẽ: igr̃ rõe uniuersalis illis oĩbus cõis: & sic cõposito cõi p se primo cõpetit. Sexto omne p̃dicatũ cõuersim: qđ p̃dicatur extra essentiã: primo & p se scd̃o modo cõpetit ei cũ quo cõuertitur: hæc habetur .i. topicoꝝ: sed corruptibile & generabile p̃dicatur cõuersim de illo cõi uidelicet composito: quia omne cõpositum est corruptibile & ecõtra: & p̃dicatur extra essentiam: igitur corruptibile p̃dicatur per se scd̃o modo de illo uniuersali. Septimo uniuersale perpetuatur ob indiuiduoꝝ successionẽ: igitur ip̃m est per se corruptibile: tenet cõsequentia/quia si esset p se æternũ nõ egeret ppetuitate aliunde: añs est diuulgatũ p scolas Perip. Octauo si uniuersale esset p se incorruptibile: tunc aͤ p se corruptibilibus/abstraheretur p se incorruptibile/qđ nõ est consonũ: quia unũ oppositũ nõ põt abstrahi a reliquo. Modo uniuersale abstrahitur a singularibus: quare nõ põt eẽ p se incorruptibile: & ipsa singularia p se corruptibilia. Ex his cõcludit Ioan. ꝙ uniuersale est p se primo gñabile & corruptibile scd̃o mõ dicẽdi per se. Imaginatur. n. ipse eẽ unũ uniuersale cõe oĩbus corruptibibilibus uidelicet hoc cõe cõpositũ/in quo oĩa corruptibilia cõueniũt/ & uult ꝙ huic uniuersali per se primo insit gñatio & corruptio/ & rõe eius oĩbus aliis/quæ sub ipso cõtinentur. Nã Socra. corruptibilis est: nõ ea rõe qua Socra. sed ea rõe/qua cõpositũ est qđdam. Similiter A ignis corruptibilis est/nõ ea rõe qua est A ignis: sed ea rõe / qua est cõpositũ quid. Ex his patet de mẽte Io. ꝙ id uniuersale cõpositũ nõ dicatur p se primo corruptibile/quia sibi seorsum primo & p se cõpetit corruptio/& rõe eius cõpetat indiuiduis: quia eadem corrũpitur illud & eius indiuiduũ: sed dẽ

Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta. Capite quarto: Septima. Octaua. Cõclusio Ioan. Excerp. primũ.

per se primo tale: quia non ratione indiuidui/sed indiuiduum ratione illius corrumpitur. Verbi causa pro iunioribus: non dicitur compositū cōiter p se primo corruptibile/ quia corruptiōe seorsum & diuisim sumpta corrūpatur: quia nō corrūpitur alia corruptione ab ea qua Socrat. sed pro tanto quia Socra. nō ea rōe qua Socra. sed ea rōe qua cōpositū corrūpitur. Scđo sequitur etiam scđm Ioan. ꝙ uniuersale illud p se primo est gn̄abile & corruptibile ut gn̄abile & corrruptibile dn̄r a potentia & actu: deducit/quia rōe illius Socra. actu corrūpitur/& pōt corrūpi: igitur ei cōpetit primo corrūpi & posse corrūpi. Hęc Io. Animaduerte tn̄ ꝙ Ioan. nō intelligit illud cōe cōpositū eē per se primo & generabile & corruptibile respectu eiusdē/quia tunc idem simul esset/& nō esset: sed intelligit ꝙ cōpositū in potentia: ut Socra. generandus est generabilis: quatenus est potentia cōpositus. Socrates præsens est corruptibilis quatenus est actu cōpositus: & sic rōe illius competit generabilitas omnibus quibus cōpetit: & ratione illius corruptibilitas omnibus quibus cōpetit: & hoc modo illi cōi per se primo hæc insunt. Hæc pro Ioan.

Excerptum.ii.

Expositio Ioā.

Obiectiones.

Prima.

Sed contra Ioan. soliti sumus obicere fortissimis rōibus. Primo/quia p nullā unam & eandē rōem possunt aliquibus cōuenire prædicata oīno opposita: hæc est.n. maxima omniū dialecticoꝝ: sed p rōem uniuersalis indiuiduis cōpetit æternitas: quia/ut dicitur.ii.de anima ppea generare sibi simile est naturalissimū operū uiuentibus: quatenus diuino esse participent: qđ esse nō potest nisi quatenus rōe uniuersalis sint ppetua: igitur rōe uniuersalis nō pōt cōpetere corruptibilitas. Scđo/ nulla una eademq; rōe aliquibus pōt cōpetere scibilitas & corruptibilitas: nā scibilitas repugnat rōi corruptibilitatis: sed rōe uniuersalis cōpetit indiuiduis rō scibilitatis: igitur rōe uniuersalis nō cōpetit eis rō corruptibilitatis. Tertio/nihil qđ est per accn̄s corruptibile/potest esse per se primo corruptibile: sed uniuersalia sunt p accn̄s corruptibilia: ut dicit Auer.i. huius: igitur nō possunt esse per se primo corruptibilia. Quarto per nullam unam rōem possunt aliqua esse definibilia/& corruptibilia: patet/ quia ratio definitionis & corruptionis sunt oppositæ: ut patet vi. topicorum: Sed indiuidua sunt definibilia per rationem uniuersalis: ut dicit Auer.i. de anima: & Themist.ibidē: igitur rōe uniuersalis non possunt esse corruptibilia. Quinto nihil est de rōe uniuersalis/e quo possit fluere corruptibilitas: igitur nihil est corruptibile rōe uniuersalis. ans patet/ quia de rōe uniuersalis est sola definitio: omnis aūt definitio est sumpta a forma scđm Auer. ut omnibus patet/& patebit in vii. metaphysicæ. Forma autem non est principiū corruptionis/sed essendi: ut dicitur septimo huius: ubi habetur ꝙ forma est pars/quæ (cum fuerit) est res: Materia uero est illud/quod (cum fuerit) non est res: igitur non potest

Secunda.

Tertia.

Cōmen.xxvii.

Quarta.

Cōmento viii.

Capite quarto.

Quinta.

Cōmen.xxxvii.

fluere a forma: & ita non poteſt fluere a principiis eſſentialibus uniuerſalis. Vel poteſt hæc rõ ſic formari: ſi corruptibilitas cõpetit per ſe alicui uniuerſali/ & ſcdo modo dicẽdi per ſe: uel rõe principioꝝ illius eſſentialiũ/uel accidentaliũ: non eſſentialium/ quia ſola forma eſt principiũ eſſentiale/& omnia ea quæ ſumuntur a forma: quia materia nõ eſt pars eſſentialis compoſiti uniuerſalis: ſed deferens pars/ſiue ſine qua non: ut dicetur in·vii· huius: non ratione principioꝝ accidentalium: igitur nullo modo. Hæc ratio eſt fortiſſima: ſi teneatur poſitio Auer. de definitione/& partibus definitionis. Propter hæc ſoliti ſumus dicere ꝙ ſunt quædam paſſiones/quæ fluunt ex principiis indiuiduoꝝ: ut corruptibilitas & generabilitas: & hæ per prius competunt ſingularibus alicuius uniuerſalis: ꝗ illi uniuerſali: non tamen per prius competunt alicui ſingulari determinate ſumpto ꝑ ſe/quia nec ipſi A / nec ipſi B: ſub aliquo uniuerſali cõtentis: ſed alicui ſingulari confuſe tento. Verbi cauſa: omnibus indiuiduis compoſitis ineſt corruptibilitas/quæ ſignificantur per illud nomen comune compoſitum: ſed quia hæc fluit a principiis indiuidui: ideo per prius competit alicui compoſito illoꝝ non determinate: utpote Socrati uel Platoni: ſed indiuiduo compoſito ex materia & forma confuſe tento: & ita per accidens uniuerſali ad omnia illa: & per ſe ſecundo modo per ſe:cõpoſito indiuiduo confuſe tento. Solet enim dici in ſcola Auer. eſſe paſſiones duplices/quaſdam quæ fluunt a forma: & hæ primo uniuerſali competunt: quaſdam quæ fluunt a materia: & hæ primo indiuiduis competunt/& ratione illoꝝ uniuerſali. Erit igitur cõpoſitum non uniuerſale confuſe ſumptum/per quod uniuerſalibus cõpetit. Quod autem hæc ſit poſitio Auer. deducitur/quia nullum per ſe uniuerſale eſt compoſitum: quia per ſe uniuerſalia ſunt formæ: ut dicitur primo huius. & vii. metaphyſicæ inquit/ꝙ quidditas hominis eſt homo uno modo: & non homo alio modo: eſt quidẽ homo/quia eſt forma hominis: & non eſt homo/qui eſt cõgregatus ex materia & forma: & ſic patet eum uelle hominem comunem non eſſe aliud ꝗ formã hominis. Indiuiduum uero hominis eſſe congregatũ ex materia & forma. Pręterea ſcd̃m Auer. idem eſt forma totius & partis: ut patet vii. huius: ubi dicit ꝙ qdditas recti uniuerſalis eſt forma:& attribuitur recto ſcd̃m qd̃ ſunt idem: & ſubdit:dicimus.n. ꝙ quidditas recti eſt rectũ: & qñꝗ dicimus/ꝙ eſt forma exiſtens in recto: qua ratiõe(ut dicit)forma recti non erit rectum: ſicut anima non eſt animal. Hæc Auerroes. Ex quibus ſequitur ꝙ uniuerſalia non ſunt niſi formæ: quibus intelliguntur indiuidua compoſita. Præterea qd̃ non eſt per ſe pars definitionis/non uidetur eſſe ꝑ ſe pars uniuerſalis definibilis: ſed materia nõ eſt ꝑ ſe pars niſi per accñs definitionis: igitur nõ eſt pars uniuerſalis definibilis niſi

Scd̃a ſol. ꝓpria in qua nota de uniuerſalibus.

Cõfirmatõ rõis

Pria auctoritas Cõ.xxvii.&.vi. Cõmento.xxi.

Secunda. Cõmen. xxxvi.

Tertia.

per accidens. Minor est diuulgata per scolas omnes Aueroicas/quas sectatur Ioannes. Ex his sequitur de mente Auerois/ ꝙ huic nomini cōpositum in uoce/scripto/uel in mente/nihil respondet ultra singulare: quod quidem nomen est uniuersale/ non quia sibi respondeat aliquod comune præter singularia quemadmodum/nec materiæ comuni præter singularem unam numero materiam aliquid correspondet in re: ut dicit Auerroes duodecimo metaphysicæ: sed bene potest illi nomini in mente respondere aliqua conceptio/quæ repræsentat mihi comuniter omnia indiuidua composita: homini autem uel animali/quæ sunt nomina comunia: bene respondet aliquid præter singularia apud Auerroem: ut pote forma: Nam hæc nomina concretiue sumpta in mente primo & per se repræsentant formam: secundario & per accidens composita indiuidua. Sed occurres/ quia Aristoteles demonstrat omne elementum esse transmutabile in quodlibet elementū per hoc medium/ quia omne elementū est compositum ex materia/forma/ & contrario: ut patet .ii. de generatione: uel igitur illud medium est singulare/ uel uniuersale: non singulare/quia de singularibus/& per singularia nihil scitur: igitur est uniuersale: & sic falsum est id quod dictum est. Præterea Aristoteles demonstrat intellectum esse immixtum/per hoc quia omne mixtum cū materia est corruptibile. Vel igitur sumit mixtum uniuersale uel singulare: & ut prius arguatur. Similiter Auer. utitur hoc medio cōtra Auic. qui tenebat cœlum esse compositū ex materia & forma: arguit .n. quia tunc esset corruptibile: & mediū est ipm uniuersale cōpositū: aliter rō sua esset ex singularibus. Præterea dubitatur cōtra fundamentū pōis/ quia pp quid illi nomini cōpositum non correspondet aliqd comune: & illi nomini hō uel animal sic: uidetur .n. ꝙ utrisq;/quia ambo sunt noīa cōia: quibus oportet correspondere significata cōia: maxime cū animal & hō prædicentur de singularibus cōpositis. Præterea hæc est uera/ oīs hō est cōpositus/& omne animal est cōpositū/& p se: igitur cōpositum erit uniuersale illis/quia nō omne cōpositū est animal. Amplius genus generū est corpus: ut dicit Auer. in lib. Porphyrii. Modo corpus est cōpositum. Insuper Auer. i. huius ait: uerbi gratia species hominis nō est forma eius tantum: ut Plato uoluit: sed congregatū ex materia & forma. Multa alia dicentur in .vii. huius de hac positione: nunc uero hæc sufficiant. Debes scire scd͞m hanc pōem/ꝙ quædam sunt nomina cōia: quæ significant p se primo formas/& scd͞ario cōposita ex materia & forma: ut animal/homo/equus/& id genus. Hoc .n. nomen animal principaliter significat formam: ueluti hoc nomen albū/ consequenter significat compositū/cuius illa est pars: ueluti albū consequenter significat subiectū. quædā sunt nomina cōia/quę principaliter significāt cōposita

Positio Auer. — Cōmen. xiiii. — Dubitationes. Prima. — Secunda. — Tertia. — Quarta. — Capite tertio. — Quinta. — Cōmento .ix. — Solutio.

ut hoc nomen compositum / uel hoc nomen congregatum / & hoc nomen mixtum / & id genus : consignificant uero secũdario formas illoꝝ. Tunc de mente Auer. dicendum est primo / q̄ nominibus primo modo in mente / uel scripto / uel uoce correspondet aliquod præter composita indiuidua : quod primo per illa significatur / uel præsentatur. Et hoc est forma / quam Auerroes ubiq̄ appellat uniuersale in potentia : ut patet duodecimo metaphysicę / & primo huius : & sic uniuersalia formalia nō sunt nomina tantum apud Auer. nominibus uero secundo modo sumptis nihil respondet nisi singularia : & sic uniuersalia composita sunt nomina in mente / uel scripto / uel uoce : nam in uoce uel scripto sunt nomina uniuersalia / quatenus significant singulare comuniter & nō discrete : in mente uero sunt uniuersalia / quia repræsentant singularia non discrete / sed comuniter. Nec est idem repræsentare aliquid comuniter / & repræsentare aliquod comune : ueluti non est idem significare uel repræsentare aliquale / & aliqualiter. Hæc enim dictio rationale significat aliqualiter : non autem aliquale : & sic hoc nomen compositum dicitur uniuersale in mente / quia repræsentat mihi hoc uel illud compositum comuniter : non autem discrete. Tunc ad dubitationes ad primam / secundam / & tertiam dico / q̄ medium est singulare comuniter conceptum / siue per nomen comuniter significans / uel comuniter p̄sentans sumptum : & tale non est impossibile esse medium demonstrationis. Demonstrat enim Auerroes intellectum nō esse numeratum & constitutum per corpus / quia tunc esset indiuiduum demonstratum : ubi constat indiuiduũ demonstratum non esse uniuersale : sed singulare comuniter / siue confuse conceptum. Solemus enim dicere / unus istorum decem equorum uicit prauium : ubi manifestum est illum terminum unus non sumi nisi pro uno singulari illorum : sed quia confuse accipitur / & per terminũ comuniter repræsentatiuum uel significatiuum / uidetur esse quid comune. Ad secundam principalem respōdet Auerroes / primo huius / & xii. huius : quia comunitas materiæ non dari potest / nisi in anima : quia est una numero essentialiter / & multa numero ut in potentia : Materia .n. non habet plures materias / numero distinctas / de quibus p̄dicari possit / cum una sit omnium materia : & propterea eius comunitas est potius receptionis / q̄ prædicationis : pluralitas autem materierum est per formas / non q̄ ipsa sit numerabilis. At comunitas formæ est extra animam : quia ipsa est uniuersale in potentia : quare illi nomini compositum in mente nihil respondere potest præter singulare / nisi in forma / & non materia : & ita non correspondet compositum præter indiuidua composita : cœteris uero nominibus / quæ principaliter formas significant : potest respondere aliquid præter indiuidua uidelicet forma.

Positio Aue. de uniuersalibus.

Cōmento. xiiii.

Cōmen. xvii.

Rep̄sentare qd comuniter.

Solu. rōum.

Cōmen. xvii.

Cōmento xiiii.

Ad tertiam principalem dico q quælibet illaꝝ est uera: quatenus ipsum compositum concipitur uniuersalius quolibet illoꝝ: non quatenus sit in se uniuersalius/ueluti uniuersalius concipitur indiuiduum demonstratum/q̄ animal: & tamen non est uniuersalius: Verbi causa omne animal est indiuiduum demonstratum: & tamen nō omne indiuiduum demonstratum est animal. Ad quartam dico/q genus generum est corpus/non ut sumitur a cōposito/sed a forma corporis: forma enim corporis est genus generum: Illi enim nomini corpus in mente quod est genus generum/non compositū/sed forma corporis præter indiuidua correspondet. Ad ultimam dico q uerbum illud est contra Platonem: qui tenuit speciem etiam seperatam scd̄m esse ab indiuiduis compositis: & contra hoc dicit speciem hominis esse compositam id est non seperatam a composito sed esse compositum per idemtitatem. Multa alia dicemus

Qōis definitio. in septimo de hac materia. Nunc uero tenemus tanq̄ probabile donec aliter occurret ip̄m corruptibile & generabile nulli uniuersali primo cōpetere/quia si alicui competat: maxime erit illi uniuersali/quod est cōpositum: sed demonstratū est/illud non esse uniuersale: sed indiuiduum per terminum cōem significatum in uoce: uel repræsentatum in men-

Sol. rōum Ioā. te: igitur nulli uniuersali primo competit. Tunc ad rationes Ioannis/dico ad primam q tales passiones non de uniuersali demonstrātur: sed de indiuiduo comuniter cōcepto: cuius potest esse scientia/& definitio:

Cōmen. viii. ut dicitur primo de anima. Ad secundam per idem negatur antecedens: ad probationem dico q illud est singulare comuniter/siue confuse conceptum: cui primo competit: & sic non ratione uniuersalis singulare p se est corruptibile: sed quatenus est singulare compositum. Ad tertiam negatur etiam eodem modo antecedens: ad probationem dico ut supra: q Socrates est corruptibilis/quatenus compositum: sed compositum est singulare per terminum comunem conceptū. Ad quartam negatur minor/quia illa sunt principia compositi indiuidui/non quidem discrete tenti: quia sic nullius alterius: sed cōiter atq3 confuse cōcepti uel significati. Per idem ad quintam dico q indiuidua sunt corruptibilia ratione compositi/siue ea ratione qua composita: & ulterius ratione sigularis nō discrete tenti: sed cōiter siue cōfuse cōcepti uel significati. Ad sextam p idem concedo maiorem/& nego minorem: quia ipsum compositum nō est uniuersale: sed indiuiduum per terminum comunem significatum/aut comuniter conceptum. Ad septimam dico q uniuersale nec est per se corruptibile: nec per se æternū/quia corruptibilitas & æternitas sunt conditiones existentis: modo uniuersale non existit nisi per sua supposita: & ita est corruptibile & æternum ob supposita. Ad formam negatur consequentia: ad probationem dico q non oportet si aliquod sit in-

corruptibile ob aliud: ut sit de se corruptibile: hoc enim habet locũ circa id quod per se existit: qualiter non est de uniuersalibus. Ad octauã dico ꝙ uniuersale nec est corruptibile per se nec incorruptibile: sed quatenus existit in suppositis: & propterea abstrahi potest a corruptibilibus: quia tale abstractum non est per se incorruptibile / nisi per accidens ut habet esse conceptum / & in anima: ut dicunt Peripatetici. Ex his sequitur ꝙ nullum uniuersale ut uniuersale est æternum / nec corruptibile / quia tales cõditiones sunt existentiæ: modo uniuersale non habet existentiam nisi ob indiuidua. Solent autem uniuersalia dici æterna propterea / quia habent esse cognitum perpetuum: etiam quia semper eorum supposita sunt: in quibus ipsa existunt. Vel dici potest subtilius ꝙ ęternum potest sumi bifariam: Vno modo pro eo quod existit in omni differentia temporis: & hoc pacto uniuersale non est per se æternum / quia talis æternitas non est nisi existẽtis. Alio modo potest capi æternum priuatiue pro eo quod in nulla differentia temporis deficit: & hoc pacto uniuersale potest esse per se æternum: quia ea ratione qua uniuersale in nulla differentia temporis deficit: nec æternitas hoc modo est conditio existentis. Ex his patet qualiter uniuersalia sunt per se æterna & incorruptibilia hoc modo: per accidens aũt æterna & corruptibilia alio modo. Hæc Ioannes non animaduertit. Et de dilucidatione hactenus. Excerptum. Excerp. de æternitate ulium.

¶ Caput solutionum quintum.

Tunc ad rationes factas in principio: ad primã patet solutio / quia Ari. loquitur de praxe & generatiõe. modo intellectio nec est praxis / nec generatio. Ad secundam respondent Exteri ꝙ subiectum ipsius moueri singularis est singulare / & tunc negatur ab eis scd̃a consequentia: quia nec hoc nec illud moueri scitur: quia hoc & illud non nisi singulari cõpetit: tamen ab hoc & ab illo atq; etiam ab omnibus moueri potest abstrahi unum comune moueri quæ est passio per se prima alicuius subiecti in scientia: utpote subiecti naturalis philosophyæ. Hanc solutionẽ probant / quia ipsum moueri inest uniuoce pluribus / & non uni per alterum: nec alteri per alterum: igitur eis inerit per tertium: cui per se primo cõuenit. Hæc exteri. Sed quidam obiciunt / supponendo ꝙ est differentia inter accidens comune & proprium: quoniam accidens propriũ fluit a principiis speciei: & per se primo competit uniuersali: sed accidens comune primo fluit a principiis indiuidui: & primo competit singulari. Tunc arguunt ꝙ si esset ut Exteri dicunt: nulla differentia esset inter accidens proprium & comune: quia ab hoc moueri & ab illo moueri per eos abstrahitur unum comune moueri: quod competit subiecto uniuersali per se primo: & ita esset accidens proprium. Respondẽt nouissimi fautores / ꝙ per moueri comune non actum / sed aptitudinem Solu. ad primã. Solu. ad scd̃am Exteroꝝ. Obiectio. Solu. Nouissi.

est intelligendum: nam ipsum moueri sumptum pro actu est accidens per accidens: & de hoc concludit ratio illorum: Sumptum autem pro aptitudine/sic est accidens proprium: hoc pacto est intelligendum quando dicitur ab hoc moueri & illo esse abstrahibile unum comune moueri/quod competit per se primo subiecto naturalis philosophyæ. Sed hæc solutio est fuga/& nõ ad mentem auctoris/quem enituntur defendere. Primo/quia auctor loquitur de moueri: quod est actus & operatio/quia de illo deducit q͂ si competeret singulari: non esset scibile. Vnde auctor quem defendunt arguebat/si actus & operatio sint circa singulare: tunc singulare esset subiectum illorum: & ita isti tales actus non essent scibiles: cui auctor respondit q͂ sunt scibiles quatenus abstrahitur unum comune omnibus/quod competit alicui subiecto comuni. Si igitur illud comune non ab actibus esset abstrahibile: sed ab aptitudinibus/ut dicunt nouissimi: tunc adhuc argumentum staret/uidelicet q͂ actus illi ut motus/& tales non essent scibiles. Præterea auctor in glosando propositionem dicit q͂ uera est propositio Arist. de actibus transeuntibus: & hoc secundum q͂ existunt in rebus: & habent esse existentiæ: nõ aũt sedm quod considerantur ab intellectu & habent esse cognitum: & exponens se dicit/dixi autem ut existunt in rebus extra: & non secundum q͂ considerantur ab intellectu: quia actus uniuersalis/& cõsideratus ab intellectu/respicit obiectũ uniuersale/& remittit se ad id quod dicet inferius respondendo: ecce quod loquitur de actu/& non de aptitudine. Præterea ratio auctoris procedit de actu: arguit enim/quod inest multis uniuoce & non uni per alterum oportet q͂ primo insit uni comuni illis per cuius naturã insit illis multis. Minorem assumit de actu: & dicit omnis enim actus ut uniuersalis & in consideratione intellectus existens est circa obiectum uniuersale/& nõ singulare: & remittit se ad illud qđ dixit glosando propositionem. Ex his clare constat istos nouissimos non soluisse/sed euasisse. Propterea dico iuxta Peripateticorum determinationem/q͂ actus discrete sumptus inest singulari discrete sumpto/fluitq͂ a principiis illius: actus uero comuniter & confuse sumptus/competit primo singulari comuniter atq͂ confuse sumpto/ut cõposito: qđ quidem est singulare/sed per terminum comunem significatur/atq͂ cõcipitur uniuersaliter: & de singulari hoc pacto accepto esse possunt demõstratiões & definitiones: ut diximus: & ita rõ nõ procedit. Ad tertiã respondent Exteri negando ultimam consequentiam: nam potentiæ nõ distinguntur per obiecta sub quauis unitate: sed sub unitate generis/de quo erit statim disputatio sequens: & sic color nõ distinguit uisum ab auditu per rationem singularitatis: sed per naturam comunem omnibus coloribus. Et si petatur ab eis quæ sit hæc natura cõis/generis

Confutatio.

Solu. propria.

Quæ de ulibus tradunt Exteri.

Cōmento•ix• Auer•iii•de anima: ſed Metaphyſicus ponit differentiam inter ſubſtantiam materialem & immaterialem: inter intelligētiam & orbem: igitur cōſiderat ambo: & ut dixi de his / ita de omnibus • Septimo eiuſdem ſcientię eſt conſiderare genera & ſpecies: ut patet primo poſterioꝝ: ubi dicitur ꝙ ſcientia eſt una / quæ eſt unius generis ſubiecti ſpecies & paſſiones conſiderans • Sed Metaphyſicus cōſiderat decem reꝝ genera: igitur omnes illoꝝ ſpecies: & ſic omnia• Octauo accipio quidditatē lapidis in illo priori / in quo præcedit omnem motum: & quæro ad quam ſcientiā ſpectat: non ad naturalem / quia: ut dicitur ſecundo phyſicorū / quæ amplius nō mota mouent nō ſunt phyſi•conſiderationis: nō ad Mathema• ut patet: igitur ad Methaphyſicum: & ut dixi de lapide: ita de cœteris dici poteſt: quare Metaphyſici erit conſiderare omnes quidditates reꝝ in particulari • In oppoſitum uidetur textus / qui dicit: primum itaq; extimamus ſapientem omnia ſcire: ut contingit: non per ſingula ſcientiā ipſoꝝ habentem. Hęc Ariſtoteles• Vbi patet eum uelle Metaphyſicum non conſiderare rerum quidditates in particulari: ſed in uniuerſali •

¶ Caput tituli ſecundum •

Quid Metaphyſicus ſit / patuit in proœmio huius libri / etiā & in textu• Sed quid quidditas / non eodem modo ab omnibus intelligitur • Exteri

Quid Exteri dicāt eē qdditatē• dicunt ꝙ quidditas alicuius eſt formalis ratio alicuius: cum quo eſt conuertibilis: includēs aliquid aut incluſa in aliquo quidditatiue • Sed iſtud

Confutatio• in ſcolis noſtris eſt anathema: & his conuenit illa cautela / quæ eſt pro reſpōdente / quæ dicit ꝙ ſi opponens utitur uerbis obſcuris cęlandi gratia: debemus dicere ſibi: ut declaret ſe ipſum: hoc enim aſſerit Ariſto• viii• Topicorum de cautelis reſpondentis: Quare abiuro hos: ut dicant

mihi quid uelint dicere: Et q; hæc definitio sit confusio: patet primo / quia ratio formalis aut est definitio/aut pars definitionis: & omnino ratio formalis non potest esse quin sit ratio: Modo ratio apud Gręcos & definitio idem est: sed definitio non est quidditas: ut dicitur vii. Meta. sed est uel instrumentũ inducens intellectum ad intelligendum rerũ quidditates: aut sermo significans rerum naturas: igitur quidditas non est definitio/sed per definitionem significata: & ita non erit ratio: & p consequens nec ratio formalis. Secundo uidetur q; sit data p æque ignota: nam æque ignota sunt mihi quid sit quidditas/& includi / uel includere quidditatiue. Si igitur dicitur quidditatem esse quæ includit uel includitur quidditatiue in aliquo: adhuc restat quærere quid sit quidditatiue includere/aut includi. Ecce quomodo confusio est. Alii istius factionis dixerunt quidditatem esse rationem obiectiuam rei/qua res est formaliter intelligibilis. Et isti sunt coniurandi: ut debeant dicere quid uelint. Etiam est confusio: primo/ quia tunc accidentia haberent per se quidditates: quia rationem habent obiectiuam / qua sunt formaliter intelligibilia/quod Peripatetici negarent: ut patebit in septimo. Secundo tunc substantiæ seperatę haberent quidditatem: hoc est falsum/quia: ut dicitur in viii. substantiis illis non conuenit quidditas: quod Auer. sumit: Præterea uidetur hæc definitio esse eiusdẽ per idem/quia idem est eẽ rationem obiectiuam: & id quo formaliter res intelligitur. Omnis enim ratio obiectiua est id quo formaliter res intelligitur: & omne id quo formaliter res intelligitur est ratio obiectiua. Et sic idem per idem: & nihil in ea ponitur loco generis. Aliter igitur Peripatetici definiunt quidditatem: Dicunt enim q; quidditas cuiusq; rei est forma / quæ per definitionẽ illius est explicabilis: ut patet vii. huius: ppea aliud est quidditas/aliud habens quidditatem: Quidditas enim est forma compositi alicuius per nomen comune concretũ significabilis / & per defitinionẽ illius nominis explicabilis: & hoc pacto forma hominis: quæ per istud nomen homo significatur est omniũ hominũ quidditas. Similiter forma animalis/quæ per nomen animal significatur dicitur quidditas. Habẽs uero quidditatem est bifarium/aut id quod per nomen singulare significatur: ut Emeleus/& Entelechus. Aut id quod per nomen comune significatur: ut compositũ humanum/compositum animale/& id genus. Hæc colliguntur ab Auero. in.vii.huius pluribus in locis. Considerare quidditates rerũ compositarũ: potest esse dupliciter: in particulari/siue in speciali per prædicata propria / quæ sunt contracta ad determinatum genus/determinatamq; differentiam: ut si consideretur homo inquantũ animal rationale mortale: & quo ad passiones/quæ ab his fluunt. Aut possunt quidditates talium rerum considerari in uniuersali: hoc est per

Cõmento.xlii.

Alia definitio quidditatis.

Confutatio.

Cõmen.xvi.

Quid quidditas apud Peripa.

Cõmento.xvii.

rationes transcendentes determinata genera: ut si cõsideremus ipsum hominem: ut ens/ut unũ/ut in actu/ut substantia/& id genus. hec de tit·

¶ Caput positionũ tertium ·

Prima positio· Sorticolæ censere ita esse de Metaphisica respectu cœterarũ scientiarũ: ueluti de sensu comuni respectu cœterorũ sensuũ exteriorũ: nam ut sensus comunis considerat & appræhendit omnia quæ cœteri appræhendunt: & adhuc aliquid ultra; utpote differentiam & conuenientiã illorum/sic Metaphysica appræhendit atq; considerat omnia/quæ considerant omnes speciales scientiæ: & adhuc amplius/quia considerat quædam comunia/quæ aliæ non considerant: Adhuc substantias abstractas/quas alię non considerant: differentiam & conuenientiã oĩum consideratorũ/quę aliæ non considerant· Huius positionis uidetur esse Egidius bonus Peripateticus in quæstionibus huius libri/qui ad uerbum fere dicit hæc· Mouentur aũt primo quia hæc scientia dicitur comunissima/quod non esset/nisi consideraret omnia ea quæ cœterę considerant· Si enim solum ens/& omnia inquantum ens consideraret: utiq; de paucis cõsideraret· Amplius dicitur in littera q; hęc scientia ordinat omnes alias/ueluti princeps cœterarũ: igitur cognoscit omnia quæ cœteræ cognoscunt: nam regens per cognitionem/nihil regit quod nõ cognoscit: igitur si regit cunctas: oportet ut omnia cõsideret· Tertio omnis scientia/quæ cõsiderat & habet probare principia omnium scientiarum/si negantur: cõsiderat omnia omnium scientiarũ/quia ex principiis dependent omnia alia: sed Metaphysica probat omnia principia omniũ scientiarũ/si negantur: ut dicitur primo Physicorũ/dicitur enim Phylosophiã habere hunc respectum: igitur considerat omnia scibilia: Et sic nõ modo quidditates particulares in particulari: sed omnia accidentia per se/quæ fluunt ab illis·

Obiectiones· Hæc Sorticolæ· Sed contra hanc positionem solet obici primo/quia tunc liber Metaphysices esset longus: quia omnia debent tractari in illo: modo uidemus librum hunc ualde breuem· Secundo tunc cœterę scientiæ speciales: ut Physica & Mathematica superfluerent: deduco/quia quæcunq; illæ considerant: etiam Metaphysica considerat: igitur superfluunt: & hoc faciunt Achillem·

Solutio· Pro defensione debes scire q; diuersæ scientiæ esse possunt/uel ob differentiam modorũ sciendi/uel ob differentiam rationũ appetendi· Dico igitur q; quidditates rerũ in particulari possunt duplici modo sciri: uel quo ad prędicata particularia/& eas affectiones/quæ fluunt ab illis sistendo in tali gradu cognitionis: Aut possunt sciri particularia hæc prædicata/atq; affectiones tales non sistendo in tali gradu/sed resoluendo illa ad prædicata cõmuniora atq; affectiones ab illis cõibus fluentes: uerbi causa: possum scire uno modo ignem inquantum est ælementum calidum & siccũ: & quatenus est

leuius & actiuius cœteris: est enim scire ipsum quo ad prædicata in particulari quidditatiua / & quo ad passiones / quæ fluunt ab illis prædicatis particularibus: & sic possum scire ignem in particulari tantum / sistendo in cognitione particulari: & possum scire ipsum hoc pacto / sed non tantum: immo resoluendo ipsum ad prędicata comuniora / & ad passiones cões: ut q̃ sit substantia nobilior cœteris ælementis / quod sit simplicius ens cœteris / & id genus. Dico igitur q̃ scire rei quidditatẽ in particulari sistendo in illa cognitiõe / est unus sciendi modus: Scire rei quidditatem in particulari resoluendo illam ad comunia est alius sciendi modus. Tunc dico q̃ propter duo non superfluunt Physica & Mathematica: primo / quia licet quæcunq; hæ cõsiderant / Metaphysica etiam considerat: non tamen eodem modo considerandi: Illæ considerant rerum quidditates in particulari sistendo in tali cognitione tantum: Metaphysica in particulari illas resoluendo ad prædicata comunia: modo hæ sciendi rões differunt: & per consequens non superfluunt cœterę. Et cũ dicis metaphysicus scit in particulari / & scit in uniuersali: igitur aliæ superfluunt / quæ considerant in particulari tantum. Dico q̃ scit in particulari & in uniuersali / sed non in particulari: ut sciat in particulari: sed ut resoluat ad uniuersalia: at cœteræ sciẽtiæ sciunt in particulari: ut sciant in particulari: igitur nõ superfluunt. Huius exemplũ est in quinq; sensibus & in sensu comuni: sensus enim comunis appræhendit quinq; obiecta omnium sensuum: & cum hoc ultra: modo ad quid alii sensus si iste comunis appræhendit omnia obiecta illorum. Propterea dicitur q̃ comunis sensus est / ut appræhendat illa / & non tantum: sed differentiam & conuenientiã illoꝝ: cœteri sunt ut appræhendant illa quinq; tantum: & ita non superfluunt. Ad propositum dico q̃ scientiæ particulares sunt: ut appræhendant quidditates in particulari tantum: Metaphysica ut illas appræhendat in particulari & non sic tantum / sed resoluendo illas in comunia: eo quia differt scire quidditatem rei confuse non resoluendo illam / & scire illam distincte hoc est primo confuse / sed non ut confuse sciat / sed ut resoluat & distinguat illam. Secunda causa esse potest differentia rationum appetendi: nam intellectus humanus potest appetere scire quidditatem rei in particulari confuse / hoc est sistendo in tali cognitione: & ad hoc seruiunt scientiæ pticulares: & potest appetere scire quidditatẽ rei in particulari: ut resoluat & distinguat in uniuersalia: & ad hoc est instituta Metaphysica: igitur scientiæ particulares ponunt finem in cognitione quidditatum in particulari / quia sciunt in particulari illas: ut sciant in particulari & confuse. At Metaphysica cognitionem illam particularem attingit non ut finem: sed ut resoluat illam & distinguat usq; ad distinctissime cognita. Tunc ad ob- Ad formam.

iectiones: ad primam dico ꝙ liber est breuis/quia quidditates rerum in particulari sunt consideratæ in particularibus scientiis: ideo non oportuit repetere. Sat aũt est/ quia Metaphysicus potest illas considerare: quemadmodũ & cœteræ scientiæ: dato ꝙ nunc nõ consideret: hic enim solum considerat ea comunia/in quæ quidditates illæ sunt resolubiles/ quæ aliis in scientiis non erant tractabilia: Vnde in particularibus scientiis sunt consideratæ quidditates in particulari duplici habitu. Phy.s.& Metaphy. Physi.quidẽ intentione habita ad illas:ut sistatur in illis: Ad habitu Metaphysico/non intentione habita ad illas: ut sistatur in illis/ sed ut in libris Metaphysicæ resoluantur ad comunia: & sic nõ oportet repetere in his xiiii. libris. Ad secundam negatur consequentia: quia cœteræ sunt institutæ pro appetitu rationali: quo intellectus potest appetere scientiam illaꝝ confusam ut in particulari: & pro appetitu quo põt scientiam illaꝝ appetere distinctam/quod fit sciendo in particulari non ut sciantur in particulari/sed ut resoluantur in uniuersalia: atq; distinctissima: & ita non superfluunt. Alii dixerunt ꝙ Metaphysicus considerat quidditates rerum in particulari/ & affectiones proprias quæ primo ab illis fluunt. Cœteræ considerant quidditates non quo ad prædicata/quæ competunt illis ut quidditates: nec quo ad accidentia quæ fluunt ab illis per se primo/sed quo ad prædicata/ quæ non competunt per se quidditatibus: & quo ad accidentia/quæ fluunt a talibus prædicatis: Verbi causa Metaphysicus considerat hominẽ ut homo: & quo ad prædicata/quę competunt hõi ut homo: & quo ad passiones/quæ fluunt ab illis prædicatis: naturalis considerat hominem/ut mixtus/& id genus: & quo ad prædicata & accidentia/quæ sibi competunt ut sic. Hæc uidetur intentio Auer.xii.huius: ubi ait: sic igitur intelligenda est communicatio istaꝝ duaꝝ scientiaꝝ in considerando principia substantiæ.s.ꝙ naturalis declarat ea esse scd̃m ꝙ sunt principia substantiæ mobilis: phylosophus ut sunt principia substantiæ: uide. Præterea etiam in vii. huius: ubi dicit: & res naturales in hoc sunt ecõuerso Mathematicis: quidditates enim naturalium non possunt intelligi sine motu & sensu: sicut possunt intelligi quidditates Mathematicoꝝ. Ex quibus patet ipm̃ uelle in naturali scientia esse considerandas quidditates non absolute: sed quo ad prædicata/quæ non competunt sibi per se primo. Hæc positio est Simplicii/Alexandri/& Auicennæ expresse. Sed solent obicere huic positioni primo/quia tunc cœteræ scientiæ essent de ente per accñs. Hoc esse impossibile enituntur probare innumeris captionibus: sed quia uana est probatio: omitto. Secundo nulla scientia/quæ per se diuidit aliquod genus scientiæ est de aliquo uno per accidens: sed naturalis & mathematica sunt scientiæ primæ diuidentes primo genus scientiæ specula-

Scd̃a positio.

Cõmen. quinto

Cõmen.xxxix.

Obiectiones.

tiue: igitur non possunt esse de ente per accidens: minor est Aristotelis sexto huius. Tertio de eo quod nō est unum per se: nulla demonstratio esse potest: sed ens per accidens non est unum per se: igitur nec demonstrabile: & ita ad nullam scientiam spectat: quare scientiæ speciales considerabunt quidditates per se: & ea quæ fluunt a quidditatibus per se. Multæ aliæ captiunculæ fiunt / quæ nihil sunt ad rem. Pro defensione huius positionis debes scire ꝙ tam Mathe. q̄ naturalis considerat per se primo habens quidditatem/ut per terminū cōem concipitur: Nam subiectum in naturali phya est corpus naturale / uel mobile: subiectum Mathe. est corpus quantum. Modo hæc sunt composita per terminos comunes in mente uel uoce concepta: & ita nō sunt quidditates/sed habentia quidditates: quia (ut diximus) quidditas est rei forma per definitionem explicabilis. Ex his sequitur ꝙ eiusmodi scientiæ per se primo non quidditates/sed habentia quidditates considerant: & quicquid per se continetur sub talibus: & omnia quæ fluunt per se a talibus: ut motus/generatio/& id genus: & principia talium: ut materiam & formā/ & priuationē. Tunc dico ꝙ quidditates particulares: ut homo & equus quæ sunt quidditates significatæ per modum totius: possunt considerari quo ad ea prædicata/quę sibi competunt ad rationem eoꝝ quę habent quidditatē: ut inquantum composita/mixta/corpora animata/uiua/ & huiusmodi: Et quo ad passiones/quæ sibi insunt rōe talium: ut quo ad generationem/motum/uitam/& id genus: & possunt cōsiderari quoad ea prædicata quæ sibi insunt ratione quidditatis: ut quatenus animal / rationale/& quo ad passiones/quæ fluunt ab his prædicatis: & ut uno uerbo dicam homo potest considerari: ut compositus/& mixtus/ & id genus: & uniuersaliter sub ratione/qua habet quidditatem & formam: & potest considerari ut homo/ut animal: & quo ad prædicata quæ insunt sibi ratione formæ & quidditatis. Similiter potest considerari quo ad passiones/quæ insunt sibi: ut est habens formam & quidditatem: & quo ad passiones quæ sibi insunt per prædicata quidditatiua. Tunc dicerem naturalem & Mathematicum considerare quidditates/ non quatenus sunt quidditates / sed quo ad prædicata quæ sibi competunt ratione eorum/ quorum sunt quidditates. Metaphysicum autem cōsiderare illas ut quidditates / & quo ad prædicata / quæ sibi competunt ut quidditates / & passiones fluentes ab illis ut sic: Verbi causa naturalis considerat hominem ut compositus/ ut mixtus / & quo ad prædicata / quæ sibi competunt ut habet quidditatem/& quo ad passiones quæ fluunt ab his. Metaphysicus uero considerat hominem quidem: ut homo ut animal/ut rationale: & quo ad prædicata / quæ sibi hoc pacto quidditatiue insunt / & quo ad passiones / quæ fluunt ab his prædicatis:

Defensio.

ut quatenus eſt capax beatitudinis/ut perfectius animal/ut capax diſci- plinæ/& id genus: quare Metaphy· cõſiderat quidditates in particulari & accidentia quidditatũ: naturalis & Mathe· conſiderant per ſe ea quæ habent quidditates in particulari: & accidentia quæ fluunt ab his · Ex his patet ꝙ nõ ſuperfluunt cœterę ſcientiæ: nec oportet eſſe librum Me taphy· longum: quia per accidens in libris particulariũ ſat dixit de illis quidditatibus· Dixit·n· de illis duplici habitu/quia dũ conſiderauit illas quo ad ꝑdicata quidditatiua/ habitu metaphyſico inceſſit: dum conſide rauit illas quo ad ꝑdicata/quæ cõpetunt eis rõe habentiũ quidditatem: habitu Phy·uel Meta·proceſſit· Fuit aũt cõnexa hęc tractatio: ut habea tur facilius ſcientia. Tunc ad rationes oppoſitas: ad primã patet ꝙ cœ- terę ſcientię non ſunt de ente ꝑ accidens: quia ſunt de eo qđ habet quiddi tatem & de accidentibus ꝑ ſe illius: de quidditatibus uero bene ſunt per accñs/quia nõ de illis pertractant niſi quo ad ꝑdicata quę ſibi cõpetunt/ ut ſunt eoꝝ quæ habent quidditaté: Sat·n·eſt illas eſſe de proprio con- ſiderato per ſe: nõ·n·eſt impoſſibile in ſcientia tractare multa per accñs/ quatenus tractatur aliquod per ſe· Per idem ad ſcdam & ad tertiã natu- ralis & Mathematica diuidunt ſcientiam per ſe & ſunt ſcientiæ per ſe de propriis ſubiectis / cum quo ſtat poſſe eſſe de multis per accidens: ut de quidditatibus · Amplius habens quidditatem ut compoſitum uel mi xtum & ſua accidentia per ſe non ſunt aggregata per accidens/ quia per ſe mixtum eſt corruptibile: poteſt enim demonſtrari hoc per prædicata quæ competunt per ſe mixto: tamen homo ut homo nõ eſt mixtus/ nec corruptibilis: quia ut homo ſignificat rationalem animam / cui hæc nõ competunt per ſe: ideo quando cõſiderantur de homine corruptio & ge neratio & ſexus/& id genus: hæc conſiderantur de illo non quatenus ſi- gnificat quidditatem/ſed quo ad ſecundarium ſignificatum ut compo- ſitus/ut mixtus/& id genus · Hæc dici poſſunt pro defenſione illius opi nionis/cui forte hoc pacto intelligendo conſentiret Auer· Hæc de poſi·

¶ Caput dilucidationis quartum ·

An quidditates reꝝ nãlium cõſi derẽtur a Meta phyſico.

Nunc oportet dilucidare poſitionem Peripateticorũ/ & primo dicemus de quidditatibus rerum mobilium · Secundo de ſubſtantiis ſeperatis · Tertio de ipõ intellectu hominis· Quantũ ad primũ ſupponamus ex cõ ſenſu omnium Peripateticoꝝ rationem conſiderandi in hac ſcientia eſſe

Prima ſuppõ·

ens abſtractũ a materia: & intelligo per ens abſtractũ a materia/ſiue ſit abſtractũ per eſſentiam/ut ſubſtantiæ ſeperatæ: ſiue ꝑ participationem atq; indifferentiam ad ens abſtractum per eſſentiam/ & ad ens concre- tum cum materia: Dicitur autem ens abſtractum ratio conſiderandi in Metaphyſica: aut quoniam quicquid in illa conſideratur eſt abſtractũ hoc pacto: aut quia nihil conſiderari poteſt/ niſi ſub huiuſmodi ratione

collígitur hæc ſuppoſitio: ut dicebamus in ·vi· huius prope principium. Ex hac ſuppoſitione ſequitur / ꝙ prædicata ſunt in triplici differentia: quædam ſunt quæ attribuuntur mālibus tantū; & nullo mō neq; uere / nec attributiue pn̄t cōpetere immālibus: ut ſunt corpus / māle / nāle: & id genus. hęc·n· nec uere / nec attributiue pn̄t immālibus cōpetere. Quędā ſunt quæ immālibus cōpetunt: quæq; nec uere / nec attributiue pn̄t mālibus accōmodari: ut intelligere p ſuā ſubſtantiā / eſſe īmateriale / eſſe intellectum / & id genus. Quædā ſunt indr̄a / quæ pn̄t utriq; generi attributiue uel analogice ſaltem accōmodari / ut ſunt unū ens / & cōiſſima: itéq;·x·gn̄a: hæc·n· ſaltē analogice pn̄t eſſe attributa ſubſtantiaꝝ ſeperatarum: Poteſt·n· illis cōpetere per analogiā genus ſubſtantię: etiā genus omniū accidentiū: nō aūt oēs ſpecies generū: nō·n· illis pōt accōmodari corpus / neq; aliquid ſub corpore: nec illis pōt accōmodari habitus / uel diſpō / & breuiter licet ·x· gn̄a illis accōmodari poſſint: nō aūt oēs ſpēs omniū generꝝ. Scd̄o ſuppono ꝙ quædā ſunt prædicata quæ p ſe primo mō cōpetunt aliquibus uel ſaltē p modū primi modi: quædā ſcd̄o mō / uel per modū ſcd̄i modi: & hæc ſiue ſint de his quæ cōpetunt tantū materialibus / ſiue tantū immaterialibus / ſiue cōpetunt indifferēter. Ex his ſequitur dilucidatio. Dicimus enim primo ꝙ metaphy. nō cōſiderat qdditates reꝝ mālium in pticulari: hoc eſt / quia nō cōſiderat res ipſas / nec quo ad p̄dicata primi / uel quæ cōpetunt p modū primi / nec quoad prędicata ſcd̄i modi / nec quæ cōpetunt p modū ſcd̄i modi in pticulari / & intelligo in pticulari: hoc eſt quo ad illa quę cōpetunt rebus mālibus tātū. Erigatur igitur ad mentē Peripa. prima cōcluſio ꝙ Metaphy. nō conſiderat res materiales quo ad p̄dicata quæ ſibi cōpetunt tantū / nec primi nec ſcd̄i modi: Sed naturalis illas hoc pacto cōſiderat: & hoc ſonat ꝙ metaphy. nō cōſiderat quidditates reꝝ materialiū in particulari: cōſiderare enim quidditatē reꝝ materaliū in pticulari nihil aliud eſt niſi cōſiderare p̄dicata uel primi uel ſecundi modi / quæ ſibi tantū cōpetunt / & nō ſubſtantiis ſeperatis. Scd̄a concluſio Metaphy. cōſiderat quidditates rerū materialiū in uniuerſali: intelligendo ꝙ cōſiderat oēs res materiales quo ad p̄dicata uel primi uel ſcd̄i modi / quæ rebus materialibus indifferēter / & ſubſtantiis ſeperatis competunt. Prima concluſio probatur ex ſuppoſitione prima / quia Metaphyſicus quicquid conſiderat / conſiderat uel quia eſt ens ſeperatum / uel ſub ratione entis ſeperati: Sed prædicata illa quæ competunt materialibus tantum non ſunt ſeperata / nec ratione ſeperata participantia: igitur a Metaphyſico non poſſunt conſiderari: & ita relinquitur ꝙ conſiderantur a ſcientiis ſpecialibus. Hæc concluſio eſt pro mente Auer. primo auſcultationis Phyſicæ: ubi inquit ꝙ intentio prima Ariſtotelis non eſt contradicere opinionibus falſis in hac ſcientia

Secūda ſuppō.

Prima cōcluſio

Secūda conclu.

Cōmento·xi·

sed declarare substantias/& quidditates reꝝ naturalium · Secunda etiã conclusio ex dicta suppositione etiam declaratur : ea ratione possunt cõsiderari res materiales a Metaphy · sub qua non aufugiunt rõem conside randi Metaphysices: sed considerando res naturales in uniuersali:hoc est quo ad prædicata in differentia non aufugiunt : immo subeunt rationẽ Metaphy·considerationis : igitur ut sic possunt cõsiderari in Metaphy·
Cõmen·xxi. Hæc secunda conclusio est pro mente Auerro·ii·auscultationis Physicæ: ubi inquit/consideratio enim de materia in respectu formæ est consideratio naturalis/ac consideratio illius sc͞dm quod est unum entium est cõsideratio primi phylosophi : ubi patet ꝙ pro tanto dicit materiã esse de consideratione Metaphysici pro quanto subit rationem considerandi in Metaphy·& sic patet conclu· nostra · Hæc etiã est pro intentione Ari· in textu dicentis sapientem esse qui considerat omnia : ut contingit/& se exponens ait : quia non considerat per singula : & ita uelle uidetur ꝙ res omnes considerat in uniuersali hoc est sub rõne conuenienti Metaphy· & quo ad illa prędicata/quæ cõpetunt illis sic indifferenter: ut diximus·
Cõmento·vi· Præterea Auer ·ii· huius prope finem inquit : consideratio uniuersalis in omnibus causis in eo ꝙ sunt causæ/est huius scientiæ : & Ari q̃uis utatur hic demonstrationibus scientiæ naturalis : inducit tamen eas uniuersalius : quoniã quanto fuerit demõstratio uniuersalior/tanto magis erit huius scientiæ propria/& reliqua · Præterea·iiii·huius inquit : & cũ istę
Cõmento ·v· qões & sui similes sint accía unius in eo ꝙ est unum : & accía entis in eo ꝙ est ens : non accía unius in eo ꝙ est unus nũs/aut una linea/ aut unus ignis : neqꝫ accía eius in eo ꝙ est ens nũs / aut ens linea / aut ens ignis : manifestũ est ꝙ scientia quæ debet declarare ens sc͞dm ꝙ est ens / & unũ sc͞dm ꝙ est unũ : debet scire quid est unũ sc͞dm ꝙ est unũ:& quid est ens sc͞dm ꝙ est ens: & quę sunt accña essentialia & propria eis/& hanc dixit Paulo ante esse Meta· in quibus uerbis patent ambæ cõclusiones · Am-
Cõmen, primo. plius xii· Meta. hoc idẽ indicat dicens auctoritate Alex· intentionẽ Ari· esse loqui de ente in eo ꝙ est ens: & de causis & principiis eius/& sic uide
Excerptum· tur uelle rõem cõsiderandi esse uniuersalẽ · Ex his omnibus patet primo Meta·nõ considerare reꝝ materialiũ quidditates in particulari/id est nõ considerare res mãles quo ad prædicata illis propria tantũ · Sc͞do patet Meta· cõsiderare reꝝ mãlium q͞dditates in uniuersali : hoc est cõsiderare res ipsas mãles quoad prędicata cõia/quæ in differentia sunt mãlibus & immaterialibus . Hęc sine dubio est intentio Auer·& uidetur mens Ari· ubiqꝫ . Hæc est exp̃ssa mens The·i·phy· in proœmio : ubi ait : p̃ntis aũt opis summa intentio est ea docere/quę uniuersaliter insunt rebus nãlibus quatenus nãles sunt / & reliqua· Hęc est Alber·etiam intentio/& exposi· Tho · ut patet in eoꝝ expositionibus·Hęc de dilucidatione primi quęsiti·

Et de secundo nunc agamus: Dixerunt quidam absolute / q̄ metaphy. considerat quidditates substantiarum seperatarum non solū in uniuersali / sed particulari. Quod quidem quidditates substantiarum seperatarū in uniuersali cōsiderentur a Metaphysico: dicunt neminem in hoc dubitasse / quia quidditates illarum sub ratione uniuersali includunt rationem subiecti ut entis uel substantiæ / & passionū eius. Amplius ut sic sunt species primæ entis: Modo eiusdem scientiæ est considerare subiectū & primas eius species: ut dicitur .ii. de anima. Quod uero quidditates illarum in particulari considerentur a Metaphysico: probant / quia proprium est metaphysicæ considerare abstractū a motu & a materia sensili: ergo ad illam maxime pertinebit considerare illorum quidditates / quæ sunt per essentiam seperatæ: cuiusmodi sunt quidditates substantiarum seperatarum. Sed hæc positio non est peripatetica: primo / quia substantiæ seperatæ non habent quidditates / quia tunc essent definibiles: & ita essent in genere contra Auerroem maxime secundo cœli. Amplius si haberent quidditatem haberent formam: & ita essent cōpositæ ex materia & forma: ut dictum fuit. Secundo principaliter quæro quid per quidditatem substantiæ seperatæ intelligunt: uel essentiam substantiæ seperatæ: uel id quod per definitionem illius explicatur / hoc est per quædam prædicata quæ illi per modum primi modi insunt: ex quibus fluunt etiam alia / quæ per modum secundi modi insunt. Si per quidditatē substantiæ seperatę intelligunt essentiam; tunc apud eos non ad Meta. illa spectat / sed ad Theologū. Amplius essentia substantiæ seperatæ per nihil reptū in sensibilibus potest colligi: igitur non potest considerari ab aliquo artifice doctrinaliter. Si uero per quidditatem intelligant id quod per definitionem hoc est per quoddā aggregatū ex pluribus conceptibus quidditatiuis: explicatur / ut ipsi tenent: nam uolunt posse colligi ex sensibilibus conceptus quosdam quidditatiuos: in quorum aggregatione consistit quasi definitio: quæ est explicatiua quidditatis: & etiam quosdam per modum qualitatiuorum conceptuum / qui uidentur fluere a primis: Verbi causa in deo conceptus perfectissimus / siue definitio perfectissima est qua concipitur / ut ens simpliciter infinitum: Hæc enim colligi potest ex sensibilibus: in aliis definitio erit qua cōcipitur / ut substantia immaterialis: hæc etiam colligi potest ex sensibilibus. Si igitur p quidditatem uelint id / quod per eiusmodi definitiones explicatur: tunc non tantum ad Metaphysicum spectabit illius consideratio / sed ad Physicum: Deducitur / quoniam ex sensibilibus colligi potest unus conceptus uel una definitio: qua deus concipitur / ut primus motor simpliciter: & sub hac ratione non ad Metaphysicum / sed ad Physicum ipsum spectabit. Amplius potest colligi unus conceptus siue una definitio qua

Prima pō de cōsideratiōe quidditatū substan. seperatarum.

Confutatio.

Cōmen.xlix.

concipitur quælibet intelligentia : ut actus corporis naturalis · Dicitur enim secundo de anima/ꝙ definitio animæ competit etiam intelligentiis saltem analogicæ · Amplius in tertio de anima colligit̃ definitio qua singula concipitur ut intellectus intelligens non per phantasmata · Et non modo hi conceptus per modū definitionis colligi possunt phisica sub cōsideratione : sed per modum passionum ab illa fluentiū : demonstratur .n· in naturali ꝙ omnis motor cęli est incorruptibilis/ p illam definitionē quia est intelligens non per phantasmata / etiam quia est substātia immaterialis uel semper mouens · Et breuiter si per quiditatem ipsi intelligant id quod per eiusmodi definitiones explicatur : illa non tantum ad metaphisicum/sed ad naturalē spectabit : ut ex his & similibus colligi potest Vnde totus discursus est quia uel per quidditatem intelligunt essentiam: & hoc non/quia illa uel pertinet per eos ad theologum : uel non ad metaphisicam abstractiuā · Si intelligūt id quod per definitionem explicat̃ : uel per definitionem intelligunt illā quę proprie constat ex genere & dif-
Cōmen.xlix. ferentiis: & hoc non quia illę non sunt in genere / secundo cœli / uel per definitionem/intelligūt aggregatum ex quibusdam prędicatis collectis a sensibilibus & hoc pacto non tantum ad metaphisicum/sed ad natura-
Propria pō· lem spectabit : ut dixi· Propterea aliter est dicendum : ubi aīaduersione dignum/ꝙ substantiæ separatæ possunt dupliciter intelligi : uno modo per essentiam : quam cognitionem Theologi intuitiuam uocant : Auer·
Cōmen· xxxvi· autem tertio de anima appellat hanc scientiā per se siue essentialē · Hanc asserit habere beatum:cui copulatus est intellectus agens cum possibili: hęc · n · est beatitudo fœlicis : & finis generationis intellectus speculatiui · Alio modo cognosci possunt quo ad quædam attributa quæ colligūtur ab his sensilibus quæ causantur ab illis · uerbi causa : quia nos uidemus sensibilia quę ab illis causantur esse bona/concedimus intelligentias esse bonas : quia uidemus hic inferius sapientiam esse de perfectione intellectus : cōcludimus omnem intelligentiam esse sapientem :& in cœteris id genus similiter facimus· Quid uero sit attributum:quo nam modo attributa distinguantur in substantiis seperatis :lege duodecimū me-
Cōmen·lxix. taphisicę:& librum destructio destructionum disputatione quinta in solutione ad ultimum · Etiam quo nam modo colligantur a sensibilibus : etiam ibidem perquire · Secundo debes scire ꝙ horum attributorū :quædam sunt collecta a mobilibus siue a physicis phantasmatibus imediate: ut esse motorem/esse entelechiam corporis naturalis/esse imaterialem/ esse incorporeum/& id genus· Quædam colligūtur immediate a phantasmatibus metaphysicis / ut esse unum / esse substantiam / esse ens / esse perfectiorem substantiam/& id genus · Tertio debes scire ꝙ quædam horum attribuuntur illis admodum prędicatoꝝ per se primi modi :

ut sunt entelechia/intellectus/substantia/& id genus. Quædam ad modum prædicatorum scđi modi: ut sunt unū esse/bonū esse/incorruptibile esse/& id genus. Tunc dico ad quęsitū tria/quorum primū est q sumēdo quidditatē p essentia: sic qdditates substātiarum seperatarum ad nullā sciam attinet cōsiderare/quæ abstractiue cognoscit: pbatur primo/quia nihil est in effectibus quo immediate possint cognosci substātię seperatæ per essentiā atq intuitiue: & hoc est mens Auero. iii. de aīa: ubi ait talē scientiam p nullū syllogismū eē deducibilē. Hoc idem asserit in. ix. huius: ubi contra Auemp. ait talē sciam/quæ est per essentiā illarum nulla ratiotinatione acquiri posse idē in. xii. Meta. Scđm est q cognitio taliū substantiarum per essentiā est Metaphy. intuitiua: hac. n. intuitiua Metaphy. intelligentiæ se se p essentiā intelligunt: & beatus fęlicitatur. Quid uero sit hæc metaphy. intuitiua: utrum ipsa met res/quæ intelligitur/uel aliquid ex parte intelligentis: dicetur alias. Hæc conclusio probata est de mente omniū Peripate. in proæmio nostro huius libri. Tertiū est q sumendo quidditatē pro eo quod per definitionē propriam explicatur: sic a nullo artifice considerantur/quia nec talem quidditatē hñt/nec talem definitionem: ut probauimus. Quartum est q sumendo quidditatē pro eo quod per definitionem large intelligitur uel explicatur: ut pro eo quod per attributa intelligitur: Tunc dico/q quo ad attributa collecta ex phantasmatibus Physicis/siue quoad definitiones explicantes talium quidditates ex talibus attributis cōpositas spectant ad naturalē Phylo. quo uero ad attributa collecta ex phantasmatibus Metaphysicis/siue quoad definitiōes collectas ex his: pertinent ad Metaphy. & de tributis quæ illis competunt per modū secundi modi per se etiam eodem modo dicatur: nam ea quæ uidentur fluere a prædicatis primi modi attinentibus ad metaphysicum cōsiderantur a metaphysico: quæ uero fluunt ab prædicatis primi modi spectantibus ad naturalem/etiam ad naturalem spectant. Et q ista sit mens omniū Peripateticorum patet: nam inuenimus Aristo. in naturalibus multa tribuisse illis per phantasmata collecta ex mobilibus: quorum quædam se habent ut prædicata primi: quædam ut prædicata secundi modi: etiā in metaphysica multa illis tribuit quorum etiam quædam se habent ut prædicata primi modi/quædā ut prædicata secūdi modi: & hæc ex metaphysicis phantasmatibus. Ex his apparet q licet uere definitiones illarum substantiarum non assignentur: tamen inter attributa illarum: duo possunt esse attributa/quæ se habent ut definitiones: quarum una colligitur a Physicis imaginationibus: alia uero a Metaphysicis phantasmatibus: Ambæ enim sunt aggregata quædam ex pluribus attributis: quæ insunt illis ad modū prædicatorum per se primi significati. Simili modo dici potest de accidentibus per se:

Prima conclu.
Cōmen. xxxvi.
Cōmen. xxii.
Cōmen. xvii.
Secūda conclu.
Tertia.
Quarta.
Excerptum.

Nam licet illis nulla competant accidentia : tamen quædam fluunt a definitione primi generis : quædam a definitione secundi generis: sic igitur epylogando patent quatuor : primo/ꝙ sumendo quidditatem illarꝝ pro essentia : cognitio illius ad nullam abstractiuam scientiam spectat · Secundo ꝙ spectat ad Metaphy·intuitiuam · Tertio ꝙ sumendo quidditatem pro eo quod per definitionem propriam explicatur : sic ad nullã scientiam spectat : quia quod non est/nõ scitur · Quarto ꝙ sumendo quidditatem pro eo quod per definitionem large explicatur : spectat ad Physicum: si ex phantasmatibus Physicis colligitur immediate : si ex phantasmatibus Metaphysicis colligitur/spectat ad Metaphy· Simili modo de attributis quæ illis competunt ad similitudinem prædicatorꝝ secundi modi · Nam si fluunt a definitione Physica : spectant ad Physicam : Si a Metaphysica/ spectant ad Metaphysicam · Hæc de delucidatione secundi quæsiti· De tertio quęsito potest esse multiplex dubitatio : Prima est si anima rationalis spectat ad naturalẽ/uel ad Metaphysicũ/ uel ad Mathematicũ · Secũda est quid oportet Auer· dicere quidue nos catholicos . Sed quia hoc eẽt longũ : ideo tantũ dubitatio erit: si uera esset positio Græcorꝝ de intellectu ipso ꝙ sit substantia seperata : eius quidditas ad quam scientiam spectat : de cœteris dubitationibus dicimus multa in libris nostris de anima: ideo nunc omittantur· Ad hanc respondet Ioannes in libro de anima/ꝙ quidditas intellectus spectat ad naturalem: & nullo modo ad Metaphy· nisi in uniuersali : ut dictum est : & hoc intelligit tam de agente q̃ de possibili ; etiam dato ꝙ ambo sint substantiæ seperatæ : Probat hanc positionem primo ꝙ naturalis debet considerare omnes formas naturales : ut dicit Ari· & Auer·ii·Physicorꝝ· Sed uterqꝫ intellectus est forma naturalis/quia uterqꝫ est forma eius quod generatur ab agentibus naturalibus : igitur uterqꝫ est forma naturalis . Secundo speciatim arguit de intellectu possibili : quia naturalis debet considerare omnem substantiam quæ mouetur ab aliquo existente in materia· At intellectus possibilis mouetur a phantasmate existente in materia · Tertio speciatim arguit de agente: quia naturalis debet cõsiderare omne illud qđ est principiũ imediatũ opationis nãlis dependẽtis ab aliquo materiali : Modo agens intellectus est huiusmodi : quia est principium intellectionis/ quæ esse non potest sine phantasmate · Quarto arguit de utroqꝫ : quia tunc Aristo· in Metaphy· esset diminutus : nam nullibi de his intellectibus perquirit · Quinto definitiones utriusqꝫ a naturali Phylosopho inuestigantur ; ut patet in·iii· de anima ; igitur naturalis debet utriusqꝫ quidditatem declarare · Sexto omne ens naturale consideratur a naturali : quia ens naturale uel ens mobile est illic subiectum : sed uterqꝫ intellectus est ens naturale ; ut patet tertio de anima ; igitur ut prius ·

An de ĩtellectu spectet ad metaphysicum·

Solu·Ioannis·

Cõmen·xxvi·

Cõmento. xvii·

Hæc Ioannes in libro de anima. Sed ista positio est error: primo/quia Arist. in libro de partibus animalium primo/ & cap. iii. mouit quæstionem hanc & soluit/ q intellectus non ad naturalem/ sed ad Metaphysi. spectat considerari. Secundo Auer. ii. Physicorum: uidetur ponere terminum exclusiuum considerationis naturalis usq; ad intellectũ. Tertio expositor ibidem clarissime idem demonstrat. Quarto Themistius in pręfatione librorum auscultatoriorũ expresse dicit utrumq; intellectũ spectare ad Metaphy. quicquid uelit ipse de uniuersa anima: idem Simpli. & Philoponus/ & omnes Græci. Ratiõe uero arguitur primo/ quia saltem cognitio intuitiua intellectus agentis est Metaphy. quia illa est beatitudo: & beatitudo non potest esse nisi cognitio sapientialis: ut dicitur decimo ethicorum: prima pars est Auer. xii. Metaphy. & alibi. Secundo arguitur uniuersaliter de omnibus/quia non maiori abstractione abstracta est intelligentia ab orbe: q̃ uterq; intellectus a corpore humano secundum fictionem Auer. quam sectatur Ioannes: sed Metaphy. considerat de abstractis/ & maxime de abstractis per essentiã: igitur de utroq; intellectu. Tertio maior est abstractio per essentiam q̃ per participationẽ: sed Metaphy. considerat abstracta per participationem: ut ens/unum/ actum/potentiam/ & id genus: igitur abstracta omnia per essentiam: sed uterq; intellectus secundum Ioan. est abstractum per essentiam: igitur de utroq; considerat Metaphy. Propter hæc & alia/quæ alibi diximus: tenemus q uterq; intellectus consideratur a Metaphy. uno modo: & a naturali alio modo: Et breuiter dicimus de his: ut de cœteris substantiis seperatis: nam si quidditas sumatur pro essentia: sic illa non potest cognosci nisi per Metaphy. intuitiuam: & hac metaphysica beatur homo: ut diximus. Si uero sumatur pro eo quod per ipsam definitionẽ explicatur: si per definitionem propriam: sic ad nullam scientiam spectat/quia intellectus ut sic non habet talem definitionem: Si per definitionem large: sic uno modo attinet ad naturalẽ /ut si explicatur per attributa naturalia: & alio modo ad Metaphysicum/ ut si explicatur per attributa Metaphy. & simili modo de cœteris prædicatis secundi modi est dicendum. Hæc pro ueritate. Ad rationes Ioan. ad primam distinguo maiorem/quia si forma naturalis est uere natura: de illa considerat naturalis tantũ in particulari: sed si est naturalis distinguendo naturalẽ contra uiolentũ uel artificiariũ potest cõsiderare naturalis & metaphy. diuersimode: ut dictum est: Modo uterq; intellectus & omnis seperata intelligentia est forma naturalis secũdo modo. Ad secundũ dico/q moueri ab aliquo existente in materia intelligi potest dupliciter/ uno modo sic q nec id quod mouetur /nec eius motus esse potest sine re materiali: & hoc pacto omne tale consideratur simpliciter a naturali: Alio modo/

Marginal notes: Confutatio. — Cómen. xxvi. — Capite. x. — Cómen. xxxviii — Propria positio

ꝙ licet eius motus dependeat a re materiali: tamen ipſum quod moue/tur eſt ſimpliciter immateriale: & quod hoc pacto eſt motum: uno modo ſpectat ad naturalem/alio modo non. Similiter dicatur ad tertiam: nam ſi ualeret: per idem probarem intelligentias ſpectare ad naturalem. Ad quartam dico ꝙ in tractando de aliis ſeperatis multa tractauit de his intellectibus: nam de ſimilibus idem eſt iuditium. Præterea in libro de anima dixit multa de ipſis / quorũ quædam pertractauit/ ut naturalis: quædam ut metaphyſicus: & ideo prætermiſit de illis dicere in ſpecie. Ad quintam patet ſolutio: nam naturalis inueſtigat definitionẽ ex phantaſmatibus phyſicis collectam: aliam quę colligitur ex phantaſmatibus metaphyſicis inueſtigat forte per accidens. Ad ſextam patet ſolutio per

Dubitatio. id quod dictum eſt ad primã. Sed occurres utrum de cœteris rebus poſſit dari illa diſtinctio: ꝙ uidelicet ſint cognoſcibiles abſtractiue/ & intui

Solutio. tiue. Licet hæc dubitatio alibi forte tractabitur: Pro nunc dico ꝙ non/ ſed quod ſolum illa non habet locũ niſi in his/quæ nec per propria phantaſmata intelliguntur/nec per aliorꝫ phantaſmata æquiualentia illis: ut ſunt ſubſtantiæ ſeperatæ. Iſtæ enim non habent propria phantaſmata: nec in earũ effectibus eſt aliquod phantaſma abſtrahibile/quod æquate poſſit illarum quidditatem repræſentare: ideo in illis diſtinctio habet locum: At in cœteris/quæ uel per propria mouent phantaſmata/uel uirtute aliorum / quæ ſunt maiora/non habet locum: quia uel phantaſma æquiualet rei intellectę: uel excellit: ut eſt de intellectione materiæ: & eorum quæ per accidens intelliguntur. Et hoc pacto dicendum eſt ad hanc dubitationem peripatetice. Hæc de dilucidatione.

¶ Caput ſolutionum quintum.

His præmiſſis: ad rationes reſpondetur ad primam/ Quicquid dicunt Exteri/dici poteſt ꝙ nulla alia ſcientia facit conſiderationem de ipſo qđ quid eſt diſputando de ipſo/& docendo per ipſum: Et hoc ſonat littera Ariſt. unde dicitur quarto huius/ꝙ Metaphyſica & Dialectica de ipſo quod quid eſt differunt:cœteræ ab his ſumunt. Ad ſecundam reſpondẽt Exteri ſuo modo: tamen dici poteſt negando conſequentiam: ad probationem dico ꝙ cognitio: uerbi cauſa entis eſt diſtinctiſſima & pfectiſſima de ente: tamen reſpectu contentorũ ſub illo eſt confuſa/ & impotentia/in ſe tamen eſt diſtincta & perfecta: unde dici poteſt cognitionem eſſe confuſam uel ratione modi cognoſcendi/ uel ratione rei cognitæ: cognitio igitur entis eſt diſtincta quo ad modum cognoſcendi: tamen poteſt eſſe confuſa ratione rerum cõtentarũ ſub ente. Ad tertiam negatur ſimilitudo/quia ſuppoſitio in habitibus eſt pœnes ſubiecta prima: non pœnes rationem habituum. Metaphyſica eſt ſuperior/quia de ſuperiore ſubiecto: non autem quia eſt plurium repræſentatiua atꝗ maioris ex/

tensionis. Ad quartam & quintam patet solutio per dilucidationem. Ad sextam omnes negant minorem: dicunt enim differentiam inter illa ponere intellectum/non per unum habitum: sed habitus mixtos. Sic enim respondet Ioannes/& omnes. Sed hæc solutio nulla est/quia ratio differentiæ & conuenientię est una ratio & relatiua: igitur ad quem habitum pertinet considerare rationem differentiæ & conuenientiæ per se: ad illum spectat considerare per se illius fundamenta. Nullus enim potest relationem per se considerare: quin consideret fundamenta illius. Sed ad metaphysicum spectat considerare rationem differentiæ & conuenientiæ/igitur fundamenta: hęc autem sunt extrema:& sic ratio stabit. Respondet igitur aliter Aueroes tertio de anima: q per unam uirtutem cognoscitur differentia & extrema: sed non eodem modo:nam per se cognoscit differentiam/& alterum extremum per se: ut illud quod est suæ iurisdictionis: Alterum uero extremum cognoscit / sed mediante habitu sibi subordinato:lege Aueroem quia loquitur de intellectu & sensibus. Ad septimam dicitur q maior est uera quando cõsideratio speciei non esset per distinctam rationem scibilis. Corpus enim mobile: quia contrahit ad diuersum genus scibile: ideo non oportet ut consideretur in metaphysica: At decem rerum genera: quia nõ contrahunt ad diuersum genus scibile: ideo in metaphysica cõsiderantur:non per diuisiones in species usq ad ultima/sed per definitiones/& quatenus per diuersum modum essendi diuersificant ipsum ens. Vnde hic considerantur ut primæ entis species: non ut diuiduntur ulterius in species. Ad octauam dico q spectat ad naturalem: quia illa quidditas in particulari nulla habet prędicata sibi propria: quæ sint uel per essentiam uel per indifferentiam seperata. Ad uerba Aristotelis dico q intelligit de non motis per seperationem essentialem:ut sunt substantiæ seperatæ: uel per indifferentiam ut sunt ea quæ sunt comunia illis & materialibus. Et ita licet in illo priori abstrahat a motu & aptitudine & actu: non propter hoc reponitur in cõsideratione metaphysica: quia nec per essentiam/nec per indifferentiam potest reddi abstracta. Hæc de decima disputatione.

Confutatio.

Cõmen. ix.

¶ Vndecima disputatio est/si magis uniuersalia sint cognitu difficiliora minus uniuersalibus.

¶ Dubitationum caput primum.

Qđ nõ arguũt: primo ea sunt cognitu faciliora: quæ sunt prima in uia cognoscendi: uniuersalia sunt prima in uia cognoscendi/ ut dr̃ .i. Physi. igitur sunt faciliora cognitu. Secũdo omne totum est cognitu facilius partibus: ut dicit Aueroes primo physicorum: uniuersaliora sunt tota: Rões Antonii. Cõmento.v.

& minus uniuersalia sunt partes : igitur uniuersaliora sunt cognitu faciliora • Tertio illa sunt cognitu faciliora : quorum singulare citius sensui occurrit • Sed singulare magis uniuersalis citius sensui occurrit : ipso singulari minus uniuersalis : ut patet in exemplo de pueris primo physico• etiam patet exemplo Auic • de uiso a remotis : igitur uniuersaliora sunt cognitu faciliora • Quarto ens & res prima impressione imprimuntur in anima : ut dicit Auicen·ii·suæ metaphy· capi·i· & hæc sunt uniuersalissima : igitur uniuersalissima sunt cognitu facilia • Quinto minus uniuersalia sunt magis nota naturæ / quia sunt pfectiora: igitur magis uniuersalia sunt magis nota nobis : quia non eadē sunt nobis & naturæ nota• Sexto omne illud per quod intellectus deuenit in notitiam minus uniuersalis / est facilius cognitu : tale est uniuersalius / quia ex illo cognoscitur minus uniuersale • Septimo potentiæ æqualiter se habēti ad omnia : nullum illoꝝ est sibi altero difficilius : sed intellectus possibilis æqualiter se habet ad omnia : ut dicitur tertio de anima / quia est omnia fieri : igitur nihil est sibi difficilius • In oppositum est Arist ·d· fere autem & difficillima sunt hōibus ad cognoscendū / quæ maxime sunt uniuersalia•

Rōes nostræ •

¶ Caput tituli secundum •

Vniuersale bifarium est : quoddam per essentiam : est autem hoc omne quod per essentiam separatur a materia & a conditionibus materiæ : ut sunt Ideę apud Platonem : uel substantiæ seperatæ apud Ari· hæc etiam uniuersalia in causando / non nunq̄ appellantur a Phīs : quædam autem uniuersalia dicuntur p participationē: utpote ea quę sunt in re particularia : sed participatione luminis intellectus dicuntur uniuersalia : & talia uniuersalia participatiōe / quędam sunt propositiones:ut principia artiū & scientiaꝝ : atq̧ præmissæ demonstrationis : quædam partes propositionum : quas uidelicet termini significant: & hæ partes iterum diuidūtur / quia uel sunt uniuersales in re / uel post rem: si in re / hæ iterum sunt uniuersales / uel actu / uel potestate : actu quidem / dum intelliguntur cōceptione absoluta sine conditionibus indiuiduis : potestate autem sunt uniuersales in re ante omnem conceptionem : post rem uero sunt uniuersales / quando conceptione comparatiua cognoscūtur / uidelicet ut genera / ut species / ut prædicata : & id genus • Hæc de uerbo uniuersale • Ex quibus patet quid sit magis uniuersale / quidue minus uniuersale : ideo nō oportet aliter exponere • De difficultate / facilitateue cognoscendi secundo libro dicetur : nunc uero difficilius cognitu appello illud cuius cognitio posterior est in nobis : cuius uero cognitio prior est : id cognitu facilius dico • Hæc de titulo •

℄ Caput positionum tertium.

Plato/Socra. Pytha. & Empedo. atq; oēs/qui scire nostrum dicunt esse a natura/& non de nouo: asserere coguntur nec uniuersale / nec minus uniuersale/nec singulare esse prius intellectui cognitum: quia cū hæc a natura insint/& coæqualiter: neutrum prius neutro prȩcognosci potest ab intellectu/ut intellectus est. Sed cum dicant nostrū scire esse potius reminisci: cogūtur dicere magis de ordine reminiscentiæ/q̄ cognitionis: eius igitur prius reminiscemur: cuius phantasma/siue sensibile prius nobis aut occurrit/aut cuius prius reminiscimur. Vtrum uero phantasma uniuersalioris sit illud/ cuius prius reminiscimur: uel phantasma minus uniuersalis: hoc derelinquendum est his/qui factionem hanc sectantur. Sat autem nobis sit dixisse iuxta horū opiniones nihil posse esse altero prius cognitum intellectui/ut intellectus est. Græci uero Peripatetici / ut Themi. Theophra. Eudemus/Simpli. & inter Arabas Auicenna/Algazel/& Auer. & omnes qui intellectū speculatiuū faciunt æternū: etiā coguntur dicere intellectui in se nihil esse prius notum. Nam cum omnia intellectu per eos sint æterna: & in æternis nihil sit tempore prius: iure nihil prius posteriusue notum esse potest intellectui ipsi: ut intellectus est uniuersi humani generis perfecti habia/siue entelechia: nam intellectus ut entelechia est totius speciei / omnia intellecta habet: & nihil ut sic sibi deest: & ita simul in illo sunt / atq; neutrum in illo dici potest altero prius. De his in secundo de intellectu multa diximus/ quæ nunc p̄termittamus: ut breues habeamur. Quo fit ut iuxta horū positionem ordo non sit ex parte intellectiuæ appræhensionis: sed ex parte copulationis eius in nobis. Cū enim intellectus ut diximus bifariam nobis copuletur: aut ut principium essendi: aut ut principiū intelligendi: & copulatio illa quȩ est eius ut principiū essendi/sit per naturam: ut q̄ primo nobis ex semine aderit dianoea /siue rationalis/siue cogitatiua: restat ut illa quæ est eius/ ut principiū intelligendi fiat per phantasmata. Quare coguntur dicere intellectū nobis copulari / pro ratione qua phantasma speculamur: igitur cuius indiuiduum prius phantasiamur: intellectus ut principium intelligendi illius uniuersalis nobis copulabitur: & quia accidit nobis ut phantasiemur interdum indiuiduum generis remoti uerbi causa corporis: ut in longinqua distantia: deinde indiuiduum animalis: ultimo hominis: ut Auicenna dicit: hac ratione intellectus nobis copulabitur primo ut principium intelligendi uniuersale corpus / deinde uniuersale animal/demum uniuersalem hominem: in proxima uero distantia cicumscripto omni impedimento: non habemus ab Auerroe clare ordinem phantasiandi: & propterea non possumus determinare

Positio Pla. So. Pytha. Empe.

Positio Græcorum Peripateti. & Arabum.

ordinem copulandi. Sed generatim illud iuxta horum opinionem oportet concedere de ordine copulationis: quod de ordine phantasiandi est dicendum: eo quia intellectus ut principiũ intelligendi non aliter nobis copulatur: q̄ per phantasmata: quæ tamen differentia sit inter Auerro. & cœteros Græcos in re hac: in libro de intellectu perquirenda est diligẽter. Contra has positiones nõ aliter obicio/ quia earũ falsitas: patebit p delucidationẽ nostram. Præterea omnes istæ errant in principio: ex eo enim emergunt/ quia intellectũ autumant æternum & unum: hoc nunc non est confutandum/ quia in libro de intellectu satis reprobatum est.

Confutatio.

Positio Exter. ut Anto. And.

Exteri uero rem hanc absoluunt diuidendo: dicunt enim q̄ si loquimur de uniuersali in causando: possumus loqui dupliciter: uel de principiis incomplexis/uel complexis: si de incomplexis: sic quanto uniuersalius/ tanto minus notum est. Hoc probat Arist. in littera: quia quanto uniuersalius est / tanto a sensibus remotius est: & ita minus nobis notum:

Prima conclu.

Si uero de complexis: Ponunt secundam cõclusionẽ q̄ quanto uniuersaliora sunt,/tanto nobis notiora: probatur/quia ut dicitur .ii. metaphy. principia simpliciter prima sunt / ut locus ianuæ. Si uero loquimur de uniuersali in re siue in prædicando: adhuc subdiuidi potest/quia uel cõparatur magis uniuersale ad singulare: uel ad minus uniuersale. Si cõparatur magis uniuersale ad singulare: aut loquimur de notitia in genere hoc est cõi sensitiuæ/& intellectiuæ: aut in specie pro altera harum tantum. Si itaq; uniuersalius cõparatur singulari pœnes notitiam in genere: Tunc sit tertia conclusio q̄ singulare est nobis prius notum: probant/quia quod est notius prima notitia: est prius notum simpliciter: sed prima notitia est sensitiua: & singulare prius notum est in illa: igitur absolute notius: ueluti quod est perfectius homo/est perfectius animal absolute. Si uero magis uniuersale cõperetur singulari pœnes notitiam sensitiuam: Tunc sit quarta cõclusio q̄ singulare est prius notum: probatur/quia singulare sentitur per se/uniuersale per accidens: & semper per accidens est posterius per se: At si magis uniuersale comperetur singulari pœnes notitiam intellectiuam: oportet distinguere scd̃m opiniones/quia si singulare non p se est intelligibile/sed per accidens: Tunc quinta conclusio erit q̄ uniuersale est prius notũ/quia ipsum per se prius est eo quod est per accidẽs. At si teneatur q̄ tam uniuersale q̄ singulare sit per se intelligibile: Tunc sexta conclusio est q̄ singulare est prius notum: declarant/quia principia scientiæ & artis per inductionem cognoscuntur. In inductione præmisse sunt singulares/ quare singularia sunt prius nota. Hæc de cõparatione magis uniuersalis ad ipsum singulare. At si comparatur magis uniuersale ad minus uniuersale: hoc rursus esse potest aut pœnes eorum indiuidua: aut pœnes ipsa ad intellectum. Si

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

pœnes eorum indiuidua: Tunc singulare siue indiuiduum magis uniuer salis est nobis notius q̃ singulare minus uniuersalis / & hoc tam quo ad sensum / q̃ quo ad intellectum / si singularia ab intellectu intelligantur. Probant/primo quia illud singulare magis uniuersalis est cõfusius; quare nobis prius notum. Secundo probant exemplo sumpto a pueris/qui primo omnes homines patres / & omnes fœminas matres nuncupant. Tertio exemplo Auicennæ de eo qui a remotis uenit. At si ambo conperentur ad intellectum: erit aut in cognitione distincta: aut in cognitione confusa: Si in cognitione distincta/sit octaua conclusio ꝙ uniuer salius est prius notum: ut probatum est per rationes ad oppositum: q̃d si dicas minus uniuersale esse propinquius singularibus/quę sunt nobis prius nota: dicunt minus uniuersale non esse propinquius singularibus in eo ꝙ singulare est nobis notius: quoniã singulare est nobis notius / quia sensibilius: at magis uniuersale in ratione sensibilitatis est propinquius singulari: non quidem quia uniuersale sit per se sensibile: sed in singularibus per accidens. At si in cognitione confusa: sit nona conclusio: ꝙ ipsum minus uniuersale siue definibile est prius notum: eo quia prius cognoscitur indistincte quid nominis: deinde distinguitur in uniuersalia. Etiam patet hæc conclusio/quia compositum semper est notius partibus: ut dicitur primo Physicoꝝ. Hæc sunt quæ ab Exteris habemus. Sed hæc positio multifariam fallit. Primo/quia ex hac non habemus quid prius notũ sit intellectui/an uniuersale post rem/an singulare. Nec habemus an magis uniuersale post rem sit nobis prius notum/an minus uniuersale: ex hac enim diuisione nihil habetur: quo possit illud quæsitũ dissolui. Secundo ex hac diuisione nõ patet quid est nobis prius occurrens in processu naturę. Est enim duplex processus/naturæ/& artis: ut patebit. At per hanc diuisionem non patet quid prius intellectui occurrit in processu naturæ. Tertio dato ꝙ singulare sit per se intelligibile: nõ sequitur ꝙ singulare prius occurrat intellectui q̃ uniuersale: nam illud prius debet occurrere intellectui/quod magis competit intellectui ut intellectum: Modo uniuersale competit intellectui ut intellectus: singulare non nisi intellectui copulato sensibus: ut dicit Auerro. iii. de anima. Probatio etiam eorum est de uniuersalibus & singularibus complexis: & in ipsa inuentione: & ita nõ est probatio simpliciter. Quarto ex hac diuisione habetur contra eorum principẽ/qui tenet ꝙ uia originis in cognitione confusa semper minus uniuersale prius occurrit intellectui: & hoc/quia illius singulare fortius mouet sensum: Modo ex hac eoꝝ diuisione habetur ꝙ semper singulare magis uniuersalis fortius mouet sensum: tam in proxima q̃ in remota distantia: ut patet: etiam habetur ꝙ uia originis magis uniuersale prius nobis occurrit: quia asserũt illud esse

Septima.

Octaua.

Nona.

Cõmento. v.

Confutatio.

Cõmento. ix.

Scotus in. i. sen. distinctione. iii.

confusius. Propter hæc non nulli asserunt ipsos in hac quæstione esse lo quutos non scdm propriam positionem: sed scdm comunem latinoꝝ sententiam: nam eoꝝ princeps etiam in quæstione pręsenti loquitur non secundum propriam positionem / sed iuxta comunem uiam. Recentiores Exteri propter hæc aliter ad mentem eoꝝ principis in quæsito hoc procedunt: & licet multa præmittant / potissimum est ꝙ trifariam aliquid cognosci potest / aut actu: ut quando actu attingitur terminando / uel mouendo actu intellectum / qua uia diceremus eum qui actu ipsum hominem contemplatur actuali cognitione cognoscere hominem. Aut habitu / ueluti si non dum cognitum sit / sed de proximo cognoscetur nisi accidat impedimentum: ueluti qui actu contemplatur animal: habitu ipsum ens contemplari dicetur: quia dum cōtemplatur animal: est in proxima dispositione ad cognoscendum ens / nisi aliquid impediat. Aut potestate uel uirtute: quo modo qui actu aliquod totum intelligeret ut definibile: potestate & uirtute omnes illius partes intelligit: & licet apud eos posset assignari differentia inter id quod habitu cognoscitur / & id quod uirtute cognoscitur: tamen non est facienda uis: quia in cōclusionibus pro eodē habentur. ꝑpea pro nunc distinctio hęc sit bimēbris in cognitionē actualem & habitualē. Prætermissis igitur aliis distinctionibus eorum: breuiter ad mentem eorum sit prima cōclusio loquendo de cognitione actuali & in uia generationis / & cognitiōe confusa: prius cognitum siue id quod primo nobis occurrit est species specialissima: cuius singulare fortius mouet sensum: & hoc supponendo singularia nō per se cognosci a nobis: probant hanc primo per Achillem eorum / quia agens naturale approximatum passo sufficienter disposito producit perfectiorem effectum / quem potest: at intellectus agens / & omnia cōcurrentia ad generationem cognitionis: sunt agentia naturalia / quia præcedunt actum uoluntatis in illo priori: igitur producunt perfectiorē effectum quem possunt in passo. Talis est cognitio speciei specialissimę cōfusa: ut patet / quia species est ꝑfectior genere. Secundo actualius semper præuenit minus actuale / at natura speciei contenta in ipsis phantasmatibus / est actualior natura generis: igitur ꝑuenit in agendo. Secunda conclusio eorum est: loquendo iterum in uia originis / & in cognitiōe actuali: in cognitione distincta primum cognitum est ens: deinde secundum cognitum semper est magis uniuersale: deducunt / quia distincte cognoscere est resolute cognoscere: sed ipsum ens in nihil prius est resolubile: igitur est primum cognitū. Secundum uero erit illud quod semper est minus resolubile: & sic semper magis uniuersale. Tertia conclusio eorum est ꝙ loquendo de cognitione habituali siue uirtuali primum cognitum est ens: & semper magis uniuersale prius q̄ minus uniuersale:

Pō.ii. Exte. nouissimoꝝ: quæ est Sco.i.sen.di. tertia.

Distinctio.

Prima conclu.

Secunda.

Tertia.

probant quia imperfectiora sunt nata prius perficere intellectum q̄ perfectiora: igitur post actualem cognitionem alicuius intellectus est magis aptus cadere in cognitionem illius / quod est imperfectissimum: tale est ens / & semper magis uniuersale ipso minus uniuersale: igitur cognitione habituali ipsum ens est primū cognitum: & ipsum magis uniuersale semper prius ipso minus uniuersali. Si uero loquimur de ordine perfectionis / distingunt quia una cognitio est perfectior / aut simpliciter: utpote illa quæ est de obiecto perfectiori: aut secundnm proportionem potentiæ ad obiectum: utpote quando obiectum secundum plures gradus cognoscibilitatis attingitur. Tunc dicunt ꝙ primum cognitum primitate cognitionis perfectę simpliciter est deus benedictus: patet / quia inter omnia entia optimum est deus: igitur eius cognitio est simpliciter perfectior. Si uero loquimur de primitate cognitionis secundum proportionem: sic primum cognitum erit magis sensile / & magis materiale: patet / quia magis intellectui proportionari potest. Sexta eorum conclusio est / ꝙ loquendo de primo cognito primitate obiecti: istud est ens ut ens / quia ad ipsum naturaliter ordinatur intellectus: & ad quodlibet contentum sub ipso. Hæc est eorum positio. Multa dicunt circa defensionem rationum & conclusionum / quæ omitto. Sed hæc positio non est Peripatetica / & uidetur sibi contraria: primo / quia si in cognitione habituali siue uirtuali magis uniuersale est prius cognitum: igitur in cognitione actuali: deduco / quia omne potentialiter tale quandoq; erit actualiter tale: sed per eos in habituali cognitione magis uniuersale est primum cognitum: igitur in cognitione actuali / quia quando habitualiter cognita actualiter cognoscentur: prius cognoscetur illud quod potentia erat aptum natum prius cognosci / aliter ordo esset uiolentus / & non naturalis. Secundo si per eos intellectus est aptus naturaliter perfici prius a minus perfecto: igitur cum deducitur ad actum prius perficietur minus perfecto: & ita semper prius perficietur ipso magis uniuersali: cōsequentia declaratur / quia omne agens formā inducēs in aliquo subiecto: ita illā inducit sicut subiectū est nāliter illius susceptiuū: aliter inductio eēt cōtra naturā subiecti: quare in cognitiōe actuali illoꝝ semper magis uniuersale erit prius notū: & sic prima & tertia conclusio uidentur contrariæ. Quod si dicas ꝙ esset ita in actuali ut est in potentiali: si nō adesset impedimentū: modo ibi est impedimentū quia intellectus in intelligendo dependet a sensu: at sensus mouetur ab obiecto sub ratione specifica / quando est in debita distantia: & ita oportet intellectū moueri a ratinoe specifica a d conceptū speciei: & ita concedunt illa intellectui præsentia eo ordine intellectum mouere: quo ordine sunt præsentia: nisi eorum motio ab aliquo sensibili extra impediatur.

Quarta.
Quinta.
Sexta.
Confutatio.
Solutio.

Sed hæc solutio friuola est: primo / quia non dicitur proxime uenturũ quod nunq̃ tali ordine uenit: igitur nunq̃ dicetur proxime cognoscibile qđ nunq̃ tali ordine cognoscitur. Sed per eos nunq̃ illa dispositione impeditiua stante potest intellectus post cognitionẽ speciei cognoscere uniuersalius: igitur illud nõ dicitur proxime cognoscibile / frustra enim diceretur proxime uenturũ in aliqua dispositiõe: si nunq̃ ueniet in tali dispositione: quare cũ stante illo impedimento nunq̃ cognitio magis uniuersalis ueniet: nõ igitur stante ipso impedimento põt dici proxime præsens. Secundo per definitionẽ eoꝝ probo ꝙ minus uniuersale sit primũ cognitum cognitione habituali / quia stante tali impedimento post cognitionẽ confusam speciei cognoscitur semper proximũ uniuersale speciei: igitur illud dicitur habituali cognitione prius cognitũ: tenet cõsequentia / quia habitualiter tale est illud quod est in proxima dispositione ad esse tale: ut ipsi dicũt: quare stante impedimẽto semper primum cognitũ in cognitione habituali / erit minus uniuersale. Tertio agentia illa naturalia stante tali impedimento aut agunt in intellectũ ut ipse est aptus nãliter pati / uel nõ: si non / igitur generatio hæc intellectiua erit uiolenta / quia fit ab agente passo nõ conferente uim: Si uero fit in illo ut ille aptus est naturaliter pati: tunc intellectus esset aptus nãliter prius recipere perfectius / contra eos: etiam nunc minns uniuersale est proximũ in cognitione habituali: quia iste est ordo receptionis intellectus: ut procedat a minus uniuersali ad maius: quare post conceptũ speciei proximũ est uniuersale illi immediatũ: & sic non possunt euitare contradictionẽ. Secundo principaliter arguo contra primã conclusionẽ: illud uia originis primo cognitione actuali intellectui nostro nobis occurrit / quod est nobis notius / atq; certius: Hæc maior ab omnibus Peripate. conceditur / quia: ut dicitur primo physi. auscultatiõis uia nobis innata atq; naturalis est procedere a nobis notioribus atq; certioribus: Sed magis uniuersale semper est notius atq; certius minus uniuersali: hæc minor quanq̃ patet: deducitur / quia illud est certius circa quod sensus & intellectus minus contingit errare: Hæc est omnibus perspicua: sed circa magis uniuersale minus congtingit errare sensus uel intellectus: quia quoties sensus uel intellectus errat in magis uniuersali / errat in minus uniuersali: & non quoties errat in minus uniuersali / errat in magis uniuersali: quia stat errare in particulari & scire in uniuersali: ut dicitur in prioribus: & patet etiam ad sensum / quia stat me errare circa cognitionem huius rei / ꝙ sit cameleonta / & non errabitur ꝙ stirps: Amplius stat me errare circa erinaceum / ꝙ sit ipse erinaceus: & non errabo ꝙ sit animal: quare semper magis uniuersale est certius & notius minus uniuersali: igitur semper intellectui primo uia originis occurrens cognitione actuali.

Hęc ratio deberet sufficere omni uiro bene affecto/uel nō impedito aliqua factione. Sed propter adictos arguo ulterius demonstratiue & est ratio Simpli.i.physicorum: & suppono ex consensu omniū Peripateticorum nihil posse intelligi ab intellectu nostro/quin aut per species accidentis: uel nō sine speciebus accidentis intelligatur. Secundo suppono quod quanto accidens est comunius tanto ipsum est certius: hoc concedunt Exteri questione de obiecto sensus in solutione ad ultimū. Tamen est Auer.ii. de anima: & etiam sensu constat/quia uisus potest errare circa albū uel nigrum: potest enim diiudicare cęsium esse album/& errare: nunq̄ aūt errabit diiudicando illud esse coloratū uel uisibile. Amplius tactus errat frequenter diiudicando aliquid esse calidum uel frigidum: nunq̄ errat diiudicando illud esse tactile: & sic patet scda suppō. Tertio supponitur quod cognitio magis uniuersalis nō potest effici in intellectu nisi per cognitionem accidentiū cōium: uel non sine accidentibus cōibus: Nemo .n. cognoscit animal/nisi a motu & sensu: nemo hominem nisi a loquela & ratiotinatione. Tunc arguo illud uia originis primo intellectui nostro cognitione actuali occurrit: cuius accidentia primo uia originis cognitione actuali nobis occurrunt: patet hæc ex prima suppositione: sed cognitio accidentium generis & magis uniuersalis prius uia originis nobis occurrit: ut per secundam suppositionem patet: igitur semper cognitio magis uniuersalis prius uia originis cognitione actuali nobis occurrit. Hæc ratio est a Simplicio/& non addictis demonstrat. Tertio uidetur quod hæc positio sit insufficiens primo / quia per hanc non habemus quid sit prius posteriusue cognitum in uniuersalibus post rem: sed solum in uniuersalibus in re. Adhuc cum intellectus possit procedere naturaliter uoluntarie / & fortuite / atque scientifice: ex hac determinatione non habemus quid sit præcognitum in unoquoque horum processuum: Sed per hanc positionem dumtaxat patet quid sit præcognitum in processu definitiuo. Quarto principaliter uidetur quod ultima conclusio non sit peripatetica/quia Græce obiectum uocant hypocimenon/modo hypocimenon quod latine est obiectum/apud Græcos non est nisi trifariam (ut diximus) uel quia mouet/ut in obiectis sensuum: uel quia patitur / ut in obiecto nutritiuę: uel quia intenditur/ut finis: nec ratio obiecti siue hypocimenon a Peripateticis unq̄ aliter declarata est: constat aūt nullo horum modorum posse rōem obiecti ipsi enti cōuenire: & ppea sexta conclusio nō est peripatetica. hęc satis. Animaduersione tñ dignum quod ea quæ dicunt nouissimi Metha. in uia Exterorum: nullo mō conueniunt ueritati Peripateticæ: tamen ea quæ dicit princeps eorum in prima conclusione: possunt aptari ad mentē peripa. Nā in omni processu scdm peripa. est cōcessum & quæsitū: ut dicit Philopo .i. post. igr in processu definitiuo

Cōmento. lxiii.

Declaratio pōis Scoti qualis eē potest.

erunt concessum & quæsitum: concessum est quid nominis ipsius definiti: non enim possumus procedere in definiendo hominem ipsum / nisi præcognoscamus quid nomen homo nobis significat: nec posset græcus procedere in definiendo anthropon / nisi præcognoscat quid nomen anthropos significet: quare in tali processu semper præcognitum erit quid nominis eius quod definibile est: Quæsitum autem est definitio: sed quia definitionem non possumus uenari nisi primo incipiamus ab ipso comunissimo per diuisionem & subdiuisionem / atq; per compositionem: ideo primum cognitum in ordine distincte cognoscendi est ens: quia ab illo incipit diuisio atq; uenatio / siue methodus. Si igitur eorum princeps loquatur in processu definitiuo: & per cognitionē confusam speciei / intelligat quid nominis illius: recte sentit / quia concessum debet præcognosci quid nominis in omni processu. Amplius si per distincte cognitum intelligat illud a quo primo incipit methodus definitiua: etiam recte dicit q; ens est primum cognitum. Primo quia non potest cognosci nisi distincte: quia secundum eos est simpliciter simplex. Secundo / quia ab eo omnis definitiua methodus incipit. Hoc igitur pacto recte dicit: uerū (ut dixi) ex hac determinatione non habemus completam declarationem de primo cognito: quia non dum patet quid primo occurrit intellectui nostro in quouis processu. Quinta uero positio est quam alias nos diximus esse Auerrois: ubi supponendum est q; tam minus uniuersale: quam ipsum magis uniuersale est totū & pars. Ipm enim minus uniuersale est totum essentiale / siue definibile: & sic ipsum magis uniuersale est illius pars definitiua siue essentialis: at ipsum magis uniuersale est totum in modo: species autem partes subiectiuę. Secundo supponebamus ipsum totum esse prius cognitum cognitione cōfusa suis partibus: partes uero semper esse prius cognitas cognitione distincta: hæc perspicua est / quia cognitio alicuius distinguibilis non per ea quibus distinguitur cōfusa est: Contra autem cognitio partium alicuius totius / quia distinguit in partes distincta dicitur respectu totius: Tunc ad mentem Auer. i. Physicoꝝ ponebant has conclusiones: quarū prima est: omne totum cognitione confusa est prius cognitum suis partibus: contra autem / omnis pars cognitione distincta prius cognoscitur suo toto. Secunda conclusio si magis uniuersale comparatur ad minus uniuersale ut totum ad illud: ipsum magis uniuersale semper prius occurrit intellectui q̄ minus uniuersale: & hoc cognitione confusa. Tertia uero est / q; si minus uniuersale comparatur ad magis uniuersale ut totum essentiale ad illud / sic minus uniuersale cognitione confusa prius occurrit intellectui. Videtur autem probare has Auer. per simile de toto apud sensum: nam ut totum apud sensum quod est indiuiduum est pri

Quinta positio

Cōmento .v.

us cognitum partibus: sic semper totum apud intellectum. Sed dices quando ambo cōparantur inuicem ut tota: quid est prius cognitum? uel quando ambo ut partes comparantur. Dico q̄ non possunt mutuo comparari nisi alterum ut totum intelligatur / & altera ut pars. Præterea dices Auerroes non ponit ordinem in cognitione / quia intellectus nihil de nouo intelligit: Dicas q̄ licet intellectus nihil de nouo intelligat: tamen nos omnes per intellectum de nouo intelligimus: hoc autem fit per ordinem quo copulatur nobis / ut principium intelligendi: quæ copulatio fit secundum ordinem phantasiabilium: ut dictū est antea. Hæc diximus alias. Sed nunc dicimus q̄ multipliciter deficit: Primo / quia per hanc determinationē non habemus quid sit primo nobis occurrens absolute & simpliciter: sed solum forsitan in processu definitiuo. Hæc enim positio fortasse reducitur ad eam declarationem / quam paulo ante diximus de mente principis Exteroꝝ: & sic non euacuat omnem dubitationem. Secundo / quia non patet quid sit primum cognitū in uniuersalibus post rem. Tertio / quia non patet an uniuersale / an singulare sit primū cognitū. Sexta positio est quā etiam alias soliti sumus substinere: Diximus enim / q̄ loquendo de ordine essentiali nihil intellectui est prius cognitū: quia nec magis uniuersale / nec minus uniuersale. Dicebam primo / quia non est essentialis ordo ex parte intellectus: quia ille est æqualiter omnia fieri. Scdo non ex parte eoꝝ quæ cognoscuntur quia si sic / tunc semper ad cognitionem posterioris requiretur cognitio omnium prioꝝ: & ita nō posset intellectus cognoscere actu hominem / nisi actu omnia superiora p̄cognouisset: & hoc si magis uniuersale esset essentialiter primū cognitum: nec actu posset cognoscere ens / nisi actu præcognouisset omnia minus uniuersalia: & hoc / si minus uniuersale est prius essentialiter in cognitione. Sed nec hæc positio nunc placet / quia si hæc esset uera / non nisi in processu fortuito haberet locum: non autem in processu naturali / uel uoluntario / uel artificiario atq; scientifico. Septima positio est q̄ secus est quid est prius cognitum in arte / ubi multa cognoscuntur: & secus in cognitione unius: utpote Socratis: Nam in cognitione artificiaria semper uniuersale est prius cognitum: maxime quando non inuentione fit illa scientia. Sed cum uolumus cognoscere aliquod unum: utpote Socratem / secus est: nam in tali cognitione sensus quæstionis est quando uolumus Socratem cognoscere: quid prius nobis occurrit utrum cognoscamus prius Socratem inquantum animal / an inquantū hō: & cū iste est sensus tunc semper cognoscimus ipsum prius inquantū animal. Sed nec ista pō ualet / quia est particularis solū in cognitione definitiua / & distincta: nam nihil aliud est cognoscere Socra. per aliqua q̄ definitiue ip̄m intelligere: in quo casu semper

Replica prima. Responsio. Replica scda. Solutio. Confutatio. Pō sexta. Confutatio. Pō septima. Confutatio.

ipse est prius cognitus saltem quid nominis: deinde cognitione distincta ens: & id qđ est magis uniuersale: & per consequens hæc determinatio
Viii·pō Tho· est impfecta· Expo·aūt Tho·absolute uelle uidetur magis uniuersalia eē intellectui nostro prius nota / & intelligit illa esse prius nota cognitione cōfusa: ut p uerba Ari·i·phy· auscultationis libro cōfirmat: Vtitur aūt rōe / quia intellectus ꝓcedens de potentia ad actū incipit ab impfecto ad pfectū: & prius deuenit in actū mediū q̄ in extremū: tale mediū est magis uniuersale respectu minus uniuersalis: igr̄ prius deuenit in cognitio‑
Obiectiōes ext: nem magis uniuersalis · Hæc Expo· Sed obiciūt iuniores Ext· multis
Prima ratio· rōibus · Primo contra pōem· Scđo cōtra fundamentū pōis·Cōtra pōem quidē / primo p uerba Ari·i·phy·auscul· d· idē substinere nomina ad rō‑
Cōmen·v· nem: ubi colligitur definitū esse prius cognitū partibus definientibus: Mō definitū est minus uniuersale q̄ suæ partes: igr̄ minus uniuersale est
Secunda· prius notū magis ulibus · Scđo ut dr̄·iii·de aīa in tex·& cō·x· prima forma in re prius cognoscitur: talis est spēs: igr̄ spēs est primū cognitum · Idem com·xxxvi·habetur cōmendando Auem·ubi dicitur / ꝙ intellectus natus est abstrahere quidditatē a singulari: & intelligere ipsam: & ulterius abstrahere quidditatē a qdditate: & sic successiue intelligendo qdditatem post quidditatē quousq; ad simplicē deuenitur quidditatē· Tertio
Tertia· dr̄·i·poste· notiora ad nos esse proxima sensui: quæ uero sunt lōgiora a sensu esse minus nota nobis: & declarat quæ sunt lōgiora / quæue proxima / & inquit lōgiora esse uniuersalia / maxime proxima esse singularia:
Quarta· igr̄ magis uniuersalia nō possunt esse nobis prius nota· Quarto si intellectus proficiscēs ad cognitionē minus uniuersalis / oportet ꝙ cognoscat magis uniuersalia prius: uel iste ordo est essentialis / uel accidentalis: Si sit accidentalis: igr̄ intellectus pōt indifferenter magis & minus uniuersale intelligere: Si aūt essentialis: tunc ad cognitionē speciei oportet cognoscere oīa uniuersalia intermedia / qđ est falsum / quia multa sunt uniuersalia nobis ignota: & multæ differentiæ nobis ignotæ: quare nullo
Quinta· mō pō habet locū · Quinto illud est difficilius ad intelligendū / cuius abstractio est difficilior: sed abstractio magis ulis est difficilior abstractione minus ulis: igr̄ magis uniuersale difficilius intelligitur: minor declaratur / quia abstractio magis ulis est a magis dissimilibus: igr̄ difficilior·
Sexta· Sexto Meta·est ultima ordine doctrinæ: & in illa cognoscūtur maxime
Capite·iii· ulia: igr̄ maxime ulia sunt posterius cognita: Ańs est Aui·i· suæ Meta·
Cōmen·iii. & Aue·vi·Meta· Septimo illud uniuersale prius cognoscit̄ ab intellectu
Septima. cuius singulare fortius mouet sensū: sed singulare minus ulis fortius mouet sensum · tū quia est magis singulare: & ita maxime mouēs illū · tū
Octaua· quia est actualius· tū quia perfectius · Octauo quicquid est in re est singulare: quicqd intelligitur ab intellectu / prima intellectiōe / est in re: igi‑

tur quicquid intelligitur ab intellectu prima intellectione est singulare/ & sic non uniuersale. Hæc contra positionem. Contra uero positionis rõem arguunt primo contra primã rõem/ quia quærunt quid per intellectum procedere de potentia ad actũ intelligunt/aut uolunt q; prius intellectus sit in potentia q̃ in actu: uel q; prius sit sub esse impfecto q̃ sub esse pfecto: Primũ si dicitur/nõ agit propositũ/quia intellectus intelligens spẽm/ prius intelligit talem spẽm in potentia q̃ in actu: & sic ,ppõ nõ est ad rem: nec scd̃m dici potest/quia nõ est uniuersalis: In processu enim demõstratiuo intellectus procedit a cognitione ,ppõnum ad cognitionem conclusionis: ubi patet cognitionẽ ,ppõnum esse pfectiorẽ. Amplius eodẽ mõ si procedit a cognitione causæ ad cognitionẽ causati. Rursus aer illuminatus a sole nõ prius recipit aliquẽ actũ incompletũ/q̃ cõpletum. Demũ intellectus prius actũ recipit q̃ habitũ: & tñ habitus est pfectior actu. Scd̃o arguunt cõtra aliud dictũ: dictũ est.n.ab Exposi. q; scientia qua ulia intelliguntur est impfecta: mõ hoc uidetur falsum/ quia demõstratio ulis est potior demõe minus uli. Tertio arguũt cõtra aliã rõem: nã dixit Expo. q; cũ sensus procedit de potentia ad actũ/ idẽ est ordo apud sensum/ qui est apud intellectũ: nam ut sensus cognoscit obiectũ sub rõe magis cõis: sic ipse intellectus. Contra arguunt/ quia sensus nõ cognoscit nisi singulare: igitur nihil sub rõe cõis. Hæc cõtra fundamentũ Expositoris. Sed uidetur mihi q; positio Tho. nõ dum intellecta est/nec ab Exteris/nec ab eius sectatoribus. Tho.n. loquitur ut cœteri in processu definitiuo. In tali.n.processu semper uliora sunt prius cognita: ut oẽs sentiunt. Probauit aũt põem hanc Expo.p hoc quia cũ intellectus procedat de potentia ad actũ/quia de ignorantia ad definitiuam sciam: & uia diuisionis & cõpositionis: ut dictũ est.ii.poste. prius deueniet in cognitionẽ magis uniuersalis/q̃ minus uniuersalis/quia illud est confusius siue cõius: & sic primũ in diuisiua methodo. Sed dices hæc expõ non conuenit uerbis Thomæ/quia uidetur loqui de cognitiõe cõfusa: ait enim uniuersalia esse prius cognita/quia cõfusa sunt/& confusa prius cognoscuntur. Dico q; hæc replica fit a male intelligentibus uerba Tho. Nã uult uniuersalia esse cõfusa: nõ aũt ait illa cõfuse cognosci: Asserit enim pro tanto debere esse prius nota/pro quanto sunt confusa: non tñ ait illa esse prius nota/quia confuse intelliguntur: sed quia sunt confusa: Modo confusum idem est/ut dicit/ quod id q̃d plura continet: Definitiua aũt methodus debet incipere a cõfuso plura cõtinenti: non tamen a confuso confuse cognito/sed a confuso distincte cognito. Amplius dato/ q; uelit intellectum uenire prius in cognitionem confusam ipsius magis uniuersalis in tali processu: hoc dicit pro tanto/ quia illa cognitio est confusa respectu contentorum sub illo: & distincta

Defensio põnis Thomæ ab his cauillis.

Replica.

Solutio.

respectu superiorum/in quæ est illud resolubile: & ita positio Expositoris est eadem cum positione Exterorum: & ratio Expositoris nō est: ut dicunt: per potentiam enim intelligit Expositor ignorantiā: & per actum scientiam/quæ habetur de definito per definitionem: Modo intellectus in processu definitiuo procedens de potentia ad actum/hoc est de ignorantia definitionis ad scientiam illius/prius per uiam diuisionis & cōpōnis deuenit ad actus medios q̄ ad extremum/quia definitiua Methodus hoc pacto procedit: erit igitur uis rationis hæc: omne procedens in methodo definitiua ab ignorantia in scientiam definitiuam alicuius/prius deuenit in cognitionem mediorum uniuersaliū q̄ in cognitionem ipsius definibilis. Hæc patet ob naturam diuisionis & compositionis: talis est intellectus/quare ut prius: & sic tolluntur omnes obiectiones contra positionem in se/& contra fundamentum. Illud uero quod Thomas asserit de singulari q̄ sentitur sub ratione comunis/ est exemplū quod Aui. ipse dedit de ueniente: propterea rationes non procedunt/quia Thomas intelligit singulare sentiri sub ratione comunis: hoc est indiuidui uniuersalioris. cætera friuola sunt/& non ad rem. Hæc de positione Thomę.

In sufficientia pōis Thomæ. Verum hæc positio est insufficiens ut cętere/quia solum loquitur in processu definitiuo: & non nisi in uniuersalibus in re. Nona positio est Sorticolarum/qui uolunt primum cognitum ab intellectu nostro esse singulare ipsum: Sed in hac positione primo declaremus per eorum rationes/q̄ singulare est per se intelligibile ab intellectu nostro. Secundo declaremus quot modis sit singulare. Tertio quo nam modo cognoscitur ab intellectu. Quarto declarabitur positio ex dictis. Quod quidem per intellectum per se intelligamus singulare sensile: multifariā persuadent/primo per uerba Auer. iii. de anima com. iiii. ubi inquit: anima rationalis indiget considerare intentiones/quæ sunt in uirtute imaginaria: sicut sensus indiget inspicere sensibilia. Sed intentiones illæ quæ sunt in uirtute imaginaria sunt singularia: igitur intellectus intelligit singularia. Scdo com. v. eiusdem libri inquit/q̄ intellecta in actu habent unum subiectū per quod sunt uera/scilicet formæ quæ sunt uere imaginationes: sed hæ sunt singulares: igitur intellectus intelligit singularia. Tertio Arist. iii. de anima textu com. xxx. inquit/q̄ phantasmata se se habent ad intellectum ut sensibilia ad sensum: & intelligit quo ad mouere/& quo ad intelligere: ut per id quod textu sequenti subdit. d. species quidem igitur intellectus in phantasmatibus intelligit: & Auer. com. xxxiii. ait q̄ intellectus compræhendit mediantibus formis imaginū: Modo omnia hæc sunt singularia. Quarto Arist. eodem tex. com. xxxii. ait/intellectum intelligere species in phantasmatibus sicut uisus res sibi præsentes: & tex. com. xxxix. ait/q̄ cum intelligens speculatur sensibilia/necesse est simul

Nona pō Sor.

An singulare intelligatur ab intellectu.

phantasma aliquod speculari: ubi Auer. com. xxxix inquit/causa quare intellectus qui est in nobis cum uiderit aliquid aut aliqua & intellexerit: ipse non intelligeret ipsum/nisi coniunctum cnm sua imagine/est quia imagines sunt aliqua sensibilia intellectui/& sunt ei loco sensibiliũ apud absentiam sensibilium/sed sunt sensibilia non materialia. Ex quibus apparet plane intellectum intelligere singularia. Secundo idem persuadetur rationibus/primo uirtus distinguens inter aliqua/necessario appræhendit quodlibet illorum: ut secũdo de anima habetur tex. com. cxliiii. Sed intellectus distinguit hanc albedinem existentem in hoc pariete a uirtutibus sensitiuis/per quas illam sentimus/& ab intellectu/per quem intelligimus: nec per aliam uirtutem talem differentiam cognoscimus/cũ per nullam aliam uirtutem possimus ipsum intellectum cognoscere: igitur intellectus appræhendit talem differentiã. Hæc ratio tangitur ab Auer. tertio de anima. com. ix. Secundo per intellectum cognoscimus sensum errare de singulari sensibili: igitur intellectus singulare per se cognoscit: antecedens apparet/quia sensus solem ipsum diiudicat esse pedalis quantitatis: at intellectus per discursum concludit solem illum esse multiplicem ad terram: ut cosmimetrę probant: igitur ille sol singularis ab intellectu cognoscitur. Tertio eadem uirtus cognoscit conclusionem & principia: aliter tu posses cognoscere cõclusionẽ/& ego pmissas: sed principia artis & doctrinæ inferũtur ab ipsis singularibus: ut ab ipsis propõibus experimẽtariis: igr intellectus inferens cognoscit illas. Quarto ut colligitur. vi. ethi. ca. vi. & viii. prudentia est circa singularia/& ex altera propositione singulari & altera uniuersali singularem conclusionem concludentibus: Modo talis deductio fieri nõ potest per sensum: cum ipse uniuersale nõ cognoscat: nec dici potest q fit per sensum quo ad propositionem singularem/& per intellectum quo ad uniuersalem/quia cum conclusio non concluditur ex altera tantũ: sed ex utrisque simul: tunc erit aliquis syllogismus/qui nec per intellectum/nec per sensum conclusionẽ inferet/quod est ridiculum. Quinto si intellectus non per se cognosceret singularia: nullus esset practicus & consultiuus intellectus: deducitur/quia practicus & consultiuus intellectus/non est nisi circa singularia. Sexto si intellectus non per se intelligeret singularia: tunc rebus singularibus non posset nomina imponere: tenet consequentia/quia non fit impositio rei/nisi præcognoscatur. Septimo quicquid potest uirtus inferior potest & superior & eadem ratione: sed sensus potest cognoscere singulare: igitur & intellectus/qui est superior ad sensum. Octauo intellectus cõponit hanc propõem/Numenius est doctus iuuenis: igr cognoscit extrema cognitione simplici. Semper enim secunda operatio supponit primam; ut dicitur in libro de interpraetatione. Nono intellectus

Prima ratio. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta. Septima. Octaua. Nona.

per se fertur in ens: igitur per se in quodlibet contentum sub ente/& ita
Decimo• in singulare• Decimo intellectus p se intelligit ens: igitur maximum ens magis intelligit: sed singularia sunt maxime entia/& multo perfectiora
Vndecimo• ipsis uniuersalibus• Vndecimo si singulare non per se intelligitur: esset quia superadderet materiam/sed materia addit ad esse: igitur ad cogno
Duodecimo• scibilitaté• Duodecimo eidem uirtuti patét propositiones & conclusiones: Sed propositiones syllogismorꝝ in tertia figura patent intellectui: igitur & conclusiones illorꝝ: sed omnis conclusio in tertia figura est par
Xiii• ticularis: igitur particularia intelliguntur per se ab intellectu• Tertiodecimo quilibet experitur se cognoscere ꝙ intelligat rem aliquam determinatam/& se credere id quod credit/& se uelle id quod uult/& se nolle/qđ non uult: igitut intelligit actum suum intelligendi/uolendi/nolendi/& credendi: & hos actus cognoscere per nullam aliam uirtutem potest/nisi per intellectum: igitur intellectus tales actus per se intelligit: sed tales
Xiiii• actus sunt singulares: igitur intellectus p se singularia intelligit• Xiiii• abstractio quæ fit per intellectum possibilem non fit nisi a cognito: aliter abstraheret ab ignotis: sed abstractio uniuersalis a singularibus fit p intellectum possibilem: igitur intellectus possibilis ipsum singulare in
Xv• telligit a quo abstrahit. Xv• eadem & una uirtute ambo correlatiua intelliguntur: sed uniuersale & singulare sunt correlatiua: igitur ab eadẽ uirtute appræhenduntur• Illa autem non potest esse sensus: igitur intellectus• Ex his Sorticolæ Realicolæqꝫ concedunt ipsa singularia per se
Quotuplex est singulare• intelligi a nostro intellectu• Sed tũc restat scđm apud eos/uidelicet quot modis singulare sumatur: & loquimur de singulari simplici/non de propõe: singulare itaqꝫ simplex/quoddam est intellectile: quoddam aũt sensile• Sensile singulare dicitur omne illud quod est hoc signatum ob materiam & accidentia• Intellectile uero bifariam est/quoniã aliud est unum numero in specie/ut deus/& quælibet intelligentia: quoddam in sua specie est plus uno numero: ut species intellectiles existentes in mente/conceptiones/actus intelligendi/actus uolendi/actus credendi/& id genus.
Quomõ singulare intelligitur• Hæc de secundo. De tertio autem distingunt Sorticolæ ꝙ quædam est notitia simplex: qua res immediate in se ipsa cognoscitur: quamue ipsi
Cõmen. xxxvi• appellant intuitiuam: & Auer. tertio de anima uocat illam essentialem: quædam quæ fit mediante aliquo repræsentatiuo medio cognito: & hãc
Excerptum• uocant abstractiuam• Et iuxta hæc concedunt unam eandemue notitiã esse intuitiuam & abstractiuam/non quidem una ratione/sed diuersa: nam notitia qua phantasma in se ipso appræhẽderetur esset intuitiua respectu ipsius phantasmatis/abstractiua uero respectu repræsentatę: & ita una eadẽqꝫ notitia est abstractiua & intuitiua/intuitiua quidẽ ipsius repræsentatiui: abstractiua uero rei repſentatę• Amplius & tertio quæ

dam est notitia / qua res apprehenditur in aliquo conceptu ficto siue formato / siue ille sit proprius / siue comunis : qua notitia substantiam intelligi dicunt : & hanc notitiam discursiuam dicunt / pro quanto sine discursu sumi non potest : nec sine congregatione multorum in unũ. Tunc Sorticolæ dicunt primo / quod singulare intellectile / quod est unum in sua specie / ut est deus per se intelligi potest ab intellectu nostro cõiuncto in aliquo conceptu ficto siue ex pluribus collecto / comuni & proprio. Secũdo dicũt quod tale singulare nec intuitiue nec abstractiue intelligi potest ab intellectu nostro coniuncto. Tertio dicũt quod singulare intellectile / quod multiplicatur in eadem specie : potest intelligi ab intellectu nostro notitia in se / siue intuitiue : immo non nisi notitia intuitiua. Quarto dicunt quod singulare sensile potest intelligi ab intellectu nostro intuitiue & abstractiue. Quinto dicunt / quod prima notitia talis singularis est intuitiua : declarantur autem hæ cõclusiones per ordinẽ ab eis : & primo prima quia illa talia singularia intelligi non possunt nisi colligendo attributa quędã ab effectibus illorum : id autem quod ab effectibus colligitur / si conuenit pluribus / comunis conceptus dicitur : ut si colligitur quod sit ens æternum & immateriale : Hic enim conceptus comunis est omnibus illis / & per hunc illa omnia intelligimus : non tñ talem conceptum formare de illis possumus / nisi syllogismis. At si id quod colligimus : sit deo uel uni tantum illorum conueniens / conceptus proprius erit : ut si concipimus deũ inquantum est ens simpliciter infinitum : hic enim conceptus / quo deũ ipsum conciperemus / proprius esset deo : & eodem modo de aliis dici potest : & sic apparet prima conclusio. Secunda etiam declaratur / quia cognoscere aliquid intuitiue est cognoscere illud in se / & per nullũ mediũ : & cognoscere abstractiue / est cognoscere per medium cognitũ repræsentatiuum : Modo intellectus coniunctus apud hos nõ potest deum in se & per essentiam intelligere : igitur non intuitiue : nec potest intelligere deum per hoc / quia medium repræsentatiuũ aliquod illius intelligat : ut speciem repræsentatiuam dei / quia nulla est talis : abstractorum enim nulla potest esse species talis : ut tertio de anima patet : & sic nec abstractiue intelligi possunt. Tertia etiam declaratur / quia actus credendi certam & determinatam rem est singulare intellectile in eadem specie plus uno : & non intelligi potest nisi notitia in se / quia aut cognoscitur per sensum / aut per intellectum : nõ per sensum / quia res omnino insensibilis est : igitur ab intellectu : ultra si ab intellectu / aut per eius notitiam in se / aut in propria specie / aut in specie alterius / aut in aliquo cõceptu formato : nõ quidem in propria specie / quia talium nulla potest esse species : etiã frustra illa esset / quia ipse per se ipsum æque præsens est : nec in specie propria alterius / quia nõ apparet cuius alterius rei species duceret in notitiã

Conclusiones.
Prima.
Secunda.
Tertia.

eius: Nec per conceptum aliquem/quia ille uel esset proprius: & sic eadem ratio esset de illo & de specie: uel esset comunis/ & sic actus ille nõ cognosceretur distincte: quare talis actus non nisi notitia in se ipso cognoscitur/ & ita non nisi intuitiue: Patet igitur tertia conclusio/ ꝙ singularia intellectilia/ quæ sub eadem specie multiplicantur non nisi intuitiue intelligi possunt: Hoc enim modo species intelligibiles/actus intelligendi/credendi/& uolendi intelliguntur: hoc etiam pacto intellectus ipse intelligit phantasmata: ipsa enim non per species/sed in se ipsis intellectus intelligit: & ita intuitiue.

Quarta. Quarta etiam declaratur/ quia ꝙ singularia sensibilia ut hoc coloratũ/& hic ignis abstractiue intelligantur pro per se noto assumunt: nam intellectus potest intuitiue phantasma ignis intelligere: quando igitur ipsum in se ipso intelligit ut est unum indiuiduum in mundo/in ipso terminatur cognitio: quando uero ipsum intelligit ut imago ignis: intellectio est intuitiua phantasmatis: & abstractiua ignis: Accedit etiam ad hoc ꝙ intellectus põt phantasma speculari singularis ignis tali singulari absente: quare abstractiue tunc intelligetur. Quod autem talia singularia possint intuitiue intelligi: declarant/quia possunt intelligi notitia ĩmediate terminata ad illa sensilia: ut patet quando intellectus ab illis sumit artis siue doctrinæ principium/ quia abeuntibus sensibilibus & non mouentibus sensum: intellectus talem notitiam habere non potest: Sed cum talem habet notitiam: experimur nos immediate rem illam singularem cognoscere: neq; aliqđ aliud medium per aliquam potentiã nostram cogitatiuam appræhendere: igitur singularia sensilia possunt abstractiue appræhendi ab intellectu per appræhensionem medii repræsentatiui: & intuitiue per cognitionem eorum immediate terminatam ad illa.

Quinta. Quinta declaratur etiam quia dum ipsum singulare prima notitia intelligitur/uel in se ipso prima notitia intelligitur & immediate: aut in specie propria sibi: aut in conceptu comuni sibi & alii: non in conceptu comuni: ut fuit probatum: nec in specie propria sibi/quia omnis talis notitia supponit notitiam illius rei singularis in se ipsa/cuius est species: quare notitia intuitiua singularis semper est prior notitia abstractiua eiusdem. Hæc de tertio.

Tertium de primo cognito. Prima conclu. Nunc de quarto dicũt primo/ꝙ singulare prius ab intellectu cognoscitur ipso uniuersali: Declarat primo/ quia uniuersale est conceptus formatus apud eos per intellectum comunis pluribus rebus. Tunc arguunt anteq̃ talis conceptus uniuersalis formetur: oportet aliquod singulare cognoscere/quia non potest cõceptus formari ab aliquibus rebus: nisi illæ res/ aut aliquę illarũ sint prius appræhensæ: uel igitur res singulares ab eodem intellectu appræhenduntur/uel a sensibus: non a sensibus: ut patet per uerba

Cõmen. quarto Auer. xii. Metaphysicę: ubi dicit ꝙ uniuersalia apud Arist. sunt collecta

ex particularibus in intellectu/qui accipit inter ea similitudinem/ & facit ea unam intentionẽ: ecce ꝙ intellectus est qui facit & q sumit / & nõ sensus. Amplius Eustratius primo ethicoꝝ ait/ ꝙ post substantiã multorum anima in se ipsa subsistere facit uniuersalia: ꝓpter hoc & animal uniuersale nihil aut posterius est: ut Arist. ait in his quæ de anima: nihil quidem/quoniam secundum se quidem non subsistit: Posterius aũt quoniam ad multoꝝ existentiam & compræhensionem ipsius sequitur intellectus: ecce ꝙ conceptus uniuersalis supponit intellectionem singularium. Præterea primo physicæ auscultationis dicit Auer. ꝙ licet indiuiduum non sit principium in scientia demonstratiua: est tamen principium acquisitionis uniuersalis/quod est principium doctrinæ demonstratiuę. Secundo dicunt ꝙ prima notitia intellectus primitate generationis est notitia intuitiua singularis sensibilis: quia prima notitia non potest esse alicuius uniuersalis: ut ex his mõ patet: Nec potest esse notitia singularis abstractiua: ut etiam patet ex modo dictis: quare prima notitia intellectus est notitia alicuius singularis sensibilis: & addunt ꝙ nõ cuiuslibet/sed illius quod primo mouet sensum. Ex his sequitur forte ad mentem hoꝝ ꝙ iste est ordo/ ꝙ intellectus primo intuitiue cognoscit singulare sensile. Scdo uniuersale ab illo formatum. Tertio actus intelligendi & singularia intelligibilia/& phantasmata. ultimo intelligit eadem sensibilia singularia abstractiue intelligẽdo phantasmata: & hoc pacto uidetur quidam motus animæ sphæricus: Hæc Sorticolæ. Animaduerte tamen iuxta horum positiones concedendas esse plures captiunculas. Sed potiores sunt/quia singularia prius uniuersalibus intelliguntur: non tamen intelliguntur singularia prius uniuersalibus. Prima pars patet/quia hæc prius uniuersalibus intelliguntur: & hæc sunt singularia: igitur singularia prius uniuersalibus intelliguntur. Secũda probatur/quia non intelliguntur prius singularia uniuersalibus sub ratione qua singularia. Immo simul quia sunt correlatiua quæ sunt eiusdem naturalis intelligentiæ. Sed hæc positio est particularis: nam per hanc non habemus quid sit primum cognitum nisi in processu naturali ut dicemus. In processu enim naturali: uerũ forsitan est singularia prius uniuersalibus intelligi: Sed in cœteris processibus quid sit prius cognitum/per eiusmodi positionem non dum patet. Secundo hæc positio potest esse falsa: nam ipsa singularia per se intelligi ab intellectu nostro potest bifariam sumi. Aut ꝙ singularia ipsa intelligantur ab intellectu nostro/quatenus intellectus: & hoc pacto positio esset falsa / quia tunc ab omni intellectu per se intelligerentur/quod est contra Auer. xii. metaphysicę: ubi probat singularia non per se intelligi ab intellectu diuino. Aut potest sumi ꝙ singularia per se intelligantur ab intellectu nostro:

Cõmento. v.

Cõmento. v.

Secunda.

Excerptum.

Captiunculæ.

Qualis hæc põ & ĩ quo deficit.

Cõmento. li.

non quatenus intellectus/ſed ut ſenſibus coniunctus: & tunc hæc eſt po ſitio Auer.iii.de anima: ubi ait intellectum ſingularia intelligere non per ſuam naturam: ſed mediante ſenſu. Et licet de cognitione ſingularium multo plura in ſeptimo dicentur: nunc uero pro mente peripateticorũ dicerem intellectum quatenus intellectus eſt per ſe poſſe ſingularia intel lectilia intelligere/tam quæ multiplicantur ſub eadem ſpecie/q̃ quæ non multiplicantur: licet non eodem modo/quia ſingularia intellectilia quæ multiplicantur: ut ſunt ſpecies intelligibiles/& actus intelligendi/& cre dendi/& uolendi/& phantaſmata/ab intellectu noſtro intelliguntur no titia in ſe/ſiue eſſentiali/ſiue intuitiua/quoniam talia non poſſunt intel ligi per ſpecies ſimilitudineſue illis abſtractiores: Singularia uero in tellectilia quæ non multiplicantur: licet ſcd̃m Auer. in copulatione in tellectus agentis & poſſibilis intelligantur notitia in ſe/& eſſentiali/ſiue intuitiua: ut uidebitur.ii.huius: tamen ſcd̃m ueritatẽ ab intellectu con iuncto non poſſunt intelligi per abſtractionem ſpecierum a phantaſma tibus propriis/& ſic non poſſunt intelligi abſtractiue: nec poſſunt in telligi notitia immediate terminata ad illas: & ſic nec intuitiue/ & eſſen tialiter. Poterunt igitur intelligi per conceptus comunes & proprios ab illorum effectibus collectos/fictos/ atque formatos: ut de ſubſtantia dice tur. Secundo dicerem quod ſingularia ſenſilia intellectus poteſt intelligere non quatenus intellectus/ſed mediãte ſenſu/& intuitiue/& abſtractiue: abſtractiue quidem intelligendo intuitiue phantaſma quod eſt in dianoe tica uirtute ſenſibuſque interioribus: ut imago ſingularis ſenſilis. Intuiti ue uero intelligendo ipſa ſingularia præſentia: ut ab illis colligit uniuer ſale principium artis & doctrinę. hoc eſt intelligendo illa notitia imme diate terminata non ad phantaſmata: ſed ad ipſa ſingularia: ut præſen tia actu ſunt. Et hæc uidetur poſitio Auer.iii.de anima: & aliis ſuis lo cis ſuperius allegatis. Sed occurres primo/quia intellectus nihil intelli git niſi abſtrahendo a phantaſmatibus: ut dicitur tertio de anima: at in telligendo talia ſingularia intuitiue non abſtrahit a phantaſmatibus ſpe cies aliquas: ut patet. Secundo intellectus nihil intelligit niſi per ſimile/ quia eſt omnia fieri modo ſimilitudinis: ſed in intellectu nulla eſt ipſius ſingularis ſimilitudo: igitur non poteſt ipſum intuitiue intelligere. Ter tio intellectus agens comparatur intellectilibus ueluti lumen compara tur coloribus: ut dicitur tertio de anima com.v.&.xxviii. & ſecundo de anima com.lxvii. Sed lumen dat coloribus eſſe ſenſile actu: igitur intel lectus agens dat ipſis intellectilibus actualem intelligibilitatem: igitur non poſſunt intelligi niſi fiant uniuerſalia. Poteſt dici pro modo quod ad omnem intellectionem requiritur ſimilitudo quædam: qua mediante in telligens intelligat: quia ut dictum eſt cognitio non fit niſi per ſimile:

Cõmento.ix.
Poſitio Peripa. de cognitiõe ſin ſingularium.
Prima conclu.
Secũda conclu.
Cõmento.ix.
Dubitationes.
Solutio.

non quidem ꝙ similitudo sit id quo cognito/cognoscibile cognoscatur: Sed id quo cognoscens ipsum reddatur proportionale rei cognitæ: non enim intelligibiles species ponũtur: ut per ipsas cognitas cognoscantur uniuersalia: sed ut per ipsas reddatur intellectus proportionalis rebus intelligibilibus. Sed quoniam intellectus quædam intuitiue cognoscit per naturam intellectus ut rerum formas/quæ sunt potestate uniuersales: Quædam intuitiue cognoscit non per naturam intellectus: sed per naturam sensus cui coniungitur: hac ratione fit: ut ea quæ per suam naturam intelligit/non intelligat nisi per similitudines/quæ sunt in ipso: & hoc pacto uniuersalia intelligit per species intellectiles: quibus illis redditur proportionalis: quæ uero intelligit ob naturam sensus cui coniungitur: per similitudines intelligit: non quæ sunt in ipso/sed quæ sunt in sensu: & hac ratione singularia sensilia intuitiue intelligit per phantasmata/quæ similitudines sunt in sensibus existentes. Tunc ad obiectiones ad primam dico/ꝙ intellectus nihil intelligit per naturã intellectus/nisi abstrahendo a phantasmatibus: & hoc pacto uniuersalia intelligit: At singularia non per naturam suam intelligit: ideo non oportet illa intelligere per abstractionem a phantasmatibus. Ad secundam patuit solutio per hæc quæ nunc diximus. Ad tertiam dico ꝙ intellectus agens comparatur intellectibilibus ut lumen: non omnibus/sed his quæ intellectus possibilis intelligere potest per naturam intellectus: non autem his quæ intellectus intelligit per naturam sensus. Sed adhuc occurres/an uidelicet intellectus per se sensilia singularia intelligat. Dici potest ꝙ ipsum per se potest determinare propositionem: & sic erit sensus/Hæc propositio est per se intellectus intelligit singulari sensilia: & hoc pacto negatur/quia omne per se hoc modo est de omni: si uero ipsum per se determinat notitiam: Dico ꝙ intellectus aliquando intelligit illa per se ut quando intelligit illa notitia terminata ad illa: aliqñ per accidens/ut quando illa intelligit notitia terminata ad phantasmata illoꝝ. Sed dices omne per accidens reducitur ad per se: igitur si per accidens intellectus illa intelligit: ut ipsum per se uel per accidens determinat propositioné: oportet ut reduceretur ad aliquã per se. Dico ꝙ reducitur ad illam/sensus per se cognoscit singularia illa/quia intellectus mediante illo intelligit illa. Hactenus de positionibus extraneis.

¶ Dilucidationis caput quartum.

Pro quæstionis igitur dilucidatione primo sumendũ est intellectũ posse quædam intellegere sine processu/ueluti ea quæ aut obiter/siue fortuite intelligit/uel ea quæ uoluntarie cognoscit. Intellectus enim ut præcedenti capite conclusum est potest intelligere singularia & uniuersalia: Amplius magis & minus uniuersalia: quare obiter uel uoluntarie quod Suppositio.

uis horum intelligere potest. Quædam uero potest intelligere proceden do a notis sibi ad ignota: ut Peripatetici ubiq; fatentur. Processus aũt quo procedere potest intellectus/ ipse a notis ad ignota esse potest aut naturalis/aut artificiarius. Artificiarius uero aut definitiuus/aut demõ stratiuus/aut operatiuus. Vlterius demonstratiuus aut per inuentionẽ/

Prima conclu. aut per doctrinam. Tunc sit prima conclusio ꝙ de his quæ obiter / uel uoluntarie occurrũt intellectui nulla est regula ordinis cognoscendi: Po test enim interdum obiter singulare/interdum uniuersale/aliquãdo ma gis/aliquando minus uniuersale occurrere nobis. Hæc conclusio nõ ali

Secunda. ter q̃ per occursus probanda est. Secũda cõclusio loquendo in processu naturali primum occurrens intellectui sunt singularia / singularesq; uel indefinitæ propositiones. Secũdo uniuersalia uniuersalesq; propositio nes: & uniuersaliũ prima sunt magis uniuersalia/uniuersalissimæq; pro positiones/deinde minus uniuersalia minusue uniuersales propositiones.

Capite. xxxvii. Hæc conclusio est de mente Themistii.ii.posterioꝝ: Probatur aũt con clusio/quia puer non incipit intelligere nisi motus ab accidentibus rerũ singularium. Accidentia autem a puero prius in particulari intelligun tur q̃ in uniuersali: cum ipse nullum uniuersale intelligit: quem ad mo dum nec brutum/cui puer similis est. Vigorato autem intellectu: ut di cit Themistius singularia indefinitę incipit intelligere formando propo sitiones indefinitas. Adhuc amplius intellectu aucto incipit uniuersalia intelligere primo uniuersalissima/circa quæ minus puer errare potest: & uniuersalissimas propositiones conficiendo: ut dicit Themistius: de mum ex uniuersalissimis deducit minus uniuersales propositiones. Sed

Dubitatio. occurres/quia Arist.i.physicoꝝ per signũ sumptũ a pueris probat uni

Solutio. uersalia prius intelligi. Dico ꝙ auctoritas illa nõ bene intelligitur/quia a pari bruta uniuersalia intelligerent: nam capella omnem capram ut ma trem sequitur primo/postea uigoratis sensibus matrem suam tantũ se quitur: & tamen constat capellam non cognoscere uniuersalia: Eodem modo puer omnem uirum patrem appellat/ omnẽ fœminam matrem: non ꝙ cognoscat uniuersalia prius: sed quia prius singularia cognoscit imperfecte: at uigorato intellectu perfecte illa percipit: & sic illud exem plum non est ex toto simile: facit autem ad propositum Ari. pro quan to ex illo uidetur haberi ꝙ imperfectũ debet esse prius notum discreto. Vnde ad probandũ ꝙ in processu demonstratiuo imperfectiora ut uni uersalia sunt priora: utitur exemplo processus naturæ / in quo imperfe ctum est prius cognitum uidelicet singulare: & hoc pacto exemplũ ua

Tertia. let. Tertia conclusio loquendo de processu artificiario definitiuo scđm ordinem confuse cognoscendi primũ cognitũ est species specialissima/si ue quid nominis definibilis. Secundum uero ordinem distincte cogno

scendi primum cognitum est ens & magis ac magis uniuersale: hæc conclusio est pro mente Aristoteles & Auerois primo physicorum uerbo illo substinent autem hoc idem nomina ad rationem : ubi Aueroes comẽto quinto dicit ꝙ hic facit comparationem totius ad partes secundum imaginationem / hoc est ad partes definitiuas : quæ intelliguntur simplici intelligentia / quæ tertio de anima ab Aueroe dicitur imaginatio : & sic est locutus in processu definitiuo : hanc conclusionem declarauimus capite proximo : non oportet aliter in morari. Quarta conclusio loquẽdo in ꝓcessu operatorio quo intellectus procedit edendo uniuersale post rem & in actu a singularibus : & magis uniuersale ex minus uniuersalibus: tunc primum cognitum intellectui in tali opere est singulare : e quo colligit uniuersale minus : quod est sibi secundo loco notum : & demum uniuersale magis pro ratione ordinis in abstractione : hæc conclusio est pro mente Themistii primo de anima in expositione textus conmenti octaui est etiam pro mente Conmentatoris Auerois duodecimo primæ philosophiæ Comento quarto & in plurlbus aliis locis. Quinta conclusio est ista ꝙ loquendo in processu demonstratiuo per inuentionem emergente : primum cognitum sunt singulares propositiones experimentariæ / secundo uniuersalissimæ / demum cœteræ per ordinem. Hæc conclusio non indiget alia probatione quoniam fuit in alia disputatione deducta. Sexta cõclusio loquendo in processu demonstratiuo per doctrinam emergẽte / primum cognitũ sunt uniuersalissimæ propositiones artis : deinde minus uniuersales eiusdẽ artis suo ordine : hæc est pro mente Aristotelis primo physicorum / Themistii / Alexãdri / Simplicii & Auerois ibidem : & omnium peripateticorum. Ex iis sequitur ꝙ loquendo simpliciter de primo cognito : sic singularia sunt prius cognita intellectui : declaratur quia natura est prior arte : igr̃ processus naturæ est simpliciter prior processu artis : & per consequens singularia quæ sunt in processu naturæ prius cognita intellectui / sunt simpliciter prius cognita : animaduerte ꝙ de hac materia scripsimus in libro de intellectu : & in libro de anima : & in libro physicorum : & in libro destructio destructionum : & semper confuse locuti fuimus : nunc uero tandem ad dilucidationem peruenimus : & hanc puto esse ueritatẽ & mentem omniũ peripateticorũ: ꝙ si mihi aliter occurrit: nõ recusabo aliter dicere: cõtingit enim opiniones mutari ut dici Aristoteles. Hæc de dilucidatione.

Quarta cõclu.

Sexta conclusio

Excerptum.

¶ Solutionum caput quintum.

Iis diligenter dilucidatis : ad rationes nunc respondemus : ad primam dico enim ꝙ cõcludit uniuersalia esse prius cognita minus uniuersalibus

ntellectui in processu demõstratiuo : qui habetur per doctrinam : & ad hoc Aristoteles loquitur primo physicorum . Ad secundam iam capite tertio dictum est ꝙ totum uniuersale est prius notum minus uniuersali noticia confusa distincta : distincta quidem ratione habita ad superiora in que illud totum esset resolubile : confusa uero confusione continentiæ : ut in expositione Thomæ dictum est · Ad tertiam dico ꝙ ratio concludit in processu naturali : nã in processu naturali primum cognitum est singulare sensile noticia intuitiua : deinde uniuersale magis/quatenus circa illud contingit minus errare : tertio minus uniuersale/ ut diximus· Ad quartam patuit solutio/sunt enim illa prima in ordine distincte cognoscendi: uel concedi potest ens & rem esse primo cognita : & concedatur ens & rem esse magis uniuersalia : negatur autem ꝙ magis uniuersalia sint primo cognita: quia ex puris particularibus & est fallacia accidentis · Ad quintam nego consequentiam : quia minus uniuersale est notius naturæ quia perfectius : quod tamen hoc pacto est notius naturæ/ potest esse nobis notius in aliquo processu · Aristoteles autem sumit notum naturæ pro causa : & quod hoc pacto est notum naturæ : non est nobis notum : nisi in mathematicis: raro autem in naturalibus· Ad sextam dico ꝙ concludit in processu demonstratiuo uel definitiuo in ordine distincte cognoscendi · Ad septimam dico ꝙ capiendo difficile pro laborioso:argumentum concludit uerum: quia neutrum illorum est laboriosius intellectui : nisi per accidens ratione sensuum : sed capiendo difficile ut dicit ordinem prioris uel posterioris : sic ratio non cogit · Hactenus de undecima disputatione ·

¶Duodecima disputatio si prima philosophia sit practica·

¶Caput obiectionum primum ·

Ratões antonii andreæ·

Quod prima philosophia sit practica : argui solet . Primo quia ordinatur inmediate in fœlicitatem : quæ est summum bonum · Summum autem bonum est in uirtutibus: igitur prima philosophia ordinatur in uirtutes : & ita erit practica · Secundo Metaphysica regulat: ut dicitur in textu : igitur est practica · Tertio prima philosophia est theologia : uel illi simillima : igitur ipsa est practica : maxime quia prima philosophia perficit nos in esse naturali : ut theologia in esse supernaturali · Quarto prima philosophia est omnibus cõmunis : igitur practicis & speculatiuis cõpetit : & ita erit practica saltem in parte · Quinto si prima philo-

sophia esset pure speculatiua: primi Philosophi non essent permictendi in ciuitatibus/ut illarum partes: deducitur quia omne quod in ciuitate permictitur ut illius pars: est altero sex modorum: ut dicitur sexto politicæ: at eiusmodi philosophi si sint pure speculatiui / non sunt sub aliqua partium ciuitatis: ut patet enumerando omnes: non enim sunt reponendi inter agricolas: qui primam ciuitatis partem faciunt: nec inter artifices: qui faciunt secundam: nec inter locupletes: qui faciunt tertiam partem: quia non superabundant: cum pauca eis sufficiant ad speculandum ut necessaria dumtaxat ad uictum: nec inter sacerdotes: qui faciūt quartam ciuitatis partem: quia nolunt sacerdotari: nec inter milites: qui faciunt quintam partem: quia non sunt pugnatores: nec inter iudices: qui faciunt sextam ciuitatis partem: quia iudicare de utilibus & molestis est praxis: quare philosophi tales si pure sint speculatiui: non erūt in ciuitatibus reponendi. In oppositum est Aristoteles in textu. Ratio ex Ioan.

¶Caput tituli secundum.

Quid philosophia prima / quidue practica scientia dicatur / exponamus. Philosophia igitur non dicitur nisi quatenus est de hominis fine: Nam ut Socrates dixit philosophus est qui suum finem cognoscit: finis autem duplex est: alius primus: qui est diuina cognoscere/ut dicit Plato in libro de pulchro. Alius humanus & hominis ut politicus est: & est humana gubernare. Hinc duplex emergit philosophia: alia quidem quæ quia est de primo fine: prima philosophia dicitur: ut Metaphysica. Alia uero quæ quia est de fine humano / philosophia dicitur: ut moralis: Metaphysica igitur dicitur prima philophia respectu moralis:hinc Socrates & Plato in libro de pulchro dixerunt perfectum philosophum esse: qui diuina cognoscit: & humana gubernat: & hæc ad illa dirigit/& hoc quia perfectus philosophus est: qui utranq; philosophiam nactus fuit: quid igitur philosophia prima sit: perspicuum. Quid uero practica scientia sic: declaremus. Sed quoniam hoc sciri nō potest nisi prius quid sit praxis exponatur: e qua scientia practica appellatur. Primo quid praxis sit: disputabimus. Secundo quo nam modo ab hac/practica scientia dicatur / colligemus. Supponendum igitur est nō posse dici aliquā scientiā practicam: nisi extensione: qua se se extendit extra genus intellectilis operationis: ut colligitur tertio de anima de intellectu practico. Tunc exteri dicunt q; praxis est actus alterius potentiæ ab intellectu: naturaliter posterior intellectione: natus elici conformiter intellectui recto: quatenus sit actus rectus. In hac autem exterorū definitione ponitur genus: & quatuor differentiæ/genus quidē Positio exterorum de diffinitione praxis.

quoniam omnis praxis est actus : non autem omnis actus est praxis : naturales enim generationes actus sunt : non autem praxes • Differentiæ autem quattuor sunt : quæ ut dicunt sunt quattuor conditiones requisitæ ad hoc ut aliquis actus praxis dicatur • Prima est q͞p sit actus alterius potentiæ ab intellectu : hoc probant / quia aliter nec intellectus / nec scientia extensione fieret practicus : stando enim præcise in actibus intellectus : nunq̄ intellectus extēdi dicitur : cum extensio sit migrare in aliud genus : hanc conditionem ponunt ad differentiam logicæ & rhetoricæ : quæ a ueteribus practicæ sunt factæ : quæ rei ueritate nō sunt practicæ : cum nec illarum actus sint alterius potentiæ ab intellectu • Secunda conditio est : ut sit naturaliter posterior intellectione . Signum autem quia actus : qui uel præcedunt intellectionem / uel qui ad illum nullum habent ordinem / ut actus uegetatiui : uel actus primi sensitiui praxes esse non possunt : qua ratione dicunt : solum actus uoluntatis esse praxes / ut est elicitus / ut uolitio / siue electio : uel imperatus / ut actio / siue prosecutio • Soli enim isti sunt naturaliter posteriores intellectione : sic igitur ad differentiam actuum naturalium ponitur hæc conditio • Tertia conditio est : ut sit aptus conformari rationi rectæ : hanc non aliter probant nisi auctoritatibus : ad cuius uero differentiam hæc particula ponatur : non aliter declarant • Tamen uolunt ex his inferre inter actus : quæ praxes sunt : esse ordinem : nam actus elicitus uoluntatis : ueluti est electio ipsa / siue assensus / siue uolitio : est primo praxis : quia hic est rationi immediatior : & primo aptus conformiter elici : actus uero imperatus / ueluti prosecutio : & electionis administratio : quæ aut manu / aut pedibus / aut alio quouis instrumento / uel modo exercetur : est secundo praxis : quia non nisi mediante primo • Quarta conditio est ut talis contingenter elici & non elici conformiter rationi possit • Ad cuius rei indicationem addiderunt quatenus sit actus rectus • Sed hæc descriptio est superflua • Primo quia secunda differentia omnino superfluit : si additur tertia : nam in illa particula aptus natus elici conformiter rationi rectæ : intelligitur illum esse naturaliter posteriorem ratione recta : cum omne quod est aptum natum regulari ab aliquo : sit naturaliter posterius illo • Amplius per hanc tertiam particulam differre potest sufficienter praxis : ab actibus naturalibus / animæ uegetariæ / uel sensoriæ : quia nulli illorum sunt apti regulari a ratione recta : & sic secunda conditio superflua est • Quarta etiam superfluit : & intelligitur in tertia : nam oīs actus : qui est natus cōformiter elici ratiōi rectæ : cōtingit rectæ & nō rectæ regulari : quia omne aptū natū esse tale : cōtingit esse & nō esse tale : quia ut dr̄ primo priorū aptū natū euenire est species contingentis ad utrumlibet : & sic quarta superfluit • Præterea non

Confutatio •

uidetur: ad cuius actus differentiam ponatur / & si ponitur ad differentiam fruitionis beatificæ: etiam ad differentiam illius poni potest: quia ad cuiusuis differentiam poneretur: ad illius differentiam sufficit. Tertia conditio: ut dictum est. Potest igitur hæc definitio corrigi eam sic dicendo: praxis est actio alterius potentiæ ab intellectu: possibilis regulari ab recta operatione illius. Per primam diferentiam / praxis differt ab actibus logicæ rhethoriceue. Per Secundã differt ab actibus naturalibus animæ: per omnes colligitur ꝙ solus actus uoluntatis elicitus ut electio / uel imperatus ut administratio / sit praxis. Hæc potest esse illius correptio. Huic correptioni conuenit definitio eustracii primo ethicorum; quæ est: praxis est operatio hominis secundum electionem. In hac enim indicat eustracius praxim esse actum alterius potentiæ ab intellectu: quia operatio hominis secundum electionem non potest esse in actibus intellectus. Amplius indicat praxem esse regulabilem ab actu intellectus: quoniam electio non est nisi per regulam intellectus tertio ethicorum. Præterea huic correptioni conuenit definitio Auicennæ in principio suæ Metaphysicæ: dicentis praxem esse operationem uoluntatis: quia in eo ꝙ est operatio uoluntatis est actus alterius potentiæ ab intellectu. Amplius etiam in eo ꝙ est uoluntatis est apta regulari ab intellectu: quia regula uoluntatis / intellectus est: ut tertio ethicorum dicitur. Sed occurres nam tres sunt uirtutes siue potentiæ: intellectus / uoluntas / & executiua uis in membris / uel instrumentis; & cum omnis actio sit in potentia: ideo quæres in qua harum subiectiue est praxis. Secunda dubitatio est: quia ex hac determinatione sequitur logicã non esse organicam contra omnes græcos: qui logicam per excellentiam organon appellant. Respondent ad primam iuniores Methaphysici: ꝙ praxis est in intellectu ueluti in altiori potentia: in uoluntate uero / subiectiue: in executiua ui / executiue. Sed hæc responsio friuola est: primo quia non eadem praxis est in uoluntate & in uirtute executiua: nam in uoluntate esse non potest nisi electio / siue uolitio. In executiua potentia si praxis est: illa non est nisi actus imperatus: & sic non recta est solutio: cum æquiuoca sit. Secundo talem modum essendi in alio nullibi legi: & Aristoteles in quarto Physicorum enumerans omnes modos: nullum horum posuit: nisi ut in subiecto. Propter quod dicerem ꝙ sumendo praxim pro actu elicito: sic ille subiectiue est in uoluntate: & hoc tenendo uoluntatem differre ab intellectu: sumendo uero praxem pro actu imperato: dicerem ꝙ si est actus transiens / ille est subiectiue in materia exteriori: si autem actus inmanens: ille est in uirtute executiua / uel in instrumentis. De secunda difficultate est controuersia / ut exteri disputant: sed hanc in his quæ in logica scripsimus

Tertia conditio

Correptio definitionis.

Pría dubitatio:

Secunda dubi.

Solu. iuniorum ad primam.

Confutatio.

omicto : nunc uero dici potest iuxta hanc positionem/illam esse organicam / non respectu generis sui : nam ipsa est in genere cognitionis : & de per se intelligibilibus : & est actus quidã intelligendi: & sic non est organica / sed respectu finis : eo quia ipsa logica nullum habet finem determinatum : quia omnes scientiæ utuntur illa ad suum finem : & ita dicitur organica Methaphysicæ : & non absolute : potius enim dici debet organum sciendi : q̃ absolute organum : nec ualet est sciendi organum : igitur organum. Quid igitur sit praxis : perspicuum est.

Vñ habitus dicatur practicus

Ex iis patet quæ sit scientia practica. Est enim illa quæ est prior praxi/ illiusq; regulatiua : & ita includit duplicem respectum/prioritatis uidelicet quatenus est prior praxi: & cõformitatis/quatenus est apta nata per rectam rationem intellectus/ illam regulare. Vel ut Ari. dicit practica est cuius finis est praxis hic difinita : speculatiua uero cuius finis est ueritas. Hæc de titulo.

ℭ Caput positionum tertium

Prima positio ueterum.

De quæsito itaq; ueteres omnes : qui non cognouerunt intellectum/ sed nec distinxerunt inter sensum & intellectum : hanc scientiã p enitus negauerunt : qua ratione illam nec practicam /nec speculatiuam coguntur ponere. Huius positionis fuerunt Heraclitus / & Cratillus. Amplius & Herculei : qui nulla præter sensilia entia concesserunt. Alii uero ut

Secũda positio socratis platõis

Socrates & Plato uidētur uelle hanc scientiã esse / & esse practicam : quoniam omnis scientia cuius finis est actus elicitus uoluntatis est practica / ut patuit : at finis Methaphisicæ disciplinæ non est nisi fruitio summi boni : quia non enim ut summum bonum intelligamus / nos Methaphysicis elaboramus : sed ut illo cognito fruamur: at fruitio uidetur actus uoluntatis elicitus. Et ideo dixerunt principalem Methaphysicæ finem esse diuinorum fruitionem. & ita apud eos hæc scientia non erit speculatiua/ sed practica. Sed hæ positiones stare non possunt : prima quidem non : quia illa negat Methaphysicam : quod est in primo huius libro confutatum. Secunda uero/ quia ea data omnis scientia erit practica : quoniam omnis scientiæ finis est fruitio sui optimi cognoscibilis. non enim intellectus intelligendo aliquid / potest non frui illo : ita enim naturalis Philosophus fruitur perfectiori ente naturali/ dum ipsum cognoscit : sicut Methaphysicus dum cognoscit summum ens. Et propterea debes dicere fruitionem finis non esse a ratione recta possibilem regulari : quia potentia necessario se se habet circa fruitionem sui finis. Quare fruitio esse non potest praxis nec elicitus uel imperatus actus illius. e qua practica scientia dicatur.

Cõfutatio pri.

Confutatio.ii.

Dilucidationis caput:

Dicẽdũ igit̃ ad disputationẽ: Metaphysicã nõ ẽe practicã: sed speculatiuã primo qa dũ finẽ suũ attigit: nõ se extẽdit extra limites itellect9: Secũdo qa eius finis est ueritas nõ praxis hic d̃finita. Hęc pauca de dilucidatiõe.

Caput Solutionum.

Tunc ad rationes. Ad primam concedo ãñs: quia Metaphy. ordinatur in summum bonũ. Et qñ dicitur summũ bonum est in uirtutibus: dico q͛ summũ bonũ humanũ consistit in uirtutibus: (ut loquitur ibi Ari. de uirtutibus) At Metaphy. consistit in summo bono diuino. Sed occurres / quia summũ bonum intelligi non potest / nisi intellectus illo fruatur At fruitio est uolitio / siue amor: igitur finis huius est praxis. Iam dixerunt Exteri / q͛ ille amor est quędam dilectio naturalis: qui semp necessario est rectus: & ita non est praxis: Sed hęc solutio est obscura: quia ut intellectus cuicunq; coniũgitur / intelligendo coniungitur: sic uoluntas cuicunq; coniungitur / uolendo coniungitur: & ita illa fruitio est uolitio: & non tantum amor naturalis. Concedo igitur fruitionẽ esse uolitionem / & non amorem naturalem: & ulterius dico q͛ non omnis uolitio est actus elicitus / siue electio uoluntatis. Ille enim actus est electio siue actus elicitus / qui est finis consilii. At uoluntas fine non fruitur / eo quia fruitio sit finis consilii: sed circa finem se habet libere & necessario: ut diximus in aliis disputationibus: & sic concedo fruitionem esse uolitionem / non tamen praxim: quia nec est elicitus actus per consiliũ nec imperatus: est tamen mere liber & necessarius. Ad Secundam dico q͛ licet Metaphysica regulet: in regulando tamen nõ se extendit ad praxim: quia nec ad actus alterius potentiæ ab intellectu. Ad Tertiam patet solutio: est enim hæc scientia Theologia: aliter tamen ab illa quæ est per principia credita: nam illa perficit nos in amorem: qui est actus elicitus uoluntatis: hæc autem in amorem / qui est actus liber necessarius. Ad quartam / dico q͛ Metaphysica est omnibus communis: tamen per hoc non se extendit ad actus alterius potentiæ ab intellectu. Circa ultimum argumentum est non parua dificultas. Tamen omnes conueniunt q͛ phylosophus pure speculatiuus potest dupliciter sumi: uel ut mente speculatiuus / & ore nihil explicat: uel ut mẽte speculatiu9 & ore diuinoȝ cognitionẽ docet: atq; publice oĩbus diuinoȝ cognitionẽ declarat. Tunc ulterius sumitur politiã esse bifariã: aliã quidẽ rectam: aliã uero transgressam. Vt quarto & qnto politicę patet. Recta quidẽ est qñ dominans præest ob bonũ publicũ. Trãsgressa aũt qñ domiãns præest ob bonum proprium: est aũt recta multiplex: alia in qua rex ob bonũ publicum dominatur: quæ græce Monarchia / latine regnum dicitur: alia in qua illi dumtaxat præsunt: qui uirtute ĩgenioq; clariores sunt: & hæc græce

An pure speculatiuus sit pmittẽdus ĩ politia.

Duplex politia: secũda supõ.

Triplex recta.

ariſtocratia dicitur: latine optimatum principatus. Alia in qua pauperes omnes fere præſunt ſed ob publicum bonum: & hæc græce eſt timocratia/latine honorabiliorꝝ principatus. Amplius tranſgreſſa multiplex eſt: alia in qua unus dumtaxat præeſt/ſed ob proprium bonũ: & hæc græce tyrannis dicitur. Alia in qua etiam ob propriũ bonũ diuites dũtaxat præſunt: & hæc græce eſt oligarchia. Alia in qua pauperes omnes fere ob bonũ propriũ præſunt: & hæc græce eſt democratia. Vlterius tertio dicunt dominans in tranſgreſſa politia/differt a dominante in recta/quia ille qui rectę p̄eſt debet maxime diuina cognoſcere: & hoc quia in gubernando humana recte diriget hæc ad diuina: & propter hoc inſtituti ſunt ſacerdotes: ut dominantibus diuina explanent: ad hoc ut humana recte gubernent. Qui aũt trãſgreſſæ præeſt: ſolum ea cognoſcere debent/quæ faciunt ad bonum propriũ: non enim gubernant humana/ut dirigant illa in diuina: ſed omnia ad ſe dirigunt. Ex his dicit Io. ꝗ p̄hus pure ſpeculatiuus/qui mente dumtaxat cõtẽplatur/ & nihil ore docet: nec in recta nec in tranſgreſſa politia eſt ꝑmittendus. Quod patet eo quia nihil in recta permittitur niſi aut pietate/ut pauperes/& mutilati: aut quatenus faciunt ad bonũ publicũ: Philoſophi autem qui mente dumtaxat uigẽt/pietate non ſunt permittendi/quia non ſunt mutilati: nec faciunt ad bonum publicũ. Quod uero nec in tranſgreſſa: declaratur/quia in ea nihil debet permitti quod non faciat ad bonũ dominnatium: Modo p̄hus talis ad bonũ illius non facit. Secundo dicit ꝗ philoſophus qui mente diuina contemplatur: & ore illa docet: ut dominãtes diuina cognoſcant/ad quæ humana gubernant: in politia recta/ſunt permittendi: primo/quia ſunt utiles principi/ quia nullus debet diuina cognoſcere plus principe/quia hic plus gubernat. Secũdo ſunt utiles ſacerdotibus/quia ſacerdotes debent eſſe phyloſophi / aut a philoſo. recipere cognitionẽ diuinorꝝ: Sunt etiam utiles Iudicibus/ quia niſi Iudices diuina cognoſcerent/non poſſent recte iudicare/& aliis omnibus: & ſic philoſophi tales ſunt permittendi non ut pars ciuitatis: ſed ut regula omnium partium: quia per eos artifices/agricolæ/diuites/milites/ſacerdotes/& Iudices/& etiam princeps regulantur: quatenus docent diuina cognoſcere / ad quæ humana debẽt dirigi recta. Dicit tertio ꝗ in politia tranſgreſſa non eſt permittendus propter cauſas cõtrarias / quia dum diuina docet/repugnat dominantibus. Et propterea: ut dicit Ari. debet relegari a talibus politiis: ut de Caſſiodoro ponit exemplũ. Hæc determinatio Ioãnis bona eſt: tamen defendi poteſt: philoſophum/qui mente dumtaxat contemplatur poſſe permitti in politia recta/quia licet finis illius ſit bonum publicũ: non tamen debet priuatum ipſum bonũ tolli dum nõ repugnat publico: quare permitti poteſt/ quia non eſt fas

Triplex tranſgreſſa.

Tertia ſuppõ.

Poſitio Ioannis

Prima conclu.

Secunda.

Tertia.

Qualis determinatio Ioan. & illius correptio.

nocere ei qui nihil mali facit: ueluti permittuntur heremitæ: quare permitti potest quatenus repugnat rectitudini tollere aliquem a sua patria: quando contra publicum nihil agit. Potest etiā talis permitti in politia transgressa: quatenus non tollit bonū/ quod dirigitur ad dominantes: & ita in utraq; permitti potest: in recta quidem/ quia nō nocet publico: in transgressa uero/ quia non nocet dominantibus: ut patet. Sic igitur patet quo nam modo pure speculatiui sint permittendi: & quoue modo non. Hæc de disputatione duodecima hactenus.

¶ Tertiadecima dispu. si speculatiua omnis scia sit oībus practicis nobilior atq; honorabilior.

¶ Caput obiectionum primum.

Qđ practica sit honorabilior atq; p̄stabilior speculatiuis: arguitur primo/ quia omnis scientia sortitur suam præstantiam a fine: Modo finis practicæ est bonū & opus: speculatiuæ uero finis est uerū: bonū autē præstabilius est uero: igitur practica est præstabilior speculatiuis. Secundo scientia ciuilis ordinat speculatiuas: ut dicitur primo ethicoꝝ: igitur est p̄stantior speculatiuis. Tertio Theo. supernalis est oī speculatiua p̄stantior: & tamē est practica: igr̄ aliqua practica oībus speculatiuis est præstantior. Quarto melius & utilius præstabilius est inutili: practicæ sunt meliores & utiliores/ quia ad uitam conferunt/ ad quam nihil speculatiua conducit. Quinto quod ultra opus addit considerationem uidetur esse honorabilius/ & præstabilius. Mechanicæ siue practicæ ultra opus addunt considerationem. Sexto scientia qua quis potest benefacere aliis est præstantior/ & honorabilior. Nam beneficētia est actus summæ præstabilis: Modo homo per scientias practicas potest multis benefacere/ ut patet discurrendo per omnes. Septimo per practicas scientias conseruatur bonū ciuile: ut colligitur .ii. huius: per speculatiuas destruitur: ut colligitur tertio physicoꝝ ab Auer. in prologo: & etiam in .viii. Physi. Philosophya enim negat leges (ut dicit) & opiniones uulgares: quibus ciuitates conseruantur. In contrarium est Ari. in textu.

Rōes Egidii.

Cōmen. xiiii.

¶ Caput tituli secundum.

Pro declaratione tituli uideamus quo nam modo differunt bonū/ nobile/ & honorabile. Et dicimus ꝙ bonum unumquodq; dicitur quatenus aut finis: aut ordinatur ad aliquem finem: ut .ii. metaphy. dicitur: quare bonum trifariam esse potest/ aut bonitate in se/ aut bonitate sumpta respectu ad aliud/ aut bonitate modi perueniendi ad finem. Hæc de ipso bono. Nobile uero dicitur aut propter genus subiectum: nam ut dicitur primo ethicoꝝ: nobilitas rei est genus rei: quare nobilitas scientiæ

Cō. viii. & .vii.

est a genere scientiæ: & ita a subiecto genere: aut propter modum considerandi / siue confirmatione demonstrationis · ut dicitur primo de anima · Hæc de nobili · De ipso autem honorabile dicamus:nihil aliud esse honorabile: nisi quod est ꝑ se · ut primo ethicorum sumitur: ꝓpterq̃d dii summe honorabiles sunt: quia soli propter se esse uidētur: nullo egētes extrinsecorum bonorum · Hæc de honorabili· Quæ uero sit speculatiua: quæue practica: præcedenti disputatione pactuit· Hæc de titulo·

Capite · x vi ·

Caput positionum tertium ·

Prima pō exterorum ·

In ista questione exteri respondent simpliciter sine distinctione / ꝑ unā particularē:uidelicet/ ꝙ omni practica aliqua speculatiua est nobilior: & probant per unicam rationem;quia practica est ad usum: speculatiua ad ueritatem: sed ueritas est simpliciter honorabilior usu:quia per illam cōuenimus cum substantiis seperatis: quæ sunt omnibus prestantiores solum in intelligendo · Addunt tamen conclusionem esse ueram solum in scientiis humanitus inuentis: quod ait esse addendū propter Theologiam supernaturalem: quæ est practica: omni speculatiua nobilior. Hæc exteri · Sed hæc positio non ualet:quia uel intelligit uniuersaliter ꝙ omni practica sit nobilior omnis speculatiua preter Theologiam: uel particulariter: ꝙ omni practica preter Theologiam / sit quædam speculatiua nobilior · Si intelligitur uniuersaliter / fallit · Nam geometria quę est de quantitatibus / non est nobilior morali: quæ est de uirtutibus: nec naturalis quæ est de ęlementis /est nobilior medicinali: quæ est de corpore humano · Si uero ipsi intelligunt particulariter :ꝙ omni practica preter Theologiam sit aliqua speculatiua nobilior: etiam fallit:quia eorum ratio uidetur uniuersalis: quoniam omnis speculatiuæ finis / est ueritas: in qua speculatiuus cōuenit cum substātiis seperatis: & sic omnino uidētur diminuti · Ioannes autem dicit ꝙ aliqua scientia speculatiua est omni practica nobilior: ut patet saltem de ea speculatiua quæ est de diuinis rebus · Secundo dicit ꝙ aliqua scientia practica est aliquibus speculatiuis nobilior: ut moralis geometria est nobilior / & ea scientia naturali quę est de ęlementis & id genus · Hæc Ioannes · Sed Hæc solutio est directe contra Ari · qui facit questionem utrum uita actiua sit nobilior contemplatiua: & soluit absolute/ꝙ contemplatiua est nobilior · Hoc probat in libro politicorum testimonio deorum: qui soli perfecti & beati sunt nullo egētes·Quare hæc solutio Ioānis nō ē ꝑipatetica,hæc de posiōībus·

Confutatio ·

Positio Ioānis ·

Confutatio ·

Decimo ethico·

Caput quartum dilucidationis ·

De quæsito peripatetice sentiendo: dico primo ꝙ omni practica omnis speculatiua est honorabilior·Secūdo dico ꝙ omni practica omnis speculatiua est melior · Tertio dico ꝙ quo ad confirmationem demonstrationis / omni practica omnis speculatiua est nobilior: nobilitate autē sub-

biecti: non omnis: sed quædam sic quædam non. Prima conclusio patet ex his quæ in titulo diximus: nam omnis speculatiua est sui gratia: omnis practica gratia alterius. modo quod est sui gratia/id est absolute honorabile. quod autem alterius gratia/aut non est dicendum honorabile: aut minus honorabile. Ex hoc sequitur q̄ quemadmodum aliis honor dumtaxat debetur: quia sunt propter se/& sui gratia: sic philosophis speculatiuis honor debetur dumtaxat: & hoc ait Ari. primo Ethicorum. cœteris autē mechanicis & operariis ut moralibus & medicis: non honor / sed laus debetur: quia laus ut dicit Ari. ibidem in actione cōsistit. Secunda etiam conclusio declaratur: Primo ratione sui: Secundo ratione habita ad aliud: Tertio ratione habita admodum acquirēdi. ratione quidem sui: quia speculatiua est bona sui gratia/practicæ gratia alterius. Secundo ratione habita ad aliud: quia speculatiuæ omnes sunt ut intellectum perficiant in esse beatifico. practicæ: uel ut perficiāt corpus: ut medicinalis: uel ut perficiant animam quo ad potentiam inferiorem intellectu/ut moralis: quæ perficit animā: quo uidelicet ad appetitus sensitiuos. speculatiuæ autem quo ad intellectum: quæ est altissima animæ uirtus. Tertio ratione habita ad modū operandi siue aquirēdi. Aristotiles enim ait deum esse optimum: Secundo cœli: quia per pauciora attingit finem suum. modo speculatiua per pauciora finem suum attingit: practica per plura ut patet. quare absolute omni practica omnis speculatiua est melior: Tertia declaratur: quia Aristotiles primo de anima uult unam scientiam esse altera nobiliorem aut nobilitate subiecti aut cōfirmatōe demōstratiōis: mō patet oī practica cōfirmatiōe demōis esse oēm speculatiuā nobiliorē. Secūdā pars patet qr nobilitate subiecti moralis nobilior est geometria/& nāli philosophia q̄ ē d̄ generatiōe & corruptiōe. Amplius medicinalis nobilior ē nāli philosophia quæ est de elementis. Quare patet conclusio. Hæc de dilucidatione. Excerptum.

¶Caput solutionum

Iis sumptis ad primam dico q̄ finis practicæ est bonum nō simpliciter/sed bonum aut corporis/aut animæ/quo ad illam partem/quæ intellectui subditur. at finis omnium speculatiuarum est bonū animæ / quo ad partem intellectus: & sic est maius bonum / ut diximus. Ad secundam dico q̄ ciuilis non ordinat modum procedendi in scientiis a propositionibus ad conclusiones: sed modum legendi: & hoc attinet ad praxim. Ad Tertiā dictum est conclusiones esse intelligendas in scientiis humanitus inuentis: talis autem Theologia est supernaturalis. Ad Quartam dico q̄ speculatiuæ sunt utiliores quia conferunt ad uitam sublimiorem quæ est per intellectum: cœteræ sunt ad uitæ/corporis / uel subordinatæ potentię necessitatem. Ad Quintam dico q̄ super opus

addunt considerationem non speculatiuam/sed practicam. Præterea pra cticæ dicuntur principaliter ab opere: non a consideratione. Ad sextam dico ꝙ per nullam scientiam homo potest plus benefacere q̄ per specu latiuas: quia per alias benefacit hominibus quo ad illorum corpora/uel illorum animas secundum rationem potentiarum inferiorum: per spe-culatiuas autem benefacit discipulis quo ad eorum intellectum: & pro-pterea dicit Ari. in ethicis/ꝙ diis parentibus & præceptoribus non po-test redi par. Ad septimum dico ꝙ philosophia naturalis non repugnat legibus: quia ipsa facit leges: ut dixit Crisippus: sed leges falsas refellit: ueras uero leges confirmat: & si dicitur ꝙ Theologia nostra repugnat Philosophiæ: dico ꝙ non repugnat: sed est supra philosophiam: sicut motus ignis circularis in sphæra propria nō repugnat illi: sed est supra naturam illius. Hæc de tertiadecima disputatione satis.

Finis primi.

AD EVNDEM MAGNANIMVM COMI-TEM SEVERITANVM ANDREAM CARA-PHAM: EIVSDEM AVGVSTINI NYPHI DILVCIDARII METAPHYSICARVM DI-SPVTATIONVM LIBER SECVNDVS.

h Actenus Andrea Carapha litteratorum decus/ de principiis deq; causis rerum omnium/quatenus philosophum deceat quæ ueteres sensere: in primo libro Aristoteles absoluit: ubi disputationes tresdecim tibi recēsendas misimus: ipsæ namq; tua humanitate atq; ingenii acumine fretæ latratū cynicorum maleuolorum non exorrescent: quos passim ante fores omnium inue-nies. Hunc uero cum Aristoteles de his quæ ad Metaphysicæ librum actinent disputare agrediatur: ubi & de ueritate/deq; ueritatis inuen-tione cōplura interponit. Nos in hoc Secūdo libro disputationes quinq; tibi mictimus. In illis enim quibusdam obiecimus: qui nostro iudicio: li cet ingenio ualeant: e peripateticorum luce aberrarunt. Quare rogo ut tua solita protectione: qua non modo me litteratorum minimum: sed summos etiam fouere soles: disputatiōēs hasce & corrigas/& defendas/ sic enim securæ quoslibet terrarū fines peragrare non dubitabūt. Vale.

Prima disputatio si prima complexa principia sint nobis naturaliter cognita.

¶Caput dubitationum primum.

q Vod sic:solet argui/ primo per uerba Auerois in hoc secundo. Secundo prima principia huiusmodi sunt nobis aliquando nota/& non per inuentionem/nec per doctrinam: igitur naturaliter: antecedens patet / quia omne notum aut per doctrinam/aut per inuentionem/est notum per aliquod prius notum: modo nihil est notius primis principiis. Tertio cognoscimus prima principia per sensus: & hi sunt nobis a natura:igitur prima principia sunt nobis nota naturalitet. Prima pars declaratur: quia intellectus non potest prima intelligere nisi per terminos: quia principia cognoscimus: quo terminos cognoscimus: modo terminos non nisi per sensus cognoscimus: ut dictum fuit. Quarto leso organo phantasticæ/talia principia non intelligimus: igitur per sensus illa cognoscimus. Pro parte opposita arguunt: quia si prima principia essent naturaliter cognita: aut secundum actum:& sic semper actu illa perciperemus contra experientiam: aut secundum potentiam: & sic nõ aliter principia & conclusiones essent nobis naturaliter nota: quoniam ambo illa naturaliter possunt a nobis cognosci. Secundo si principia talia nuturaliter cognoscerentur: tunc omnibus essent æqualiter nota: quod est contra Aueroem in hoc secundo libro. Tertio si principia cognoscerentur naturaliter: tunc conclusiones non uoluntarie cognoscerẽtur: quia ex naturaliter cognitis nihil contingenter uoluntarieue cognosci potest: & sic disputatio est dubia.

Cõmento pri.

Cõmento.xiiii. &.xv.

¶Caput secundum tituli.

Pro tituli expositione primo debes scire ꝙ primum principium hic sumitur pro eo quod græcæ est axioma / latine dignitas: & hanc Aristoteles definit dicens illam esse: quam necesse est habere quemlibet docendum: hæc autem multiplex est: quædam omnibus scientiis cõmunis ut de quolibet dicitur esse uel non esse: de nullo ambo: uel non contingit idem simul esse & non esse: hanc autem necesse est ab omnibus his haberi: qui quamuis discunt scientiam: eo quia conficitur ex iis terminis: qui omnibus scientiis sunt cõmunes: quædam est cõmunis plu-

ribus sciētiis: ceu si ab æqualibus æqualia demas: cœtera quæ restāt: sunt æqualia. est enim hæc geometriæ & arithmeticæ cōmunis: quia ex iis conficitur terminis: qui omnibus consideratis illarum competunt: hæc dicitur pronunciatum/siue pro loquium: oportet autem hanc non omnem docendum habere: sed eum: qui has dumtaxat scientias discere quærit. Quædam quæ uni scientiæ tantum cōmunis est: sed omnibus demonstrationibus illius/ut plura entia sunt: & motus est: & id genus. Sunt enim termini tales omnibus consideratis in naturali cōmunes: hæc postulatio appellatur: oportet autem hanc omnem docendum naturalē philosophiam habere: quædam quæ uni tantum demonstratiuæ scientiæ cōmunis est: ut uolenti demonstrare ꝙ terra est rotunda: necesse est habere ꝙ omnia grauia petunt centrum: hæc dicitur demonstratiua propositio: & hanc eum dumtaxat habere necesse est: qui uult illam conclusionem discere: quæ est ꝙ terra est rotunda: & sic de aliis id genus: in proposito tamen triplex est principium: quoddam cuius termini sunt cōmunes omnibus sensibus: ut omne totum est maius sua parte/de quolibet dicitur esse/& id genus: quoddam cuius termini sunt cōmunes pluribus sensibus: ut si ab æqualibus æqualia & cœtera: quoddam cuius termini sunt cōmunes uni sensui tantum: ut omnia acria sunt melancholica & omne calidum est penetrans: utrum uero sit dare unum primū axioma: ad quod omnia axiomata habeant resolutionem: & quid est illud: & multa alia de his: quære in primo posteriorum: quia diligenter de his scripsimus. Quid uero sit natura: patet secundo physicorū: sed quonam modo hic sumatur: dicemus in dilucidatione. Hæc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

Pō exterorum. In hac disputatione: exteri uidentur uelle/ꝙ esse aliquid nobis naturale: potest intelligi dupliciter: aut quia est inditum a natura: & nullo modo de nouo acquisitum: quo modo dicimus ꝙ potētiæ sensitiuæ sunt nobis a natura. Alio modo quatenus aquiritur nobis per aliquod principium naturale: ut dicimus ꝙ uidere colores est nobis naturale: quia potentia uisiua qua illos uidemus/est nobis naturalis. Tunc dicunt primo ꝙ cognitio primorum principiorum/non est nobis naturalis primo modo: hoc est indita a natura: quia saltem quo ad noticiam terminorum dependet a sensibus. Secundo dicunt ꝙ sumendo naturale secundo modo cognitio illorum est nobis naturalis: quia mediante lumine intellectus agentis: quod in est nobis a natura illis intellectus possibilis assentit.

Excerptum Ex iis patet esse talem ordinem ꝙ primo intellectus possibilis terminos primorum principiorum cognoscit per sensus: secundo illos aprehensos componit uirtute propria. Tertio lumine intellectus agentis illis assentit: & per nihil aliud: ut nec per sensus: nec per quoduis aliud. Pro hac

positione iuniores exteri arguunt primo quia phantasma non est causa secundæ operationis intellectus/quæ est cōpositio: uel diuisio : quia sufficit cognitio terminorum per species representatas intelligibiles. Secūdo pono per casum ꝙ intellectus possibilis apprehendat extrema primi principii ut ipsum totum & partem: & compositionem/uidelicet omne totum maius est sua parte: & quæro aut positis notitiis horum in intellectu quibuscunq; aliis circumscriptis/ille potest assentire primo principio ex illis:uel non: si non potest intellectus possibilis illi assentire: igitur cum illis notitiis potest stare positio cōtraria: & sic uirtualiter repugnans primo principio posset stare in intellectu. si uero intellectus illi assentit omnibus aliis circumscriptis: igitur potest assentire illi solo lumine: & non per hoc quia complexioni illius assentit sensus aliquis. Tertio per minus incertum intellectus non debet assentire certiori: sed noticia sensitiua est minus certa noticia intellectiua: igitur intellectus non debet assentire illi/per noticiā sensitiuam. Quod noticia intellectiua sit certior sensitiua: probant primo quia noticia intellectiua primorum iudicat intellectus qualia illa sint: non sic sensus per sensitiuam. Secundo per intellectiuam uerum discernitur a ueri simili:per sensitiuam non semper: quia sæpe corrigitur per intellectum. Tertio per nullū sensum percipitur ueritas: igitur per sensum nulli composioni assentire possumus: antecedens patet quia ueritas rei cognoscitur per actum reflexum: & nulla uirtus reflectitur: nisi intellectus. Ex iis concludunt positionem illam: hæc exteri. Sed hæc positio confutata est disputatione septima: ubi multis argumentis probauimus intellectum non posse primis principiis assentire:nisi per inductionē experimentariā:quæ aut fit a dianoea: aut ab intellectu mediante dianoea: ut replicabimus. Ioannes autem parum aut nihil differt ab exteris: dicit enim ꝙ si uerbum cognitum dicit actum: tunc principia non sunt cognita naturaliter: quia tūc semper actu cognoscerentur a nobis. Si autem dicit potentiam: tunc sunt potentia proxima nobis naturaliter cognita: quia noto quid sit totum: quidue pars:habetur una dispositio:qua potest in mediate intellectus cognoscere omne totum maius esse sua parte: secus de ipsa conclusione: quia ad illam non sufficit cognitio terminorum: & ideo uoluntarie cognoscitur: quia non per potentiam propinquam: hoc est per solam cognitionem terminorum. & ita uelle uidetur intellectum posse assentire illis primis principiis: dato ꝙ sensus non assentiat aliquo pacto complexioni illius/nec in toto/nec in parte: quia sufficiens causa est cognitio terminorum/& lumen intellectus agentis. Quare positio Ioannis uidetur explicatio positionis exterorum. Sed hæc positio ut dixi confutata est disputatione septima/ & potest argui contra hanc: primo quia co

Rōes pro his

Confutatio.

Pō ioannis.

Confutatio.

intellectus primis assentit/quo cognoscit rem esse/uel non esse: quia ut dicitur in pdicamentis ab eo quod res est/uel non est dr oratio uera/uel falsa: & ita non potest intellectus assentire alicui illorum: nisi cognoscat ita esse uel non esse: sed per quinqꝫ sensus uel plures illorum cognoscit omne totum esse maius sua parte: & similia principia: quia per uisum cognoscit totum album maius esse sua parte/per auditum totum sonorum maius esse sua parte/per tactū totū calidum maius esse sua parte: & in cœteris similiter; igr per consensum oīum uel pluriū sensuū intellectus assentit illis· Secūdo eo primis assentim9: quo illis solemus dissentire sed sensibus dissentire solemus: de principiis enim primis philosophi nō similiter sensere: & non ex parte luminis intellectus: qa illud est æquale omnibus/ueluti intellectus: igitur ex parte luminis sensus: quod omnibus non est æquale · Tertio illud ad quod stat ultima resolutio omnium principiorum omnium artium & omnium scientiarum/est principium quo assentimus primis principiis, Sed ad experimentū & sensum stat resolutio ultima talium; igitur per experimentum & sensum illis assentimus· Minor probatʳ quia Aristoteles quoties cum negantibus eiusmodi principia disputat; semper reducit illos contra sensus/ut patet quarto huius contra illos qui negant de quolibet dici esse uel non esse & primo physicorum contra Parmenidem & Melissum/& octauo physicorum contra Empedoclem/& contra Zenonem: semper enim reducit illos contra sensum: igitur ad experimentum & sensum stat omnium illorum resolutio; multa alia dicta disputatione diximus: nunc satis ·

¶Caput dilucidationis quartum ·

Prima suppō· Pro dilucidatione debes scire ꝙ dianoea trifariam inducit/ & intellectus mediante illa etiam trifariam inducit · Primo mediantibus omnibus sensibus: ut omne totum esse maius sua parte; & de quolibet dici esse aut non esse: dianoea enim omnibus sensibus his consentientibus singulares conficit propositiones; & intellectus illa mediante illis assentit; inferendo uniuersaliter omne totū esse maius sua parte/& de quolibet dici esse uel non esse · Secundo inducit mediantibus pluribus sensibus aliis non dissentiētibus: ut si ab æqualib9 æqualia & reliqua: nā æquale & inæquale/non cognoscuntur nisi tactu & uisu · Tertio inducit uno sensu per plures memorias eiusdem: quo inducit principia particularia medicinæ/uel alicuius scientiæ· Secūda suppō· Secundo debes scire ꝙ lumen non sufficit pro assensu: quia lumen est principium quo alicui uniuersaliter assentimus: quoniam intellectus & lumen eius non est nisi uniuersalium perse: unde ut aqua sua natura est frigefactiua; sic lumen intellectus est uniuersalium manifestatiuum: & hoc non nisi a natura habet ueluti aqua frigefacere; nec sufficit inductio experimentaria/siue intellectiua mediātibus pluri/

bus memoriis omnium uel eiusdem sensus: quia nunq̃ per talia assumi possunt omnes singulares propositiones illius uniuersalis. Ex iis sequitur ꝙ nullis principiis assentire possumus per lumen solum: patet quia illud est uniuersale principium: uniuersalibus autem non assentimus nisi ab eo ꝙ res est in omnibus uel pluribus. Quod non lumine/ sed sensibus ipsis cognoscitur. Secundo sequitur ꝙ nullis assentire possumus lumine sensuum dumtaxat: patet quia per tale lumen nunq̃ uniuersaliter aliquibus possumus assentire: per lumen enim sensitiuum cognoscimus rem esse uel non esse ut in pluribus uel indefinite: non autem uniuersaliter. Quare tertio concluditur ꝙ utroq; lumine primis assentimus: lumine quidem intellectus uniuersaliter: lumine autẽ sensuum particulariter uel indefinite cognoscendo rem esse uel non esse ut in pluribus. Non tamen eodem modo: quia principiis quæ conficiuntur ex iis/ quæ cõmunia sunt omnibus sensibus: assentimus per omnes sensus: principiis uero quæ conficiuntur ex iis: quæ pluribus sensibus sunt cõmunia: assentimus per plures sensus aliis nõ dissentientibus: at principiis/ quæ conficiuntur ex iis quæ uni sensui cõmunia sunt: assentimus per inductionem ab uno sensu/ pluribus memoriis illius mediantibus: tunc ad quæstionem dicẽdum ꝙ sumendo cognitionem primorũ pro actuali assensu uel noticia: sic cognitio illorum non est nobis naturalis: ut rationes Ioannis demonstrãt. Si uero sumatur pro cognitione potentiali/ & natura sumatur pro principio naturali: sic principia cognoscimus naturaliter: quia possumus illa actu cognoscere lumine sensus & lumine intellectus: quæ sunt nobis naturalia. Nam lumine sensus cognoscimus prima principia cognoscendo rem esse uel non esse indefinite uel ut in pluribus: lumine intellectus assentiendo illis uniuersaliter: quia ut lumen sensus certificat rem esse uel non esse/ sua natura: sic per lumẽ intellectus illis assentimus uniuersaliter/ nulla alia ratione nisi q̄a lumen: igitur si naturale sumatur pro eo quod nobis actu inest a natura cognitio primorum principiorum non est nobis naturalis: si autem pro eo quod possumus cognoscere q̄ndocunq; uolumus ex iis quæ nobis insunt a natura sic assensus ille est naturalis. Sed occurres si lumen semper est uniuersaliũ: tunc intellectus possibilis nunq̃ posset inferre conclusionem nisi uniuersalem: quia omnẽ conclusionem infert per lumen suum: & illud non est nisi uniuersalium: igitur semper uniuersaliter: & sic syllogismi in tertia figura nulli essent. Dici potest ꝙ intellectus quædã infert ui luminis & sensus tantum: & hæc semper infert uniuersaliter: quoniã sensus non discordant: & per consequens illa infert per naturam suam: & quia natura sua est uniuersale: ideo infert uniuersaliter: quædam autem infert inmediate ui ipsarũ propositionũ/ mediate ui luminis: & talia nõ

Prima conclu.

Secunda cõclu.

infert nisi secundũ exigentiam propositionum : & ita illa quæ infert ui/ luminis tantum : semper uniuersaliter infert : quæ uero non ui luminis/ sed quasi per accidens ui additi/illa infert secundum exigentiam illius ad

Excerptum diti · Ex iis apparet propter quid quandoq; intellectus ex non uniuer/ salibus propositionibus aliquando infert uniuersaliter : ut ex premissis singularibus pluribus in inductione experimentaria primorum princi/ piorum : infert uniuersaliter ipsa prima principia : hoc equidem facit : quia uirtute luminis per se inducit : at quando uirtute propositionum per se/ & uirtute luminis quasi per accidens : tunc infert secundum exi/ gentiam propositionum ; ut in syllogismis facit · Amplius occurres quæ est uirtus inductiua principiorum : dici potest ꝙ uirtus experimentaria est dianoea : hæc per se cognoscit singularia & singulares propositiones conficit : & ex illis infert experimentum / ueluti propositionem indefini/ tam : mediante hac intellectus cognoscit singulares propositiones : quia sicut mediante hac cognoscit singularia ipsa intuitiue uel abstractiue: sic mediante hac componit singulares propositiones uel diuidit illas : tunc dico ꝙ uirtus inductiua primorum principiorum uniuersaliter est intel lectus possibilis/ qui mediãte dianoea cognoscit singularia abstractiue uel intuitiue/ & illa componit uel diuidit : uirtus inductiua particulari/ ter uel indefinite est dianoea: causa autem dicta est: quia possibilis intel/ lectus inducit ui luminis : quod sua natura est uniuersalium : dianoea ui sensuum : qui sua natura sunt particularium · Quare patet non posse

Excerptũdispu tationis memo riæ cõmendã· intellectum possibilem primis assentire nisi mediante duplici lumine : sensitiuo quidem : quo rem esse uel non esse particulariter uel indefinite cognoscat : & quo mediante singulares propositiones conficiat : intelle/ ctiuo uero : quo uniuersaliter inferat / & illis uniuersaliter assentiat · Et hæc exteri & Ioannes ignorarunt ·

¶ Caput solutionum quintum ·

Solutio extero/ rum ad primã· Iis dilucidatis : exteri respondent ad uerba Auerrois ꝙ ipse intelligit de primis principiis simpliciter ; & dicunt hæc esse æqualia oĩbus · Sed uidetur ꝙ hæc nõ sunt æqualia omnibus: quia in quarto huius non nul/ li fundati in apparentiis sensatis : negarunt primum principium simpli/ citer : unde si talibus primis principiis intellectus assentiret solo lumine intellectus sequitur ut apud omnes sint æqualia · Sed quia nos tenemus ꝙ non solum lumine intellectus/ sed etiam sensus illis assentimus ; ideo de illis non omnes pariter concordant · Ad secundam dici potest ꝙ pri/ ma principia nec doctrina nec inuentione discimus ; quia illorum cogni/ tio non scientia ; sed intellectus est ; inuentio enim & doctrina non nisi de scientia dicuntur : ut manifeste declarauimus in expositione libri po steriorum ; & istud ignorant exteri . Ad tertiam & quartam per diluci/

dationem patet solutio. Ad rationes oppositas: ad primam dico q illa non actu/sed potestate cognoscuntur: tamen aliter q̄ conclusiones: quia illa solis naturalibus dispositionibus cognoscimus: conclusiones autem per quædam de nouo acquisita. Ad secūdam Ioannes dicit q illud seque retur quando omnes essent æqualiter dispositi. Sed hæc solutio nulla est: quia uel ex parte intellectus sumus inæqualiter dispositi: uel ex parte sensuum: non ex parte ipsius intellectus: qa ille est in omnibus æqualis: si ex parte sensuum: tunc habetur q lumen sensitiuum concurrit ad assensum primorum principiorum/& non tantum quo ad simplicium cognitionē: quia hæc est omnibus æqualis: sed quo ad cōplexam: quod est contra eos. Ad tertiam dico q ex necessariis & necessario scitis: potest conclusio deduci contingenter scita: quæ tamen non contingens est: sed contingenter scita: stat enim aliquod esse necessarium/& contingenter sciri: quia potest sciri & non sciri: at principia sunt necessaria/& necessario scibilia: conclusiones autem necessariæ/sed contingenter scitæ: per hæc ad ratiōes iuniorum exterorum: ad primam dico q intellectus possibilis uirtute propria cōponere potest: uel diuidere: non potest aūt lumine intellectus solo illi compositioni assentire: quia non potest illi assentire nisi sciendo rem esse uel non esse: at rem esse non potest scire nisi per sensus ut nos diximus: unde Sorticolæ dicunt intellectum non posse huic uidelicet omne totum est maius sua parte assentire/nisi quatenus ille terminus totum stat formaliter distributiue: non potest stare formaliter distributiue nisi pro omnibus singularibus totis: hæc non sciuntur ita esse in re uel non esse nisi ex parte sensuum: igitur intellectus eget lumine sensus. Ad secundum dico q casu posito nec totaliter assentiet illi/nec totaliter dissentiet: non totaliter quidem assentiet: quia sibi deest lumen quo cognoscit rem esse uel non esse: nec totaliter dissentiet/quia non habet experimentum contrarium. Ad tertiam dico q intellectiua noticia est perfectior noticia sensitiua/non autem euidentior: tunc dico q licet intellectus possit cognoscere qualia prima sint: hoc non facit actu recto: sed actu reflexo: postq̄ actu recto cognouit illa uera esse: modo hæc noticia non sine sensitiua fit. Ad quartam dico q intellectus non se solo discernit inter simile & ueri simile/sed auxilio alterius sensus/uel auxilio deducti per multa media ex alio sensu. Ad quintā dico q per sensum non cognoscimus ueritatem formaliter/quia sensus non cognoscit a propositionem esse ueram: sed bene per sensus ipsos cognoscimus ueritatem fundamentaliter/quia cognoscimus: rem esse uel non esse: Vnde Sorticolæ dicunt q uerum cognoscit sensus: non autem sensus cognoscit uerum. Hæc de disputatione prima a nobis modo dicta sint.

Solutio ioānis.

¶Secunda disputatio si difficultas cognoscendi res sit ex parte intellectus : an ex parte rerum •

¶ Caput dubitationum primum•

Antonius• Videtur ꝙ sit exparte rerum:quia res cognoscũtur quatenus sunt actu/ at multæ res non sunt actu/sed potestate ut materia/tẽpus/motus/infinitũ/& id genus : igitur difficultas erit ex parte horum• Secundo intellectus est summe dispositus ad omnia intelligibilia : quia in eo nulla est natura nisi possibilitatis : & propterea est omnia fieri:igitur omnis difficultas est ex parte rerum • Tertio ad hoc est auctoritas Auerrois in hoc

Comento pri• secundo : qui ait ꝙ difficultas cognoscendi formas materiales est ex parte illarũ • Quarto sensus corrũpitur ab excellenti sensili : intellectus aũt ab excellenti intellectili uigoratur : igitur nihil est difficile ex parte sua •

Alii• Quinto intellectus intelligit cũ uult : igr̃ ex parte sui nihil est difficilie • Sexto quæ includũt impeditiuũ cognitionis:ex parte eorũ sunt cognitu difficilia:sed res naturales includũt materiã:quæ est impeditiua cognitionis apud Auerroẽ:igr̃ res naturales sũt cognitu difficiles• Septio difficultas & facilitas operationis sencundũ calculatores sumitur pœnes uirtutẽ actiuã:nõ pœnes uirtutẽ passiua:modo ĩtellectus est uirtus passiua oĩm ĩtelligibiliũ • Octauo ĩpossibilitas rei agẽdæ attẽditur ex pte rei: igr̃ difficultas ĩtelligẽdi ex parte rei:añs apparet: qa dicũt deũ nõ posse facere infinitũ: ĩpossibilitate rei:quæ est infinitũ•In cõtrariũ uidet̃ Ari·in littera.

¶Caput tituli secundum•

De intelligibilibus• Pro tituli expositione primo debes scire ꝙ rerũ intellectiliũ:alia sunt cõplexa:alia simplicia:simpliciũ uero/quædã intelligũtur p hoc ꝙ possunt p se facere in sensibus/& intellectu ꝓprias species:ut oĩa sensibilia:quædã sunt quæ nõ possunt facere ꝓprias species in intellectu/nec in sensu:sed cõtinent quædã quæ faciũt proprias species:ex qbus intellectus colligit cõceptus cõpositos:quibus illa intelligit:& ita quædã sunt:quæ non per species proprias/sed per cõceptus formatos mediãtibus speciebus intelliguntur:uerbi causa materia prima nõ facit ꝓpriam speciẽ in sensu:nec in intellectu·Sed continet quædã quæ faciunt species:mediantibus quibus intellectus conficit unum conceptum : quo ita materiam intelligit: quod non aliud : quædam sunt quæ nec species faciũt in sensu uel intellectu/ nec continent quædam : quæ faciunt species tales : ex quibus intellectus conficiat conceptus : nec dicunt ordinem ad aliqua : quæ faciant species uel conceptus: Sed cum intelliguntur : per proprias essentias intelliguntur : ut omnia pure intellectilia/ ueluti species ipsæ intelligibiles/ actus intelligendi/ ipsemet intellectus/phantasmata / & id genus : quædam

sunt quæ nec species/nec conceptus ex contentis faciunt: sed dicunt ordinem ad quædam quæ species uel conceptus facere possunt: ut substantiæ seperatæ: hæ enim per conceptus intelliguntur qui non ab his conficiuntur: sed ab earum effectibus. Secundo debes scire ꝙ trifariam dicitur difficile: uno modo ob resistentiam: & hoc pacto dicimus esse difficile mouere saxum sursum: quia resistens. Alio modo ob laborem: quo modo dicimus difficile est ut tres nauim tahant. Tertio dicitur difficile aliquid/quãdo ad eius oppositum est inclinatio: & hoc modo idem est difficile: quod ineptum: ut phlegmaticis difficile est metaphysicari: quia apti sunt rhethoricis: quæ sunt quasi opposita metaphysicis. Hæc de titulo.

¶ Caput positionum tertium.

De quæsito tenent exteri omnem difficultatem cognoscendi esse ex parte intellectus/non autem ex parte rerum/quæ cognoscuntur: persuadent positionem/quia si res ipsæ aliquæ essent cognitu difficiles ex parte earum: tunc respectu cuiusuis intellectus essent cognitu difficiles: tenet enthymema quia omne quod per suã naturam est tale/ad quoduis comperatum semper est tale: & sic respectu intellectus diuini essent cognitu difficiles: quare nihil esse potest cognitu difficile ex parte rei: & per consequens omnis difficultas est ex parte intellectus. Si autem contra hoc obiceres ꝙ tunc omnes res essent aut æque faciles: aut æque difficiles: postq̃ nulla ex parte rei difficultas esse potest. Respondent ꝙ secundum proportionem omnia intelligibilia sunt intellectui uel æque facilia: uel æque difficilia: & hoc concludit replica: absolute tamen quædam esse possunt magis uel minus difficilia. Pro hac positione iuniores exteri certant: quia quando intellectus cum difficultate intelligit: esse potest non ob aliud: nisi quia est rei intellectili improportionatus: ac rei intellectili non potest esse improportionatus: nisi aut proppter maximam illius entitatem: aut propter minimam. Sed quælibet harum improportionum est ex parte intellectus cognoscentis: nam ꝙ sit maximo intelligibili improportionatus: hoc est qa uirtus eius exceditur a cognoscibilitate obiecti: ut dicit Aristoteles in textu. Quod uero sit intelligibili minimæ entitatis improportionatus etiã est ex parte intellectus: quod probatur per Ari. in libro de sensu & sensato: ubi ait ꝙ si uisibile decresceret in infinitũ minus: necesse esse in infinitũ uisũ crescere in maius/si debeat uisibile percipere: igr̃ ad cognoscẽdũ minimũ cognoscibile requiritur pfectior uirtus in cognoscẽdo igr̃ ꝙ intellectus minia nõ intelligat: nõ erit nisi defectu eius: & sic oĩs difficultas erit ex pte intellectus. Amplius solet argui ens per naturã entis non est cognitu difficile igr̃ nullũ eus per naturã suã: & sic nulla est ex parte rei difficultas. Sed hæc positio Replica.

non est uera : primo retorquendo primum argumentum eorum: si om nis difficultas cognoscendi res est ex parte intellectus : tunc omnis intel lectus res illas cum difficultate intelligit : & sic intellectus diuinus : te net enthymema per uim suæ rationis : quia sicut propterea quia aliqua res ex parte sui est cognitu difficilis : respectu omnis intellectus : sic si difficultas intelligendi aliquam rem est ex parte intellectus: erit de omni intellectu : tenet per hoc quia omne tale per se & absolute est de omni • Amplius si aliqua difficultas est ex parte intellectus ad intelligendum rem aliquam : igitur eodem modo ad intelligendum omnem rem: tenet per rationem eorum quia omne quod est absolute tale ad quicquid com peratur/semper est tale : sic enim arguunt ipsi : & sic intellectus omnia difficile intelligeret : & ita prima principia. Secũdo ad idẽ per eos intelle ctus secundum proportionem omnia æque facile intelligit : simpliciter autem nõ oĩa æque facile : quia quædam facilius/quædam difficilius ut dixerunt : quæro uel ex parte sui quædam simpliciter facilius intelligit : quædam difficilius : aut ex parte rerum : non ex parte sui : quia intelle ctus ex natura intellectus ad nulla cõperatur magis uel minus: est enim æqualis & respectu omnium potentia omnia fieri : igitur ex parte re rum : & sic habetur intentum . Tertio si intellectus quædam cum diffi cultate recipit:igitur illa cum difficultate in intellectum agunt cognitio nem : igr̃ non potest esse difficile apud intellectum : quin sit difficile ex parte rei : tenet prima consequentia quia agens non aliter cum difficul tate agit : nisi quia patiens cum difficultate patitur : nec e contra patiẽs cum difficultate patitur nisi : quia agens cum difficultate agit in illud : igitur si omnis difficultas est ex parte intellectus : omnis erit etiam ex parte rei • Ex iis apparet hanc positionem esse falsam : & contra om nes peripateticos •

¶Caput quartum dilucidationis •

Prima suppõ• Pro dilucidatione sumo primo ꝙ intellectui ut intellectus nihil est faci le/nec difficile : deduco quia non difficultate resistentiæ : quoniam om nis resistentia est ratione contrarii : intellectui ut intellectus nihil est contrarium : nec difficultate laboris : quoniam difficultas laboris est ex spirituum resolutione : modo intellectus ut intellectus: seperatus est ab omni corpore : nec difficultate ineptitudinis: deduco quia intellectus est potentia omnia fieri : igitur ut intellectus ad nullum intelligibile est ine ptum• Amplius intellectui ut intellectus nihil est ignotum ut dicitur in

Comento• xix • primo de generatione • Præterea ad primam & propriam perfectionem nihil est ineptum : sed omne intelligibile est prima & propria perfectio

Secũda suppõ• intellectus : igitur ad nullum est ineptus • Secundo sumo ꝙ nullum in telligibile ut intelligibile cum difficultate intelligitur ab intellectu ut

intellectus:aut cum facilitate/ probatur quia nō difficultate resistentiæ: quia non est illi contrarium : non etiam difficultate laboris : quia nec dum intelligitur resoluūtur eius spiritus : nec difficultate ineptitudinis: quia ipsum sui ratione est perfectio intellectus : igitur non est ineptum perficere. Tertio dico q̄ si sumatur intellectus ut nobis copulatus : nihil est sibi facile aut difficile difficultate resistentiæ: deducitur quia intellectui ut sic : nihil est contrarium/nec ipse ut sic/alicui est contrarius:nō enim est actio & reactio intellectus/& intelligibilis hoc pacto si conside retur : ut tertio de anima declaraui. Quarto dico q̄ si accipitur intellectus ut nobis copulatus : nihil dicitur facile aut difficile difficultate laboris/declaro quia licet causa laboris sit ipsorum spirituum resolutio : proprie tamen resolutio spirituum non est nisi propter contrarietatem: ut docet Auerroes in libro de substātia orbis :& secundo cœli: & propterea si qua resolutio spirituum fit : illa non est labor proprie : cum non sit merito actionis & reactionis. Quinto dico q̄ sumendo intellectum ut nobis copulatus:facile & difficile intelligere potest difficultate ineptitudinis : ubi debes scire q̄ ineptitudo intellectus nihil aliud est : q̄ inclinatio eius ad oppositum scientiæ: est autem oppositum scientiæ id quod dicitur ignorantia/siue error : contingit autem ipsi intellectui hæc inclinatio/ut dixi non per naturam intellectus : sed quatenus mouetur ab ipsis sensibilibus mediātibus sensibus:quāto enim sensus facilius aut difficilius pro aliquibus intelligibilibus deseruiunt : tanto facilior aut difficilior dicitur cognitio. possunt autem sensus intellectui inepte deseruire/& magis ad errorem : q̄ ad scientiam multifariam : primo ratione cōplexionis cerebri/uel compositionis / uel figuræ ut docet Galienus secundo tehnæ. Secundo ex parte affectionis spirituum/in multitudinē/paucitate in claritate & turbulentia/in subtilitate & crassitie/in mobilitate & tenacitate. Tertio ex parte dispositionis occultæ a stellis contractæ: nam dicit Ptolemæus esse quosdam ineptos poeticis: aptos autem rhethoricis :ineptos subtilibus/aptos aūt crassis. Ex iis colligitur difficultatē uel facilitatē intellectus non esse nisi illius aptitudinem ad contrarium scientiæ : quæ non ex parte sui competit : sed ex parte sensuum sibi deseruientium. His suppositis pono quasdam conclusiones quarum prima est q̄ quædam sunt intellectui difficilia ex parte rerum : paet hoc de his : quæ non sunt in actu : cum enim nō sint actu deficiūt in mouendo sensus : igitur intellectus illa intelligit difficulter : difficultate ex parte eorum. Secunda conclusio est quædam difficulter intelligit / difficultate se tenente ex parte sua:probatur de substantiis seperatis:hæc enim sunt summe inactu : & ita sunt motiua altioris potentiæ q̄ sit intellectus copulatus : & per consequens intantum intellectus non mouetur

[Margin notes: Tertia suppō. / Comento.xx. / Quarta suppō. / Comento.iii. / Quinta suppō. / Excerptū suppositionum. / Prima cōclusio. / Secunda cōclu.]

ab illis: inquantum ut sic/non est capax cognitionis illorum: & de oculis noctuæ ponit exemplum. Tertia conclusio quædam intellectus intelligit difficulter utraq; exparte: deducitur de his quæ sunt paruæ entitatis: & cum hoc non sunt apta mouere sensum: ut sunt ea quæ non per proprias species intelliguntur: nec per essentiam/sed per conceptus cōpositos: ut substātia/& materia/& id genus. Ex iis sequitur ꝙ intellectus facile intelligit ea quæ sunt apta causare species proprias in sensibus facilitate utraq; ex parte: difficulter autē utrinq; intelligit ea quæ per conceptus deprehendit: difficulter ex parte rerum: ea quæ non nisi per essentiam intelligi possunt: nam hæc nō nisi reflexe cognoscit: difficulter exparte sua/ea quæ per cōceptus collectos ab eorum effectibus intelliguntur: ut substātiæ seperatæ. Secundo sequitur ꝙ intellectus facile facilitate rei intelligit ea: quæ per conceptus collectos ab effectibus intelligūtur ut substātiæ seperatæ: facilitate exparte sua facile intelligit: ea quæ per essentiam intelliguntur: ut species intelligibiles & id genus. facilitate utrinq;/cognoscit ea quæ faciunt proprias species in sensibus: hæc ex dictis conclusionibus facile deduci possunt. Animaduerte tamen ut dixi contra exteros: ꝙ non potest esse difficultas ex parte intellectus/quin sit ex parte rei: nec ex parte rei: quin ex parte intellectus: quia facile & difficile sunt correlatiua: sed intelleximus in dilucidatione id quod est difficile ex parte intellectus esse principaliter ex parte illius/quod autē ex parte rei/esse principaliter ex parte rei: & sic patet dilucidatio. Hæc de dilucidatione.

Primum exceptum conclu.

Secundū exceptum.

¶Caput quintum solutionum.

Iis dilucidatis: ad obiectiones respondendum/ad primam quicquid exteri dicant/respondeo ꝙ ratio concludit pro dilucidatione. Ad secundam dico ꝙ ratio cōcludit ꝙ intellectui ut intellectus nihil est difficile aut facile. Ad tertiam dico ꝙ dilucidatio nostra est positio Auerrois/Thomæ/& omnium peripateticorum. Ad quartam patet solutio: intellectui enim ut intellectus non est difficile cognoscere substātias seperatas: quia omni intellectui ut dicemus: sed intellectui ut per sensus intelligit. Ad quintam dico ꝙ intellectus intelligit cum uult/sed ea quæ habitu tenet: non autem omnia simpliciter. Ad sextam dico ꝙ res naturales ratione materiæ cum difficultate cognoscuntur: ratione autem formæ facile/quia ratione formæ agunt species proprias in sensibus & in intellectibus. Ad septimam dico ꝙ difficile & facile semper est exparte utriusq;: tamen quādoq; principaliter est ex parte passi: ut si esset receptioni ineptū: quādoq; exparte agentis/si esset actioni ineptum: & hoc pacto fit in proposito. Ad octauam nego similitudinem: quoniam agens diuinum est infinitum: intellectus autem noster est finitus: per hæc ad ratiōes extero-

rum/ad primam dico q̄ illa nihil est cōtra Auerroem: quia apud ipsum deus nihil intelligit extra se/ut patet duodecimo Metaphysicæ & tertio de anima. Amplius dato q̄ aliquid extra se intelligat: non tamen moue tur a rebus/uel terminatur ab illis: & propterea non facile nec difficile intelligit. Nam ista intelligit quatenus est causa horum: quod enim cū difficultate cognoscitur ex parte sua/semper & respectu cuiusuis intellectus cum difficultate intelligitur/dum modo ille moueatur a rebus. Alii concedunt q̄ res ipsæ etiam respectu intellectus diuini cum difficultate sunt intelligibiles ex parte earum: at tamen facile intelligūtur ex parte intellectus diuini. Auerroes tertio cœli uidet̄ dicere q̄ omne/quod est ex parte sui tale respectu cuiusuis est tale: quando est per se & abso lute tale: non autem quando est tale per relationem: & hoc modo est in casu: facile enim & difficile sunt relatiua: & propterea ratio nulla est. Ad secundā dico q̄ intellectus noster rei minimæ est improportionatus defectu rei/que non potest mouere sensus: non respectu sui: quia ipsæ potest pati a maiori & minori quouis. Ad uerba Aristotelis/dico q̄ loq̄tur more Platonis: qui uoluit uisionem fieri extramictendo/ & ab ipsa potentia uisiua ut actiua: at secundum ipsum est totum oppositum: uel forte ratio concludit q̄ est difficultas ex parte utriusq̄: licet principaliter ex parte rei/non potentis mouere. Ad tertiam dico q̄ nihil est difficile intellectui per naturam entis siue inquantum ens: sed in quantum tale ens / uel tale: & sic ex parte rerum talium est difficultas. Hæc de secun da disputatione.

Comento li. Comentis. v. & viii:

Comento. ix.

¶ Tertia disputatio si intellectus humanus corpori copulatus possit substantias seperatas intelligere.

¶ Caput dubitationum primum.

Hæc disputatio a me breuibus tangetur: quoniam ipsam tetigi in libro tertio de anima: in libro de intellectu in cōmentationibus quas scripsi mus in libro Auerrois de fœlicitate. In proemio libri physicæ ausculta tionis: nec remanet aliquid dicere: immo quæcunq̄ dixero: erunt Meta physicæ afferenda: promisi enim in hoc nostro dilucidario complere/ quæ alibi incepimus/resoluere: quæ alibi confuse diximus: est enim li ber hic resolutionis: corrigere si qua male alibi ædidimus: & propterea dilucidarium appellauimus: in quo nō modo ea quæ nos diximus alibi dilucidamus/sed quæ alii dixerunt. Cum igitur questio hæc sit a me nō semel dilucidata: propterea pauca expecta tu iunior a me. Arguitur igi-

Excusatio.

tur ꝙ intellectus corpori copulatus possit illas intelligere : primo per rationem Auerrois : quia si non : tunc a nullo intelligerentur intellectu: & sic esset aliquid frustra · Secundo intellectus corporibus copulatus in

Comento · v · telligit sub ratione in materialis ut dicitur tertio de anima igitur maxime in materialia: quales sunt substantiæ seperatæ · Tertio intellectus est uirtus abstractiua & tam diu abstrahit q̃diu inuenit quiditatem in habé

Cométo · xxxvi te quiditatem : ut probat Auerroes tertio de anima : per auctoritatem Auempaces: igitur maxime abstracta intelligit : quales sunt substantiæ tales · Quarto de subiecto demõstratiõis debet esse notũ quid est: quoniã quid est / est demõstrationis principiũ: ut primo dr̃ de anima / at de talibus substantiis multa demonstrat Aristoteles : igitur debet cognoscere

Rões Thomæ illarum quiditates · Quinto intellectus corpori unitus / est perfectior se ipso seperato : quia ut sic habet complementũ in specie : Sed intellectus seperatus potest illas intelligere : igitur & unitus · Sexto nulla forma impeditur a suo fine : per unionem ad proprium perfectibile : cui naturaliter unitur : sed finis intellectus est illas substantias intelligere: & eius perfectibile est corpus humanum : igitur per unionem ad corpus humanũ non impeditur a tali fine · Septimo si intellectus illas nõ intelligeret: esset quia superexceditur ab illis : at intellectus est æternus & a nullo potest superexcedi : quia non est organicus sicut sensus: qui corruptione organi corrumpitur · Vltimo omnis generatio aliquando desinit · Sed generatio intellectus speculatiui est generatio : igitur aliquando desinit : sed non desinit: nisi omnibus intellectis : igitur intellectus corpori unitus potest omnia intelligere : & ita substantias seperatas . Pro parte oppo-

Antonius · sita solet argui primo per uerba Aristotelis : qui ait nostrum intellectum se habere ad illas / ut oculus noctuæ ad lucem solis · Secundo intelligibile creatum non potest apprehendi a sensu : igitur substantiæ seperatæ nõ possunt apprehédi ab intellectu : tenet cõsequétia : quia maior est distantia illarũ ab intellectu q̃ intellectilis generati ab ipsis sensibus · Tertio nõ plus põt passiua q̃ actiua potentia illi correspondens: at intellectus agens non se extendit nisi in phantasmata : igitur possibilis non nisi in phantasmata · Quarto tunc homo ex puris naturalibus posset in

Alii · beatitudinem peruenire · Quinto si illas intellectus intelligeret : aut per illius species : aut per species aliorum : non per illius species : quia non cadunt sub phantastica : nec per species aliorum / quia tunc nõ per se intelligerentur ·

¶Caput tituli secundum ·

Ante q̃ ad rem ueniamus : primo debes scire ꝙ apud peripateticos intellectus interdũ sumitur pro dianoea : siue parte rationali: quæ apud Auerroem cogitatiua appellatur · interdum pro intellectu possibili ; qui est

ea animæ rationalis pars : qua omnia possumus intelligere • interdum pro agente : & hic triplex est apud peripateticos / alius ut sol : & hic est primus motor deus ut duodecimo Metaphysicæ dicitur • Hic enim ideo soli similis : quia ut uirtute solis omnia uisibilia uidentur : sic uirtute huius omnia intellectilia intelliguntur • Alius est ut lux : & hæc est ea animæ pars : qua facimus de potentia intelligibilibus actu intellecta : ut tertio de anima dicitur / hic enim solis lumini comparatur: quia ut lumen a sole : sic hic intellectus a deo proficiscitur • Alius ut medium illuminatum / inquo omnia uidemus : & hic est prima omnium conclusionum principia / hæc enim nos uirtute luminis uidemus: & mediantibus his illuminatis omnia alia cognoscimus : interdum auté sumitur intellectus pro intellectu speculatiuo: & hic proprie est omnia scita : siue omnes cóclusiones scibiles naturales : & ex sensibus memoriis & principiis deductæ : quas mediantibus primis principiis illuminatis scimus : & hic duplex est: aut in habitu: qualis est in nipho dormiente : aut in actu : qualis est in nypho nunc uobis legente : & hic assimilatur coloribus : quia intelligitur mediante primo principio illuminato ·proprie tamen intellectus a græcis pro possibili & agente dicič: qui est tum nus / tum nous• Secundo debes scire ꝙ secundum peripateticos ipse intellectus : qui nus dicitur : bifariam nobis unitur : aut per naturam : aut per uoluntatem: unitur enim nobis per naturam quatenus est principium essendi: sumus enim nos rationales siue homines per talem intellectũ: utrũ uero creetur uel sit animæ uirtus : non ad hunc locum spectat : sed ad tertium librũ de anima : unitur autem nobis per uoluntatem : quatenus unitur nobis ut principiũ intelligendi: quia ut sic no omnibus unitur æqualiter : quia non omnes per uoluntatem quærunt æqualiter studia • Quæstio igitur est utrum intellectus possibilis nobis unitus per naturam / possit substãtias seperatas intelligere • Substantiæ autem seperatæ quid sint: in hoc libro non semel exposuimus • Hæc de titulo •

Intellectus multiplex•

Comento • xxxviii•

Comento·v•

¶Caput positionum tertium•

De disputatione expositor tenet ꝙ intellectus humanus corpori unitus non potest perse intelligere quiditates substantiarum seperatarum • Pro hac positione arguit ipse in his disputationibus : quas scripsit de anima: & prima eius ratio potest hoc pacto uigorari: unius potentiæ naturalis siue unius naturæ unus est per se modus operandi: ut dicitur in libro cœli : Sed intellectus possibilis est una natura : & intelligit per hunc modũ quia abstrahit a phantasmatibus: igitur per nullum alium modum intelligere potest : & sic non potest substantias seperatas secundum quiditates intelligere • Secũdo omne quod per se intelligitur: aut est quiditas materialis : aut contentum per se sub quiditate materiali • Sed substantiæ

Pō Thomæ•

seperatæ non sunt quiditates materiales: nec contentæ sub quiditatibus materialibus: igitur non sunt per se intelligibiles. Tertio arguebatur omne quod intelligitur/intelligitur per abstractioné a phantasmatibus: sed substantiæ seperatæ nec perse/nec per effectus possunt phantasmata efficere: igitur non sunt per se intelligibiles. Minor declarabitur: quo ad primam partem: quia non sunt sensibiles: quod ad secundam uero: quia nullus est effectus hic qui potest æquare potentiam causæ: igitur ex nullo possumus illas substantias intelligere. Amplius finiti ad infinitũ nulla est proportio: igitur nullius effectus ad deum est proportio: & sic ex nullo effectu possumus deum cognoscere: hanc positionem uisi sunt sentire ueteres & Themistius pro hac arguit sicut intellectus agens ad intellectum potentiæ: sic substantia materialis ad substantiam in materialem: igitur sicut primum ad tertium: sic secundum ad quartum. Sed intellectus agens non intelligit materiales substantias: igitur possibilis non intelligit inmateriales. Secundo arguũt alii plus distat primus intellectus/ab intellectu possibili: q̃ intellectus possibilis ab ipsa dianoea/siue cogitatiua: sed dianoea non potest intelligere intellectum possibilé: igitur intellectus possibilis non potest intelligere primum intellectum. Tertio intellectus possibilis non potest se cognoscere per essentiam/sed

Comento. viii. intellectione aliorum/ut dicitur tertio de anima igitur a fortiori multo minus abstractiora: hæc igitur positio expositoris sapit antiquitatem: & propter hoc in fine noni huius/Aristoteles & Auerroes dicunt ignorãtiam substantiarum seperatarum esse in nobis ut cecitatem: quia ut cecus nullum uisibile uidere potest: sic intellectus noster nullum illorum.

Obiectiones exterorum. Obiciũt autem huic positioni exteri: primo quia desideriũ naturale est ad illas sciendas: igitur possunt intelligi. Secundo quia Aristoteles decimo ethicorum probat q̄ fœlicitas hominis consistit in cognitione ueritatis: ut patet capite decimo: in cuius fine infert q̄ sapiens est fœlicissimus: modo sapiens est qui altissimas contemplatur causas: ut traditur sexto ethicorum capite sexto: quare patet q̄ causæ altissimæ sunt perse cognoscibiles: signum auté quia dedit instrumenta: quibus homo posset illas attingere ut intellectus illarum capaces: frustra enim dedisset hæc. Nec ualet dicere istud esse possibile quatenus in alia uita deducetur ad actum: primo quia Aristoteles loquitur in hac uita/ut patet per uerba eius in illo capitulo. Secundo quia de alia uita Aristoteles dubitauit: non autem de fœlicitate: igitur ponit eam in hac uita. Tertio si intellectus corpori unitus est improportionabilis cognitioni illorum per nullum superaduentitium habitum qui superaduenirет intellectui post mortem: potest ille intellectus reddi proportionalis: quia ille habitus siue esset uniuersalis siue particularis nũq̃ haberet pro obiecto aliquid quod

non haberet potentia : nullus enim habitus esse potest altior potentia. Quarto ad idem : si intellectus aliquid cognosceret post mortem : quod dum est copulatus non potest cognoscere / non esset idem intellectus specie / nec numero nunc / & postea. Tertio principaliter ad conclusionem arguunt : quia Aristoteles in hoc secundo infert : si fines essent infiniti : nullũ esset agens per intellectum : quæ consequentia ualet / quia finis omnis est per se cognoscibilis ab intellectu. Quarto etiam arguit si causæ essent infinitæ : nihil contingeret sciri : igitur oportet dicere ꝙ omnes causæ cognoscuntur : etiam primæ. Quinto nõ possumus intelligere aliquam rem / nisi per respectum ad propriam illius mensuram : at mensura cuiusqꝫ rei est idea in mente dei : igitur si debemus aliquam ueritatẽ intelligere ; oportet scire ideam in mente dei : & sic deũ. Occasione harum rationum sunt qui dicunt intellectum nostrum posse illas cognoscere / non quantum ad quid sunt : sed quantum ad quia sunt. Alii dicunt intellectum corpori unitum posse cognoscere illas quo ad quia sunt : & quo ad quid non sunt : ut ꝙ non sunt corporeæ / non materiales / & id genus. Sed obiciunt exteri : quia illis nomina imponimus : igitur scimus nomina illorũ : at ratio quam nomen significat est definitio : igitur possumus scire illoꝝ definitiones. Secũdo cõtra primã arguũt quia ut Aristoteles dicit secundo posteriorum non potest cognosci si res est per se : quin cognoscatur quid res sit. Secundo si cognoscitur illas esse : cognoscitur quiditas : quia in illis idem est quiditas & esse. Vltimo contra secundam arguunt / quia omni negatiõe est aliqua affirmatio prior : igitur non possunt cognosci negatiue : quin præcognoscantur affirmatiue quid sint : hæc exteri. Hac positione cõfutata / Exteri aliter fingũt : & concludunt primo ex dictis intellectum humanum corpori unitum posse intelligere quiditates substantiarum separatarum : tum per uerba Aristotelis nono huius : tum quia effectus ducit in cognitionem causæ. & magis in cognitionem magis causæ : est autem effectrix causa potior ipsa materia : cum possit interdum causare sine materia : materia autem nunq̃ sine efficiẽte : & magis in cognitionem efficiẽtis remoti : quia minus potest effectus esse sine illo. quare patet intellectũ posse quiditates illarum intelligere / etiam ut corpori unitus. Sed quid sit hæc quiditatum cognitio / declarant / cõstituentes in intellectu sex cognitionis gradus / per similitudinem ad sex gradus in sensibus : quorũ primus est quo a sensu apprehenditur sensibile ut præsens est : qua cognitione uisus colorem cognoscit / aut lumen : & hæc cognitio intuitiua dicitur : quia est ad ipsum sensile inmediate terminata. Secundus gradus est quo sensile cognoscitur a sensu in absentia / non cognitione inmediate terminata ad ipsum ; sed ad representatiuum illius ; ut ad phantasma qua cognitione

Secunda põ

Obiectiões exterorum.

Põ exterorum.

phantastica imaginatur colorem: qui fuit uisus alias: hæc abstractiua dicitur: quia non est rei in se: sed simulacri rei: ut fuit superius declaratũ. Ambæ hæ sunt per se cognitiones. Tertius est quo obiecti per se sensilis oppositum sentitur: ut præsens est: quo uidelicet cognitiõis gradu ipsa tenebra uidetur: hæc enim est intuitiua per accidẽs: intuitiua quidẽ quia terminatur ad tenebram inmediate: per accidens uero: quia ratione luminis. Quartus gradus est quo huiusmodi oppositum cognoscitur/ut absens: quo uidelicet gradu phantastica imaginatur tenebram: hæc enim est abstractiua per accidẽs: abstractiua quidem quia inmediate terminatur ad phantasma tenebræ per accidens representatiuum: per accidens uero quia non terminatur per se ad representatiuũ tenebræ. Quintus est per compositionem diuersorum sensiliũ: & hoc cognoscendi gradu imaginatrix uirtus imaginatur hyppocentaurum/ & id genus: hæc nec intuitiua/nec abstractiua esse potest: cum nec sit præsentis/ nec absentis sensilis. Sextus est quo res cognoscitur non per eius speciem: sed per speciem sui accidentis: & hoc pacto dicitur lignum uideri per colorem/figuram/& id genus: quæ etiã cognitio nec est intuitiua/nec abstractiua propter eandem causam. Tot etiam & similibus gradibus potest esse cognitio intellectiua: alia enim est quæ inmediate terminatur ad ipsam rem: quæ intelligitur/& hoc pacto intelligitur lumen. Amplius hoc pacto secunda intelligentia intelligit primam: & hæc dicitur intuitiua/per similitudinem ad intuitiuam sensibilem: Secunda est quæ inmediate terminatur nõ ad rem ipsam/quæ intelligitur/sed ad illius representaculũ: quo pacto intellectus lumen intelligeret intelligendo per se luminis simulacrum: & hæc abstractiua dicitur per similitudinem ad abstractiuam sensibilem. Tertia non luminis / sed tenebræ esse uidetur: quæ si terminatur ad tenebram dicitur aliquo pacto intuitiua. Quarta est tenebræ non terminata ad tenebram: sed ad aliquod representatiuum tenebræ: & hæc dicitur abstractiua propter eandem rationem. Quinta est cognitio alicuius per cnmpositionem conceptuum: quo pacto intelligitur materia: nam hæc intelligitur agregando plures conceptus ut quod sit ens/potentia/subiectum omnium/& id genus: & hæc cognitio nec dicitur abstractiua/nec intuitiua. Sexta est per accidens/ut quando aliquid cognoscitur per speciem eius/quod sibi accidit / ueluti substantia per speciem accidentis apud nonnullos. Tunc de mente exterorum sunt ponendæ istæ conclusiones: prima substantiæ abstractæ non cognoscũtur ab intellectu cupulato cognitione intuitiua: patet quia hæc est fœlicitas ultima: quæ est impossibilis intellectui copulato. Secunda intellectus copulatus non potest cognoscere substantias seperatas cognitione abstractiua: declaratur: quia hæc cognitio est propter simulacrum co-

Cõclusiones.

gnitum: at illæ nõ possunt facere speciẽ aliquã in intellectu. Tertia illæ non possunt cognosci ab intellectu copulato cognitione oppositi illarũ nec intuitiue/nec abstractiue: patet quia nullum habẽt oppositum/quo essent cognoscibiles. Quarta substantiæ seperatæ non possunt cognosci ab intellectu copulato per speciem alicuius / quod illis accidit: patet quia nullis sub sunt accidentibus. Quinta conclusio substantiæ seperatæ possunt cognosci ab intellectu copulato per agregationem cõceptũ/ quiditatiuorum/& æqualitatiuorum: nam ab effectibus illarũ possunt colligi quædam attributa/quæ illis competunt in quid: ut ens/ substantia/actus/intellectus/& id genus: quædam quæ illis competunt in quale ut bonum/unum/potens / & id genus: poterunt igitur apprehendi agregando hæc: quæ ita illis competunt: ꝙ nullis aliis: & hoc pacto cognoscitur deus/ꝙ uidelicet sit ens/infinitum/ necessarium & primum: quæ omnia simul sumpta solum deo competunt: & hoc pacto de aliis intelligentiis. Ex iis apparet ꝙ quiditates substantiarum seperatarum cognoscuntur/non accipiendo quiditates proprie/sed pro cõceptibus quiditatiuis ab effectibus illarum collectis: hæc sunt de mente exterorum. Contra quam dico primo ꝙ ab hac positione non dissentit expositor / immo nec egidius:omnes enim nitũtur probare ꝙ intellectus copulatus non potest substantias illas apprehedere intuitiue: qua cognitionis specie ipsæ se ipsas intelligunt: & pro hac parte Thomas ratiocinatus est illis duabus rationibus. Secundo dico ꝙ primæ tres rationes factæ aduersus thomam/possunt reduci cõtra eos/probando illas posse intuitiue cognosci ab intellectu copulato: illa namq; de desiderio naturali/procedit non tantum de cognitione per aggregationẽ cõceptuũ/sed de intuitiua: & auget uim suam/quia per eos illa cognitio est possibilis ex parte intellectus/& apud Aristotelem dubia est alia uita per eos: igitur oportet ut deducatur ad actum in aliquo indiuiduo speciei hominis hic. Secundo argui potest idem per rationem de habitibus: quoniam intellectus potest beari inmediate apud eos sine omni habitu medio: igitur exparte intellectus illa est possibilis: & non in alia uita per habitum aduenticium qui tunc accidit/& non nunc: ut per eorum rationem arguam: igitur ab intellectu copulato. Tertio arguo per tertiam quia cum illa sit possibilis: uel actingetur hic: uel post solutionem: si hic habetur intentum. Si post mortem: non erit idem intellectus ut ipse arguit: & sic primæ tres rationes omnes possunt deduci contra exteros: cœteræ autem rationes friuolæ sunt. Hæc de positionibus.

Confutatio.

¶Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione oportet primo uidere quid sit beatitudo animæ / siue intellectus: & quid sit cognoscere deum intuitiue. Secundo uidebimus

Suppositiones disputãdæ.

si ratione naturali possit probari rationalem animam esse capacem talis beatitudinis. Tertio si requiritur aliquod medium/quo redatur illius capax. Quarto si homo dum habet intellectum sibi copulatū possit beari hoc est substantias abstractas & deum intuitiue cognoscere: quibus omnibus dilucidatis/patebit positio peripateticorum: uerum excusatū me uolo a diligenti horum pertractatione: quia de his dilucidatissime scripsimus nō semel: nunc enim hæc breuibus perstringam quantū uidelicet disputationi nostræ congruit. De primo dicendū q deus cœteraeq; seperatæ substātiæ bifariam intelligi possunt: uno modo intellectione/quæ est ipsius dei effectus. Alio modo cognitione quæ est ipse deus: intelligitur deus intellectione/quæ non est ipse deus/sed ipsius dei effectus: quotiens intelligitur per compositionem cōceptuum qualitatiuorum & quiditatiuorum: nam hæc cognitio non est deus/sed ipsius dei effectus: eo quia talis cognitio est causata a rebus quæ ab ipso deo causantur: ideo est cognitio/quæ est dei effectus: talis autem cognitio non est intuitiua/quia non terminatur in ipsum deum inmediate: nec abstractiua: quia nō terminatur in aliquod quod sit ipsius dei representatiuum: propterea dicitur nocturna/uespertina/siue obscura: & si dicitur abstractiua: non proprie sic appellatur: sed quatenus est obscura: intelligitur uero deus cognitione quæ est ipse deus: quoties non per compositionem conceptuum/nec per abstractionem phantasmatis causati a deo intelligitur. Sed cum intelligitur in mediate in se/intellectione uidelicet quæ est ipse deus: & de tali cognitione locuntur peripatetici dum dicūt in abstractis a materia intellectionem qua intelliguntur esse ipsas substantias abstractas: nam deus dum sic intelligitur non alio intelligitur q̄ ipsomet deo/quia nec per speciem mediam/nec per actum intelligendi medium/nec per lumen medium/sed nullo alio/quam ipsomet deo: hoc pacto deus se ipsum intelligit: & cœteri intellectus ipsum intelligunt: hæc noticia appellatur intuitiua: quia est dei in se inmediate. Clara: quia est ipsemet deus. Matutina: quia lucida. Ex his apparet quid sit fœlicitas simpliciter: est enim fœlicitas cognoscere deū cognitione uidelicet quæ est ipsemet deus: hoc patet ex his quæ Aristoteles ait septimo politicæ ubi ait deum fœlicem esse non ratione extrinseca: sed se ipso: modo deus non fœlicitatur deo: nisi cognoscendo se cognitione quæ est deus: igitur cognitio quæ est ipse deus est ultima & perfectissima fœlicitas: hæc de primo: uerum si uis dubitationes & solutiones uidere circa hæc: quære loca dicta. De secundo uidelicet utrum rationalis anima sit capax talis beatitudinis/& utrum deum cognoscere possit intuitiue cognitione uidelicet quæ est deus: non parua est ambiguitas: ipsam enim esse capacem talis beatitudinis Theologi aperte tradunt: sed id quod difficultatem facit:

Quid sit beatitudo.

Quid sit fœli.

est si rõne nãli possit ꝓbari ipsam eẽ capacẽ talis beatitudinis. Sugerius in eo libro quẽ de fœlicitate scripsit tenuit hoc eẽ rõne nãli demõstrabile & persuasit rẽ hanc qa nãli rõne patet rõnalẽ aĩam appetere sũmũ bonũ & maximã sciam: at summũ bonum: & maxia scia est deũ cognoscere cognitione quæ est deus: igitur ratione naturali patet rõnalem aĩam esse capacem talis beatitudinis. Sed exterorum princeps in his libris: quos in theologia scripsit refellit hanc rõnem: quia petere uidetur principium / debet enim rõne naturali probari tale nãle desideriũ in eẽ rõnali aĩæ: aduersarius. n. diceret desideriũ nãle nõ esse nisi ad possibile: at cognitio hæc ẽ aĩæ rõnali ĩpossibilis: ppea nõ est ad illam desideriũ naturale: ut enim nõ est naturale desideriũ oculis nr̃is uidere solẽ eo mõ quo aqlæ oculi illũ uident: sic nõ est nãle desideriũ cognoscere deũ / eo mõ quo deus se ipm cognoscit; & quo cœteræ intelligẽtiæ ipm intelligunt: quare desideriũ nãle erit solũ in cognoscẽdo ipm deũ cognitione quæ ẽ ipsius dei effectus: ueluti desideriũ nãle est oculis nr̃is uidere solẽ uisione minori illa aquilæ: qa hæc ẽ possibilis: & illius natura oculoꝝ ẽ capax. Hæc igr̃ rõ ut recte sentit exterorũ princeps nulla est: pp hæc aliter ꝓbat ipse hoc esse rõne nãli demõstrabile: primo ex parte obiecti / scđo ex pte actus: ex parte obiecti quidẽ / quia totũ ens est obiectũ ĩtellectus nr̃i: igr̃ nõ quietatur nisi in cognitione sũmi intelligibilis in se: declaratur qa nõ quietatur in cognitione illius in uniuersali: qa sic illũ cognoscere nõ est illũ cognoscer̃: igr̃ in cognitione ipsius dei inse. Ex pte actus aũt / quia qđ est simpliciter ꝑfectionis in aliquo genere / si cõpetit ĩferiori in illo genere: ẽt oportet ut supiori cõpetat: sed cognitio ĩtuitiua cõpetit sensui: igr̃ multo magis intellectui Sed istæ rõnes friuolæ sunt: pria quidẽ qa siue ens sit obiectũ intellectus siue nõ: semp cõceptus entis cuiusuis cãtus est a quiditate mãli / per phantasmata repsentata: & ita ens est obiectũ intellectus ut causatus a qditate mãli p phãtasmata repsentata. Sed replicabis qa tunc illa ꝑfectissima cognitio de deo rõnali aĩæ possibilis nõ esset ꝑfectior cognitione sensitiua: deducitur qa nullus effectus põt eẽ ꝑfectior sua causa: dico ꝙ hæc cognitio de deo: quæ cõpositione pluriũ conceptuũ habetur est ꝑfectior sensitiua: quia phantasma nõ principaliter cõcurrit: sed instrumentaliter: & ita potest effectus esse perfectior sua causa: quia esse põt uirtute ꝑfectioris agẽtis. Ad secundã cõcedo ꝙ cognitio intuitiua est possibilis intellectui: sed nõ respectu oĩs cognoscibilis: qa nõ respectu substãtiæ / nec respectu materiæ / solũ aũt respectu obiecti ꝓportionalis: & sic nõ oportet eẽ ita in oĩbus / si est de uno: qa põt intellectus aliquod cognoscibile cognoscer̃ ĩtuitiue & abstractiue: nõ aũt oẽ pp defectũ ꝓportiõis. Amplius cõtra exterorũ pricipẽ argui põt: qa ipẽ tenet nõ posse rõne nãli demõstrari ĩtellectũ eẽ perpetuũ: igr̃ nec ipm eẽ capacẽ talis beatitudinis: qa ut ipẽ dicit in

Põ sugerii.

Confutatio huius rõis per scoiiii. snĩarum di. xlix.

Rõ scoti dist in. xlix. q viii.

Cofutatio.

Scotus eodē li· di·eadē·q·xii·

alia qōe eiusdē libri mortalitas repugnat saltē effectualiter fœlicitati:hoc aūt dicit Auer· Tertio de aīa ait·n.ꝙ qui ponit intellectū mortalē nō pōt dicere illū posse intelligere deū in se:ut deducit cōtra Alex· quare si exteri tenent rōne nāli nō posse ꝓbari aīæ inmortalitatē:coguntur dicere nō posse probari rōne nāli aīam posse tali mō beari:pp hæc uī mihi esse dicendū : ut de ipsa rōnali aīa:ꝙ uidelicet si ipsam eē æternā rōne nāli pōt probari:ēt ipsam esse beatitudinis eiusmodi capacē pōt rōne nāli demonstrari:tenet cōsequētia/qa si intellectus est æternus erit capax eius: cuius est capax quælibet intelligētia·Præterea ut The·tertio de aīa docet : si ītellectus est æternus/quāto ītelligibile est pfectius:tāto magis est illius capax secundū oēm modū cognoscēdi illud : eo qa ab illo nō pōt debilitari ímo uigoratur·Ex his cōcludo ꝙ rōne nāli pōt probari rōnalem aīam eē capacē beatitudinis : eo qa in libro de intellectu ꝓbauimus rōnibus nālibus:ipsam eē inmortalē · Nā si rōne nāli probatur aīam remanere:rōne nāli sequitur illā post mortē hr̄e aliq̄ opationē:aliter eēt ociosa: talis non pōt esse nisi cognitio : & nō per abstractionē a phantasmatibus:igr̄ erit cognitio reꝝ in se/& primi entis in se:& sic capax est beatitudinis:& huc usqꝫ potuerūt ptingere peripatetici ut Alex·Themi·Simpli· Theophra· Eude·Auer·Auem·Aui·Alga·& breuiter oēs arabes/& græci/& latinorum magna pars:hæc de secūdo · De tertio catholici discrepāt : nam alii dicūt aīam rōnalem nō eē beatitudinis capacē nisi per mediū : nā cū ipse deus qui est beatitudo nimiū excellat aīam/nisi quodā medio aīa ipsa redatur capax:nō pōt beari· Alii dicunt aīam eē beatitudinis susceptiuū:eo qa aīæ ad hoc ut efficiatur beatitudinis capax/nō additur alia nā ab ei9 essentia:cū·n·ipsa sit quoddā susceptiuū oīm formarū intelligibiliū/ ipa maxīe ordinabit ad pfectissimū ītelligibile·Mihi uero uī ꝙ theologi coguntur discordare a peripateticis·Ambo·n·uolūt deū esse sibi & aliis beatificabilibus beatitudinē: sed aliter atqꝫ aliter:qa theologi uolūt deū ēe sibi beatitudinē p naturā:& ideo necessario: aliis aūt p uoluntatē/& ppea cōtingēter·At peripatetici uolūt deū eē sibi & aliis beatitudinē p naturā et hoc ait Auer· tertio de aīa ꝙ deus q est agēs intellectus copulatᷣ nobis in principio ut agēs/post adeptionē uero itellectus speculatiui:ut forma idē Themi·& oēs:tūc dicerē theologice sentiēdo/nullū esse necessarium mediū nec ex parte aīæ :qa ipsa est sūme & īfinite capax:nec ex parte dei: qa ipse pōt aliis intensius/aliis remissius eē beatitudo:aliis uero nō esse· Nam cū deus uolens sit beatitudo:& sit causa prima:quæ secundum catholicos tam cum media causa/q̄ sine media causa possit esse causa : iure ex parte sui potest esse aliis beatitudo nullo medio concurrente · At secūdum peripateticos oportet ponere mediū/aliter q̄ cito aīa esset:illa esset beata/qa ex parte dei nihil reqritur/ex parte etiā aīæ nihil: quare subito

Comento· v, & xxxvi·& xx·

Propria rō·

An aīa sit capax beatitudinis in mediate·

Primo pō tho·

Secūda pō sco·

Pō philoso·

Comēto· xxxvi

eét fœlix & sic reqritur mediū quoddā:quo deus nō sit oībus semp beatitudo/nec oībus æqualis beatitudo:eo qa nō uolēs/sed per naturā est beatitudo: in sup ēt deus cā est prima:quæ nullius eē pōt cā nisi per mediū apud phos: uerū de medio isto nō parua est dfa:nā Auer.Alex.Themi. & alii mediū istud autumāt esse intellectū speculatiuū: hūc.n.intellectū asserunt esse medium quo deus ut beatitudo copulatur rōnali aīæ:nunq̄ uero antea nisi post huius intellectus adeptionē: de hoc medio copulādi quære in locis tibi allegatis. Sed si per tale mediū dūtaxat posset rōnalis aīa deo copulari copulatiōe beatifica:tunc mulieres nō eēnt fœlicitabiles quoniā nō est de iure mulierū adeptio huius intellectus ut declarat̄ prio politicæ. Vnde Mar. Sit mihi uerna satur/sit nō doctissima cōiux. Sit nox cū sonno/sit sine lite dies:& sic nō est de iure nāli ut mulieres sint sapientes per talē intellectū & tn̄ est de iure nāli ut sint beatificabiles. Amplius tūc uiciosi possent esse fœlices:deducitur qa uiciosi pn̄t hūc intellectū speculatiuū adipisci ut dicit Auer. in proemio physicarꝫ auscultationum ait.n.ꝙ sapientes huius tēporis sunt praui:& cōstat nō posse eē fœlicem nisi sit sapiens: ppea uera peripateticorꝫ pō est mediū copulatiōis esse uirtutē heroicā: est aūt uirtus heroica habitus quidā exīstēs in sensitiuo appetitu:quo ille sine dissensu obedit ītellectui recto: cū.n.rōnalis aīa sit simul sensitiua & intellectiua: nascitur quodā mō rebellis beatitudini pp partē sensitiuā: quæ trahit intellectū ad sensibilia intellectioni rectæ repugnātia/ppea cū intellectus plenarie sensitiuo appetitui prędominatur:tūc rōnalis aīa remanet capax beatitudinis:& tūc beatur: quare mediū erit uirtus illa/qua reditur aīa rōnalis mere intellectiua: & per cōsequēs erit heroica ut dicit Ari. hæc nō mō a uiris/sed a mulieribus haberi pōt: & ppea ambo sunt beatitudinis pticipes: id aūt quod decepit Auer.est: qa intellectus speculatiuus fuit ut declarator huius uirtutis: p illū.n.sapientes cognouerūt hoc mō posse pueniri in beatitudinē: nō ꝙ ipē sit mediū copulatōis & hoc decepit Auer. hæc de tertio. De quarto uero theologi tenēt rōnalē aīam corpori unitā posse deū intelligere intellectione/quæ est deus: hoc de facto fuisse in aliqbus nemo debet ambigere/ut tenemus de Mose/de Xp̄o/de Paulo/& de aliis/quorꝫ meminit sacra historia: peripatetici quoqꝫ hoc cogūtur cōcedere: eo qa alii dicūt rationalē aīam posse deū cognoscere hac cognitiōis forma/post ītellectus speculatiui adeptionem/ talem autē adeptionem fieri non posse asserunt nisi dum intellectus est corpori unitus: præterea qui ponunt intellectionem talē fieri post heroicarū uirtutū adeptionē coguntur idē concedere: nam heroicæ hæ uirtutes acquiri nō possunt nisi ab aīa dum corpori est unita:quare Theologi & philosophi pariter rē hāc cōcedere cogūt̄. Est tn̄ hæc dfa quia Theologi dicunt possibilitatē hanc nō reduci ad actum

De medio beatitudinis.

Confutati.

Pō uera peri.

Si ratiōalis aīa corpori unita ītelligeī pōt deū

niſi per miraculũ:& ita tales beatos fuiſſe per miraculũ:quia ipſa aĩa dũ corpori unitur/ſemp ratiõe mortalitatis corporis eſt inclinata ad appeti tus ſenſitiuos : mõ hæc inclinatio ſaltẽ effectualiter repugnat beatitudi ni. Secũdo quia nõ eſt perfecta beatitudo niſi ſit cõpleta animæ uidelicet & corporis:at illa corpis nõ eſt poſſibilis in uita mortali niſi per miracu lũ : quare per miraculũ deduci põt ad actum dũtaxat : & ita tales quos diximus miraculo fuerunt beati:hæc Theologi. Peripatetici autẽ qui di cunt deũ eſſe ſibi & aliis beatitudinẽ per naturã/coguntur dicere ratio nalem aĩam non niſi dũ corpori eſt unita poſſe beari:quã beatitudinẽ po ſtea detinet:quia ſiue per adeptionẽ ſpeculatiui intellectus/ſiue per ade ptionẽ uirtutis heroicæ rõnalis aĩa redatur capax: hæc nõ poſſunt acqui ri niſi dum ipſa eſt in corpore : & ita corpori unita põt beari & ſic cogũ tur cõcedere illos fuiſſe beatos per naturã : qa per pure nãlia fuerunt de ducti ad actũ beatificũ : uerũ in uita hæc non dr̃ beatitudo : quia nõ eſt cũ ſecuritate at poſt mortẽ rationalis aĩa cũ ſit perpetua/nec ſit amplius labilis : eſt pfecte beata quicqd ſit de mẽte Auer. Ex iis apparet ꝙ morta litas nõ repugnat beatitudini tẽporariȩ/ut deducit Ari. duodecimo meta phyſicæ. Tũc ad rõnes theologoꝝ patet ſolutio aĩa enim poteſt acqrere heroicã uirtutẽ in uita ; & tũc nõ eſt inclinata : poteſt tñ in uita labi per morbos per alias cauſas ; & ideo non eſt ſecura nec eſt idẽ poſſe & aptũ eſſe:rationalis nãq; aĩa in uita/poteſt labi poſt heroicæ uirtutis adeptio nẽ:nõ aũt eſt apta/uel inclinata labi:& ppea nõ eſt ſecura:ueluti corpus ſimpliciter ſanũ poteſt ægrotari:nõ tñ eſt aptum ægrotari. Ad ſecundã dico ꝙ nõ alio beatur:aĩa q̃ eius corpus:ideo q̃ cito anima beatur:corpus beatur : uerũ illa animæ eſt pſe:& poteſt eſſe perpetua:illa corporis eſt p accidens/& temporaria. Ex iis patet quæſtionis nr̃æ dilucidatio ; de his uero quære loca quæ tibi allegaui. Hæc de dilucidatione.

¶Caput ſolutionum quintum.

Anteq̃ ſoluantur rõnes in principio factæ:ſoluo rões Thomæ. Ad primã ſoluunt exteri & iuxta eoꝝ põnem recte ſatis:tñ iuxta meã poſitionẽ dico ꝙ qñ intellectus ĩtelligit intellectiõe quæ eſt effectus rerũ quæ intelligũ tur:ſic ſemp intelligit p abſtractionẽ a phãtaſmatibus ut dicit Thomas: & pro hoc facit quod inducit de leſione organi phantaſiæ:& de formatio ne idoli. Sed qñ intelligit intellectione quæ eſt ipſa res/quæ intelligitur nõ oportet ipm̃ intelligere per abſtractionẽ huiuſmodi:nã intelligit hoc: pacto ſe/& actus ſuos/& ſpẽs intelligibiles:nõ tñ p abſtractionẽ a phan taſmatibus:ſed per intellectionẽ/quæ eſt ipſa res/quæ intelligitur:& hoc pacto intellectus noſter in ſtatu fœlicitatis ĩtelligit deũ:per hæc ad illud quod induxit de in adæquatione effectus: ſolum enim concludit per effe ctum deum non poſſe cognoſci cognitione quæ eſt deus; ſimiliter etiam

ad illud quod additur improportione. Ad secundam exteri iuxta eorum positionem bene dicunt: tñ iuxta opinioné peripateticorum/concedo q uniuersale materiale est obiectũ intellectus/ respectu intellectionis quæ est effectus rerum:non aũt respectu intellectionis/quæ est ipsa res/quæ intelligitur: unde multa potest intellectus intelligere: quæ nõ cõtinétur sub obiecto intellectus/ut superius declarauimus: nihil tamen intellige re potest: quin contineatur sub ratione intelligẽdi: quæ est ens:est enim ipsum ens non obiectum/sed ratio intelligendi adæquata intellectui: ut superius fuit declaratũ. hæc ad rationes Thomæ. Tunc ad rationes pri mi capituli ad eas quidé quæ sunt pro parte affirmatiua/omnes cõcedo: Ad ea uero quæ exteri inducunt contra rationé Auerrois: quære solutio nem in libro de intellectu ultimo tractatu de statu animæ capite undeci mo: ibi enim declaraui/quo nam modo entymema Auerrois habet effi caciam:& confutaui captiunculas exterorum/& cœterorum contra illã. Verum quia satis sufficienter ibi rem pertractaui: nunc sub silentio uo lui per transire: hæc ad rationes pro parte affirmatiua sufficiant. Ad ra tiones pro parte negatiua: ad primam dico q Auerroes ait q illud extre mum notat difficultaté non impossibilitaté. Ad secundam dicunt exteri plus distare deum ab intellectu nostro in esse/ non autem in intelligibi litate ac proportione obiecti. Sed contra per rationé eorum:quia est ea dem ratio entitatis & intelligibilitatis/quia secũdum eos intelligibilitas est passio entis: potest igitur negari antecedens: quia intelligibile creatũ potest apprehẽdi a sensu/quia Socrates potest apprehendi a sensu:& So crates est intelligibile creatum: igitur intelligibile creatum potest appre hendi a sensu: non tamen sensus potest apprehendere intelligibile crea tum:qa non sub rõne qua intelligibile: hæc sorticolæ & non imperite se cundum eorum uias. Ad tertiam dico q intellectus agens & possibilis sunt potentiæ adæquatæ respectu intellectionis/quæ est effectus rerum: non aũt respectu intellectionis/quæ est ipsa res/quæ intelligitur: ut no tari potest Tertio de anima. Ad quartã patuit solutio:peripatetici enim concedunt totum: quia ponunt deum ad extra comparari necessario. Theologi uero negarent/& ita est tenẽdum: quia deus ut uolens est bea titudo aliis/sibi uero necessario. Ad quintã dico q intellectus illas intel ligere potest/& nec per illius species/ nec per species aliorum: sed cogni tione quæ est ipse res abstractæ: quæ intelliguntur. Sed occurres quia tunc intelligere quo anima beatur: non differt ab intelligere: quo intel ligentiæ inferæ bearentur: dico q quemadmodum noster intellectus in telligit se ipsum intellectione/quæ est ipsemet intellectus: qui intelligi tur: sic quælibet intelligentia intelligit se intellectione quæ est ipsamet intelligentia / quæ intelligitur. Amplius ut intellectus noster beatur

Cométo. xxxiv

De intellectiõe intelligẽtiarũ.

intelligendo deum intellectione quæ est ipsemet deus: sic intelligentia beatur intellectione quæ est ipse deus: quem intelligit. Est tamen differentia: quia intelligentia nihil intelligit intellectione quæ est effectus rerum: quæ intelliguntur: at intellectus quædam intelligit/intellectione: quæ est effectus eorum quæ intelliguntur. Amplius perfectior est intellectio/qua intelligentia se intelligit: & intellectio qua deum etiam intelligit: q̄ sit intellectio qua intellectus noster se intelligit: & qua intelligit

Excerpta pri. deū. Ex his sequitur ꝙ intelligentia infera:ut pote gabriel simul in æuo & deum/& se ipsum/& omnia inferiora intelligit: deum quidem intellectione quæ est deus/se ipsum intellectione quæ est gabriel: inferiora autem:intellectione:non quæ est ipsa inferiora uel effectus inferiorum: sed

Secundum. intellectione: quæ est ipsemet gabriel. Secundo sequitur ꝙ deum intelligit omnis intelligentia intuitiue & uespertine/inferiora uero uespertine dumtaxat: deducitur quia intelligendo gabriel ipsum deum intellectione quæ est deus: matutine intelligit & intuitiue: intellĭgēdo uero ipsum deum intellectione: quæ est ipsemet gabriel: uespertine ipsum intelligit. Sed quia inferiora non potest intelligere/nisi intellectione quæ est ipse-

Tertium. met gabriel: ideo uespertine illa intelligit dumtaxat. Tertio sequitur aliquam uespertinam intellectionem esse aliqua matutina siue intuitiua perfectiorem: patet quia intellectio qua deus omnia inferiora intelligit/est perfectior intellectione qua intellectus noster intuitiue illa intelligeret: quia illa intellectio: qua deus hæc intelligit uespertine: est ipse de-

Quartum. us. Similiter de cœteris intelligentiis deduci potest. Quarto sequitur ꝙ deus siue quæuis intelligentia intelligit hæc inferiora/scientia siue intellectione quæ est causa horum:deducitur quia deus hæc intelligit ipso deo: deus est intellectio quæ est horum causa: igitur deus hæc intelligit scien

Secunda dubi. tia quæ est causa horum: hæc de prima dubitatione. Secundo occurres utrū cognitio dei qua rationalis anima beabitur/sit eiusdē speciei cū cognitione eiusdem per cognitionem/quæ est dei effectus: quæꝗ per com

Solutio. positionem conceptuum dicitur: dicendum ꝙ differunt specie & genere nam cognitio dei qua anima beatur est substantia: est enim ipse deus: cognitio uero qua deum per compositionem intelligimus: est accidens. Secundo differunt in ratione cognoscendi: nam deus instatu beatifico cognoscitur ut lumen: per compositionem uero cognoscitur ut illuminatum quid. Tertio differunt ratione causæ: quia deus in actu beatifico intelligitur ut forma: per compositionem uero intelligitur ut agens: qa ut dicit Auerroes comparatur nobis in principio ut agens: infine autem ut forma ex his sequitur ꝙ beatifica cognitio est æquiuoce dicta:nec dici debet cognitio: sed potius pfectio:uel copulatio: eo quia aīa rōnalis deo perficitur/& per essentiā illi copulatur. Hæc de tertia disputatione.

¶Quarta disputatio est si sit status in omni genere causarum.

¶Caput dubitationum primum.

Quod non arguitur & primo ꝙ non sit status in causis effectricibus: primo quia generationes fuerunt infinitæ: igitur infinita præcesserunt efficientia. Secundo quia primum efficiens est infinitum: ultimum autem est finitum: igitur infinita possunt inter hæc mediare efficientia: & sic potest esse processus in efficientibus causis. Tertio circulationes cœlestes sunt causæ effectrices eorum quæ hic aguntur. Sed illæ sunt infinitæ igitur efficientes causæ sunt infinitæ. Secundo ꝙ non sit status in causis materialibus: primo quia Aristoteles & Plato materiam ipsam uolunt esse infinitum: igitur possunt materiæ esse infinitæ. Secūdo continuum diuiditur in infinitum: sed ad diuisionem ipsius continui sequitur diuisio materiæ ut dicitur primo physicorum: igitur in materiis potest procedi in infinitum. Tertio dicitur ab Auerroe tertio physicorum ꝙ in rebus inest infinitas ob materiam: igitur ipsa est infinita. Tertio ꝙ non in causis finalibus: primo quia appetitus finis est infinitus ut dicitur primo politicæ: ut patet exemplo medici. Secundo non est unus finis omniū agentiū: igitur non est unus primus finis. Quarto ꝙ nō informis: arguitur/primo quia in numeris est processus in infinitū: at numeri sunt formæ. Secundo generationes sunt infinitæ: igitur & formæ: quia terminus generationis est forma: igr̄ si infinitæ generationes sunt: & formæ infinitæ erunt. In oppositū est Ari. in textu. Antonius. Rōnes aliæ. Comēto. lxvii.

¶Caput secundum tituli.

Pro tituli expositione primo debes scire ꝙ causa/quæ græce dicit̄ αἰτια uel αἴτιον Multifariam solet definiri: Auicenna uero in libro de causis inquit causam esse principium e quo aliquid in esse dependet: hæc enim descriptio sufficit. Themistius autem primo auscultationis physicæ in proemio inquit causæ apud aristotelicos sunt efficientes & fines: concause uero forma & postremo ælementa. Plato uero causis addidit exēplarem: concausis officialem siue instrumentariam, Supponamus autē nunc causas quattuor esse: effectricem/finalem/materialem/& formalē: quia exemplaris reducitur ad effectricē: instrumentaria ad materiam. Secundo debes scire per statum non esse in disputatione intelligendum/terciam morbi partem: nec quietem: sed terminum siue finem: ad quem cessare dicitur multitudo. Hæc de titulo. Quid cā aetion Quæ themisti9

¶ Caput secundum positionum ·

Distinctio exte terorum · i · In hac disputatione exteri distingunt : quia causarum alia est per se : alia per accidens : causa per se illa est : quæ per eius naturam tanq̃ per rationem causandi causat : ut ædificator per artem ædificandi : per accidẽs uero illa dicitur : quæ non per propriam naturam causat : sed quatenus est accidens ei quod per propriã naturam causat / ueluti solemus dicere musicum ædificare · Amplius secunda distinctio est / quia causarum / quædam sunt essentialiter ordinatæ ; ut quæ ordine essentiali & necessario concurrunt ad aliquem effectum : ut sol & homo respectu generationis humanæ : accidentaliter autem ordinatæ hæ sunt : quæ quodam accidentali ordine ad effectum aliquem conueniunt / ueluti pater / auus / & atauus respectu nyphi : & dicunt ex alio proficisci primam distinctionem : & ex alio secundam : prima namq; exoritur ex comperatione causæ

Secunda · ad effectum · Secunda autem ex comperatione plurium causarũ ad eundem effectum concurrentium : assignatur autem ab eis triplex differentia inter causas essentialiter ordinatas : & accidentaliter ordinatas : prima est q̃ causæ essentialiter ordinatæ sunt : quarum una ex alia pendet in causando : at in accidentaliter ordinatis potest una ab alia in esse depẽdere : non tamen in causalitate : patet quia licet nyphus e Iacobo in esse

Dubitatio apd' exteros utilis · dependuerit : pro generatione domicii : e Iacobo minime dependet · Sed quæres apud hos nunquid in essentialiter ordinatis solum una ab alia in causando dependeat · Solet ab eis responderi in his quandoq; alteram ab altera dependere in causando tãtum : ut phantasma in causando speciem intelligibilem ab intellectu agente dependet in causando tantum : nõ autem in esse : quandoq; in essendo & causando ueluti sol & ignis in generatione ignis : quandoq; nec in essendo nec in causando / sed solũ in influẽdo : ueluti baculus & manus in mouendo pilam : quandoq; nec in essendo / nec in causando / nec in influendo : sed solũ in ordine actingendi ceu dicitur de patre matreue : quæ suis seminibus essentialiter cõcurrunt : sic q̃ dato q̃ uirtus seminis patris in infinitum augeretur : adhuc matris semen necessarium esset · Secunda differentia est quia in essentialiter ordinatis causa prima est trifariam prior aliis eiusdẽ ordinis / natura quidẽ : quia uniuersalior : perfectione uero : quia uirtute propria causat : cœteræ nõ nisi uirtute primæ : ratione deniq; : quia est alterius speciei · At in accidentaliter ordinatis prima nulla harum prioritate est prior · Tertia differentia est / quia causæ essentialiter ordinatæ simul omnes actu causant : accidentaliter uero / non nisi una post aliam : hæ differentiæ perspicuæ sunt : hæc exteri / de distinctionibus · Sed unum esset circa has distinctiones dubitatione dignum : si hæ distinctiones haberẽt locum in omnibus generibus causarum : & potest dici q̃ prima distinctio sine dubio

in omnibus locum habet: ut secundo patet physicorum. Secunda autē forte non habet locum proprie nisi in effectiuis causis / & in finalibus/ quatenus mouent saltem intentionaliter: in aliis uero secunda distinctio locum non habet nisi secundum rationem/nō autem secundū rem: quia non contingit eiusdem rei esse secundum rem plures materias: nec plures formas: forte autem secundum rationem fieri potest: quatenus intellectus considerat eiusdem compositi esse plura prædicata formalia: & plures materias saltem per dispositiones diuersas: uerum de hac re in dilucidatione dicetur peripatetice: nūc satis ad mentem horum: hæc de distinctionibus. Tūc Plato arbitratur in nullis causis nec per se/nec per accidens/nec essentialiter/nec accidentaliter ordinatis esse processum in infinitum/aut posse esse: in essentialiter quidem ordinatis nō posse esse: patet per rationes Aristotelis in textu: in accidentaliter uero non posse esse: patet quia simul esse non possunt: quia tunc infinitum posset actu esse: ut Auerroes deducit nec successiue quia est deuenire ad primam & ad ultimam: non enim possunt succedere causæ infinitæ/nisi motus cœli esset infinitus: at motus cœli singulis xxxvi. millibus annorum finitur/& singulis xxxvi. millibus redit idem numero: uel secundum obseruationes nouas singulis quadraginta nouem millibus annorum: uidelicet tunc cum caput noni orbis complet reuolutionem suam: igitur causæ accidentaliter ordinatæ non possunt esse infinitæ / sed certo statutæ numero: uidelicet tot quot possunt esse singulis xlix millibus annorum eo quia completa hac reuolutione eædem numero redeunt: & iuxta hāc positionem concedi potest causas accidētaliter ordinatas infinitas fuisse quia infinicies rediit eadem reuolutio: non autem fuerunt infinitæ. Sed contra hanc positionem Aristoteles secundo de generatione libro probauit idem numero non posse redire: sed bene idem specie: quemadmodū nec idem motus cœli numero/sed simillimus specie: hic enim redire potest singulis xlix millibus annorum: idem autem numero nunq̄: tu uero lege rationes Aristotelis secundo de generatione. Exteri uero breuibus se expediunt: & tres de mente Aristotelis erigunt conclusiones: prima est in causis essentialiter ordinatis cuiusuis generis non est possibilis infinitas. Secunda in accidentaliter ordinatis cuiusuis generis non est possibilis infinitas/nisi supponatur status in essentialiter ordinatis. Tertia etiam non supposito statu in essentialiter ordinatis: in accidentaliter ordinatis non est possibilis infinitas. Primam deducunt: quia ubi causæ illæ essent infinitæ non daretur prima: & ita nec ultima: & ita omnes essent mediæ: & si mediæ: tunc tota uniuersitas causarum essentialiter ordinata𝜚 esset causata: & cum non ab aliqua suæ multitudinis: quia tūc illa esset sui causa: igitur ab aliqua alterius rationis: & illa erit prima.

[Margin notes: Pō platonis | Cōmento. v. | Confutatio | Pō exterorū & scoti primo sententiarum. d. ii. q. ii. | Primam con.]

Secundo si in talibus essentialiter ordinatis causis esset processus in infinitum: dabitur tunc infinitum in actu: deducitur ex differentia tertia: quia omnes simul actu concurrunt · Tertio si in illis esset processus in infinitum: tunc in illis non esset ordo essentialis: quia ordo essentialis est primi medii & ultimi · Quarto si in his esset processus infinitus: tūc superior esset perfectior in causando ex differentia secunda / quare si infinitus est processus: in infinitum esset aliqua superior: & si in infinitū esset aliqua superior: in infinitum esset aliqua perfectior: igitur esset aliqua non causans uirtute alterius: quia quodlibet causans uirtute alterius: est finitæ perfectionis: & sic est simpliciter prima · Secundam uero deducunt ipsi per rationem octaui libri physicorum: quia causæ accidentaliter ordinatæ nō possunt simul esse infinitæ: qa tunc daretur infinitū in actu: nec subcessiue esse possunt infinitæ / nisi esset aliqua causa alterius ordinis illas perpetuās: & sic oportet dare statum in essentialiter ordinatis · Tertiam demum probant quia abnegato statu in essentialiter ordinatis: oportet ponere in illis aliquem effectum: igitur aut a se: aut ab alio aut a nullo: non a se: ut patuit secundo de anima: ubi dicitur nihil se ipsum generat: sed bene conseruat: non a nullo: quia a nullo nihil est: igitur ab alio: & illud erit prima causa: nec ualet dicere illam agere uirtute alterius: quia tunc supponeretur status in essentialiter ordinatis: hæc exteri: hæc positio est acute declarata: tamen peccat primo quia licet prima & secunda conclusio sint ueræ: tertia est falsa. Secundo quia rationes pro prima conclusione non sunt expositæ ab exteris: & ita ut ipsi deducunt nulla illarum · Quod quidem tertia conclusio sit falsa: deducitur primo quia negato ordine essentiali in causis per se: sequitur utrunq; contradictorium / uidelicet ꝙ procedant accidētales in infinitū: & ꝙ finiantur: si enim negatur ordo in primis: non erit primum mouens: & si non erit primum mouens / non erit aliquod quod illas corrūpat per accessum & recessum: & sic procedent in infinitū: sequitur etiā ꝙ erunt finitæ: quia nullum erit generans perpetuo illas · Secūdo quia ratio eorum nulla est; concederet enim cauillator aliquid esse effectum: & nec a se: nec a nullo: sed ab alio: & quādo infertur: igitur illud aliud est prima causa: cauillator negaret argumentū quia adhuc illud aliud: posset esse ab alio: & illud ad huc ab alio: & sic in infinitum: & ita illa ratio nulla est nisi supponat statum in causis essentialiter ordinatis: nec replica eorum est ad propositum: ut patet intelligenti · Quod uero rationes pro prima conclusione nullæ sint: deducitur: quia omnes supponunt ordinem essentialem in causis: aliter nullæ sunt: & hoc debuerunt probare & ꝙ omnes supponant ordinem essentialem in causis: deduco quia illo negato: prima ratio deletur: quia diceret cauillator nullā esse

Secunda cōclu·

Tertia conclu·

Confutatio

primam:nullamue ultimã:& nullas medias: quia una semper est ab alia: & illa ab alia:& sic in infinitum: & sic hæc ratio nulla est/nisi supposita ratione motus: per quam supponitur aliquod primũ esse. Secunda etiã tollitur: quia supponit dari causas essentialiter ordinatas: & propterea infert esse infinitum in actu ex tertia differentia. Tertia tollitur per idẽ supponit enim ordinem essentialem. Quarta per idem remouetur: & etiam peccat in logica:quia non ualet in infinitum est aliqua causa perfectior: igitur illa agit uirtute propria: quia sorticolæ concederent in infinitum esse aliquam causam perfectiorem: nullam tamen causam esse in infinitum perfectiorem:& sic concederent in infinitum esse aliquam causam perfectiorem: & tamen nullam esse signabilem talem. Quare patet omnes has rationes peccare per fallaciã petitionis principii: omnes enim supponunt in causis esse ordinem essentialem. Hæc de dubitationibus.

¶ Caput quartum dilucidationis.

Pro dilucidatione primo debes scire ꝙ in causis possumus imaginari processum in infinitum aut in directum: aut secundum speciem: ut Aristoteles dicit in litera: & Auerroes Comento quinto uelle uidetur per directum ordinem essentialem: per speciem ordinem accidentalem:& sic est sensus ꝙ bifariam potest intelligi processus in infinitum: aut in directũ scilicet per ordinem essentialem: aut secundũ speciem hoc est in his quæ sunt eiusdem speciei/successiue tamen se se habentes: hæc est una expositio Auerrois: licet Ioannes aliter interpretetur Auerroem. Aliter exponit Auerroes/ut per directum uelit ea quæ sunt unius speciei: & secundum speciem: ea quæ sunt diuersarum specierum: & tunc est sensus ꝙ in causis non potest procedi in infinitum: nec in directum/hoc est nec in his quæ sunt eiusdem/nec in his quæ differunt specie: hæc Auerroes: licet Ioannes peruertat uerba Auerrois ad aliũ sensum. Sed reuera Auerroes literam non percepit: nec sua expositio stare potest cum uerbis Ari. ut omnes possunt uidere: ideo melius expono: & dico ꝙ Aristoteles per directum intelligit in eodem genere causæ. Imaginari enim possumus in uno genere causæ esse aliquod primũ: & dari infra illud infinitas causas ordine quodam:& hoc pacto esset processus in infinitum in directũ: & per processum in infinitum secundum speciem: intelligit secundum diuersas species causarum: ita ut non tantũ quatuor species sint. Sed infinitæ: quod autem hæc sit intentio Aristotelis/patet primo per diuisionem quam proponit: inquit enim: atqꝫ constat principium quoddam esse: & neqꝫ in directum: neqꝫ in specie infinitas rerum causas esse: ecce quo modo per directum intelligit oppositum ei quod dixit in specie: sed in specie esse infinitas/est illas esse infinitas secundum differentiam specificam: igitur per directum intelligit/in eodem genere causæ. Secun-

Suppositio pri.

Quæ auerroes.

Qualis auerrois expositio.

do Aristoteles in eodem textu declarans quid per directum intelligit: inquit ut in materia cum ex hoc aliquid generatur abeatur in infinitum: ut caro quidem ex terra: terra autem ex aere: aer autem ex igne fiat: & huius nullus sit finis: & de cœteris se exponit in singulo genere causæ: igitur per directum intelligit in eodē genere causæ· Tertio ꝙ hæc sit Aristotelis intentio: patet quia in toto illo capitulo duo probat primo ꝙ nō sit processus in infinitū in singulo genere causæ: & secundo ꝙ nec in diuersis generibus causarum: si igitur hæc duo prosecutus est: uidetur ꝙ hæc duo debuit proponere· Ex his tribus patet error expositionis Auerrois: & Ioannis: & ueritas expositionis nostræ· Redeo igitur ad rem: & dico ꝙ processum in infinitum in causis possumus fingere dupliciter: aut in eodem singulo genere: aut in diuersis generibus causarum· Secūdo animaduertendū secundum Auerroem Comēto sexto ꝙ in singulis generibus causarum posset intelligi processus in infinitū dupliciter aut in causis quæ per se ordinatur: aut in causis: quæ per accidens ordinantur· Amplius causæ per accidens ordinatæ possunt intelligi ut permanētes / & ut successiuæ: ut permanentes dicuntur habere sitū / hoc est permanentiam / & coexistentiam: ut successiuæ dicuntur non habere situm ab Auerroe ibidem· Tertio debes scire ꝙ statum in singulis generibus causarum potest probare physicus / & metaphysicus: physicus quidem eum probat rationibus demonstratiuis: quæ sumuntur per motum· Metaphysicus uero aut probat illum supposito primo in ordine: aut rationibus dialecticis: hæc est opinio Auerrois contra Auicennam in multis locis: & hic ait Aristotelem usum esse demōstrationibus naturalibus: licet rationibus uniuersalioribus / pro ut competunt Metaphysico· Quarto animaduertendum ꝙ Aristoteles in textu probat statum in causis per se ordinatis secundum singulum genus causæ: at Auerroes addit de causis per accidens ordinatis secundum singulum genus: quæ additio licet nō sit necessaria pro expositione Aristotelis: est utilis: hoc unū tamen scias Aristotelem non fuisse locutum nisi in causis per se ordinatis secundum singulum genus: & de causis secundū diuersa genera: propterea de causis per accidens ordinatis non dilucido aliter: q̄ Ioannes & alii dicant: quia recte dixerunt· Probatᷣ igitur secūdum Aristotelem primo esse statū in efficientibus per se ordinatis: & supponit Aristoteles ad hoc probādum esse primum efficiens: deinde probat ꝙ nō possunt esse causæ infinitæ effectrices sub illo primo: & hoc pacto eius ratio est ex suppositione: quam accepit a physico in libro octauo physicorum: unde componitur sic: in quocūꝙ genere causæ est prima non possunt sub illa causæ esse infinitæ: quia aliter illæ non essent ab illo primo per se / sed solum per accidens: & sic non esset primum: sed in genere causę efficientis est

Contra auerroē

Secūda suppō·

Comento·vi·

Prima conclu·

causa prima : igitur non possunt sub illa esse causæ infinitæ:& ꝗ hæc sit ratio Aristotelis lege textũ : & intelliges: & hoc pacto omnes cauilli tolluntur. Secundo probat Aristoteles statum in materialibus causis per se ordinatis:& ut patet legenti literam Ari. supponit primã materiã esse & quærit an sit processus in infinitũ in his : quæ generantur ex materia. Tunc uult aliquid fieri ex alio in proposito esse dupliciter directe : & reflexe : directe quidem/eo modo quo ex puero uir fieri dicitur reflexe/uero: eo mõ quo ex igne aer : & ex aere aqua : & ex aqua terra/& ex terra iterum ignis reflectẽdo fieri dicuntur : in omnibus enim his supponit primam materiam esse. Tunc arguit si est processus in infinitum in his : quæ a materia fiunt : uel directe : uel reflexe : non directe : quia id ex quo fit aliquid directe/est medium inter esse & non esse : ueluti puer ex quo fit uir. Sed positis extremis/non possunt media esse infinita: igitur hoc pacto non est processus in infinitum : nec reflexe : quia ubi est reflexio : est reditus ab ultimo ad primum igitur est dare ultimũ & primum : & sic media erunt finita : hæ igitur duæ rationes : uidelicet de agente/& de materia : ambæ sunt ex suppositione: & supponunt primũ esse in suo ordine : & qui legit uerba Aristotelis : hæc potest inuenire. Tertio de finalibus per se ordinatis Aristoteles idem probat primo:quia uel est aliquid tale : cuius causa omnia sint : & ipsum nullius causa : uel nihil tale inuenitur. Si est aliquid : cuius causa omnia sunt:& ipsum causa nullius : erit primum in finibus : & status. Si uero nihil tale inuenitur : tolletur omnis finis. Secundo arguit Aristoteles: ꝗ si non daretur status in finibus : tolleretur natura boni: deducitur quia bonũ est quod omnia appetunt. Tertio si non est ultimus finis : nemo ad aliquid agendum conaretur : consequens est impossibile : & contra experientiã: consequentia patet: quia non esset dare ultimum terminum actionis. Quarto si sic : nullum esset agens per intellectum : tenet argumentum quia agens per intellectum semper agit gratia ultimi termini. Hæc Aristoteles. Vbi debes scire ꝗ oẽs istæ ratiões sunt probabiles/& quasi ex suppositione. Prima enim ratio supponit tolli omnem finem : si tollitur finis ultimus : hoc enim posset negari : quia possunt esse alii fines per accidens. Secunda etiam supponit tolli naturam omnis boni/si tollitur finis quod non est hic notum : potest enim dici esse bona secundum quid;quorum unum ab altero : & alterum ab altero semper dependet. Tertia supponit omne agens agere propter finem : quod esset probandum ex physica. Quarta etiã supponit agens per intellectum agere propter finem ultimum : quod est petitum ex libro physicorum : ubi probatur nullũ agens agere necessitate materiæ : & sic hæ rationes omnes supponunt : potest etiam ad omnes dici ꝗ omnes presupponunt agens agere propter

Tertia.

finem : modo hoc demonstratur in libro physicorũ secundo : & sic omnes sunt ex suppositione · Quarto probat Aristoteles in formis esse statum : primo quia si nõ: nulla erit prima ratio definitiua · Secundo si sic: non esset deuenire ad speciem specialissimam : & si sic : non esset scientia perfecta de aliquo · Tertio si in formis esset processus infinitus: tunc nihil simpliciter sciretur definitiue : quoniam omnis scientia definitiua est p formã : & si formæ essent infinitæ nihil sciretur · Quarto materiæ cõuenit infinitudo : igitur formæ finitudo : & sic in formis est status : hæc

Quinta cõclu · sunt rationes satis probabiles· Quinto probat Aristoteles in diuersis generibus causarum esse statum: quia si non : nihil perfecte demonstratiue

Dubitatio pri · contingeret sciri : hæc Aristoteles·Occurres cõtra dicta : quia si esset status in formis : esset deuenire ad unam primam formam : quæ esset omnium formabilium forma / deducitur quia ut in ordine agẽtium est deuenire ad unum agens: quod est omnium agẽtium causa / aut in essendo / aut in causando : & in ordine causarum materialium est etiam deuenire ad unam primam omnium materiam : & in ordine finium ad unum omnium primum : sic in ordine formarum ad unam erit deuenire formam quæ est omnium formarum forma : uel omnium formabilium forma : hoc autem est falsum : nec rationes Aristotelis ad hoc intendunt : igitur

Secunda dubi · est dubitatio · Secundo uidetur adhuc contra Auerroem stare ꝙ in accidentaliter ordinatis sit actu infinita multitudo : quia secundum Aristotelem mundus est æternus : igitur infinitæ fuerunt animæ rationales: &

Solutio primæ illæ sunt æternæ : igitur infinitum in actu erit · Ad primam dici potest ꝙ Aristoteles in ordinibus cœterarum causarum probauit statum esse ad primam causam omnium in suo generæ ; licet in ordine efficientium supposuit primam causam esse / & in ordine materialium primam materiam esse : & probauit esse statum ad illam hoc pacto ꝙ sub qualibet illarum licet procedere finite : non infinite : in ordine uero finium probat statum esse ad primum finem simpliciter sed persuadet ratiõibus probabilibus esse ueniendum ad primum finem: dico ratiõibus probabilibus : quia omnes illæ supponunt agens agere propter finem : quod non hic / sed in libro physicorum probatur : at in formis probat statum esse non ad unam omnium formarum : quia non datur una prima forma : nisi æquiuoce : sed ad unam formam primam cuiuslibet compositi : ut ad unam primam formam in homine : & ad unam primam in alio quouis : quæ non est omnium simpliciter forma · sed prima sui ordinis eius compositi cuius est & sic status in formis differt a statibus cœterarum causa

Solutio secũdæ rum · Ad secundam nos respondimus in libro de intellectu & multifariam : nunc dicimus quicquid occurrit Auerroes uidetur uelle esse statũ in accidentaliter ordinatis ; quæ habent situm / & per ea quæ habent sitũ;

intelligit quæ permanent situaliter simul : ut patet Cōmento sexto & hoc sentit Aui. in quam pluribus locis: & tunc facile esset respondere / animæ enim illę dato ꝙ essent infinitæ : nō hn̄t situm. Videtur aūt hæc peripatetica solutio : quia Aristo. tertio physicorum semper negat infinitum in magnitudine / & in multitudine : quæ causatur ex magnitudine: & sic uelle uidetur non esse impossibile infinitum : nisi quatenus est magnitudo : uel ex magnitudine causatum. Alii uero dicunt duplex esse infinitum in multitudine actu / & potentia : actu quidem sic exponitur : hæc sunt tot / & non possunt esse plura : igitur sunt infinita in actu multitudine : in potentia aūt sic exponitur: hæc non sunt tot quin plura possint esse: igitur infinita sunt potestate in multitudine : tunc ad formam concedunt infinitas fuisse & esse animas potestate: quia non tot quin plures / & plures potuerunt esse / & poterunt esse : non tamen animæ sunt actu infinitæ : quia tunc essent tot : & non possent esse plures : hæc solutio pro nunc ualeat / quantum ualere potest : quia in libro de intellectu satis est disputata.

¶ Caput solutionum quintum.

Ad rationes nunc facile respōdetur. Ad primam patuit solutio. Ad secūdam dicerent philosophi ꝙ inter deum & ultimum quoduis agens est finita distantia & perfectiua / & dimensiua saltem ratione corporū : quid uero thologi dicant : quære alios. Ad tertiam patuit solutio : illæ enim nō sunt per se ordinatæ. Ad primā de materia dico ꝙ materia est infinita ratione dimensionū : & sic dico ꝙ per accidens possunt esse inifinitæ materiæ accidentaliter ordinatæ. Ad secundam dico ꝙ probat materias illas esse per accidens successiue infinitas / qđ concedo. Ad tertiam dico ꝙ res sunt infinitæ propter materiā in successione / quia enim materia nūc unam / nunc aliam recipit formam : ideo res multiplicantur in infinitum Ad primam de fine dico ꝙ appetitus finis est infinitus in accidentaliter ordinatis : ut sanare infinitas febres : in ordine tamen per se est status. Ad secundam dico ꝙ dinersorum diuersi sunt fines proximi: unus tamen est omnium simpliciter finis. Ad primam de forma solet dici ꝙ omnes numeri sunt eiusdem speciei & non differunt nisi pœnes multum & paucum & sic si proceditur in infinitum est successiue & per accidēs: ut enim in qualibus magis & minus non uariant speciem : & in ipsis magnitudinibus maius & minus non uariant speciem : sic in multitudine multū & paucum non uariant speciem ; Ad ultimā patet solutio per dicta. Hæc de quarta disputatione.

ℭ Quinta diſputatio ſi infinitum poteſt cognoſci a nobis •

Antonius • Et uidetur ꝙ ſic : primo deum poſſumus cognoſcere/deus eſt infinitus igitur infinitum poſſumus cognoſcere • Secundo unaquæqꝫ res per omnes cognoſcitur cauſas : ſed deus eſt rei cuiuſqꝫ cauſa : igitur una quæqꝫ res cognoſcitur per deum : igitur deum cognoſcimus : ſed deus eſt infinitus:igitur ut prius • Tertio infinitũ definitur : & de ipſo paſſiones traduntur : & etiam ſibi nomina imponimus: igitur infinitum cognoſcitur Quarto ſpecies numerorum poſſunt cognoſci ; aliter eſſet aliquod intelligibile : quod non poſſet intelligi : ſed illæ ſpecies ſunt infinitæ: igitur infinitum poteſt cognoſci• Quinto duæ cognitiones poſſunt eſſe ſimul in intellectu uel ſaltem duæ ſpecies intelligibiles : igitur infinitæ per ra-

Rões albertillæ tionẽ Ariſtotelisq uarto phyſicorum. Sexto totum poteſt cognoſci/omne totum eſt infinitum : igitur infinitum poteſt cognoſci : minor probatur : quia omne totũ eſt ſuæ partes : modo partes cuiuſuis totius ſunt infinitæ : igitur omne totum eſt infinita • Septimo uniuerſale cognoſcitur a nobis: uniuerſale aut eſt aut predicatur de infinitis ; igitur infinita cognoſci poſſunt a nobis • In oppoſitũ eſt Ariſtoteles hic & primo phyſicæ auſcultationis •

ℭ Caput tituli ſecundum •

Pro declaratione tituli debes ſcire ἄπειρον græce latini infinitum ut tertio phyſicæ auſcultationis accipitur/trifariam dicitur:pro ut illa particula in/ſiue/a/poteſt aut negare/aut priuare/aut contrariũ ponere:& ſic poteſt ſumi negatiue : & hoc pacto eſt infinitum id quod nec habet finem/nec eſt quantum poſſibile finiri & hoc pacto punctum dicimus infinitum : quia non eſt quantum finibile : ueluti dicimus uocem inuiſibilem : quia non eſt color uiſilis : Secundo modo priuatiue infinitum dicitur : quod eſt quantum actu ſine principio & fine/tamen eſt aptum finiri: & hoc modo:ut tertio phyſicæ auſcultationis dicitur non eſt reperibile : nihil enim in rerum natura eſſe poteſt actu ſine terminis : quod ſit aptum finiri : niſi forte motus cœli ſecundum aliquos: eſt enim apud peripateticos actu ſine principio & fine : quãꝙ poſſit deſinere ut uelle uide-

Comento•xli• tur Auerroes duodecimo Metaphiſicæ• Tertio dicitur infinitũ contrarie : quod quidẽ eſt ſine principio & fine/& nec eſt aptum aliqua ex parte finiri: & hoc bifariam eſt/aut actu aut potentia : actu quidem:ſi nec actu habet principium/nec finem/nec eſt aptum habere : & hoc poteſt eſſe aut in uirtute : aut in magnitudine ; aut in multitudine ; aut in permanentia:In magnitudine & multitudine nõ eſt reperibile:ut tertio phyſicorum diſputatur ; niſi motus & tẽpus hoc pacto dicuntur apud alios:

potestate uero: quod quidẽ actu est finitum/tñ potestate nec habet principium nec finem ut dr̃ tertio physicorum: & sic dr̃ infinitũ omne continuum/quia infinitas hẽt partes saltẽ in potentia: infinitũ aũt priuatiue non põt esse nisi actu: quoniã est id quod actu caret terminis: aptum tñ p illos finiri: & sic nõ põt esse nisi actu. At infinitũ contrarie: si actu quidem finitum sit: & sit aptum diuidi in infinitum: potestate infintũ contrarie dicetur: si uero actu careat terminis/nec illos aptum sit habere: infinitum dicitur actu contrarie & simpliciter: ut dicitur tertio physicorum. Ex his patet titulus quæstionis: non enim intelligitur de infinito negatiue: quia de illo nemo dubitat: unitas enim & punctum sunt per se intellectilia/maxime apud eos: qui tenent illa esse in rerum natura: ut exteri tenent. Hæc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

Sunt quidam: qui absolute dixerunt infinitum non posse a nobis intelligi. Quod si intelligant per se: quo scilicet ad definitionem quid rei: est positio expositoris: concedit enim ipsum infinitum non esse per se intelligibile a nobis sub ratione & definitione quid rei: sub ratione uero & definitione quid nominis/bene cõcedit ipsum posse intelligi/ nõ per speciem propriã/nec cõceptu proprio ab illo genito: sed specie ipsius finiti/seu cõceptu genito ab ipsa re finita: ueluti (ut dicit) silentiũ percipitur ab auditu non enim per speciẽ silentii: sed per speciem soni: quæ primo & per se repræsentat sonum: per accidens silentium: dicitur enim nono huius ꝙ eadem species est contrariorũ: unius quidẽ per se/alterius per accidens: sic igitur concedit Thomas ipsum infinitũ non esse per se intelligibile per rationem quid rei: sed per accidens/per rationem quid nominis: hæc Thomas in ꝗ pluribus locis: unde primo physicorum exponens textũ inquit & huius ratio est quia id quod est notum apud intellectũ: compræhenditur sub ipso/quantum ad oĩa/quæ ipsius sunt: quod non potest contingere de aliquo infinito: hæc Thomas in expositione textus: ubi patet ipsum uelle infinitum nõ esse intelligibile quo ad partes ipsius infinitas/quæ in eo continerentur: non autem negat ipsum posse intelligi quantum ad rationem nominis: ad quam sufficit ut intelligatur per accidens/ex ratione sui contrarii: hæc sunt de mente eius tenẽda in tertio physicorum/& primo & tertio cœli. Pro hac positione exteri ratiocinantur. Primo quia infinitum non per se continetur sub ente sensibile: quod est per se obiectũ intellectus: quod dicitur quiditas rei materialis: igitur non est per se intelligibile. Secundo si infinitum intelligeretur aut una aut pluribus intellectionibus: nõ una: qa una intellectio fit ab una specie: at infinitum non põt per se speciem efficere in intellectu: quia tunc esset in actu: & ita finitum: omne enim quod est in actu/per eius

Prima põ tho.

Comẽti. xxxv.

Rõnes pro tho.

finitur actum: nec pluribus: quia tunc oportet fingere plures species/ & sic plures formæ & plura accidentia eiusdē speciei possunt esse in eodē subiecto. Tertio inter obiectum & potētiam debet esse proportio: at inter infinitum & intellectū finitum nulla est proportio: igitur infinitū non potest intelligi: istæ sunt tres rationes Thomæ attributæ: quas ego non legi in libris Thomæ: nisi essent suorum sequatium. Iuxta hāc positionem soluūtur obiectiones/prima quidē: quia cōceditur deū cognosci posse: non tñ sub rōne infiniti: & hoc rationabiliter: qa uirtus & perfectio rei nō cognoscitur nisi per maximū effectū in quē potest/ut dr̄ primo cœli: Sed nihil est hic infinitū: qđ dei uirtuti sit adæquatū: igitur perfectio dei quanta sit cognosci non potest: & per idem ad secundū/cōceditur enim primā causam posse cognosci/non tñ sub ratione infiniti per idē. Sed replicabis ut exteri replicāt. Primo quia deus potest cognosci a nobis ut creator: Sed ut creator est infinitus: igitur ut infinitus. Secūdo deus intelligitur a nobis ut est omniū ultimus finis: igitur ut infinitus: antecedens est Ari. in textu: deduco cōsequentiā: quia ex opposito consequentis infertur oppositū antecedentis: quia detur oppositum ꝙ non intelligatur ut infinitus: igr̄ intelligetur ut finitus: & sic posset ipso ultimo fine ītelligi ulterius quia possumus ītelligere maius bonū ipso deo. Tertio intellectus cōponit infinitum cum deo: & diuidit illud cū omni alio: igitur deus potest intelligi ut infinitus: quoniā oīs compositio uel diuisio supponit per se intellectū simpliciū: licet postea magis patebit ueritas hæc: tamen istæ replicæ non cogunt: prima quidē non: primo quia deū non cognoscimus ut creatorē cognitione naturali: de qua intelligit Tho. sed cognitione supnaturali. Secūdo nō ualet cognoscitur deus ut creator: & ut creator est infinitus: igr̄ cognoscitur ut infinitus: sicut nō ualet cognosco coriscū ut ueniens: & ut ueniens est nunc distans a polo septentriōis gradibus quadraginta: igitur cognoscitur ut distans gradibus quadraginta. Ad secundum per idem dicitur: cōcedo enim ꝙ deus cognoscitur ut ultimus finis: non tamen sequitur ipsum cognosci ut infinitum per idem: & qñ dicitur detur oppositū cōsequentis: ꝙ non cognoscatur ut infinitū: detur: & negatur illum tunc cognosci ut infinitum: sicut licet coriscus ueniens non cognoscatur ut distans quadraginta gradibus: non propterea sequitur ipsum cognosci ut propinquus: cognoscitur igitur deus ut summum bonum/& ultimus finis: & ita ut non finitus: nec ut finitus tamen aut infinitus: causa est quia/ratio ultimi finis est prior ratione finiti & infiniti: sunt enim finitum & infinitum modales differentiæ apud eos: quæ adueniunt in secundo signo naturæ propterea in illo priori quo/deus ipse intelligitur ut ultimus finis: nec intelligitur ut finitus nec ut infinitus: sed intelligitur ut non finitus.

Comento.cxvi.

Replicæ.
Prima.
Secunda.

Tertia.

Solutio ad pri:

Ad secundam.

Ad tertiam dico ꝙ ratio cōcludit infinitum posse intelligi per rationē nominis: & adhoc sufficit ut intelligatur per speciē finiti: & hoc pacto infinitū potest aut cōponere aut diuidere. Ad secundam rationē principalem respondet ipsi infinito nomen posse imponi: non tñ propter hoc est intelligibile. Amplius cōcederet ipm posse definiri/sed definitione quid nominis. Replicant primo quia nihil potest uoce exprimi: quod nō mēte concipitur: ut dicitur in libro de interpretatione: & quarto Metaphysicæ habetur ꝙ si nihil intelligitur: nihil significatur. Amplius intellectus cognoscit differētiam inter ipsum infinitum/& ipsum finitū: inter ens & non ens: igitur extrema cognoscit. Præterea priuationes & negationes intelligibiles sunt quum de ipsis enunciaciones fiāt. Dico ꝙ isti nolunt Thomā intelligere: ipse enim uoluit ꝙ infinitū sit intelligibile: non tantum per se: quia nō per propriam speciem: sed per accidens sicut silētium per speciem soni: sic infinitum per speciem finiti: & quia intelligitur per accidens: ideo imponimus nomē. Amplius & definimus ipsum definitione quid nominis: & sic concedo ꝙ infinitū mente cōcipitur: sed non per propriam speciē: similiter concedo ꝙ si nihil intelligitur/nec per se: nec per accidens: nihil significatur. Amplius cōceditur ꝙ intellectus intelligit differentiam eo modo quo potest poni differētia inter ens & nihil/inter finitū & infinitū: & propterea ambo extrema cognoscit: non tamen eodem modo: quia finitum per se/infinitum per accidens. Similiter cognoscuntur negationes & priuationes: omnes enim cognoscuntur per species habituum: nam omnis species est per se repræsentatiua alicuius & per accidens oppositi illius: & hoc habet quia species/& breuiter conceditur infinitum posse intelligi / intellectione quidem: non cuius origo est ipsum infinitum: sed ipsum finitum: a specie enim finiti originatur cognitio infiniti. Ad tertiam principalem: dr̄ ꝙ infinitæ species numeri non per se cognoscuntur: ad maiorem dicitur ꝙ intelligitur de illis speciebus: quarū indiuidua per se sentiri possunt: & hoc pacto non sunt species numerorū. Replicatur quia per unū solē possumus cognoscere infinitos: igitur per unum numerū infinitos numeros: sic possunt cognosci infinitæ species numerorū per cognitionē unius speciei: dato ꝙ non per se sentiantur oīa indiuidua illarum. Dici potest ꝙ per hāc replicam nō habetur plus: nisi ꝙ infinita cognosci possunt per speciē finiti: & ita confuse: & per accidens: quod Thomas tenet. Preterea aliter ego dicerem ad tertiam ꝙ numerus est una species: & cœteri numeri infiniti sūt indiuidua: mō indiuidua cognoscūtur in suis uniuersalibus: & sic oīa illa cognoscūtur: ut dicetur. Ad quartā dr̄ primo negādo similitudinē: quia cōparatur corporibus ut forma: at ītellectus speciebus ut materia modo bene una materia potest esse plurium formarum: ut una meteria

mixti potest esse plurium formarum ælementariarum : una tñ forma non potest esse nisi unius subiecti: quia unam formam babere plus uno subiecto est impossibile:ut dr in libro de substantia orbis: non tñ unum subiectum habere plus una forma est impossibile:& sic cōcedi pōt intellectum hre plures species : non tñ infinitas: quia sua capacitas est finita· hæc solutio confutatur : quia si intellectus potest recipere duas:adhuc ur posse recipere infinitas : & hoc si esset aliquod agens potens illas sibi dare : est enim ipse omnia fieri: dici potest defendendo illā solutionē: ꝙ etiā dato ꝙ intellectus sit capax duarū simul : nō sequirur ut simul infinitaꝝ sit capax : etiā si aliquod agens esset præstans : quia infinitæ species dicerent perfectionē infinitā: cuius intellectus nō est capax· Dicitur secundo ad principalē : ꝙ enthymema Ari· intelligitur qñ est tanta repugnantia de duobus/quāta de infinitis : ut est de corporibus : repugnat enim duo corpora esse in eodē loco : quia tunc si fieri posset: esset penetratio possibilis : at nō sic de speciebus:& hæc est melior responsio: qa non est æqualis repugnātia de duabus & de infinitis speciebus · Vlterius arguūt exteri contra rōnes : ad primam enim negant obiectū intellectus esse quiditatem rei materialis/ idest uniuersale sensibile:& probant quia tunc aliqs habitus esset amplior intellectu : ut Metaphysica : quæ est de ente · Sed nos diximus apud peripateticos uniuersale sensibile esse obiectum intellectus:tunc ad rationē/dico ꝙ potentiæ nō per obiecta secātur/sed per res de quibus sunt: ut dr tertio de aīa:modo idem est subiectū intellectus & Metaphysicæ ut ens : non aūt idem obiectū : quia habitui nullū debet assignari obiectū·Anticimenon enim hoc est obiectū peripatetici solum ad potentias referūt . Ad secundam rñdent ꝙ infinitū unica intellectione potest intelligi : & ulterius concedūt speciem posse causari ab infinito : per hoc tñ dicunt non ipsum infinitū finiri: sed illud in quo recipit species· Sed hæc solutio friuola est primo : qa si infinitū esset: nō posset causare speciem : quia uel finitam : uel infinitā: non infinitā : quia nihil est capax infinitæ pfectionis: si finitā igitur pōt aliquod finitū esse æquipotens infinito : quia pōt producere tantū & æqualem effectū · Secūdo ratio Thomæ stare ur : quia si infinitū causat speciē in intellectu:esset in actu : omne·n·causans speciē in intellectu est in actu nono huius:& tertio physicorū dicitur semper extimatur species mouens:igitur si infinitū efficeret speciem : esset in actu : sed omne quod est in actu: habet formā ut patet apud omnes : & omne habens formam est terminatum:quia oē finitum finitur per formam tertio physicorū & sic sequitur illud esse finitum · Tertio arguunt cōtra aliud dictū Thomæ: dixit enim Thomas ꝙ omne quod intelligitur unica intellectione : intelligitur unica specie: modo hoc est falsum: nam mons aureus unica intellectione intelligitur

Comento. lxvii

& tamen nõ per unicã speciem sed per species auri & montis. Sed miror hos: Thomas enim loquitur de his: quæ unica intellectione & per se intelliguntur: modo licet mons aureus unica intellectione intelligatur: tñ non per se intelligitur: quod enim per cõpositionem intelligitur/per accidens intelligitur: & non perse: solum.n. speciebus partiũ/uel contentorum/uel accidentiũ intelligitur. Sed forte replicabis: igr deus p accidẽs intellegeretur/quia per cõpositionẽ intelligitur. Amplius & mã/ & substãtia/ & id genus. Rñdeo q per se intelligi est dupliciter/uno mõ per se simpliciter: quod circũscripto oĩ alio de se hẽt naturã: qua põt intellectũ mouere ad cognitionẽ: & hoc pacto nullũ illorũ per se intelligitur: nullũ enim illorũ hẽt naturã: quæ põt intellectũ mouere ad cognitionẽ oĩbus aliis circũscriptis: hoc n. modo sola per se sensibilia/sunt per se intelligibilia. Alio modo aliquid per se intelligi dr: qđ proprio cõceptu simplici uel cõposito põt cognosci: & hoc mõ quodlibet illorũ põt cognosci: nõ tñ infinitum: quoniã infinitũ non est aptũ proprio cõceptu simplici uel cõposito intelligi/sed solũ per accidens ut per speciẽ/& conceptũ rei finitæ: uel forte dici põt per se intelligibile esse dupliciter: uno mõ quod põt propriã speciem facere: & hoc pacto nullũ illorum per se est intelligibile: alio mõ quod per se est coniunctũ/uel habitũ ad aliquid quod põt propriam speciẽ facere: & sic quodlibet illorũ est per se intelligibile. Infinitũ aũt nec per propriã speciem: nec est coniunctũ alicui per se: quod propriã speciem facit: qa quod nihil est: nec per se nec per accidens alicui cõiũgitur. Vel facilius dici põt q per se intelligibile dr uno mõ q proxime est origo & principiũ suæ intellectionis & sic per se sensilia sunt per se intellectilia: quoniã sunt proxĩa origo & principiũ intellctiõis eorũ: alio/modo dr per se intelligibile quod est remota origo uel principiũ suæ intellectionis: & hoc pacto deus/& substãtia/& mã sunt per se intelligibilia: quoniã sunt remotæ origines intellectionis: nisi.n. mã substineret formam nõ posset forma esse proxima origo intellectionis materiæ: & nisi substantia substineret per se sensibilia nõ possent sensibilia esse proxima origo intellestionis substãtiæ: & nisi deus esset causa rerũ intelligibiliũ: nõ possent res ipsæ esse proxima origo intellectiõis dei: at mons aureus per accidens intelligitur & infinitũ similiter: qa nec proxime nec remote possunt esse origines intellectionis eorũ: & sic solũ per accidens intelliguntur. Tertio replicant cõtra illud: quod Thomas dixit: uoluit enim posse plures species in habitu esse: non tñ actu: quia habitu esse plures species est illas non actu: sed reuocatiue esse in intellectu: actu uero esse: ẽ illas formaliter esse. Cõtra obiciũt: & põt ratio sua hrẽ uim de syllogismo: ubi ĩtellectus simul tres propõnes ĩtelligit: dico rõnem hrẽ uim de syllogismo: qa ibi ur ẽẽ actu cognitio oĩm. Dico prĩo q oẽ qđ ĩtelligr: intelli

Replica bona.

De cognitione substantiæ.

Vtrum plures species possint actu ẽẽ in inte.

gitur ut unum : & sic licet ipse syllogismus sint plures proposiones : est unus syllogismus • Amplius licet propositio sit una / est plures termini : & siue propositionem / siue syllogismum intellectus intelligat : semper ut nnum intelligit : & quũ dr̃ : intelligitur ne istud unum pluribus / uel una specie? dico ꝙ nec syllogismus / nec ꝓpositio per speciẽ intelligr̃ • dices saltem termini uel res præsentatæ per terminos / pluribus speciebus intelliguntur : maxime in propositionibus negatiuis : uidelicet in hac : nigrum non est album : uidetur enim ꝙ res importatæ per terminos pluribus speciebus intelligũtur • pōt dici ꝙ pluribus speciebus extrema intelligũtur : quia tñ ipsum quod intelligitur est unũ : ideo ex illis speciebus efficitur quodam modo una species / unitate repræsentatorum : quia repræsentata subeũt rationem unius : ideo species subeunt rationem unius repræsentatiui : & sic nō habes plura & distincta esse in eodem subiecto : melius tñ de hoc dicetur in qnto • Vltimo refellunt tertiam rationẽ : quia inter obiectum & potentiam pōt intelligi triplex proportio : aut numeralis : hoc est ꝙ si potentia est una numero : obiectũ debet esse unum numero : & hoc non : quia una potentia numero pōt esse multorũ numero : aut pōt intelligi proportio perfectiōis : hoc est ꝙ quantæ perfectionis sit potentia / nō maioris sit obiectũ : & hoc etiam non : qa uisus potest uidere solem : & tñ infinities sumptus non rederet solẽ : aut potest intelligi de proportione cōmensurationis : qualis est inter finitũ & finitũ : hoc est ꝙ si intellectus est finitus : obiectũ sit finitum : & hoc miníe / quia si finitum potest mouere intellectũ : igitur & infinitum : uelut cœlũ a deo potest moueri : ubi nunc ab intelligentia mouetur • Ex his concludunt ꝙ inter obiectũ & potẽtiam debet esse proportio : quæ est inter motiuũ & mobile : hæc aũt potius dissimilitudinem / q̃ similitudinem exposcit : & sic ur̃ ratio Thomæ nulla • Sed contra : quia Thomas probauit inter intellectũ & infinitum non posse esse proportionem motiui ad mobile : primo quia si infinitum posset intellectũ mouere : esset in actu : & si esset in actu : haberet formã • & sic finiretur • Amplius probauimus non posse mouere : quia uel finita / aut infinita motione : & probauimus nullo horũ modorũ fieri posse •

Qualis pō tho• Ex his sequitur / ꝙ positio illa est probabilis : tñ uidetur diminuta : quia nec exposuit de quo infinito intelligit : nec qua specie cognitionis ip̄m infinitum sit ignotũ • Sorticolæ ut albertilla & cœteri tenent primo ꝙ infinita

Pō sorticolarũ• possunt cognosci conceptu uniuersali : probant qa habeo uel habere possum conceptũ specificum hoīs / in mente mea : q est signũ oīm istoꝝ : & sic ur̃ ꝙ infinita ītelligi possunt in ꝓpositiōe uniuersali • Secũdo dicũt īfinita cognosci posse cōceptu pticulari : probãt qa istũ lapidẽ cognoscerẽ possum cōceptu singulari / & iste lapis est infinita : qa est īfinitæ suæ pres igitur infinita cognoscere possum conceptu particulari : multas alias

conclusiones ponunt pro hac parte: quas omicto/quia non intendo esse captiunculator: pro mente tamen Aristotelis tenent intellectũ non posse cognoscere infinita quodlibet secundum propriam ratioñe: quia impossibile est me habere in mente mea infinitas ratiões:& hoc uoluit Ari·(ut dicũt) dum ait infinitum esse ignotum ut infinitum:quia intellectus nõ potest cognoscere infinita quodlibet sub propria ratione:hæc positio est manca:quia non distinguit de quo infinito loquitur. Propterea exteri dicunt aliud esse de rõne infiniti in se:aliud de eo cui hæc ratio attribuitur: attribuitur enim numero partium/magnitudini/& uirtuti. Tunc dicũt ꝙ si loquimur de eo cui attribuit̃: potest esse multiplex: nam loquendo de uirtute : cui attribuitur : sic tenent illud posse cognosci:ut patet de ipso deo: immo deus potest cognosci & quo ad uirtutem/& quo ad rationem infiniti apud eos: si loquimur de numero : cui attribuitur infinitas: sic nec simul nec successiue intelligi potest. Tertio dicunt ꝙ loquendo de magnitudine infinita contrarie : cui attribuitur ratio infiniti : minime cognosci potest: quia est impossibilis esse. Quarto dicunt ꝙ loquẽdo de magnitudine infinita priuatiue : cui attribuitur ratio infiniti:non potest cognosci: patet quia illam esse implicat cõtradictionem: similiter dici potest de infinito priuatiue in multitudine : & breuiter si loquimur de eo cui attribuitur ratio infiniti/siue sit magnitudo/siue numerus/ siue contrarie/siue priuatiue:nullum illorum potest per se intelligi. Sed loquendo de eo cui attribuitur/hoc est de uirtute cui attribuitur infinitas:sic potest per se intelligi. At si loquamur de ratione formali infiniti : sic infinitum potest a nobis intelligi: probant quia intellectus infinitum sub hac ratione intelligit inesse / uel non inesse alicui : igitur infinitum intelligit sub ratione infiniti. Et hoc pacto concludũt ꝙ infinitum sumptum pro iis quibus attribuitur non potest intelligi : nisi sit infinitum perfectione ut deus : infinitum uero sumptum pro ratione infiniti:potest intelligi. At si loquimur de infinito potestate:sic tenent ipsum posse intelligi quantum ad ipsum cui ratio infiniti attribuitur : & quantum ad rationem infiniti. Est enim maxima apud eos : ꝙ infinitum taliter potest intelligi : qualiter esse potest : hæc exteri. Sed hæc positio non est peripatetica/primo quia quæro quid per rationem formalem infiniti uelint: aut enim uolunt rationem quid rei : aut rationem quid nominis : ratio enim formalis apud peripateticos definitio est:ut superius demonstrauimus : non possunt uelle rationem quid rei : quia secundum eos nullum infinitorum est : igitur nullum illorum potest definitione quid rei definiri. Si uelint per rationem formalẽ definitionẽ nominis : tunc non differunt a Thoma: erit enim tuuc ipsum infinitum non per se/sed per accidens intelligibile ; quia(ut diximus)definibile definitiõe quid nominis/

Confutatio.

Põ exterorum.

Confutatio.

definiri potest/dato ꝙ non sit perse intelligibile:sed solũ per speciem sui oppositi • Secundo peccant quia non est peripateticum uelle infinitum pro re cui attribuitur ratio infiniti : si sumitur in uirtute/ posse intelligi a nobis: primo quia peripatetici nullum infinitum permanens ponunt/ sed solum in potentia siue subcessiuum ut motum & tẽpus : deum autẽ non in uirtute/sed in permanentia ponunt infinitum . Secundo quia da to ꝙ ita esset : adhuc (ut recte Thomas sentit) nõ esset ut sic a nobis in

Comento cxvi• telligibile : quia uirtus non cognoscitur nisi per maximum primo cœli At nullum est hic maximum : quo possumus deum cognoscere ut infini tum •Præterea nec creatio est hoc maximum/primo quia creatio est cre dita/secundo quia Auicenna & Themi• dixerunt formas creari a dato re formarum : quæm non posuerunt infinitum nisi in permanentia: qua re hæc positio non est peripatetica •

¶Caput dilucidationis quartum•

Nunc oportet dilucidare opinionem peripateticorum : dicamus igitur primo ꝙ infinitum potest sumi pro eo cui attribuitur ratio infiniti : & pro ratione infiniti : cui nihil correspondet præter conceptionẽ : ad quã intellectus ducitur specie rei finitæ : ut dictum est• Amplius & per ratio nẽ rei cui aliquid correspondet præter conceptionem : ratio enim rei sem per hẽt aliquid quod sibi correspondet ꝑter conceptionẽ : ratio uero noĩs esse põt si nihil ꝑter cõceptionẽ rñdet: si pro re cui attribuitur hæc ratio hæc potest esse in uirtute/in multitudine/in magnitudine/& in duratio ne : præterea potest esse aut actu aut potestate : & si actu : aut contrarie aut priuatiue ut dictum est• Amplius loqui possumus de cognitione uni

Prima conclu• uersali/& particulari : ut dictum est : tunc dico ꝙ si loquimur de infini to pro re/cui attribuitur/si illud est actu contrarie uel priuatiue/ siue in uirtute/siue in multitudine/siue in magnitudine : cognitione uniuersali potest a nobis cognosci : non autem cognitione particulari : hæc conclu

Comentis xi•& xiii• sio est Auerrois hic . Et tertio de anima unde hic inquit & intendit ꝙ in tellectus qui est finitus non potest cognoscere infinitum ita ꝙ comprehẽ

Comento•xix• dat illud in actu hoc est ratione particulari/& non in potentia/hoc est ra

Comento• xiii • tione uniuersali : & diximus in actu/quia uniuersale comprehendit res infinitas/sed in potentia/non in actu : hæc Auerroes • Ex quibus patet infinitum ipsum pro re sumptum esse intelligibile sub ratiõe uniuersali: & inquit/impossibile est enim nos intelligere lineam infinitam/nisi quã

Comento•xi• do acceperimus eam infinitam/& iterando eam infinicies : ecce ꝙ uult ꝙ lineam infinitam intelligamus per quandam similitudinem cum finita : ꝙ non potest esse nisi quatenus ambæ conceptu uniuersali concipiuntur similiter uirtus infinita intelligi potest per rationem uniuersalem : quæ fit per additionem & replicationem uirtutis finitæ ut de linea dictum.

Amplius secundo dico q loquendo de infinito pro re: si loquimur de infinito in potentia: uel de infinito in duratione/quodlibet horum potest cognosci in uniuersali & in particulari/ per rationem infiniti/quid nominis/& quid rei: patet hæc conclusio: primo de infinito in duratione: quia motum cœli & motorem in particulari & uniuersali cognoscimus: & quid nominis & quid rei. Secundo patet de infinito in potētia: quia lapidem cognoscimus: & quid nominis & quid rei / qui est infinitus potestate. Tertio dico q si loquimur de infinito pro ratione infiniti/ non quidem quid rei: sed quid nominis/quodlibet illorū potest cognosci sub ratione infiniti quid nominis: ut infinita uirtus potest cognosci ratione quid nominis: cui rationi nihil correspondet in mente / nisi conceptio: magnitudo/& multitudo: similiter omnia hæc cognosci possunt rationibus quid nominis quibus nihil in mente correspondet præter conceptiones/ ad quas conceptiones intellectus ducitur specie finiti/ cuilibet illorum oppositi: & hæc est de intentione Aristotelis tertio physicorum: ubi inquirit rationem infiniti. Sed occurres: utrum huic nomini infinitum: respondeat aliquid præter rationem in mente: & uidetur q sic: aliter esset nomē secundæ intentionis & sic hæc ꝑdicatio: motus est infinitus/esset per accidens: quia termini accidentalis de termino per se significatiuo: si uero respondet aliquid præter rationem in mente: tunc sub illa ratione esset infinitum intelligibile: & sic uoluerunt exteri: dum exposuerunt ipsum infinitum esse per se intelligibile per rationem infiniti: dici potest q illi nomini infinitum: in magnitudine / multitudine/uirtute/in actu & contrarie / & priuatiue/nihil correspondet præter rationem in mente: & non sequitur illos terminos siue nomina esse secundæ intentionis: quia mons aureus / & Hyppocentaurus / & id genus nomina sunt quibus nihil correspondet præter conceptionem/ & tamen sunt termini primæ intentionis secundum sorticolas: quia significāt rem: quæ est uel ac si esset. Illi nomini iufinitum in potentia & in duratione/& id genus præter intentionem siue rationem mentalem correspondet aliquid in re: & propterea hæc sunt perse intelligibilia secundum illam rationem: & sic possunt intelligi per rationem quid nominis & quid rei. Hæc de dilucidatione.

Secunda cōclu.

Tertia conclu.

Dubi. optima.

¶Caput solutionum quintum.

His uisis: ad rationes: ad primam sorticolæ riderent/quia non sequitur coriscum cognosco: coriscus est crispus: igitur cognosco crispum: bene enim sequitur/igitur crispum cognosco. Amplius negatur minor secundum peripateticos: quoniam deus non est infinitus. Ad secundam per idem. Ad tertiam patuit solutio. Ad quartam dico q numerus est species specialissima/ & uariationes illæ sunt indiuidua: modo concedo

q; per rationem uniuersalem omnia illa cognosco: non autem per rationem particularem cognoscendo quamlibet • Ad quintam patet solutio in defensione Thomæ • Ad sextam concedunt sorticolæ totum posse cognosci / & infinitum posse cognosci : non autem posse cognosci infinitum • Ad septimam patuit solutio per 'dilucidationem • Hæc de quinta disputatione satis •

Finis •

EIVSDEM AVGVSTINI NYPHI / DILVCIDARII METAPHYSICARVM DISPVTATIONVM: AD EVNDEM MAGNANIMVM COMITEM SEVERITANVM ANDREAM CARAPHAM: LIBER TERTIVS •

Præfatio •

Actenus magnanime Comes Andrea Carapha / Aristoteles in libro secundo de his / quæ generatim ueritati competunt: determinauit : ubi quinq; disputationes tibi missas confecimus • At nunc Aristoteles speciatim ad ea descẽdit : quæ huic designatę scientiæ : quæ Methaphysica dicitur : conueniunt • Ante tamẽ q̃ rem aggrediatur : more boni metaphysici : ac dialectici omnia fere : quæ hoc in libro pertractaturus est : proponit disputatiue • Vbi has disputationes confecimus: quas rursus tibi recensendas mictimus : quas rogo tuo consultissimo ingenio recenseas / atq; recognoscas: nam si illas a tuo spectatissimo consultu cõmendatas per sensero: ædere non dubitabo • Vale •

¶Prima disputatio si mathematicus abstrahat ab efficiente & fine.

Videtur q mathematicus nõ abstrahat ab efficiente & fine: primo quia non abstrahit a medio demonstrationis: modo medium demonstrationis est causa effectrix notitiæ conclusionis: igitur non abstrahit ab efficiente: minor probatur quia primo posteriorum dicitur q principia demonstrationis sunt causæ conclusionis: at medium non potest esse causa materialis/quia non ingreditur conclusionem: nec potest esse causa finalis uel formalis: ut patet: igitur effectrix dumtaxat. Secundo q non abstrahant a fine arguitur: quia non abstrahuunt ab ente: igitur nec a bono: sed bonum habet rationem finis/ igitur non abstrahuunt a fine. Tertio mathematicus non abstrahit a forma ut dicitur primo physicorum igirur nec a materia: quia forma & materia sunt relatiua: secundo physicorum: & quarto physicorum. Sed si non abstrahit a forma nec a materia: nõ abstrahit ab aliis causis. Quarto: ut dicitur secundo posteriorum/& secundo physicorum/& septimo huius: mathematicus non abstrahit a materia intelligibili: sed bene a materia sensibili. In oppositum est Aristoteles in textu præsenti: ubi probando q in immobilibus non est finis/nec effitiens: probat per hoc quia mathematicæ non demõstrant per finem/nec per effectricem causam: igitur mathematicus abstrahit a fine & efficiente;

Rõnes antonii.
Rõnes nostræ.
Comento pri.
Comento. xxvi
Comento. xi.

¶Caput tituli secundum

Mathematica græce latinæ est disciplina: uerum per excellentiam his scientiis conuenit: quæ de quantitatibus sunt: ut de numeris/ & de dimensionibus: quia ut Aristoteles dixit secundo huius/sunt scientiæ certissimæ: unde primo posteriorum dicitur q mathematicæ sunt adeo certę: q in illis cõmicti non potest paralogismus nec in dictione: nec extra dictionẽ: eo quia medium scribitur in puluere: cuius æquiuocatio statim per exemplum tollitur: & ideo per illarum certitudinem per excellentiã nomen sibi compararunt disciplinæ: ut nulla alia dicatur disciplina/nisi mathesis: quæ in his habetur. Secundo debes scire q duplex est abstractio: altera intellectus agentis: altera intellectus possibilis: abstractio intellectus agentis est illa quæ est speciei a phantasmate: & de hac loquitur Auerroes tertio de anima forte/ dum dicit intellectum agentem esse positum ut abstrahat intelligibilia/& faciat de potentia intelligibilibus actu intellecta: & de hac non intelligit quæstio. Alia est abstractio intellectus possibilis: & hæc est duplex/quædam est compositiua: & hoc pacto intellectus possibilis ab ipsis singularibus propositionibus per dianoeam repræsentatis abstrahit uniuersalẽ propositionẽ: quæ est princi-

Vndemathematica dicta sit.
Quæ abstractio & quotuplex.
Comento. v. & xviii.

Comento.y. pium artis & doctrinæ: ut dicitur primo physicorū & dictum est primo huius. Alia est abstractio simplex: quæ est consideratio quædam simplex: & hæc est duplex alia quidem priuatiua & hæc est cognitio alicuius prioris in aliquo signo: in quo non consideratur suum posterius: & de hac habetur secundo physicorum dum dicitur abstrahentium non est mendatium. Alia est abstractio positiua: & hoc pacto intellectus abstrahit uniuersale intentionale ab his singularibus considerando in illis similitudinem: in qua conueniunt: & de hac loquitur Auerroes duo-

Comento.iiii. decimo huius. Prima quidem abstractio: quæ est syllogistica / non potest esse nisi a notis: Amplius & tertia quæ est positiua nō potest esse nisi a notis. At secunda quæ est per negationem esse potest non a notis: possum enim considerare animal abstrahendo ipsum ab omnibus inferioribus non considerando illa: quia hæc non est aliud q̄ considerare animal nullis posterioribus consideratis: & de hac intelligit disputatio: est enim sensus si mathematicus demonstrando & considerando abstrahat ab efficiente & fine: hoc est consideret & demonstret nulla ratione habita de fine & efficiente. Quid uero sit efficiens/quidue finis: superius patuit: nunc supponamus. Hæc de titulo.

¶ Caput positionum tertium.

Exteri de disputatione dicunt duplex esse agens/duplicem quoq; finē: nam aliud est agens siue efficiens per motum/ut naturale: aliud sine motu: ut deus. Similiter dicunt finem duplicem esse / alius est qui motu attingitur: alius sine motu: primus finis correspondet primo agenti: secundus uero correspondet secundo. Secundo accipiunt q finem reperiri in aliquibus est aut quia ipsū est finis: ueluti in deo reperitur finis/ quia ipse est omnium finis: alio modo quia ordinatur in finem ueluti in potione est finis: quia ordinatur in sanitatem. Tunc de disputatione dicunt primo q in mathematicis nullo modo reperitur ratio efficientis/ quia nec per motū/nec sine motu: & hoc pro tanto/ quia mathematica ut talia non habent esse reale: sed solum in mente. Secundo dicunt q in mathematicis non potest esse finis nisi quatenus ipsę ad finem ordinan-

Confutatoi. tur cōmunem uidelicet ad primam causam: quæ est omnium rerum finis: hæc exteri. Sed hæc positio non est consona. Primo quia uidetur secunda conclusio repugnans primæ: nam si in mathematicis est finis ut ordinatur ad cōmunē finem/oportet ponere agens: quia finis significat agens significatione necessaria ut dr̄ secūdo capite de substantia orbis. Amplius hic finis/qui est in mathematicis aut correspondet efficiēti primo modo/aut secundo modo: aut nec primo/nec secundo modo: si nec primo nec secundo modo: adhuc dabitur aliquis alius finis præter eos: quos enumerarunt: & non dederunt: & ita insufficientes essent: si

correſpondet efficienti aliquo illorum quos uis modo : habebitur contra primam concluſionem : in qua negauit pœnitus efficiés. Tertio ſi mathematica habent finem ; uel ille conſideratur a mathematico : uel non: ſi ſic igitur per illum poſſet demonſtrare c/ontra Ariſtotelem in textu. Si uero ille finis non conſideratur a mathematico ; tunc non recte dicitur mathematica habere finem : ſic enim poſſemus dicere ꝗ habent materiam & omnes cauſas : quas non conſiderat mathematicus . Alii ut Auerroes in proemio libri phyſicorum / & Alexander uelle uidentur mathematicas ſcientias non habere finem:quia non faciunt ad fœlicitatem / ſiue copulationem intellectus agẽtis cum poſſibili nec principaliter / nec diſpoſitiue : ut naturalis ſcientia / & Metaphyſica / & propterea dicitur ibi dem ipſas non eſſe enumeratas niſi propter exercitium:ut uidelicet intellectus ſe ſe exerceat in abſtrahendo / adhoc ut facilius habilitetur ad abſtrahendum ſimpliciter abſtracta . Sed hæc ſolutio eſt uera forte: ſed non ad literam : nam Ariſtoteles in textu uelle uidetur per finẽ cauſam / per quam in mathematicis poſſet demonſtrari ut patet per ratiõnẽ quã inducit per Ariſtippum . Hæc de poſitionibus . Põ alex. & auer. Confutatio.

❡Caput dilucidationum quartum.

Vt diximus mathematicum abſtrahere ab agente & a fine:eſt ipſum definire / & demõſtrare / nec per finem / nec per efficientẽ . Tunc dico iuxta poſitionem aliam Auerrois primo phyſicorum:quinq; . Primũ eſt ꝗ mathematicus abſtrahit ab omni genere cauſarum ; hoc eſt non conſiderat aliquod genus cauſæ ; probatur : quia quicquid conſiderat mathematicus eſt quantum / aut continuum aut diſcretum : quorum nullum ut cõſideratur a mathematico poteſt eſſe cauſa . Secundo ratio cauſæ ſpectat ad metaphyſicum : igitur nõ ad mathematicum . Sed replicat iunior qa mathematicus ſcit : igitur per cauſam : & quoniam illius eſt cauſa : non autem poteſt ſcire per cauſam & quoniam illius eſt cauſa : niſi ſciat cauſam : igitur conſiderat genus cauſæ . dico ut ſorticolæ ꝗ cauſam ſcit : & quoniam illius eſt cauſa ſcit: non tamen ſcit cauſam / neq; ſcit quoniam illius eſt cauſa: uel dico Mathematicum ſcire per id quod eſt cauſa:& quoniã illius eſt cauſa ; hoc eſt per aliquid quod eſt cauſa propria:tamen per habitum mathematicũ non ſcit illud mediũ eſſe cauſam : nec propriã / nec cõmunem ; ſed per habitum logicæ / uel metaphyſicæ . Secundum eſt ꝗ mathematicus nec per finem / nec per efficientem cauſam / nec per materiam demonſtrat : probatur ex textu : non enim demonſtrat mathematicus ut naturalis facit ; qui demõſtrat oculos exiſtere in capite ut melius uideant: nec hominem eſſe erectæ figuræ propter copiam caloris & ſpirituum . Prima enim ratio eſt a fine / ſecunda ab efficiente : nec demõſtrat aliquid per materiam ut facit naturalis ; qui demonſtrat pilos eſſe Comento pri. Prima conclu. Secunda con.

in phemore ex copia uaporum • Mathematicus igitur nec per finē / nec
Tertia conclu • per materiam / nec per efficiens demonſtrat • Tertium eſt mathematicus
demonſtrat per formam dumtaxat : declaratur quia demonſtrationes
mathematicæ / ſunt potiſſimæ: mō potiſſima demōſtratio eſt per genus
cauſæ formalis ut dicit Themiſtius • Amplius non demonſtrat niſi per
Quarta cōclu • definitionem : ſed definitio ipſa nihil aliud dicit q̄ rei formam • Quartū
eſt ꝙ licet mathematicus demōſtrat per formā: nō tñ conſiderat formā /
nec ſe per formā aut definitionē demonſtrare: nec ſe ſyllogizare / nec ali-
quid tale: & hoc ut mathematicus : deducitur qa cōſiderare formam eſt
metaphyſici : conſiderare ſe demonſtrare per formam uel definitionem
eſt actus reflexus : qui eſt logici : & propterea ſi hæc mathematicus con
ſiderat : non quo mathematicus eſt conſiderat: ſed quo aut metaphyſi-
Dubitatio • cus : aut logicus • Sed occurres mathematicus demonſtrat per formam
tantum : aut demonſtrat per notum ſibi / aut per ignotum : nō per igno
tum : quia eſſet contra præcepta demonſtrationis: ſi per notum : igitur
Solutio • demonſtrando per formam: erit ſibi omnino nota forma • Dici poteſt ꝙ
mathematicus demonſtrat per formam : & id quo demonſtrat eſt ſibi
notum : non tamen in quantum forma / illud eſt ſibi notum : Sortico-
læ uero dicerent formam eſſe mathematico notam : quia hoc eſt ſibi no
tum : & hoc eſt forma : igitur forma eſt mathematico nota : non tamen
mathematico nota eſt forma / quia ſub ratione qua forma: & hęc ſolutio
ſecundum rem eſt eadem ꝙ prima • Sic igitur demonſtrat mathematicus
per ſolam formam / quia per id ſolum quod eſt forma : non tamen eſt ſi-
bi notum illud ſub ratione formæ • Pro mente textus ſit quinta cōcluſio
mathematicus abſtrahit a fine & ab efficiente in demonſtrando : patet
quia per nullum genus cauſæ demonſtrat niſi per formam : quæ tamen
non ſibi ſub ratione formæ eſt nota • Hæc de dilucidatione •

¶ Caput ſolutionum quintum •

Ad primam quid blacterizant exteri : iam uiſum eſt: propterea ad primā
dico iuxta dilucidationem ꝙ licet mathematicus conſiderat id quod eſt
medium demonſtrationis : non tamen ut mathematicus conſiderat me-
dium / ut medium nec medium ut cauſa : nec medium ut definitio : hæ
enim conſiderationes alterius ſunt generis: quia ſufficit mathematico ut
demonſtrat per ſibi notum : licet nō per ſibi notum ſub ratione alicuius
cauſæ . Ad ſecundam ſimiliter dico ꝙ abſtrahit a fine in demonſtrando
atq; conſiderando : nam licet res mathematicæ habeant finem : non ta-
men conſiderantur ab eo ut habet finem / uel agens : eſt enim altioris ne
gocii • Ad tertiam dico ꝙ mathematicus nō abſtrahit ab eo quod eſt for
ma / uel definitio : tamen abſtrahit a forma : quia id per quod demon-
ſtrat : non eſt ſibi notum / nec ſub ratione formæ nec ſub ratione defini-

tionis/nec sub ratione medii: abstrahit autem & a fine/& ab eo qđ est finis/præterea & ab efficiente/& ab eo quod est efficiens: quia non demõstrat per id quod est finis/nec per finem/nec per id quod est efficiẽs/nec per efficiens. Ad quartã dico ꝙ mathematicus nõ abstrahit ab eo quod est materia intelligibilis/hoc est subiectum passionum quia considerat continuum: de quo omnes passiones demonstrat: tamẽ abstrahit a materia intelligibili: quia nec illud considerat quatenus intellectilis materia: nec per illud demonstrat quatenus materia est intellectilis. Hæc de prima disputatione.

ℭ Secunda disputatio si genus prædicatur per se de differentiis.

ℭ Caput dubitationum primum.

Solet argui ꝙ sic primo/rationale per se est homo: igitur rationale per se est animal: ab inferiori ad superius: antecedens probatur per conuersionem/nã homo per se est rationale: igitur per cõuersionem rationale per se est homo: ut enim necessarium in necessarium conuertitur: sic per se in per se. Secũdo expositorie arguitur hoc per se est animal demõstrato homine: uel Socrate/hoc per se est rationale demõstrato eodem: igitur rationale per se est animal: tenet syllogismus uirtute expositiõis/& etiam quia sicut ex necessariis non nisi necessarium: ita nec ex his quæ sunt per se sequitur nisi quod est per se. Tertio rationalitas est animalitas: igitur rationale per se est animal tenet enthymema per regulam septimi huius: ubi dicitur tũc esse prædicationem per se quando abstractum de abstracto prædicatur: antecedens probatur quia rationalitas est humanitas ut patet/& humanitas est animalitas/igitur ratiõalitas erit animalitas. Quarto si genus prædicatur de differentia & non per se: sed per accidens: etiã per accidens ꝓdicabitur de specie: tenet enthymema/qa qñ aliquid prædicatur de prædicato/prædicatur de subiecto: & eodem modo: per regulam prioristicam. Quinto enthymema hoc ualet/rationale est homo: igitur rationale est animal: igitur eodem addito utriꝗ ualebit rationale per se est homo: igitur rationale per se est animal: regula est primi priorum/ꝙ rationale sit per se homo: patet quia ponitur in ratione hominis: igitur homo prædicatur per se de rationali saltẽ secundo modo. Sexto si rationale est animal/sed non per se: rationale erit ens: & non per se: tenet enthymema per eandem rationem per quam probari solet rationale non esse per se animal: quia in definitione hominis esset nugatio: quia ens semel includeretur in ratione animalis/& semel

Rõnes antoni. Prima. Secunda Tertia. Quarta. Rõnes aliæ. Quinta. Rõ pulchra vi. Sexta.

in ratione rationalis : igitur homo eſſet bis ens : aut oportet dicere ens non includi in ratione rationalis : & ſic habetur intentum: hoc enim mo
Difficilis rō·vii do probant iſti genus non prædicari de differentia · Septimo rationale eſt per ſe ens : igitur aut per ſe ſubſtantia:aut per ſe accidens : non per ſe accidens : igitur per ſe ſubſtantia : ulterius eſt per ſe ſubſtantia : igitur aut corporea : aut in corporea : ſi per ſe corporea / igitur per ſe corpus : ſi per ſe corpus : aut per ſe animatum / aut per ſe in animatum : non per ſe in animatum : igitur per ſe animatum : ulterius per ſe animatum / aut per ſe ſenſitiuũ / aut per ſe inſenſitiuum : ſi per ſe ſenſitiuum : igitur per ſe animal : & ſic habetur propoſitũ· Octauo ſi genus non per ſe de diffe rentia prædicatur : tunc per accidens oportet ut prædicetur : quia omne quod prædicatur aut per ſe aut per accidens neceſſe eſt prædicari : tunc ſi per accidens / aut quia accidens de ſubiecto : aut quia ſubiectum de ac- cidente : aut quia accidens de accidente ut quinto huius Ari · & Auer-
Comento· xxiii roes declarant : ſed nullum horum eſt igitut nõ prædicatur per accidẽs ·
Comento·x· In oppoſitum eſt Ariſtoteles & Auerroes in hoc tertio ubi ſyllogizat ſic genus non prædicatur de differentiis : ens prædicatur de differentiis: igi tur ens non eſt genus : in quo apparet genus non prædicari de differen- tiis · Secundo & efficaciſſime / ſi genus prædicatur per ſe de differentiis : tunc differentia eſſet generis ſpecies : deducitur qa non uidetur quor ma gis homo ſit animalis ſpecies: q̃ rationale : de utriſq; enim per ſe / & eodẽ perſeitatis modo prædicatur : igitur qua ratione eſt genus ad hominẽ : eadem ratione erit genus ad rationale : & cum omne genus oportet ut deſcendat in ſpecies per differentias : ſequitur animal deſcendere in ratio- nale per differentias : quæ non uidentur : nam eodem modo quærerem de illis : & hæc ratio uidetur pro mente Ariſtotelis : cum enim ens præ- dicetur æqualiter de oĩbus / propterea uoluit ip̃m non eſſe genus : & ita per contrarium genus erit : quod non æqualiter de omnibus ſub eo con tentis prædicatur : ſed de ſpẽ per ſe / de differentiis per accidens ·

¶Caput tituli ſecundum ·

Licet genus & differentia in p̄nti diſputatione audiri poſſint pro ſecun- dis intellectis: de quibus eſt logicus:tamen in propoſito pro primis intel lectis audiendæ ſunt : genus quidem pro eo uniuerſali quod de pluribus differentibus ſpecie eſt prædicabile in eo quod quid·Differẽtia uero pro eo uniuerſali : quo ſpecies abundat a genere : quodq; eſt de pluribus in quale præcabile · Secundo animaduerſione dignum ꝙ aliud eſt prædica ri : aliud enunciari : poteſt enim idem de ſe ipſo enunciari : hæc enim eſt uera enunciatio homo eſt homo : non tamen eſt prædicatio:omnis enim enunciacio ex nomine conſtat & uerbo : at propoſitio ex prædicato & ſubiecto · Eſt enim ſubiectũ aut id de quo aliud dicitur : aut id cui aliud

ineſt: homo quidem enim ſubiectũ eſt: quia de eo dicitur animal: aut qa ſubicitur albo: prædicatũ uero aut quod dicitur de alio: aut quod al teri ineſt: nihil autem de ſe dicitur: non enim in illa homo eſt homo eſt aliquid: quod determinate prædicatur: nec determinate ſubiciatur: aut ſibi ſubicitur: propter ꝙ dicitur enunciacio uera ab eo quod res eſt uel non eſt: ut dicitur in prædicamentis: propoſitio autem uera ab eo quod predicatum competit ſubiecto pro aliquo uel pro aliquibus. Tertio debes ſcire ꝙ prædicari perſe poteſt multifariam dici. Primo quando id quod eſt naturale ſubiectum ſubicitur: & id quod eſt naturale prædicatum prædicatur: & hoc pacto primo poſteriorum dicitur hanc eſſe per ſe prædicationem lignum eſt album: hanc etiam hõ eſt animal: eo quia in utriſq; quod eſt naturale ſubieſtũ ſubicitur: & quod eſt naturale prædicatum prædicatur: qua ratione hæc erit per accidens & in naturalis album eſt lignum: animal eſt homo: quia id quod eſt naturale prædicatũ ſubicitur: & id quod eſt naturale ſubiectũ prædicatur. Secundo dr̃ prædicatio per ſe quoties prædicatum eſt in ratione dicente quid eſt ſubiecti: & hoc ponitur primum ſignificatum per ſe in primo poſteriorũ: ut animal & ratiõale de homine hoc pacto per ſe prædicantur. Tertio dicitur prædicatio per ſe quotiens econtra ſubiectum eſt in ratione prædicati: ut naſus eſt ſimus: numerus eſt par uel impar: homo eſt diſciplinæ capax: & id genus: & hoc eſt ſignificatum uerbi per ſe ſecundum ut patet etiam primo poſteriorum. Quarto dicitur prædicatio per ſe quotiẽs prædicatum in eſt ſubiecto ſine ſubiecto medio ut quinto metaphyſicæ dicitur ſuperficies eſt per ſe alba: & corpus per accidens: quia per medium: quod eſt ſupficies. Quinto dicitur prædicatio per ſe quotiens eſt talis ſine cauſa quod eſt dicere quoties eſt tale per ſuam naturam: quo ſenſu diceremus hominem eſſe per ſe hominem: quia eſt talis ſine cauſa. Sexto prædicatio dicitur quoties predicatum ineſt ſoli ſubiecto/ & ſeperatim: & hoc pacto ridere prædicatur per ſe de homine: quia ſolus homo ridet: omnibus enim his modis prædicatio per ſe dici poteſt / ut partim primo poſteriorum: partim quinto huius colligi poteſt. Hæc de titulo dicta ſufficiant.

Quod modis p̃dicari per ſe.

¶Caput tertium poſitionum.

Hac in diſputatione: ſoluunt exteri ſine diſtinctione/ & dicunt ꝙ genus non prædicatur per ſe de differentia: & proprerea hæc non eſt per ſe rationale eſt aĩal: & id genus: probant hanc ratione Auicennæ quinto ſuæ metaphyſicæ hoc pacto materiale eſt extra rõnẽ formalis: genus dicit cõceptũ materialẽ: dr̃a conceptũ formalẽ: igr̃ genus nõ p̃dicatur per ſe de dr̃a. Alii probant idem ſic genus nõ eſt de ratione differentiæ: igitur nõ prædicatur per ſe de differentia: antecedens accipitur quarto topico-

Rõnes alioꝝ.i.

Secunda. rum. Vbi dicitur q genus non ponitur in definitione differentiæ. Secundo arguunt quia si genus prædicaretur per se de differentia: tūc esset nugatio dicere homo est animal rationale: uel unus homo esset duo animalia: ut probat Aristoteles quarto topicorum: nam aut animal inclusum in rationali quiditatiue est idem animal: quod includitur in animali: aut aliud: si idem: igitur nugatio: si aliud: tunc idem homo est duo

Tertia. animalia / uel bis animal. Tertio arguunt / primo diuersa in nullo conueniunt: sed differentiæ diuisiuę generis sunt primo diuersæ in genere: igitur non conueniunt in genere: & ita genus non potest per se de differentiis prædicari: minor patet quia genus per differentias inmediate de

Quarta. scendit: igitur illæ in suo genere sunt primo diuersæ. Quarto omne cōtrahibile & potentiale est extra rationem contrahentis / & actualis: sed genus est contrahibile & potentiale: differentia est contrahens & actuale: igitur genus est extra rationem differentiæ: & ita non potest prædi-

Obiectiōes ioā. cari per se de dīa. Sed cōtra hanc positionē obicit Ioannes multifariā: primo genus importat eamdem formam cum differentia: igitur prædicatur de illa secundum eamdem formam: & si prædicatur de illo secundum eandem formam: igitur de illa prædicabitur formaliter: & si de illa prædicatur formaliter: igitur per se. Secundo per Boetium omne diuisum prædicatur per se de diuidentibus: quia diuisum non est aliud q̄ ipsa diuidentia: sed genus diuiditur per differentias ut dicitur in libro porphyrii: igitur genus prædicatur per se de differentiis. Tertio quod est aliquid per suam formam / est illud per se: sed rationale est animal per suam formam: igitur est animal per se: maior habetur quinto Me-

Comēto. xxiii. taphysice: hæc ratio parum differt a prima propter hęc Ioannes tenet ali-

Pō ioannis. ter & distinguit: & dicit q genus uno modo potest sumi pro forma generali: & hoc modo animal non est aliud q̄ forma aīalis alio mō pro cōposito ex forma generali & forma specifica: sumpto tamen sub ratione formæ generalis: & hoc modo animal est compositum ex forma generali / & specifica / sed sub forma animalis sumptum. Eodem modo differentia sumi potest: uno namq; modo pro forma specifica ut rationale pro anima rationali: alio modo pro agregato ex forma generali; & specifica / sumpto tamen sub ratione formæ specificæ: tunc Ioannes dicit quædam quorum primum est q sumendo diffarentiam & genus pro formis simplicibus: hoc mō genus nō p̄dicatur per se de differentiis: & hoc probant rationes oppositæ. Secundo dicit q sumendo genus & differentiam pro agregatis: sic genus per se p̄dicatur de differentia: quia hoc pacto sumendo rōnale est per se aīal quia est animal per suā formā: igr̄ per se. Tertio dicit Ioānes q genus nō p̄dicatur per se primo mō: uel secūdo mō per se: loquendo de his ut loquitur Ari. primo posteriorum: sed loquen-

do de his ut loquitur Aristoteles quinto huius: pro eo uidelicet quod prædicatur de aliquo sine causa media: quo sensu diximus hominem esse per se hominem. Nisi quis uelit omne illud esse per se in primo uel secũdo modo ut loquitur in primo posteriorum/quod reducitur ad illa prædicata illorum modorum: modo hæc prædicatio rationale est animal esset per se primo modo reductiue: quia est essentialis: hæc Ioannes. Sed hæc positio uidetur peccare in fundamẽto: primo quia credit in uno composito esse tot formas: quot sunt prædicata per se: modo hoc non est certum: immo famosior est positio opposita: ideo non debuit per incerta determinare. Secundo quia secundum Auerroem quem tantopere magnificat: nullum uniuersale potest esse compositum: quia ut recitauimus primo huius ex intentione eius in pluribus locis / maxime in hoc primo uniuersalia sunt formæ: animal enĩ nihil aliud est q̃ animalis forma: ut album nihil aliud q̃ albedo: & homo nihil aliud q̃ hominis forma/ septimo huius/ueluti nigrum nihil aliud q̃ nigredo: igitur nullum compositum potest esse genus/nec differentia: omne enim compositũ habet formam: & omne tale est indiuiduum secundum Auerroem: & hoc modo illa distinctio est falsa secundũ doctrinam sui principis: hæc enim sunt certissima apud Auerroem. Hæc de positionibus satis.

Confutatio.

Comẽto. xxvii.

Comento. xxi.

¶Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione debes scire primo ꝙ rationale & quæuis differẽtia nõ differt a rationalitate/siue anima rationali quantum ad rem: similiter nec animal & animalitas/siue animalis forma: est enim idem forma partis & totius apud Auerroem septimo huius differunt uero solum: quia rationale sumitur per modũ/totius & animal per modũ totius: & ꝓpterea possunt uere prædicari de subiectis ut de homine/ de Socrate/& id genus: rationalitas uero/& animalitas quia sumuntur per modum: partis de nullo prædicãtur nisi de se ipsis/ut dicit Auicẽna: est enim æquinitas tantum ipsa. Secundo debes scire ꝙ siue dentur plures formę in uno composito/siue non: animal & rationale sunt diuersa prædicata. Si enim dantur plures formæ/ erunt diuersa prædicata sumpta a diuersis formis: si aũt non sunt plures formę: erunt diuersa ꝑdicata sũpta a diuersis rationibus concipiendi aliquid sub eadem forma: cum enim una sit anima quæ sit uegetabilis/sensibilis/& rationabilis: anima rationalis potest concipi sub diuersis rationibus: ut enim concipitur quatenus est principium sensus & motus: reponit hominem indiuiduum in genere animalis: ut consideratur quatenus est principium nutritionis & generationis isto modo reponit Socratem in genere uiuẽtis: si autem conside-

ratur ut est principium intelligendi: reponit ipsum in specie: quare siue sint diuersæ formæ/siue una: ratio differentiæ uidelicet rationalitas / & ratio generis erunt semper diuersæ. Tertio debes scire q licet non detur compositum specificum præter singularia composita secundũ Auerroem: bene tamen potest concipi compositum sub ratione specifica: cui conceptioni nihil correspondet in re præter singularia: at genus & differentia possunt communibus rationibus concipi/conceptione: cui correspondet aliquid præter singularia: quia sibi correspondet forma: quæ est res præter singulare quæ forma est uniuersale potestate secundum

Prima conclu. Auerroem: his acceptis. Dico primo q sumendo genus & differẽtiam per modum partis: nullo modo genus de differentia prædicatur: patuit

Secunda con. quia sic sumendo genus non nisi de ipso prædicatur. Secunda conclusio sumendo genus & differentiam per modum totius/genus non prædicatur de differentia per se primo modo/nec per se secundo modo: ut loquitur Aristoteles primo posteriorum: nec per se pro eo quod competit soli ut loquitur quinto huius: nec e contra/ differentia de genere ullo horum modorum: hæc conclusio patuit quia genus non ponitur in ratione differentiæ: nec e cõtra differentia in ratione generis. Amplius nec in secundo mõ genus de differentia: qa dĩa non ponitur in definitione generis: & per idem nec e contra: præterea nec genus prædicatur de differentia sola: nec differentia de solo genere: & sic patet conclusio.

Tertia conclu. Tertia cõclusio genus prædicatur per se de differentia sumendo per se prædicari pro eo quod naturali prædicatione prædicatur: & etiam per se pro eo quod sine subiecto medio prædicatur: præterea & per se etiam pro eo / quod prædicatur sine causa media: hæc patet quia genus est in plus q̃ differentia: igitur potest esse naturale prædicatum ad illam. Amplius genus est differentiæ inmediatum prædicatum: & differentia generi inmediatum subiectum: igitur potest prædicari de illa prædicatione inmediata. Tertio etiam prædicatur per se quia per naturam: & sine causa media nam rationale est animal per naturam: atq per eius formam: quia

Quarta cõclu. una est forma animalis & rationalis. Quarta conclusio differentia potest: prædicari de genere per se/pro eo quod nõ per subiectum medium prædicatur: & pro eo quod sine causa media prædicatur: non tamen pro eo quod est naturale prædicatum. patet hæc ex dictis: animal enim est rationale: non per causam mediam: nec per aliud q̃ per naturam rationalis: quia tamen animal est in plus q̃ rationale: hac ratione prædicatio est per accidens pro ut distinguitur contra naturalem. Amplius

Quinta conclu cum prædicatur de animali: sine subiecto medio prædicatur. Quinta cõclusio species non prædicatur per se de differentia/primo modo ut loquitur Ari. primo posteriorum / sed bene secundo modo / & pro eo quod

competit soli: præterea pro eo quod competit sine medio subiecto. Amplius pro eo: quod competit sine causa media per naturam: non tamen pro eo quod prædicatur naturali prædicatione: patet hæc conclusio: quia species non ponitur in illius definitione. Secundo prædicatur secũdo modo quia differentia ponitur in ratione speciei: præterea competit soli: quia conuersim/maxime de differentia ultima. Amplius sine subiecto medio: quia hæc est inmediata/rationale est homo: etiam sine causa media per naturam/quia ratiõale per suam formam est homo: sed quia homo est naturale subiectum differentiæ: quia differentia uidetur se habere per modum qualis: ideo non prædicatur naturali prædicatione de differentia. Sexta conclusio differentia prædicatur primo modo dicendi per se de specie: prædicatione naturali/prædicatione secundum solum: in mediata/per naturam/& sine causa media/non tamen secundo modo: prædicatur quidem naturali prædicatione: quia differentia est naturale prædicatum & homo naturale subiectum: quia differentia inest sibi ut quale: prædicatione primo modo: quia in est in ratione dicẽte quid est: prædicatione dicente de ipsa sola: quia cum illa conuertitur: prædicatione in mediata hoc est sine subiecto medio: quia primum & mediatum subiectum differentiæ est ipsa species: sine causa media: quia nulla est forma uel causa media/qua de illa prædicatur. Quod autem non prædicetur de specie secundo modo dicendi per se: ut loquitur primo posteriorum: patet quia species non ponitur in ratione differentiæ. Ex his sequitur conclusio pro mente Aristotelis ꝙ loquendo de prædicatione dicente quid est: nec genus/nec species de differentia prædicatur per se. Et hoc uolunt exteri dicere/quum dicũt genus esse extra essentiam differentiæ/amplius genus non esse de ratione formali illius: rursus ꝙ genus & differentia non sunt idem formaliter. Si enim per hæc intelligunt ꝙ genus non per se prædicatur de differentia prædicatione dicente quid est: ut est primus modus dicendi per se primo posteriorum positus: recte sentiunt. Sin aliter uelint: eorum positio non est peripatetica: hoc etiam expositor intelligit in textu: & omnes alii. Ex his sequitur ꝙ genus prædicatur de differentia per accidens: sumendo per accidens ut sumitur posteriorum primo: pro eo quod prædicatur naturaliter: hoc est nec per se primo modo/nec secundo modo. Non tamen per accidens ut sumitur quinto huius pro eo quod uel est subiectum de accidente: uel accidens de subiecto: uel accidens de accidente: hæc sunt peripateticẽ dicta patet etiam quibus modis per se genus de differẽtia prædicatur: nam prædicatur per se prædicatione naturali: per se/quia non per subiectũ mediũ/per se/qa nõ per causam mediũ/sed ꝑ formã & naturã differentiæ: non aũt per se/prædicatione dicente de sola differẽtia;

Sexta conclu.

Cõclusio text9.

Excerptum.

patet tertio ꝙ differentia prædicatur per ſe de genere prædicatione quia non per ſubiectum medium: per ſe/quia non per cauſam mediam: non tamen per ſe: quia de ſolo genere/nec per ſe prædicatione naturali / nec per ſe in ratione dicente quid eſt ſubiectum/nec per ſe in ratione dicente quid eſt prædicatum. Quarto patet ſpeciem prædicari per ſe de differentia: per ſe/quia ſine medio ſubiecto/per ſe/quia ſine cauſa media: per ſe/ quia de ſola differentia: non autem per ſe in ratione dicente quid eſt / ſed bene per ſe ſecundo modo dicendi per ſe primo poſteriorum dicto / nec per ſe prædicatioe naturali. Vltimo patet differẽtiam prædicari omnibus modis per ſe de ſpecie/præter per ſe ſecundo modo dicendi per ſe in libro poſteriorꝶ enumerato: nam de illa prædicatur per ſe in ratione dicente quid eſt/per ſe/quia ſine ſubiecto medio: per ſe/quia ſine cauſa media: per ſe/quia de illa ſola; per ſe/quia naturali prædicatione. Hæc de dilucidatione.

¶ Capur ſolutionum quintum.

His uiſis/nunc ad rationes reſpondendum eſt: ad primam ſoluunt exteri: ſed quia eorum ſolutio eſt in libro primo confutata: propterea dico aliter/& nego conſequentiam: quia licet homo ſit per ſe rationalis: non debet conuerti ꝙ rationale ſit per ſe homo: cauſa autem eſt quia regulæ conuerſionum debent intelligi ſolum in propoſitionibus de ineſſe / & de neceſſario ineſſe: non autem de his quæ ſunt per ſe: aut de his quæ ſunt per accidens: cauſa autem eſt quia neceſſarium non uariat ineſſe: ipſum autem per ſe & per accidens uariant ipſum ineſſe: & tu lege librum priorum. Ad ſecundam reſpondent exteri ſuo modo: ego autem magis ad uim rationis dico ꝙ in ſyllogiſmo expoſitorio medium debet eſſe hoc aliquid/hoc eſt ſimpliciter idem/& eodem modo: quod quidem non eſt in propoſito: nam hoc demonſtrando Socratẽ eſt animal per ſe: & hoc demonſtrando idem eſt rationale per ſe: non tamen eodem modo ſimpliciter: quia Socrates eſt animal per ſe: ut animal eſt quid potentiale: eſt autem per ſe rationale ut rationale eſt quid actuale: & hoc modo nõ ſeruatur ſimpliciter identitas: uel dici poteſt ꝙ ſyllogiſmus expoſitorius nõ habet locum niſi in propoſitionibus de ineſſe/& de neceſſario ineſſe: in aliis uero tenet per accidens gratia materiæ. Ad tertiam dico ꝙ illa eſt falſa rationalitas eſt animalitas: & illa humanitas eſt rationalitas/& illa humanitas eſt rationalitas: & quando dicit Ariſtoteles in ſeptimo huius ꝙ quando eſt ꝓdicatio per ſe: tunc ualet a concretis ad abſtracta: dico ꝙ loquitur in accidentibus: non autem in ſubſtantiis. Exteri uero aliam ſolutionem fingunt: quæ eſt ſecundum eorum opinionem. Ad quartam patet ſulutio ex dilucidatione. Ad quintam dico ꝙ regula Ari. intelligitur eodem addito utrobiꝗ: quod nec minuit/nec priuet / nec

uariet essentialiter : modo per se additum antecedenti uariat ipsum de specie in speciem. Ad sextam dico ꝙ animal est ens per se : & rationale est ens per se : quia ens prædicatur per se de quolibet/ ut dicitur in textu : & conceditur ꝙ in utroq; formaliter ens includitur : non autem est nugatio : requiritur enim ad nugationem ꝙ bis idem repetatur/ per se & in mediate : quod non est in proposito : ens enim repetitur bis formaliter : non autem inmediate/ sed per animal/& per rationale : & hoc pacto ut contrahitur per animal extra rationem est rationalis : & hoc modo non bis repetitur primo & in mediate : hoc autem ideo est : quia ens animal est extra essentiam entis rationalis : non autem ens extra essentiam entis. Ad septimam dico ꝙ rationale est per se ens / ut ipsum ens supponit simpliciter : non autem ut supponit pro substantia uel pro accidente : uel dici potest ꝙ ens non solum prædicatur per se de generibus/sed de differentiis : & hoc modo posset dici ꝙ rationale est / nec ut sumitur pro substantia : nec ut sumitur pro accidente : sed ut sumitur pro differentiis substantiæ : & sic tollitur diuisio. Ad ultimam patet solutio in dilucidatione. Sed propter ea quæ exteri hic dicunt : dubitarent iuniores propter quam causam ex propositionibus ueris / non sequitur conclusio nisi uera : & ex necessariis non nisi necessaria : & ex propositionibus per se non sequitur semper conclusio per se : ad hoc problema respondet Ari. secundo priorum : quia uidelicet antecedens quod est agregatum ex propositionibus / non potest esse uerum / quin etiam & consequens sit uerum : contra autem consequens esse potest uerum : & antecedens falsum : huius aũt rei causa est : quia consequens se se habet ut superius ad antecedens : & propterea Aristoteles in libro priorum primo capite de medii inuentione prædicatum appellat consequens : subiectum antecedens : eo quia prædicatum proprie est semper superius ad subiectum : licet gratia materiæ interdum conuertatur cum subiecto : & per idem non potest antecedens esse necessarium : quin consequens sit necessarium : quia ubi antecedens sit necessarium: & consequens contingens : cum contingens sit : quod potest non esse : potest antecedens esse uerum & necessarium/consequente non existente : omne enim contingens potest non esse : ex per se autem potest sequi per accidens: causa est quia licet consequens sit per accidens/tamen est uerum & necessarium : quod enim est per accidens : potest esse necessarium : & hac retione antecedens potest esse per se/absq; eo/quod consequens sit per se : non tamen uerum uel necessarium sine ueritate necessitateue consequentis: hæc potest esse causa problematis : de hoc problemate quære in primo libro disputatione octaua in capite quinto circa finẽ. Secundũ problema est quid est abstractũ in accidentibus: uidetur enim ꝙ nõ possit esse abstra-

Primũ problema quare ex ueris nõ nisi uerũ ex p se ãt ñ p se:

Secũdũ problema ð abstractis accidentibus.

ctio a subiecto: quoniam habitudo ad subiectum actualis est de essentia accidentis: uel ipsummet accidens: igitur non potest abstrahi a subiecto. Exteri multiplicant abstractiones/uolunt enim ꝙ concretum sit multiplex/aliud ad subiectum: aliud ad suppositum/aliud ad fundamētum: abstractum etiam triplex/a subiecto/a suppositis/a fundamento: in substantiis quidem concedunt unum concretum/unumue abstractū illi concreto correspondens: concretum est homo: quia supposita concernit: abstractum humanitas/quæ est tantum ipsa. In accidentibus absolutis concedunt duplex concretum & duplex abstractum/concretum ad subiectum: album; abstractum a subiecto: albedo: concretum ad supposita/albedo: abstractum a suppositis/albedinitas: in relatiuis concedunt triplex concretum triplex quoq; abstractum: concretum ad subiectum/pater: abstractum a subiecto/paternitas/concretum ad supposita paternitas/abstractum a suppositis/patrinitas: concretum ad fundamētum/patrinitas/abstractum a fundamento quiditas patrinitatis. Vel sic concretum ad omnia pater est: abstractum a subiecto paternitas: a fundamento ut patrinitas: a suppositis ut patrinitatis quiditas: sunt enim nomina ad placitum. causa autem est/quia omne prius potest abstrahi a posteriori: modo in substantia prior est natura q̄ supposita: ideo potest in substantia esse concretum & abstractum ad supposita. Amplius prius est accidens ad se q̄ ad subiectum apud eos: & prius natura accidētis q̄ supposita/ideo in absolutis est duplex abstractum & duplex cōcretum: a subiecto & a suppositis: in respectiuis autem prius est relatio q̄ habitudo ad fundamentum: ideo in relatiuis fecerunt tres abstractiōes/

Confutatio

iuxta tres concretiones. Sed contra hanc positionem instabimus in septimo: ubi secundum opinionem peripateticorum declarabimus ꝙ actualis habitudo accidentis ad subiectum est aut ipsummet accidens: aut de ratione eius: & ideo nulla potest esse abstractio: & ꝓpterea apud peripateticos non differunt album & albedo/nec pater & paternitas: nec aquilum & aquilitas: sicut apud eos idem est homo/& forma hominis: idem animal & animalitas/siue forma animalis: quia idem est forma totius/

Comēto. xxxvi

& forma partis apud eos: ut dicit Auerroes septimo huius: sola autem hæc est differentia quia concretum uidetur concernere certum subiectū & stabilitum ut album niuem uel cygnum/nigrum autem coruū/aut ethiopem/aut carbonem: abstractum uero concernit subiectum indeterminate ut albedo substantiam: non autem magis hanc uel illam: nigredo similiter: propter quod apud Aristotelem omne accidens connotat subiectum: quia aut proprium aut cōmune: si proprium quidem fuerit: subiectum proprium cōnotat: si cōmune sit: cōmune: est tamen hæc differentia ꝙ abstractum cōnotat subiectum in obliquo; concretum in

recto : causa est quia abstractum connotat subiectum ut terminum habitudinis : concretum ut subiectum habitudinis . uerum de his dicemus in septimo huius disputatione prima . Hæc de secunda disputatione.

¶ Tertia disputatio est si idem numero nunc sit in uniuerso tempore.

¶Caput dubitationum primum.

De hac disputatione diligenter dictum est in libro quarto physicæ auscultationis : propterea quædam raptim dicemus : ut exteris satisfactũ sit. Quod unum sit nunc in toto tempore arguitur: primo ipsum nunc non potest corrumpi: igitur unum est nunc æternum / antecedens patet: quia si corrumpitur uel in nunc : uel in tempore : non in nunc : quia nihil corrumpitur in se ipso : nec in tempore: igitur non potest corrumpi. Secundo Aristoteles quarto physicorum expræsse tenet ꝙ idem sit nunc in tẽpore toto : in contrariũ arguitur / quia tunc oĩa essent simul. Textu comenti. ciiii.

¶Caput tituli secundum.

Idem ut sumitur topicorũ primo capite quinto trifariam dr̃ / aut numero / aut specie / aut genere. Numero quidem eadem dicuntur / quorum nomina plura : res autem una / est ut tunica & uestis. Specie uero eadem sunt: quæ cum sint plura : indifferentia tñ secundũ speciem sunt : ut hõ homini & equus equo. Genere autem quæcũq; sub eodem genere sunt ut equus homini: in proposito quærimus si idem numero sit nũc in toto tempore : quod quidem dicitur ab Aristotele idem secundum substantiam. Tempus aũt est primi mobilis motus / aut illius aliquid / ut quarto physicorum est dictum : motus enim cœli absolute motus est : ut uero mensura cceterorum motuum tempus dicitur . Et hac ratione tempus unum numero est : ueluti & motus primi mobilis unus est. Nunc quod græce νῦν latine est tũ momentũ / tum apud ineptos instans: quod qdẽ id est: quod partẽ tẽporis præteritam cum futura copulat. Vlterius debes scire ꝙ unum esse nunc in omnibus temporibus : quæ simul sunt: nemo dubitat : quia omnes dicunt plura esse tempora uulgaria : ut sunt motus horologiorum : cum motus alicuius possit esse ipsius alterius: sed quæstio quærit si in uno quoq; tempore ipsum nunc sit idem in toto illo: ut in tempore mensurante motum tortucæ nunc sit idem in toto illo. Hæc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

De disputatione recitatur positio expositorum ab exteris / satis leuiter & subcinte : quoniam eam non recitant ut ueritatis inuentores / sed ut Põ exterorum.

contradictores: est igitur hæc positio ꝙ idem sit nunc secundum substã tiam in toto tempore: secũdum esse uero/ cõtinuo aliud atq; aliud: hæc breuiter. Ratio positionis est quia substantia ipsius nunc correspondet substantiæ ipsius mobilis: uariatio uero ipsius nunc secundum esse correspondet uariationi ipsius motus: igĩ cũ mobile sit idem secũdũ substantiam: nunc ipsum erit idem secundum substantiam: at cum motus sit alius & alius/ipsum nunc secundũ esse erit aliud atq; aliud. Sed obiciunt exteri: primo quia ut arguit Aristoteles tunc quæ fuerunt in millesimo anno essent nunc: deducitur quia simul esse dicuntur/quæcunq; in eodem nunc indiuisibili sunt: nec ualet dicere ꝙ omnia essent simul: si essent in eodem nunc secundum rationem: sed quia sunt in eodem nunc realiter: non oportet illa esse simul: primo quia tunc omnia essent simul realiter: deducitur quia eodem modo aliqua dicuntur esse simul: quomodo sunt in eodem nunc: igitur si omnia essent in eodem nũc realiter/omnia essent simul realiter. Secũdo principaliter arguitur ipsa nũc sunt termini temporis: igitur sunt diuersa secundum esse & substantiam: tenet argumẽtum quia cuiuslibet continui termini sunt diuersi & distincti. Tertio accipio ipsum nunc quod est indiuisibile secundum substantiam: cum sit indiuisibile in genere quantitatis: oportet esse aut continui terminum: aut discreti partem: non potest poni pars temporis tanq̃ eius / quod est discretum/quia tunc tempus esset absolute numerus / & nullo modo continuum: si ponitur terminus continui/igitur oportet esse aliud atq; aliud/eo quia terminat aliam/atq; aliam cõtinui partem. Nec ualet dicere ꝙ potest terminare diuersas continui partes secundum diuersa esse: quod tamen secundum rem est idem: primo quia tunc illa diuersa esse acciderent ipsi nunc secundum substantiam: quia omnis uariatio est accidens ei cuius est. Et si illa esse essent accidens: tunc ipsum nunc per accidens esset terminus continui. Secundo uel illa esse sunt de genere quantitatis: uel qualitatis: uel alterius: si de genere quantitatis tunc illa sufficiunt ad terminandum proprium continuũ: si sint alterius generis ut qualitatis: tunc qualitas per se esset ratio terminandi continuum. Tertio principaliter si idem nunc secundũ substantiam flueret in toto tempore: igitur tempus: quod est eius fluxus: componeretur ex indiuisibilibus: deducitur per rationẽ Aristotelis in sexto physicorum: quia ubi nunc flueret per tempus: tunc mensuraret ipsum per transeundo semper sibi æquale. Vltimo si ipsum nunc secundum esse uariatur: tunc illius uariationis erit assignare aliquam mensuram: illa itaq; siue sit tẽpus / siue nunc: ibitur in infinitum: Hæc sunt quæ exteri dicunt/potius contradicendi gratia: q̃ ueritatis studio. Sed quo nam modo positio expositorum defendi potest: in dilucidatione dicemus. Exte

Rõ expositorũ

Obiectiones exterorum.

Põ exterorum.

ri propter hæc aliter dicũt / & uidentur uelle ꝙ idẽ numero nunc secũdũ substantiã esse in toto tempore potest intelligi dupliciter : uel secundum designationem / uel secundum permanentiam. Dicitur idem nunc numero manere secundum substantiam in toto tempore secundum designationem : quia quodcunq; nunc in tempore signetur / illud est unum secundum substantiam & rem in toto illo tẽpore / in quo signatur : aliud atq; aliud secundum rationem : quia in illo tempore in quo signatur esse idẽ: habet rationem finis & principii : & sic est aliud secundum rationem : uerbi causa / si in præsenti tempore signetur ipsum nunc: tale inuenitur in toto tempore præsenti idem secundũ substantiam : & aliud atq; aliud secundum rationem / quatenus est principium & finis: & si signetur hinc ad mille annos semper eodem modo reperitur. Secundum permanentiã uero nũc dicitur esse idem si nec fuisset / nec esset / nec futurũ foret aliud: sed semper idem : tunc dicunt ꝙ si loquimur secundum designationem / sic idem numero est in tempore: probatur quia in quouis tempore signetur / est idem numero secundum substantiam : & aliud atq; aliud secundum rationem : si loquimur secũdum permanentiam : sic rationes cõtra expositores procedunt pro hac parte. Sed hoc q̃d dicunt exteri : est uerum : tamen non potest accomodari uerbis Aristotelis in quarto libro physicorum / nam Aristoteles expresse uult ipsum mobile esse nunc secundum substantiam : esse tamen diuersum mobilis appellat nunc secundum esse : & licet enitãtur uerba hæc interpretari: re uera non possunt. Alii uero peritiores uolunt Aristotelem esse locutum ad imaginationẽ mathematicorũ ut nos in libro physicorum tetigimus ; imaginantur .n. mathematici punctum sui fluxu lineam efficere : lineam uero: superficiẽ: superficiem: corpus: sic etiam momentum siue nunc imaginantur sui fluxu efficere tempus. in qua imaginatione ipsum nunc est idem secundum substantiam : aliud atq; aliud pro alia atq; alia parte fluxus : hæc expositio pulchra est & potest cõuenire uerbis Ari. uerũ oportet ipsam aptare ad sensum physicũ / in quo ipse loquitur. Hæc de positionibus.

Confutatio

Textu cõmenti ciiii.

Alia positio.

¶Caput dilucidationis quartum ;

Pro dilucidatione tanti quæsiti accipiamus primo mobile ipsum quod in motu locali remanet a principio usq; ad finem posse trifariam considerari : aut quo ad eius substantiam : qua in toto motu manet idem : aut quo ad eius mutationem / siue esse : quo continuo aliud atq; aliud est: aut quo ad eius mutatum esse : quo ipsum dicitur mutatum esse. Secundo accipio ꝙ cuiq; mensurabili correspondere debet sua propria mensura. Quo fit ut ipsi mobili triplex correspondeat mensura : alia quidem qua mensuratur eius substantia qua ipsum manet unum idemue toti motui ac in toto tempore illum mensurante ; alia autem qua mensuratur eius

Prima suppõ.

Secunda suppõ

eſſe ſiue operatio ſiue motus • Alia deniq̧ qua menſuratur eius mutatũ eſſe : menſura igitur qua menſuratur eius ſubſtantia : quæ in toto tempore motuq̧ eadem manet : non poteſt eſſe æternitas : quia æternitas eſt ſimpliciter independens : quæ deo competit : nec æuum : quia illa eſt eorum : quæ nullo pacto uariationi ſubſunt : quæq̧ menſura intelligẽtiis competit : nec eſſe poteſt tempus : quoniam ſubſtantia mobilis tempore non menſuratur ut dicitur quarto phyſicorum : ſed eius eſſe ſiue motus • Erit igitur hæc menſura mobilis unitas: quemadmodum enim dei unitas eſt eius æternitas / & intelligentiæ unitas eius æuum : ſic unitas ſubſtantiæ cuiuſq̧ mobilis eſt eius menſura: hanc ſubſtantiæ mobilis mẽſuram græci nunc appellant phyſicum / ſiue cauſale: nam quemadmodũ a deo proficiſcuntur intelligentiæ : & ab intelligentiis mobile ipſum ſiue ſit cœlum / ſiue aliud quoduis:& ab ipſo mobili motus : ſic ab æternitate æuum ab æuo unitas illa mobilis : ab illa motus & tẽpus : quare nunc phyſicum uel cauſale dicitur : quatenus eſt cauſa motus & temporis : & phyſicũ quia phyſici conſiderant rerum cauſas : eſt enim illa unitas cauſa uel ut materia : uel ut effectrix motus & temporis • Menſura autem qua menſuratur eius eſſe ſiue motus : eſt tempus : ut per cœteras menſuras potes deducere: quia non poteſt eſſe æternitas / nec æuum / nec nũc cauſa / uel cauſale : menſura autem qua eius mutatum eſſe menſuratur : eſt nunc quod eſt effectus / ſiue mathematicũ : quod quidem eſt indiuiſibile temporis : quo temporis partes copulantur ad unum cõmunem terminum : hoc nunc græci nunc effectum appellant: quia ab ipſo nũc cauſa proficiſcitur: e quo & motus & tẽpus effectiue & uti e materia proficiſcuntur • Alii nunc mathematicum argumento: quod ſimile eſt puncto de quo mathematici conſiderant• Ex his apparet duplex eſſe nũc ipſum : alterum quod eſt cauſa : alterum quod eſt effectus : nunc quod eſt cauſa eſt ipſius mobilibis unitas / ut dictum eſt • Nunc quod eſt effectus eſt ipſius temporis unitas : ſiue inſtans : quo tẽpus ipſum eſt unum• Tertio accipio ꝙ diſputatio non quærit / ut in titulo dictum eſt / ſi idẽ nunc ſit in toto tempore : hoc eſt omnibus temporibus ſimul ſumptis : quia (ut dictum eſt in quarto phyſicorum) uulgaria tẽpora ſunt plura : ut omnes motus omnium horologiorum : modo patet unum eſſe nunc primum / quod eſt momentum primi motus : quo omnia illa tempora ſunt ſimul: & per qđ omnia eorũ nunc ſunt in illo uno cõmuni : ſed quærit ſi dato uno quodam particulari tempore : uerbi cauſa illo / quo menſuraretur motus tortucæ : in toto illo ſit unum & idem nunc : hoc ſatis ample dictum eſt in titulo • Quarto accipio idem eſſe nunc in toto aliquo tempore poſſe intelligi bifariam : quatenus totum(ut dicit ammonius) poteſt ſumi categorematice: & ſin categorematice: ſi intelligitur ut ipſum totũ

Excerptum

Tertia ſuppõ:

Quarta ſuppõ•

ſumitur categorematicæ: ſic eſt ſenſus: utrum in toto tempore menſurāte motum tortucæ: quod diuiditur in præteritum & futurum: ſit idē nunc: quod præteritum finit: & futurum incohat: an alterum ſit nūc finis: alterum nunc principium. Si autem intelligitur ut ipſum totum accipitur ſincategorematice: erit ſenſus: utrum in ſingula parte temporis unum nunc ſit nunc: ut pote: quod fuit heri: illudmet ſit hodie: & ſic in omnibus. Vltimo accipio q̄ eſſe idem nunc in toto uno tempore: quouis modo ſumendo totum: poteſt intelligi aut ſecundum ſubſtantiā hoc eſt ſubiectum: aut ſecundum eſſe hoc eſt formam: poſſum enim intelligere unum eſſe nunc in toto tempore: aut ſecundum rem ſubiecti: aut ſecundum rem formæ ut album & dulce intelligere poſſumus eſſe unum ſecundum rem ſubiecti: aut ſecundum rem formæ: & ſecundum rem formæ: poteſt adhuc intelligi ſecundum imaginationem mathematicam: aut ſecundum imaginationem phyſicam: quod quia in poſitionibus dictum eſt: omitto. Ex his apparet q̄ queſtio debet bifariam dilucidari: uno modo ſi in toto uno tempore eſt idem nunc quod eſt cauſa. Secundo ſi eſt idem nunc quod eſt effectus: & ideo dicimus q̄ loquēdo de ipſo nunc quod eſt cauſa: ſiue loquamur de toto tempore cathegorematice/ſiue ſincathegorematice: eſt idem in toto illo ſecundum ſubiectum: & aliud ſecundum eſſe: declaratur: quia ſubſtantia mobilis eſt eadem ac una in toto tempore quouis modo ſumendo totū: at eſſe eius eſt aliud: quia illa ſubſtantia/ut ſtat ſub altera motus parte: eſt altera ab eamet ut ſtat ſub altera: ut de coriſco dixit Ariſtoteles. Et hoc pacto expoſitores latini intellexerūt/& Themiſtius: & omnes græci/ut patet quarto phyſicorum. Sin autem loquamur de ipſo nūc quod eſt effectus: quod eſt in diuiſibile temporis: ſic etiam quouis modo loquamur de toto tempore: eſt idem ſecundum ſubſtantiam: & aliud ſecundum eſſe: probatur quia eſt idem ſecundum rem ſubiecti: & aliud ſecundum rem formæ: uerbi cauſa: ſi loquimur de toto cathegorematice: ipſum nunc eius partes copulans eſt idem ſecundum rem ſubiecti: quoniā eius ſubiectum eſt ſubſtantia mobilis: quæ eſt una eadēq; : alterum uero ſecundum rem formæ: quia ut principium differt a ſemetipſo: quatenus eſt finis: & ſi loquimur de toto tempore ſincategorematice: ſecundum rem ſubiecti eſt idem/ut dictum eſt: quia omnia nunc inſunt eidem ſubiecto: ſecundum rem formæ eſt aliud: nam aliud eſt in præterito: & aliud in futuro: immo in quauis parte temporis ſunt infinita & hoc pacto recte dicunt exteri: hoc igitur pacto poſitiones poſſunt conciliari. Nam ueteres expoſitores locuti ſunt ſemper de ipſo nūc: quod eſt cauſa: iuniores de ipſo nnnc quod eſt effectus. Sed occurres primo: quia ſi per nunc quod eſt cauſa intelligitur unitas ſubſtantiæ mobilis; tunc Ari-

Quinta ſuppō.

Dilucidatio.

Dabitationes

stoteles æquiuocasset. Secundo uidetur q unitas mobilis non possit esse mensura mobilis: quia tūc multociens ducta rederet mobile. Tertio pro mensura mobilis sufficit æuum: est enim æuum mensura cuiusq substā tiæ. Ad primam dico q Aristoteles nunq̄ utitur æquiuocatione: cum semper cum loquitur de ipso nunc: utatur distinctione. Ad secundam solet dici mensuram esse bifariam: alteram contentiuam: qua motus tē pore mensurantur: & hac mensura per replicationem mensurari solent motus; alteram coexistitiuam: & hac mensura deus æternitate/ substan tia æuo/ & mobile unitate mensuratur. Prima quidem non dicitur men- sura nisi excedat mensurabile. Secunda uero dicitur mēsura: etiā si æque sit modo mensuratæ rei coexistat. Ad tertiam dico q æuum licet sit uni tas substantiæ: tamen est unitas substantiæ: quæ non subicitur motui. Vnde æuum est ab æternitate/ut intelligentia ab ipso deo: & ab æuo tē pus: sed ordine quodam; nam ab æuo est nunc quod est causa: ab ipso nunc quod causa est motus & tempus. Et de dilucidatione hactenus.

Solutio.

¶Caput solutionum quintum

Tunc ad rationem dico cum Auicenna: q nec motus/ nec tempus/ nec momentum corrumpitur: & tamen non est motus omnis æternus: nec momentum æternum. Quia ut dicit Auicenna quædam corrumpūtur: quia ipsa sunt quæ corrumpuntur: ut substantiæ cōpositæ & id genus: quædam corrumpuntur: quia ipsa sunt/quibus alia corrumpuntur: ut alteratio; & generatio corrūpitur/quia per ipsas aliquid corrumpitur: & hoc modo momentum corrumpitur potius. Et quando dicitur uel in nunc/uel in tempore: dico q neutro modo: sufficit enim q corrum- patur aliquid in tempore uel nunc cum quo ipsum corrumpatur. Hæc est solutio Auicennæ. Ad uerba Aristotelis patet solutio. Hæc de ter- tia disputatione.

FINIS.

AD EVNDEM MAGNANIMVM COMITEM SEVERITANVM ANDREAM CARAPHAM: EIVSDEM AVGVSTINI NYPHI DILVCIDARII METAPHYSICARVM DISPVTATIONVM LIBER QVARTVS.

Præfatio.

Actenus Andrea Carapha Comes magnanime circa ueritatis inuestigationem questiones in uniuerso Metaphysicæ libro dissoluẽdas in tertio libro disputauit Aristoteles. At nunc incipit ueritatem illarũ more scientũ per tractare. Ante tamen uniuersæ metaphysicæ ambitum dimetitur tria (ut Auerroes inquit) statuens: subiectum: quod quidem nos primum genus / uel prædicatum primum appellauimus. Specierũ generis affectus: ut unũ / multa / idem / diuersum & cœtera id genus: demum & affectuũ specierũq; entis principia atq; suppõnes siue axiomata addens: quæ ex rationibus conficiuntur metaphysicis: in his quinq; confecimus disputationes: licet longe plures alii scripserint: quas ut cœteras priores tibi recẽsendas mitto / eas quæso legas / perlegas / censeas atq; recenseas: non enim desunt nasuti atq; maledici: quos nullifacere non uerebor: si has omnes a tuo spectatissimo ingenio cõmendatas esse intellexero: nec ædere recusabo. Vale.

¶ Disputatio prima si ens de omnibus entibus uniuoce prædicetur.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod non / arguitur / primo quia Porphyrius ait siquis omnia entia uocet: æquiuoce nuncupabit. Secundo de infinitis nihil unum prædicatur at entia sunt infinita: igĩ de ipsis nihil unũ prædicatur: & ita ens nõ potest uniuoce prædicari de omnibus. Tertio si ens uniuoce de omnibus prædicatur: tunc prædicatur: formaliter de modis: quibus ipsum ens diuideretur: ut de finito & infinito: hoc est falsum: quia semper contrahens non includit formaliter ipsum contrahibile. Immo omne con- Rõnes aliorũ.

trahibile eſt extra rationem formalem contrahentis • Quarto quæcunq; in aliquo cõmuni uniuocantur : habent aliquam ſimilitudinem : ſed nõ poſſunt prima cauſa & cauſatum ſiue ſubſtantia & accidens habere aliquam ſimilitudinem :primo quia inter finitum & infinitum nulla eſt ſimilitudo : ſecundo quia inter artẽ & artificiale non poteſt eſſe ſimilitudo : igitur nec inter primam cauſam & cauſatum • Quinto arguitur ſi ens prædicatur uniuoce : ſumatur ens : quod prædicatur de deo : uel eſt neceſſe eſſe : uel non neceſſe eſſe : ſi neceſſe eſſe: cum illud prædicetur de creaturis : tũc unum quodq; aliud : de quo ens dicitur : erit neceſſe eſſe• ſi autem ſit non neceſſe eſſe : igitur in deo erit aliquid non neceſſe eſſe • Sexto ſi ens prædicetur uniuoce de omnibus: tũc in omni re de qua prædicatur eſſet compoſitio ex entitate cõmuni / & entitate particulari:deducitur quia in omni re erit entitas cõmunis prædicabilis uniuoce : & hoc ens de quo prædicatur: præterea in omni re erit aliquid potentiale & contrahibile : & aliquod actuale & contrahens : & ſic in omni re erit compoſitio: & ita in deo• In contrariũ uidetur textus : ubi dicitur ꝙ ens multipliciter dicitur ſicut ſanum : modo inter æquiuocum & uniuocum non datur medium : igitur cum non ſit æquiuocum : erit uniuocum • Secundo ſi ens non eſſet uniuocum : tunc genus prædicatur per ſe de differentia : deducitur : quia hæc eſt uera rationale eſt ens : uel igitur ipſum ens ſumitur pro ſubſtantia : uel pro accidente : uel pro comuni ente uniuoco :nonpro accidente : & non pro uniuoco communi : igitur pro ſubſtantia ; & ita genus de differentia predicabitur perſe •

❡Caput tituli ſecundum •

Quid ens• — Ens/quod græce ὂν dicitur :hic ſumitur tranſcendenter / ut eſt commune cauſæ primæ / & decem prædicamentis : nã plato ubiq; ens / quod ὢν dicitur ſumit prædicamentaliter pro eo quod eſt commune prædicamentis tantum & propterea ait unum quod eſt in prima cauſa / eſſe ante ens• At Ariſtoteles aſſerit ens dici æqualiter uni: quia ſumit ens tranſcendenter ut cõmune omnibus • Quid uero æquiuocum : quidue uniuocum ſit : dicamus• Nã ut doctiſſimus Boetius inquit in prædicamẽtoꝝ libro omnis res aut nomine / aut definitione indicatur : igitur res omnes aut eodem nomine eademue ratione cõiunguntur : ut homo & animal: quia utraq; animalia dici poſſunt : & utraq; una definitione iungũtur : & ſic uniuoca appellantur • Alia uero nec nomine nec ratione coniuguntur ut lapis & ignis : & hæc diuerſiuoca dicuntur • Alia quæ diuerſis nominibus nuncupantur : definitione cõueniunt ut gladius & enſis : & hæc multiuoca dici ſolent • Alia quæ nomine quidem congruunt : ratione uero diſcrepant ut homo uerus & homo pictus : & hæc æquiuoca appellantur• Ex his ſeqtur primo æquiuocũ proprie non dici niſi de nominibus /

(Margin: Quid ęquiuocũ & uniuocũ •)

secundum peripateticos quemadmodum uniuocum/multiuocum/ & diuersiuocum/solum de nominibus dici solent. Secundo sequitur q̄ res: quæ per nomina significantur non dicũtur uniuocæ/nec æquiuocæ/nec multiuocæ/nec diuersiuocæ: quia cũ ipsæ non sunt uoces/non possunt esse uniuoce/uel id genus: hæc peripatetici. Tertio declaremus quid sit uniuoce prædicari. Exteri uim faciunt in uerbis: dicunt enim aliud esse uniuoce predicatum: & uniuocum prædicatum. Nam uniuoce prædicatum est illud quod formaliter & quiditatiue prædicatur ut animal de homine: uniuocum prædicatum est quod prædicatur ut unũ/ & sic album est uniuocum prædicatum de niue & cygno: quia de illis prædicatur ut unum: non autem est uniuoce prædicatum: quia non quiditatiue & formaliter prædicatur de illis. Sed licet hic dicẽdi modus uideatur apparens: non tamen est peripateticus: nullus enim peripateticorum uteretur hoc dicendi modo. Propterea Boetius in libro Porphy. ait id uniuoce prædicari: quod prædicatur ut genus: id autem æquiuoce: quod prædicatur ut uox plura significans: hæc Boetius in secũda eius æditione capite de specie. In p̄ntis uero capite de substãtia inquit nomen aliqđ uniuoce de aliqua re prædicari quoties ipsum nomen de illa re p̄dicatur: & eius ratio de illa eadẽ re/ita ut illa ratio sit illius de quo p̄dicatur: & hoc addit pro tanto quia albũ de corpore p̄dicatur: & ratio albi etiã de corpore non tñ ita ut ratio albi sit ratio corporis: & propterea non uniuoce prædicatur de corpore: igitur uniuoce prædicari est qñ prædicatur de aliqua re secundũ rationem illius rei: ut animal de hoĩe: hæc sunt peripatetice dicta: ea uero quæ exteri fingunt: si reducantur ad hæc: bona sunt: sin aũt non reducentur: sunt ficta. Hæc de titulo.

Quid uniuoce p̄dicari apud exteros.

Confutatio

Modus peripa.

❡ Caput tertium positionum.

De disputatione hac fuit antiqua positio: q̄ ens sit nomen æquiuocũ: hanc positionem tribuit Porphyrius/ Ari. per hanc rationẽ quia si unũ esset cõmune oĩum ens: uniuoce oĩa entia dicerentur: quod est falsum/ quia sunt decem p̄dicamenta quasi decem rerũ principia prima: quibus solũ cõmune nomẽ est: & nihil aliud ut Porphy. dicit. Huius positiõis esse uř Boe. & ibi/& in prædicamẽtis. Simplicius etiã in libro p̄dicamẽtorum apte hanc positionẽ fatetur/ut dicemus. Preterea huius positiõis est rabimoses & alii plures: pro hac positione arguitur primo per auctoritates ut in textu de exemplo/dř enim ens dici ut sanum de sanis: sed sanum dř æquiuoce. Secundo septimo huius dř q̄ qualitates & quãtitates dicuntur ens metaphorice. Tertio primo physicorum dř esse principiũ cõtra Parmenidẽ & Mellissum ens dici multipliciter. Quarto si ens esset uniuocum: tunc esset genus: hæc consequentia est Boetii & Porphyrii: qa ens diceref ĩnqd de plurib9 dřentibus specie. Quĩto si ens eẽt uniuocũ:

Põ antiquorũ.

prædicaretur sub ratione uniuersalis : & non sub ratione differentiæ : igitur sub ratione generis · Sexto si ens esset uniuocum : tunc ens in decem prædicamenta descenderet per aliquas differentias : hoc est impossibile : quia sint illæ A B & quæritur uel sunt ens : uel non ens : si ens : tunc esset nugatio in conceptu cuiuslibet prædicamenti · Si non ens : igitur non ens erit de intellectu entis · Septimo ens non prædicatur uniuoce de his : quæ sunt sub extremis contradictionis : at substantia & accidens sunt sub extremis contradictionis : quia substantia non alteri inest : accidens alteri inest : igitur ens non potest esse illis uniuocum · Octauo primo diuersis nihil esse potest commune uniuocum · Sed prima causa & causatum : & decem genera sunt primo diuersa : igitur nihil illis est commune uniuocum · Nono ubi tantum est unitas attributionis : non potest esse uniuocatio : at ens est unum attributione tantum ut dicitur in litera · Hæc positio primo occursu uidetur falsa : non enim uidetur ens puræ æquiuocum / primo quia tunc de omnibus entibus non esset una scientia : quæ dicitur metaphisica : & hæc ratio est Auerrois Comento secundo huius quarti . Secundo si ens esset æquiuocum : tunc hæc esset falsa omne ens est unum : quia hæc est falsa omnis canis latrat : de æquiuoco enim nihil potest uniuersaliter prædicari secundum logicos : igitur ipsum ens non potest esse pure æquiuocum · Tertio Aristoteles in prædicamentis nullibi asserit ens esse æquiuocum decem prædicamentis : igtiur mentitur Porphyrius · Exteri uero distingunt de uniuocatione : uolunt enim trifariam uniuocum dici : physice / logice / & metaphysice : uniuocum physice appellant nomen : cui correspondet aliqua natura in mente uel in re præter ea de quibus uniuoce prædicatur ut huic nomini homo respondet humanitas / quæ est quædam natura præter Socratem / & Platonem / de quibus homo uniuoce prædicatur : & hoc dicitur physice uniuocum : pro quanto respondet illi unitas naturæ : logice uniuocum dicitur nomen / cui respondet in mente aliqua intentionis unitas sub ratione logica cõceptæ : ut aïal: quia sibi correspondet in mente prima intentio sub ratione generis concepta· Amplius rationale etiam : quia sibi correspõdet aliqua prima intentio sub ratione differentiæ apræhensa· Metaphysice dicitur uniuocum nomen cui in re correspondet aliquod conceptibile præter ea de quibus uniuoce prædicatur :qđ quidem est unũ realiter: & in illo priori : in quo non attribuitur sibi aliqua intentio logica : unde patet uniuocum logice differre ab uniuoco metaphysice quantum ad hoc ꝙ uniuocum logicum actu considederatur ab intellectu sub aliqua ratione logica : metaphysice uero uniuocum non actu cõsideratur ab intellectu sub aliqua ratione logica : sed ut est consideratum uel considerabile circumscripta omni logica inten-

Sexto·
Septimo·
Octauo·
Nono·
Confutatio·
Triplex uniuo- Põ exterorũ·

tione est:ita animal in illo priori: in quo consideratur ut unum minori unitate q̃ sit hominis & æqui est uniuocum metaphysice: in quo autem consideratur ut unum genere uel specie: est logice uniuocum. Amplius patet uniuocum metaphysice differre ab uniuoco physice: quia uniuocum methaphysice est unum unitate conceptus abstrahibilis a re in aliquo priori/in quo est unus minori unitate illa re: uniuocum uero physice est unum unitate naturæ/ abstrahibilis ab illa re differt autẽ apud eos natura & conceptus: quia natura omnis componitur ex re & re uel realitate & realitate ut homo uel equus: at conceptus potest esse simpliciter simplex/ut conceptus entis: qui in priores conceptus non est resolubilis: de his in primo libro satis dictum est: igitur uniuocum physice est id quod est unum unitate naturæ: uniuocum logice est quod est unum unitate conceptus/siue intentionis actu apræhensę sub aliqua logica ratione: ut sub ratiõe generis/uel differentiæ/uel alicuius id genus. uniuocum metaphysice est: quod est unum unitate intentionis uel conceptus absolute considerabilis circumscripta omni ratione logica. Quare uniuocum logice & uniuocum metaphysice differunt ut uniuersale actu: & uniuersale potestate: quatenus logice uniuocum est unum actu uniuocum: Metaphysice uero: est aptitudine uniuocum. Præterea omne quod est metaphysice uniuocum est uel potest esse logice uniuocum: & etiam econtra: quod uero est physice uniuocum illud omne est metaphysice uel logice uniuocum: non tamen econtra: quia omne quod est uniuocum unitate naturæ/est unum unitate conceptus/uel intentionis. non autem omne quod est unum unitate intentionis / uel conceptus est unum unitate naturæ: ut libro primo dictum est de mente horum: hæc est exterorum distinctio: his sic sumptis/deducunt tres conclusiones: Quarum prima est. Ens communiter sumptum non est omnibus entibus uniuocum physice. Secunda ens communiter sumptum est uniuocum logice omnibus. Tertia ens communiter sumptum est metaphysice uniuocum. Primam deducunt/quia conceptui entis in mente sumpto non correspondet una natura in re extra: quia solum illi correspondent decem rerum genera: quæ non sunt eiusdem naturæ ut omnes sciunt. Secundam uero deducunt quia nomini ens in uoce uel in mente uel in scripto correspondet quædam prima intentio: quam intellectus actu concipit sub ratione alicuius secundæ intentionis: Nam licet actu non concipiatur ab intellectu sub ratione generis/uel speciei / uel differentiæ/uel proprii/uel accidentis: concipitur sub ratione uniuersalis trãscendentis: quæ ratio est logica. Tertiã uero probant per hoc/quia hoc nomen ens significat aliquem unum conceptum realem abstrahibilem ab omnibus entibus; secundum quem ens de omni ente uniuoce &

Cõclusiones exterorum.

Primæ cõclusionis expositio.

Expõ secũdæ.

Expõ tertiæ.

Duplex conceptus.

realiter prædicatur. Vbi debes scire apud hos q̄ duplex est conceptus formalis uidelicet & obiectiuus: formalis quidem est actus intelligendi: quo res concipitur: ut actus intelligendi: quo homo intelligitur ut unus communis omnibus hominibus/est conceptus formalis uniuocus: obiectiuus uero est ipsummet obiectum actu repræsentatum/uel præsentabile per speciem intelligibilem uel actum intelligendi ipsi intellectui: uolunt igitur q̄ isti nomini ens in uoce correspondet in re non natura: sed conceptus idest obiectum quoddam intelligibile aliud ab omnibus entibus non secundum rem/sed ex natura rei naturaliter prius omnibus entibus: quod in illo priori est unum uniuocum metaphysica uniuocatione: probant uero hanc multifariam. Primo omnis conceptus de quo intellectus est certus/dubitans de his quæ sub illo continentur: est alius & unus ab illis: de quibus intellectus dubitat. Sed intellectus est certus de conceptu entis/& dubitat de conceptu substantiæ uel accidentis: ut patet in lumine: igitur conceptus eius est alius & unus ut dictum est: hæc ratio fuit disputata primo huius: ideo nunc breuiter hoc pacto sit resumpta. Secundo omne quod prædicatur de pluribus secundū idem nomen & eandem rationem: est uniuocum illis: Sed ens prædicatur de omnibus secundum idem nomen: quia de omnibus dicitur hoc nomen ens: & secundum eandem rationem: quia secundum eundem entis conceptum: igitur uniuoce. Tertio primum principium est uniuocum: igitur ens: tenet enthymema quia primum principium est ex ente. Quarto si ens non esset uniuocum substantiæ & accidenti: nunq̄ intellectus noster posset habere conceptum de substantia: deducunt quia uel haberet illum per speciem propriam substantiæ: & hoc non: quia substantia non cognoscitur per propriam speciem/ut patet: quia eius absentia non cognoscitur/uel per speciem accidentis: & tunc uel inmediate: & hoc non: quia non potest conceptum substantiæ ab accidentibus intellectus abstrahere nisi quatenus accidens & substantia conueniunt/nihil enim inmediate abstrahitur ab aliquo: nisi sit illi commune: quia abstrahere est ire ad superius: igitur oportet primo abstrahere id in quo conueniunt & tale est ens: igitur ens est commune uniuocum substantiæ & accidenti. Quinto ens distribui potest pro omnibus entibus: igitur est uniuocum: quia nihil distribuitur nisi unum. Sexto ens est obiectum unius potentiæ ut intellectus: igitur unum & uniuocum: tenet consequentia per eos: hæc exteri. Plures rationes potes legere prima disputatione huius. Sed hæc positio nec quo ad distinctionem/nec quo ad positionem est peripatetica: quo quidem ad distinctionem: quia ab Aristotele/Boetio/& Simplicio/& aliis bonis peripateticis solum illud esse uniuocum habemus: quod secundum idem nomen &

Rōnes tertię cōclusionis. Prima. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta Sexta Confutatio

eandem rationem prædicatur. Vbi Boetius in prædicamentis per ratio nem: quæ græce est logos / exponit definitionem uel descriptionem. Modo omne definibile uel descriptibile est uniuocum sub ratione alicu/ius uniuersalis de mente omnium peripateticorum: præterea si uniuo/cum physice esset illud quod est unum unitate naturæ: tũc angelus esset uniuocũ physice: modo angelus nõ est physice uniuocum / quia de ipso non physicus / sed metaphysicus per tractat: & tamen est unus unitate naturæ: quo uero ad positionem / quia prima disputatiõe libri primi per sex rationes demonstrauimus ipsum ens nõ posse esse unum uniuocum secundum peripateticos aliqua uniuocationis specie: rationes uero uide illic. Tertia positio Thomæ attributa est primo ꝙ ens est uniuocũ uni/tate conceptus formalis. Secundo ꝙ est uniuocum unitate conceptus obiectiui nõ præcisibilis / sed præcisi: hoc est qui est alius a cõceptu sub stantiæ & accidentis dum intelligitur: non autem anteq̃ intelligatur. Vbi debes scire apud hos ꝙ conceptus formalis est actus intelligendi / quo actu entia concipiuntur quatenus sunt ens: conceptus uero obiecti uus præcisus est ens quod actu concipitur præter entia: quod tamen ni/hil est præter entia circũscripta operatione intellectus: igitur differt hæc positio ab illa exterorum / ut dicunt quo ad unum tantum: quia exteri uolunt præter omnem actum intellectus ens dicere conceptum siue enti tatem aptam concipi & hoc modo anteq̃ intelligatur: cui correspondet unitas uniuocationis / Thomas uero uult ipsi enti nihil correspõdere præ ter actum intellectus præter entia: at dum actu intelligitur correspon/det aliquid præter entia quare dum concipitur / est alius & unus / anteq̃ uero intelligitur nihil est præter entia: Et hoc modo de mente Thomę oportet dicere tria. Primum ens non esse physice uniuocum: ut exteri tenent. Secundum ens non esse metaphysice uniuocum / quia nihil sibi correspondet / nisi dum actu concipitur ut unum omnibus commune. Tertium ens esse uniuocum logice: quia dum concipitur est unum om/nibus: hæc dicunt de mente Thomę. Sed ego nolo disputare an hæc sit Thomæ positio: uel ne: quia mea intentio non est dilucidare mentem Thomæ uel alterius talis: sed mentem Aristotelis: interdũ tamen Tho mæ quatenus ipse cum Aristotele loquitur: honus igitur hoc relinqua/tur cucullatis: qui factioni bonarum artium hinc inde addicuntur. Ego enim quo rapit tempestas / deferor hospes. Tu uero reprobatio/nem harum positionum quære primo huius disputatione prima. Hæc de positionibus.

Comento pri.

Tertia põ tho.

Cõclu. thomæ.

¶ Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione huius disputationis debes scire ut colligitur a Boe/tio / & Simplicio in prædicamentis ꝙ æquiuocum est multifariam:

nam aliud caſu: aliud conſilio : dicitur quidem æquiuocum caſu : ut Ale
xander priami filius :& Alexander magnus: caſus enim id egit ut utriqꝫ
idem nomen imponeretur : æquiuoca autem conſilio ea ſunt : quæcunqꝫ
hominum uoluntate ſunt poſita : & horum aliqua quidem ſunt ſecun-
dum ſimilitudinem ut homo pictus / & homo uerus · Alia ſecundum
proportionem ut principium : principium namqꝫ eſt in numero unitas :
in lineis punctus . Alia quæ ab uno deſcendunt ut medicinale ferramen
tum : medicinale pigmentum : ab una enim medicina æquiuocatio iſta
deſcendit : alia attributione ad unum : ut ſana ſunt : nam cibus ſanus
eſt : potio ſana : urina ſana : & animal ſanum ; omnia enim referuntur
ad animal: quod eſt ſanum formaliter : cœtera uero ſana ſunt attributio
ne : ut urina ſana : quia ſignum ſanitatis : cibus ſanus : quia conſerua-
tiuus ſanitatis:potio ſana: quia cauſa eſt ſanitatis·Hæc declarat Boetius
in prædicamentis · Tunc de mente Boetii & aliorum peripatetico-
Prima conclu· rum ſunt dicenda multa · Primo ꝙ ens eſt æquiuocum omnibus enti-
Secunda con· bus · Secundo ꝙ non eſt caſu æquiuocum · Tertio ꝙ eſt æquiuocum
Tertia conclu· conſilio per attributionem tantum : quia non per ſimilitudinem / non
Quarta· proportione/non deductione ab uno · Ex quibus ſequitur ꝙ ut ſanum
dicitur formaliter de animali tantum : de cœteris per attributionem : ſic
ens dicitur formaliter de ſubſtantia : per attributionem de cœteris· Pri
mam deduco quia ens ſecundum nomen tantum de omnibus dicitur :
non autem ſecundum rationem : quia omnis ratio uel eſt definitio / uel
deſcriptio : modo neutro modo ens ſecundum rationem de entibus dici-
tur · Hanc primam concluſionem Philoponus primo priorum particio
ne ſecunda hoc eſt capite de inuentione medii/his uerbis explicat dicens/
putauerunt quidam ens ut genus prædicari de decem prædicamentis :
oſtenſum eſt autem hoc non eſſe uerum : ſed ꝙ ipſum ens eſt æquiuoca
uox in diuerſa ſignificata diuiſum : hæc ille · Secundam etiam: quia non
caſu ſed conſilio atqꝫ uoluntate omnia dicuntur entia · Tertiam uero
probo quia ſola ſubſtantia eſt ens formaliter ſeptimo huius:cœtera ſunt
habitudines ad ens : quibus omnibus patet ens formaliter non eſſe niſi
ſolam ſubſtantiam : cœtera ſunt entia attributione ad illam ut Ariſtote-
Primum excer- les / & Auerroes exponunt in textu · Ex his ſequitur primo ꝙ enti in
ptum · mente: uel nomini ens in uoce nihil correſpondet formaliter præter ſub-
ſtantiam:quemadmodum nec ſano præter animal · Nam accidentia non
formaliter illi correſpondent : quemadmodum urina & cibus nec ſano:
ſed reſpondent per attributionem ab ſubſtantiam : ut urina & cibus re-
Secundum· ſpondent ſano per attributionem ad animal · Secundo ſequitur pro ſolu
tione quæſtionis ꝙ ens non uniuoce : ſed æquiuoce de omnibus entibus
prædicatur: non quidē caſu;ſed conſilio : & non ſimilitudine uel propor-

tione: sed attributione. Hæc pro solutione disputationis. Hæc posi tio est omnium antiquorum etiam Parmenidis: ipse enim dum dicit ens esse unum / infinitum & inmobile: uoluit solam substantiam esse ens formaliter: & inter substantias solum deum/deus enim est ens formali/ter: cœtera autem sunt entia essentia & entitate diuini entis & sic conce dit ens esse unum tantum: hanc etiam Plato opinatur ut primo huius patuit. Pro hac dilucidatione faciunt non nullæ rationes factæ pro pri/ma positione ueterum:& primo facit auctoritas Aristotelis & Auerrois hic ubi aiunt ens dici multipliciter ueluti sanum de sanis. Sed sanum de sanis non dicitur uniuoce: sed æquiuoce: igitur ens de entibus. Soluũt exteri/& uolunt ex uerbis Aristotelis colligi ens ipsum esse analogum: quia inter entia est ordo essentialis/& attributionis ad unum: quod est primo & principaliter tale: cum quo tamen stare dicunt ipsum esse uni/uocum: quia ab omnibus illis potest abstrahi unus conceptus in quo uniuoce conueniunt: confirmant hoc primo quia in speciebus generis est ordo essentialis: & tamen est uniuocatio: aliter genus non diceretur in quid de speciebus. Præterea Aristoteles septimo physicorum ait in ge nere latere æquiuocationes: quod non est uerum nisi de æquiuocatione physica: & hoc modo cum æquiuocatione physica & ordine essentiali stat uniuocatio conceptus:& non naturæ. ad propositum dicunt ens esse analogum æquiuocatione naturarum: & uniuocum uniuocatione con ceptus: Hæc exteri. Sed hæc solutio est peruersio textus: non expo/sitio: isti enim non uidentur intelligere quid sit ordo attributionis: cre/dunt enim ordinem essentialem esse ordinem attributionis: & errant: peripatetici enim ut Boetius exponit in libro prædicamẽtoꝝ: uolunt tũc inter aliqua esse ordinem attributionis: quoties unum illorum est tale formaliter/cœtera sunt talia attributiue/denominatiue/uel non forma/liter: ut sana: solum enim animal est formaliter sanum: quia solum ani mal est tale sanitate: quæ est sibi forma: cœtra sunt sana attributione ad animal sanum formaliter: quia uel signa uel causæ sanitatis:& ita nõ sunt sana sanitate/quæ sit forma illorum: non enim urina sana est sani/tate quæ est forma urinæ: sed sana sanitate animalis / cuius ipsa est si/gnum. Ex his sequitur ꝙ ea quæ sunt per attributionem aliquid: non possunt in illo æque formaliter conuenire: sed unũ in illo formaliter cõ uenit: cœtera in illo conueniunt attributione: & hoc modo non pos/sunt in illo uniuocari:& per cõsequens cũ ordine attributionis in aliquo nõ põt stare uniuocatio in illo: qcquid sit de ordĩe essentiali: de quo alias Ex his syllogizo dilucidationẽ sic quecũqꝫ sic se se hñt in ente: ꝙ aliquod illorũ est ens formaliter/cœtera sunt entia attributione ad illud ens for/maliter / non possunt in ente uniuocari: Sed decem prædicamenta ita

Confutatio.

Comento. ii

Solõ exterorũ ad primã rõnẽ.

Replica.

Comento pri.

se se habent ad ens ꝙ substantia est ens formaliter: & noué prædicamenta sunt ens attributione ad substantiam: igitur nō possunt in ente uniuocari: minor est Aristotelis & Auerrois in textu: & sic patet responsionem esse nullam: non enim est simile de speciebus respectu generis: & de prædicamentis respectu entis: nam in speciebus non est dare aliquam speciem quæ sit formaliter tale / & cœteræ sint attributiōe ad illam talia: non enim homo est formaliter animal: & cœtera animalia animal attributione ad hominem: & propterea truduntur exteri in aniles fabulas.

Secunda rō. Secundo est auctoritas Aristotelis septimo huius & Auerrois ubi dicitur ꝙ sola substantia est ens formaliter / & cœtera non sunt entia nisi sicut solet dici non scibile esse scibile / & uas salubre: ubi patet ens nō posse illis uniuoce conuenire. Rñdent exteri ꝙ uerba Ari. debent intelligi non simpliciter: sed pro tanto pro quanto inter substantiam & cœtera prædicamenta est ordo perfectionis: modo cū tali ordine analogie stare potest uniuocatio conceptus.

Comento. xvi.

Solō exterorū.

Replica. Sed hæc solutio puerilis est: primo quia Aristoteles utitur eodem exēplo / quo usus est in quarto de sanis: uult enim ens ita dici de decem prædicamentis uelut sanum de sanis: igitur non de ordine perfectionis / sed attributionis loquitur: & sic potest syllogizari ratio ut prius. Secundo si ita esset: Aristoteles non concluderet cœtera accidentia non posse habere quiditatem sine substantia: uult enim solam substantiam habere quiditatem per propria sui generis: accidentia autē non nisi per substantiam: igitur accidentia non sunt entia nisi attributione ad substantiam: & ita non stat uniuocatio: unde uis uerborum Aristotelis est uis illa: quæ notatur in hoc quarto libro / quia utitur illismet uerbis / & illomet exemplo. de auctoritate libri physicorum nunc taceo: quia exteri possunt euadere. Scio tamen bene nōn esse eorum euasionē ad mētem peripateticorum ut patet per Alexandrum / Themistiū / Simplicium / & Auerroem ibidem. Sed quolibet proferente contrarium stultum est sollicitum esse: ut dicitur primo topicorum.

Tertia rō. Tertio arguitur per rationes & primo quia ens prædicatur uniuoce & in quid de pluribus differentibus specie: igitur genus. Respondent exteri ꝙ non sufficit istud: sed oportet addere ꝙ de nullis differentiis prædicetur: modo licet ens prædicetur in quid & uniuoce de pluribus specie differētibus: qa tamen prædicatur de aliquibus differentiis / ut de rationali / & irrationali: propterea non est genus.

Solō exterorū.

Confutatio. Sed contra arguo: quia hæc consequentia est Boetii in libro Porphyrii in secunda æditiōe / supra illo uerbo si quis omnia uocet entia: æquiuoce nuncupabit: ubi facit entymema hoc uidelicet: ens uniuoce prædicatur: igitur est genus: deducit per hoc quia uniuoce cōmuniter prædicari est prædicari ut genus. Quod si ipsi negabunt Boetium: non est mirum si nos negamus ipsos. Malo enim erra

re cum Boetio: q̄ cum eis recte sentire. Quarto arguitur omne uniuocũ comperatur illis: quibus est uniuocum: aut ut genus/aut ut differẽtia/aut ut accidens/aut ut species/aut ut proprium. Sed non potest ens ipsum ipsis entibus cõparari nisi ut genus: igitur est genus: antecedens patet quia omne uniuocum comperatur eis: quorũ est uniuocum sub ratione alicuius uniuersalis: modo non plura sunt uniuersalia: q̄ quinq; igitur ut prius. Respondent exteri q; non tantum quinq; sunt uniuersalia: sunt enim quinq; uniuersalia prædicamentalia: uerum est quoddam uniuersale trascendens ut ens/& unum/& id genus. Porphyrius igitur enumerauit uniuersalia prædicamentalia tantum: & nõ omnia. Sed hæc solutio est destructio omnis peripateticæ doctrinæ: quia apud peripateticos uniuersale est prædicatum/modo quinq; sunt tãtum prædicata metaphysica: & quatuor topica/siue dialectica ut in libro copicorum omnes determinant: topica enim prædicata sunt aut proprium aut definitio: aut genus: aut accidens. Metaphysica uero sunt quinq;: quæ Porphyrius enumerat. Præterea secundum Auerroem omne uniuersale est forma ut patet primo metaphysicæ & alibi pluries: sed ens nõ est forma igitur non potest esse uniuersale: præterea si ens est uniuersale: tunc infinitum & finitum erunt differentiæ particulares: tenet argumentum: quia differentiæ sunt correlatiue ad id cuius sunt differentiæ quare si ens est uniuersale: differentiæ nõ possunt esse nisi particulares: ultra si ens est uniuersale: & ipsum infinitum: quo ens diuiditur esset particulare: tunc deus constitueretur ex uniuersali: & particulari: quod non concederent ipsi: nec peripatetici. Quinto arguitur si ens est decem prædicamentis uniuocum: tunc ipsum descenderet ad illa per differentias: quæ sint A B & quæritur uel A B differentiæ sunt ens formaliter: uel non. Si non; igitur nõ ens formaliter includeretur in aliquo ente formaliter: Si sic: igitur in conceptu cuiuslibet prædicamenti includeretur bis ens: Soluũt exteri & dicunt A B non esse ens formaliter: sed ens realiter: nec est impossibile: aliquod non ens formaliter includi in ente aliquo formaliter: dum modo sit ens realiter. Sed hæc solutio stare non potest: primo quia Aristoteles tertio huius & Auerroes & omnes probant ens nõ esse genus quia prædicatur de omnibus differentiis: uel igitur intelligũt ipsum prædicari de omnibus differentiis realiter: uel formaliter. Si realiter: per hoc non tollitur ipsum esse genus: quia omne genus prædicatur de differentiis realter. Si formaliter: habetur q; ens prædicatur de A B formaliter: quod negarunt. Secundo mirum est quo nam modo differentia possit esse non ens formaliter/& includi formaliter in aliquo ente. Primo quia illud in quo formaliter includeretur: non esset formaliter ens; quia differentia magis constituit rem; cuius est differentia; q̄

Quarta.

Solõ exterorũ.

Confutatio.

Comẽto. xxvii.

Quinta rõ.

Solõ exterorũ.

Confutatio.

Comento. x.

illud commune cuius est diuisiua: igitur si A non est ens formaliter: cō stitutum per A formaliter: erit non ens formaliter. Secundo omne qđ est/formalius est per suam differentiam: q̄ per suum genus uel suum cō mune: igī aliquod ens qđ per A constituitur/formalius est per A q̄ per ens: sed A est non ens formaliter: igitur tale ens quod per A constituitur erit formalius non ens q̄ sit ens. Tertio a constituit C ens formaliter aut in esse formali: aut in non esse formali. Si in esse formali: igitur A est ens formaliter: aliter A cōstitueret aliquā rem formaliter sub tali esse: quo ipsum A non formaliter esset. Si in non esse formali: igitur C erit non ens formaliter. Quarto obliti sunt eorum rationis factæ tertio huius arguebant enim ens non p̄dicari de ipsis differentiis: quia tunc esset nugatio: dicendo homo est animal rationale: quia ens in animali semel formaliter includeretur/& semel formaliter in rationali: & per hoc ubiq; concludunt ens non prædicari formaliter de differentiis: quæ ratio est uniuersalis de oībus differentiis: quare sibi contradicunt. Quinto ualet C est ens: igitur C est B uel A: ponendo B uel A esse differentias æquatas enti: quibus omne ens diuiditur: igitur ualet C est ens formaliter: ergo C est A uel B formaliter: quia quando ad antecedens esse sequitur consequens esse: eodem addito utrobiq; ad illudmet sequitur idem ut patet primo priorum. Valet ꝙ C sit A uel B formaliter: igitur A & B includunt ens formaliter: aliter consequentia non esset formalis.

Sexta ratio. Sexto primo diuersa in nullo conueniunt: sed prima causa: & causatum sunt primo diuersa: similiter substantia & accidens: igitur in nullo

Solō exterorū. conueniuut. Respondent exteri ꝙ deus & creatura sunt primo diuersa in realitate: non autem in conceptu reali: similiter substantia & accidēs.

Confutatio. Sed contra: quia tunc nulla essent simpliciter primo diuersa: quia omnia saltem in cōceptu reali conuenirent: & sic nulla simpliciter essent primo diuersa: quod est contra Atistotelem quinto huius. Præterea si deus & creatura conuenirent in cōceptu reali entis formaliter: tunc tam deus/q̄ creatura esset formaliter se ipso ens: & sic creatura esset se ipsa per essentiam formaliter ens: quemadmodū deus: hoc nō concedunt peripatetici: quia uolunt deum esse ens per essentiam/cœtera esse enticia participatione entis diuini. Ex his patet dilucidatio.

¶Caput quintum solutionum.

Ad rationes factas capite primo pro prima parte patuit solutio: quia faciunt pro nobis: ad rationes autem oppositas patet solutio in dilucidatione. Restat nunc soluere rationes exterorum factas pro tertia eorum conclusione: & rationes etiam factas contra positionem antiquorū Por

Solō ad primā. phyrii & aliorū. Ad primam igitur dico ꝙ syllogismus debet sic formari/omnis conceptus de quo intellectus est certus: formaliter inclusus in

aliquibus cóceptibus: de quibus intellectus est dubius/ est unus & alius ab illis: de quibus est dubius. Sed ens est conceptus de quo ipse intellectus est certus formaliter inclusus in deo & creatura/substantia & accidente: de quibus intellectus est dubius: igitur ens est unus conceptus & alius a deo creaturaue: substantia & accidente: minor patet quia peripateticus disputans cum thalete milexio de aqua an sit prima causa: certus est de aqua ꝙ sit ens: dubitant ambo an sit prima causa: uel causatum: igitur ens est conceptus de quo intellectus est certus formaliter inclusus in prima causa & causato: quia tam prima causa q̃ causatum est ens formaliter: igitur patet minor: maior autem conceditur ab omnibus: hæc est ratio eorum: & primo Auicennæ: potest etiã de substantia & accidẽte eadem minor persuaderi ut patet per eos. Nunc respõdetur primo iuxta positionem sorticolarum/dicendo ꝙ minor est falsa: quia uel sumitur ens in suppositione formali: & sic est falsa: quia intellectus disputãtium est certus de ente: de ente tamen nõ est certus: ueluti sumus certi de ueniente: de nullo tamen ueniente sumus certi: quia nam de Socrate qui uenit sumus certi. Sic philosophi disputantes de aqua an sit prima causa an causatum sunt certi de ente: quia cognoscunt ens: de ente tamen non sunt certi. Similiter disputãtes de lumine sunt certi de ente: de ente tamen non sunt certi. Si uero sumitur ens in suppositione simplici uel communi pro ente simpliciter sumpto: ut sic non assumitur sub maiori: & cõmittitur paralogismus accidentis: non enim ens ut sic est conceptus: quia nullus est conceptus: & propterea hæc ratio nulla est: sic albertilla & cœteri sorticolæ eniterentur soluere: breuiter igitur negatur minor quia ens non est conceptus de quo intellectus sit certus: licet certi sint intellectus disputantium de conceptu entis/siue de ente. Alii sorticolæ negant minorem quia ens non est cóceptus de quo intellectus sunt certi formaliter inclusus in cõceptibus substãtiæ & accidentis de quibus est dubius: disputantes enim sunt certi de una propositione categorica de extremo disiuncto: uidelicet ꝙ lumen sit substantia uel accidens: dubitãt uero de duabus categoricis de extremo simplici uidelicet si est substantia/uel si est accidens: quia nihil aliud est esse certum de re aliqua ꝙ sit ens: nisi de una caterigorica de extremo disiuncto/disiunctione cadẽte inter substantiam & accidens: esse uero dubium de substantia & accidente est esse dubiũ de duabus categoricis de extremis simplicibus substantiæ & accidentis: quare ambo sunt certi de lumine ꝙ sit substantia uel accidens: sed dubitant si est substantia: uel si est accidens: hanc solutionem uidetur sequi Auerroes: qui ubiq; ens appellat ambiguum: non enim uidetur ambiguum/nisi ob id quod importat conceptũ disiunctũ. Iuniores exteri occurrunt: quia impossibile est eundem conceptum

Alia solutio

Replica iunio℞ omnino haberi sub disiunctione / & sine disiunctione · Sed conceptus entis a disputantibus de primo principio : uel de lumine habetur sine disiunctione pœnitus : conceptus uero inferiores non concipiuntur ab ipsis sine disiunctione igitur non sunt idem conceptus· Maior (ut dicunt) patet quia dato opposito sequitur contradictio· Minor probatur quia tam peripateticus qui posuit aquam non esse primum principium:q̃ tales qui posuit aquam esse primum principium / affirmabāt principium illud siue aquam esse ens sine disiunctione concipiendo ens : dubitabant uero si hoc uel illud cum disiunctione concipiendo igitur conceptus entis est

Replicanſa· alius ab illis · Præterea soliti sumus alias nos replicare: quia quæro utrū differt intelligere ens & substantiam uel accidens : siue hoc disiunctum substātia uel accidens : certū est ꝙ sic : quia ens pōt distribui: hoc tamē disiunctum non potest distribui : Hæc enim est uera omne ens est unū : & tamen huic non correspondet illa oīs substantia uel accidens est unū : sed hæc omnis substantia & omne accidens est unum : igitur differt dicere & intelligere ens : & illud disiunctum : quod est substantia uel accidens · Præterea hæc est uera ens est transcendens : hæc tamen falsa substantia uel accidens est transcendens . igitur aliud est intelligere ens : & aliud illud disiunctum quod est substantia uel accidens : & sic cōceptus

Defensio· entis est alius a conceptu illo disiuncto · Potest dicta solutio defendi ubi animaduertendum est ꝙ aliquem conceptum significare unum disiunctum potest esse dupliciter : uel quod significet illa sub disiunctione:uel significet alterum illorum sed non tantum : uerbi gratia homo in mente apud sorticolas non significat sortem uel Platonem disiunctim / sed sortem & non tantum : sic ens in mente significat substantiam: & non præcise : & hoc pacto dicitur significare illa disiunctim / quia aliquod illorū & non tantum : at in ista propositione promicto tibi librum : iste terminus librum uirtute illius uerbi promicto / significat illud disiunctum hunc uel illum librum: quod disiunctum nō significaret per se sumptus extra propositionem : tunc ad primam obiectionem dico ꝙ illa ratio cōcludit ꝙ ens in mente non significat illud disiunctum ad primū sensum cum quo tamen stat ꝙ significat illud ad secundum sensum : quia substātiam & non tantum : & sic concedo ꝙ idem est ens ꝙ substantia & non tantum : per idem ad secundum dico ꝙ ratio concludit ꝙ ens & illud disiunctum differunt aliquo modo : non autem ad secundum sensum : per idem ad tertiam patet solutio · Ad secundam concedo ꝙ primum principium / quod axioma dicitur : non est multiplex secundum æquiuocationem a casu : bene tamen secundum æquiuocationem a consilio / ut dictū est de ente · Ad tertiam dico ꝙ conceptus substantiæ generatur a phantasmate accidentis in uirtute substātiæ ; ut in septimo dicemus:& quādo

dicitur/igitur intellectus posset illius absentiā cognoscere: negatur quā do essent agentia pœnitus conformia consimiles effectus producētia: ut si duo oua mouerent uisum/non est necesse ut uisus cognoscat absentiā unius. De re hac melius dicetur in septimo. Ad quartā dico ꝙ signum distributiuum potest distribuere analogum: hæc enim est uera de omni sano loquitur medicus. Ad ultimam dico ꝙ bene unius potentiæ est unū obiectum: sed non eadem specie ueritatis: nam potentia est una specie: & ens est unum trascendenter: sufficit igitur ut obiectū sit unū saltē unitate attributionis ad unū primū: nota tñ ꝙ qñ Porphi. ait Ari. dixisse in ꝑdicamentis ens esse æquiuocum: dicit pro tanto: quia Aristoteles facit decem prædicamenta/decem prima rerum genera: & sic non potest ponere ultra illa ens uniuocum quia faceret illa non prima genera: & sic exponit Boetius illud uerbum: quod uero exteri dicunt Porphy. uelle ens æquiuocum esse physice: est falsum: quia per illud non haberet intentum: quia intendebat probare ens non esse genus modo genus potest dici æquiuocum physice: hæc de disputatione: ubi si uis esse resolutus: quære ea quæ libro primo disputatione prima capite quinto dixi: & eris pœnitus perfectus. Hactenus de prima disputatione. — Ad quartam. — Ad ultimam.

¶Secunda disputatio si negatio habet distinctam formalitatem ab affirmatione.

¶Caput dubitationum primum.

Et licet hæc disputatio sub hac forma non sit peripatetica: quia modus hic loquendi est nouus: & in auditus a bonis peripateticis: tamen quia ab exteris mouetur sub hac forma: propterea & nos illam mouemus. Et arguitur primo ꝙ non: quia quod non habet distinctam intelligibilitatem/non habet distinctam formalitatem: Sed negatio non habet distinctam intelligibilitatem: quia non est ens: igitur nec distinctam formalitatem. Secundo quod cognoscitur per aliquid: non habet distinctā intelligibilitatem/nec formalitatem ab illo: sed ipsa negatio per habitū atq; affirmationem cognoscitur. Tertio si sic: tunc inter affirmationē & negationem posset dari medium: ut pote illa formalitas media: qua distingueretur ab affirmatione: quæ nec esset negatio: nec affirmatio. Quarto omnis formalitas est aliquid positiuum: sed negatio nec est aliquid positiuum: nec habet positiui quicq̄. In contrarium arguitur: quia negatio manet/affirmatione non manente: igitur formalitate distinguntur: antecedens patet/manet enim in homine hæc negatio homo nō est equus: & tamē affirmatio homo est equus nō manet. Hæc quæstio — Prima ratio — Secūda. — Tertia — Quarta

uix in textu mouetur : tamen pro tanto mouetur : quia Ari· in textu se cundo ait priuationes & negationes esse ens : propterea potest esse diffi/ cultas/si distinctum esse habeant ab affirmotione : nec uideo/ubi mo/ ueri possit/nisi ibi ·

¶ Caput tituli secundum ·

Quid negatio & affirmatio·

Pro intellectu tituli primo quid per negationem & affirmationem intel/ ligi soleat : aperiamus: nam negatio & affirmatio uno modo possunt su mi incomplexe ; alio modo complexe · Si quidem complexe sumantur sic negatio est pars contradictionis remouens aliquid ab aliquo: affirma tio autem pars contradictionis dicens aliquid de aliquo : ut primo prio/ rum/& primo posteriorum/& in libro de interpraetatione·Si uero in cō plexe:sic negatio : quae per uerbum illud non signatur/ potest trifariam dici ; aut priuans ; ut cecum: aut infinitās ut nonhomo : aut negans/ ut non ens · Sed iuxta haec quaeres an negationes in complexe sint entia rea lia ·Exterorum princeps de negatione negante : quam ipse negationem extra genus appellat : ait illam nec ens reale/nec ens intentionale/siue ra tionis esse : probatur quia ex quo est extra genus : negat omne esse tam reale/q̄ intentionale · Si uero loquimur de negatione priuante : sic con· cedit illam esse ens reale : ut cecum/& id genus · At si de negatione infi/ nitante loqueremur ; cum haec sit cōmunis enti & non enti ; uidetur esse ens intentionale : non homo enim praedicatur tam de hyppocentauro/q̄ de equo : igitur nō homo nō potest esse ens reale: & ita uidetur ens inten tionale · Sed haec positio quo ad secundā partem/non mihi placet : quia non uidetur uerum ꝙ cecitas sit ens reale ; quia tunc priuationis esset pri uatio · Praeterea duodecimo huius Auerroes expresse ait priuationē & negationē esse ens rationis/& intentionale . Expositor autem in littera ait ꝙ huiusmodi priuationes/& negatiōes sunt entia rōnis:& ait illa esse entia rationis quia ratio negociatur quasi de quibusdam entibus / dum de eis affirmat/uel negat aliquid · Sed contra hoc est dubium quia ter/ minis primae intentionis corrèspondet aliquid in re : Sed cecum & id ge· nus sunt termini primae intentionis igitur correspondet aliquid in re : & sic non sunt poenitus rationis ens · Potest dici primo ꝙ añcedens est fal/ sum ; quia hyppocentaurus est terminus primae intentionis:cui nihil cor respondet in re · Secundo potest dici ꝙ ceco nilil corrospondet in re ut suppositum/sed bene ut subiectum ut pote oculus & id genus: & sic po test teneri ꝙ sit ens rationis/& terminus primae intentionis : quia saltem sibi correspondet aliquid ut subiectum : sed dices ꝙ apari haec intentio species & haec intentio genus essent termini primae intentionis : quia eis correspondet homo uel animal/dico ꝙ haec sibi non correspondent per naturam sed ut concipiuntur ; at ceco in mente correspondet oculus per

Dubitatio· Pō sco·in quoli beto

Confutatio·

Comento· xiiii· Solō thomae·

Dubitatio·

Solutio·

naturam: quid sit igitur negatio/quidue affirmatio: patet. Nūc quid formalitas sit/transigamus. Exteri sic illā definiunt formalitas est ratio obiectiua in re/aprahēsa ab ītellectu/apta terminare ex natura rei actū intellectus: dicitur forte primo ratio obiectiua: quia ratio obiectiua hic capitur pro obiecto conceptibili: quia ratio nō sumitur pro potentia rationali/nec pro discursu/sed pro cōceptu/& dicitur obiectiua in re: propter figmenta: quæ non possunt esse formalitates: quia non sunt rationes obiectiuæ in re: dicitur aprahensa ab intellectu: quia apud eos conceptus obiectiuus est formalitas: modo conceptus obiectiuus est ut repræsentatur ipsi intellectui: dicitur apta terminare actum intellectus/quia non oportet ut moueat intellectum: quia ad hoc ut aliquid moueat intellectum oportet esse ens/absolutum/& quid uel habēs modū quid/& quia negationes non sunt ens/ideo non possunt mouere intellectum: & quia relationes non sunt absolutæ: nec mouere possunt intellectum: & quia proprietates indiuiduales non se se habent per modum quid: ideo non mouent: at omnia hæc sunt formalitates/uel habere possunt formalitates: igitur non est necesse ut formalitas moueat intellectum: sed ut illius actum terminet: dicitur ex natura rei apta terminare/propter secūdas intentiones: quæ terminare possunt actum intellectus: sed non ex natura rei: hæc exteri. Sed contra hoc dubitat Ioannes: quia non uidetur ꝙ possit aliquid dici per se obiectum intellectus & non mouere intellectum. Nam intellectus respectu sui perse obiecti est uirtus passiua secundum Aristotelem in tertio de anima: nec unq̄ intellectū possibilem Aristoteles nisi per pati & moueri ab intelligibili descripsit: ut patet in tertio de anima & ubiq;: igitur relationes/& indiuiduæ proprietates nō possunt esse per se obiecta intellectus/nisi subeant per se rationem mouendi: unde & græci obiectum anticimenon hoc est contrarium appellant: quod pro tanto contrarium appellatur quia semper potentiæ comperatur sub ratione opposita: eo quia si potentia est actiua: ipsum esset passiuum: ut in nutritiua potentia habetur. Si uero potentia sit passiua per se obiectum non potest esse nisi actiuum. Nec potest dici ꝙ relationes comperātur intellectui ut obiectum actiuum ratione fundamentorum: quia ea in quibus fundantur mouent intellectum ad intellectionem: similiter de priuatiōibus/& de proprietatibus indiuiduis: eo quia talia in propria forma non mouent/sed ratione suorum indiuiduorum/& ratione suorum habituum. Nam ubi sic diceretur: tunc hæc non ratione sua essent per se intelligibilia/sed ratione eorum quæ mouerent: & ita talia non nisi per accidens intelliguntur: quod est uerum/& contra eos. Præterea ea per se intelligit intellectus: ad quæ comparatur per rationem intellectus: sed ad fundamentum illorum cōperatur per rationē

De formalitate
Quid exteri.
Confutatio.
Nota de ītētiōe motiua & terminatiua.

intellectus: quia per rationem qua est uirtus passiua ab intelligibili hæc enim est ratio sua ut patet tertio de anima: igitur fundamentum per se intelligit: & non illa ad quæ non per rationem intellectus comparatur. Secundo principaliter arguitur quia datis conditionibus quas dicũt esse necessarias ad obiectum ut sit motiuũ: sequeretur ꝙ materia prima per se potest mouere intellectum: quia est ens/absolutum/& per modum quid & essentiæ: igitur posset per se mouere ipsum intellectum: & hoc ipsi non concederent: antecedens patet: materia enim est ens ut ipsi tenent: absolutũ immo apud eos seperabile ab omni forma: se se habens per modum quid: quia per eos est pars quiditatis & essentiæ: igitur materia per se potest mouere intellectnm contra eos in septimo huius/& alibi. Tertio uidetur hæc descriptio superflua: quia oĩs formalitas apud eos ẽ ratio obiectiua ex natura rei: uel in re: & omnis ratio obiectiua ex natura rei est formalitas: modo omne prædicatum in quid cõuersim de aliquo est illius definitio ut accipitur primo & sexto topicorum. Præterea ratio obiectiua ex natura rei est conceptus obiectiuus ex natura rei. Sed conceptus obiectiuus realis siue ex natura rei/conuertitur cum formalitate ut hic locuntur: igitur & ratio obiectiua ex natura rei cum illa met conuertitur: & prædicatur de illa inquid: ergo est eius definitio: & sic cœteræ particulæ superfluę erunt. Præterea quicquid explicaretur per alias particulas satis per has tres habetur: nam per primam uidelicet rationem: habetur ꝙ formalitas sit conceptus: per illam particulam obiectiua habetur ꝙ sit apta terminare: per illam in re habetur differétia a secundis intentionibus & aliis. Quarto principaliter hæc descriptio est nulla: quia quæro quid per rationem intelligant: ait enim Boetius in prædicamentis ratio quæ græce logus est multimode dicitur: est enim ratio animæ/& ratio computandi/& ratio naturæ ipsa nimirum similitudo nascentiũ: & est ratio quæ in definitionibus uel descriptionibus redditur. Tunc quero quid per rationem intelligant: & patet ꝙ non possunt nisi uel definitionem uel descriptionem intelligere: & sic sola definibilia uel descriptibilia rationem haberent contra eos: propter hæc uidetur ꝙ hæc eorum dicta sint fictiones ad inuentæ adconfundendum ueritaté.

Comento pri.

Dicamus igitur secundum peripateticos ꝙ illud est formalitas respectu formati siue habentis formam: quod est materialitas respectu materiati siue habentis materiam: & ut nihil materialitatem habet: quod non habet materiã/uel ut partem sui/uel ut id ni quo/sic nihil formalitatem: quod non habet formam: quia ut a materia materiale deducitur/e quo rursus materialitas dicitur: sic a forma formale/e quo formalitas dicetur. Ex his sequitur quid sit formalitas apud peripateticos: nam est cõditio quædam rei habentis formam: qua res illa formalis/uel formata

Quid formalitas apud peripateticos.

dicitur : ſicut materialitas eſt conditio rei habentis materiam / qua res illa materialis uel materiata dicitur : & quoniam res dicitur materialis a materia / & formalis ſiue formata a forma : iure rei materialitas materia erit:& rei formalitas forma:non differentes niſi ut homo & humanitas. Sed occurres quia communiter dicitur ꝙ uox eſt nominis materialitas : & ſignificatio nominis formalitas : & tamen uox non eſt materia nominis : nec ſignificatio formalitas nominis ; igitur non bene ſunt hæ diffinitæ:amplius dicitur color formalitas albi ; miſtura materialitas. Dico ꝙ ut medici ſumunt quo pro quid : & quid pro quo. Sic loquentes ſumunt quid pro quo : tum enim dicitur uox materialitas ſiue materia nominis : ſumunt quid pro quo hoc eſt pro ſimili. Similiter color dicit̃ forma uel formalitas ſumẽdo pro ſimili;unde & Porphyrius in ſuo de uniuerſalibus libro clariſſime dicit ꝙ genus eſt materia & differentia forma quia ſimilia his ut intuenti librum illum recte uideri poteſt : quare huiuſmodi locutiones omnes ſunt falſæ ; ſed amittuntur propter uſum loquẽdi. Ex his ſequitur ꝙ loquendo de formalitate ſecundum ueritatem. Sic rei cuiuſq; formalitas eſt rei quiditas / atq; rei eſſentia : nã cum formalitas rei ſecundum ueritatem ſit rei forma / rei forma ſit rei quiditas / atq; eſſentia : igitur formalitas eſt rei eſſentia. Secundo ſequitur ꝙ formalitas non ſit ratio / ſiue diffinitio uel deſcriptio : quia deffinitio non eſt rei quiditas / nec rei eſſentia : ſed ſermo explicans rei eſſentiam / uel rei quiditatem. Solet autem concedi ꝙ formalitas ſit rei ratio:pro quanto per rationem explicatur:& nihil aliud per rationem q̃ formalitas ſiue quiditas explicatur. Tertio ſequitur in rebus intentionalibus non eſſe formalitatem nec materialitatem ſecundum rei ueritatem : ſed bene ſecundũ uſum loquentium:qui utuntur ipſo quid / uel ipſo idem pro quo / uel pro ſimili ; Amplius nec dici poſſunt diſtincte formaliter uel formalitate:niſi eodem modo. Animaduerte tamẽ ꝙ nos alias diximus ꝙ ſicut differt materiatum a materiali:& formatum a formaliter tali ; ſic differt materialitas a materia ; formalitas a forma : quia materiatum eſt deductũ a materia: & formatum a forma : materialiter tale uero deducitur a materialitate : formaliter tale a formalitate. Modo materiatum non dicitur niſi de eo : quod habet materiam : & formatum etiam non niſi de eo quod habet formam:igitur materia eſt tantum eius quod habet materiam : forma ẽt eius quod habet formam : at materialiter tale dr̃ tam de eo qđ hẽt mãm / q̃ de eo quod habet aliquid materiæ ſimile:igitur formaliter tale dicetur tũ de eo quod formam habet:q̃ de eo quod habet aliquid ſimile formæ:& ita ſequitur ꝙ formalitas eſt in plus q̃ forma:ut formaliter tale in plus q̃ formatum. Et ex his colligi poteſt uera perfectiſſima & completa diffinitio formalitatis quæ omnem ambiguitatẽ tollit intellectuiq;

Duo.

Solutio.

Excerptum Primum.

Secundum.

Tertium.

Expõ eoꝝ quæ dicta ſunt.

Alia diffinitio.

uere quadrare & consonare uidetur : formalitas est conditio quædam / qua aliquid denominatur formaliter tale uel tale / ut album uel nigrum : & id genus : conditio ponitur loco generis : quia commune est tam formæ / q̄ ei quod est formæ simile : qua denominatur formaliter tale ponitur loco differentiæ : quia per illam denotatur esse in plus q̄ forma : sicut formaliter tale in plus q̄ formatum : igitur formalitas est omnis forma / uel similis formæ · formalitas igitur est omnis conditio : qua aliquid denominatur formaliter tale uel tale : & quia tam forma / q̄ aliquo formæ simili denominatur aliquid formaliter tale uel tale · Ideo tam forma q̄ simile formæ est formalitas : quæ omnia si recte inspicies omnem ab animo obscuritatem amouebunt reducentq; in lucem ea omnia quæ ab aliis obscure prolata fuere ; hæc de titulo ·

Caput positionum tertium ·

Pō exterorum · ¶De disputatione uariæ sunt positiones · Exteri supponunt quædam : Prima suppō · quorum primum est q̧ distinctio formalis siue per formalitates importat non identitatem aliquorum : quorum unum excludit aliud a suo con ceptu formali : hoc est dicere ut omne illud distinguatur formaliter ab Secunda · alio : quod non est idem illi per se primo modo · Secundum est q̧ nega tio duabus comparatur affirmationibus : alteri quidem / quam includit & præsupponit : alteri / cui contradicit uerbi causa homo non est equus : comparatur huic affirmationi : omnis homo est equus : cui contradicit : & illi homo est homo : quam supponit in suo subiecto uirtualiter : pro tanto nanq; illa est uera homo non est equus : pro quanto homo est homo · Et tunc iusta hoc / cum Aristoteles in libro de interpetretione dicit q̧ negatio multiplicatur pro numero affirmationum / & q̧ est una unius / intelligitur de affirmatione / cui contradicit / non autem de affirmatione / quam supponit ; immo unius affirmationis suppositæ esse possunt mul tæ negationes : huius enim homo est homo / sunt homo nō est equus : hō nō est lapis / & aliæ : in quibus negatur aliquid de homine uere : hæ sunt duæ suppositiones exterorum : iuxta quas ponunt duas conclusiones · Pri ma est negatio non habet distinctam formalitatem ab affirmatione : quā Prima cōclusio supponit . Probāt primo qa negatio īcludit illā in sua rōe cōceptibili · igr̄ rōe cōceptibili nō distinguit̄ ab illa : & ita non formaliter · Secūdo qa nō habet distinctam intelligibilitatem : quia non potest intelligi negatio : qn Secunda · illa intelligatur affirmatio · Secunda conclusio est negatio habet distinctam formalitatem ab affirmatione / cui opponitur / ꝓbatur primo quia negatio dicit pfectionē in eo cuius est : affirmatio impfectionē · est · n · pfectionis dicere hoīem non eē equū : at oēm hoīem eē equū impfectiōis est ·

igitur formaliter distinguuntur. Præterea negatio non est idem per se primo modo affirmationi: cui contradicit: igitur distinguuntur formaliter. Hæc exteri de disputatione. Sed contra obicit Ioannes & satis perite. Confutatio
Primo contra primam suppositionem: uidetur enim ꝙ distinctio secundum formalitates non sit non identitas aliquorum in primo modo dicendi per se: quia ut oppositum in opposito / ita propositum in proposito: igitur si distinctio secundum formalitates est non identitas aliquorum in primo modo. Tunc identitas in primo modo erit identitas formaliter: hoc est falsum apud eos: quia homo & animal sunt idem primo modo: & tamen non sunt eadem formaliter apud eos. Quod si dicas ꝙ sunt eadem formaliter non mutuo: quia homo non est idem animali per se primo modo: sed bene animal homini: saltem isti non sunt logice locuti: quia secundum logicos non ualet: non sunt eadem per se primo modo: igitur distinguuntur formaliter uel quouis alio modo. Nam hypocentaurus, & chimera non sunt eadem: & tamen non distinguuntur / quia neq; distinguuntur neq; sunt eadem: quia non sunt: secundum enim forticolas A distinguitur A B / sic exponitur A est / & B est / & A non est B. igitur A distinguitur A B. sic igitur non ualet: hæc non sunt eadem primo modo: igitur distinguuntur. Quod si dicas ualere constante subiecto: tunc nihil est: quia affirmatio cui opponitur non est / quia illa est falsa non possibilis esse: & ita nullo pacto logice locuntur. Secundo arguit Ioannes contra secundam suppositionem: quia aliqua est negatio / quæ non potest comparari ad duas affirmationes: igitur suppositio falsa: antecedens deducitur: quia ista homo non est animal / nullam affirmationem ponit: quia non illam homo est homo: quia hanc destruit: eo quia a quouis superius ipsum negatur / ab eodem & inferius: nec illam homo est animal: quia illam destruit: igitur suppositio falsa. Solet dici ꝙ ad hoc ut illa propositio sit falsa / homo non est animal / supponitur illa uera homo est ens quæ uirtualiter includitur in subiecto. Contra quia exteri uolunt affirmationem inclusam esse idem formaliter negationi includenti / ut patet ab eis. Sed hæ non sunt idem formaliter: quia hæc est uera homo est ens. Illa falsa homo non est animal. igitur non sunt idem formaliter. Secundo si hæc homo non est animal formaliter includeret illam homo est ens: tunc falsum simpliciter includeret uerum simpliciter: Quod nec mihi / nec eis consonat. Aliter fugiunt & dicunt suppositionem exterorum intelligi in negationibus ueris. Sed nec hoc ualet: quia dum hoc dicunt / redunt exteros insufficientes: nam quæ dicunt uniuersaliter: faciunt particularia Præterea si hæc hō non est animal / nullā affirmationē includit: nō posset formaliter distingui ab illa hō est aīal.

Prima ratio; Secunda; Solutio; Replica; Alia solutio; Replica

quia per exteros negatio non distinguitur formaliter ab affirmatione nisi uirtute affirmationis : supponit : ut exteri sentiunt : & sic exteros defendentes faciunt ut exteri sibi contradicant · Tertio principaliter arguitur contra conclusiones · Et primo generatim : quia sunt insufficientes : nam licet de negationibus complexis sufficerent : de simplicibus nihil habent · Secundo licet de negationibus complexis ueris bene dicerent de falsis nihil habentur · Speciatim arguitur contra primam quia si negatio uera uidelicet illa homo non equus est includeret aliquam affirmationem priorem · Tunc hæc propositio substantia non est quantitas non esset immediata:quia immediata est qua non est alia prior:modo hac illa est prior substantia est substantia:& nocior· Quod si dicas q; illa est immediata:quia nullam supponit priorem/qua possit syllogizari hoc nihil est : quia saltem potest hypothetico syllogismo syllogizari/ hoc pacto/si substantia est substantia : substantia non est quantitas:sed substantia est substantia : igitur substantia non est quantitas : hic enim syllogismus est/& demonstratio esse potest hypothetica secundum peripateticos:ut dicit Aueroes secundo phisicorum commento tertio· Præterea si omnis negatio uera includit formaliter affirmationem:tunc illud principium non contingit idem simul esse & non esse/non esset primum simpliciter : deduco quia supponeret illam ens est ens · Consequens est falsum : quia illud non contingit idem & cœtera : est tam entibus q̄ non entibus cōe:quia nō contingit chimerā simul esse & nō esse :& tñ hæc est falsa chimera est chimera:quia tunc chimera esset ens : & ita chimera eēt quare illud est cōius & prius : & per consequens non formaliter includit illam affirmationem · Contra secundam arguit Ioannes:quia signetur negatio & sit A : affirmatio uero quam destruit sit B : per eos A dicit distinctam formalitatem A B : sit illa C · tunc arguo : C non est A nec est B : igitur medium per abnegationem ipsius A B : sed A B erant contradictoria : igitur inter contradictoria datur medium · Quod si dicas posse dari medium rationis non medium reale:hoc nihil est : quia tunc contradictoria non diuiderent quodlibet ens secundum uerum & falsum : hoc est non oporteret ut de quolibet ente alterum sit uerum alterum falsum : quod est contra Aristotelem in libro de interpetratione & in libro priorum · Consequentia patet : quia de C neutrū illorum diceretur:quia C nec est A / nec est B · & tamen A B ponuntur extrema contradictionis : & ego nescio quid absurdius dici possit · Præterea tunc illa dignitas non contingit idem simul esse & non esse / & non esset uniuersalis omnibus : quia esse & non esse distinguntur formalitate : modo illa sit C ut prius : quæ cum non sit esse : nec non esse : de ea falsum est dicere non contingit C simul esse & non esse · quod admirabile esse uidetur·

Tertia·

Cōmento·iii·

Et ego nescio quid impossibilius : sic igitur hæc exterorum positio fal sa est : positiones aliæ quæ sunt de hac disputatione tanquã inutiles omit tantur. hæc de positionibus.

Caput dilucidationis quartum.

¶ Quantum ad dilucidationem ipsam attinet. Primo uidebimus quo nam modo simplex negatio intelligatur ab intellectu nostro : ut quo nã modo non sanum ab intellectu nostro intelligatur / Secundo quo nã mo do negatio composita : quæ affirmationi alicui contradicit / intelligatur. Tertio uidebimus de disputatione. Quantum ad primum sunt duæ posi tiones / & ambæ Peripateticæ : prima uidetur expositoris / Auerrois / & Themistii: hi enim sunt qui dicunt negationem simplicem non cognosci nisi specie affirmationis simplicis contrariæ : una enim species in anima primo conceptionem affirmationis efficit : secundo negationis : eo quia primo habitum / siue affirmationem repræsentat. Secundo priuationem / siue negationem : non tamen eodem modo : nam species habitus per se & primo habitum ipsum repræsentat / atq; illius conceptum in mente ge nerat : per accidens autem negationem siue priuationem / quatenus est affirmationis negatio. Sed obicit Ioannes primo: quia hæc intellectio ne gationis uel ab ente fit : uel a non ente: non causatur a non ente: quia nõ ens nihil efficit: nec ab ente : quia ipsum ens entis efficit intellectionem : igitur non potest efficere intellectionem non entis: quia idem non est op positorum causa. Secundo unde est iste ordo q; uidelicet unamet species entis primo ipsum repræsentet : cuius sit species: posterius autem illa enti non ens oppositum. Omnis enim ordo est rerum / modo ens & non ens non sunt res. Sed miror Ioannem : qui dum enititur contra hanc posi tionem / non animaduertit se enixum esse contra Aristotelem / & suum deum Auerroem in nono huius commento tertio. Aristoteles enim & Auerroes illic uolentes assignare causam quare rationales potentiæ sint ad opposita / dicunt hoc / quia scientia est oppositorum. Scientiam uero esse oppositorum dicunt : quia scientia ratio quædam est : quæ quidem eadem est & rei & priuationis : licet ut dicunt nõ eodem modo : quia rei ipsius per se : ac priuationis per accidens & posterius. Et constat Ari stotelem per rationem illic speciem / siue similitudinem intellexisse ut om nibus patet. Et sic dum Ioannes illis contradicit / Aristoteli uidetur con tradicere. Tunc ad rationes eius patet solutio / conceditur enim primo unum esse duorum causam non eodem modo / sed unius per se / & alte rius per accidens : ueluti idemmet calor sui actione in humidum ipsum per se causa est sui esse : per accidens attamen est causa sui non esse :

De primo

Prima positio

Obiectiões Io.

Defensio

Cõmento. iii.

& in aliis id genus· Ad ſecũdam dici poteſt ꝙ ille ordo eſt ex parte entis: omne enim ens eſt ipſummet ens: & non eſt non ipſummet ens · Primo autem eſt ipſum ens · Secundo non eſt non ipſummet ens · Vt omnis homo primo eſt ipſemet homo: ſecundo uero dr̃ ꝙ omnis homo non eſt non ipſemet homo · Sic per ſe primo ſpecie ſiue ratione hominis intelli/gimus hominem · Secundo non hominem: quia ut Ariſtoteles ait illic negatione ablationeue ipſum contrariũ oſtenditur: & hoc modo prima

Põ ioannis· poſitio eſt peripatetica · Ioannes uero imaginatur ꝙ duplex ſit negatio quædam entis particularis ut hominis/uel equi/uel cœterorũ id genus· quædam eſt negatio entis uniuerſaliter · Secundo dicit ꝙ non poteſt ali/qua negatio intelligi/niſi intellectioni eius reſpõdeat aliquod poſitiuum affirmationi oppoſitæ contrarium uel diſperatum: declaratur de negatio ne entis particularis: ut non homo non poteſt intelligi: niſi huic intelle ctioni reſpondeat in re equus uel bos: quorum nullus eſt homo: de ne/gatione uero entis uniuerſalis / patet etiam quia non poſſum intelligere non ens uno conceptu negationis: ſicut nec ens uno conceptu affirma/tionis: eo quia ens non dicit unum conceptum omnibus communem/ ſic non ens non dicit unum conceptum negatiuum: quo unica ratione decem prædicamenta negentur: & hoc modo non poteſt intelligi non ens ſimpliciter per rationem communem omnibus negationibus ſubſtã tiæ & accidenti: ueluti nec ens per unam rationem ſimplicem: & ſic illi intellectioni non ens ſemper reſpondet aliquid poſitiuum ut uel quanti/tas/uel qualitas/uel aliquid aliorum: dum enim non ens intelligo pro ſubſtantia ſemper pro quantitate/uel qualitate/uel alio intelligo: non autem pro una negatione omniũ: quia ſicut dum ens intelligo/non intel ligo unum/ſic dum non ens: & ſic patet ꝙ ſemper intellectioni nõ entis

Obiectiones· correſpondet aliquod ens · Sed dupliciter occurres contra Ioannem pri/mo quia tunc nõ ens nõ dicetur de non ente ſimpliciter/ut de Chymera/ uel hyppocentauro: quia non poteſt intelligi niſi de ente ut dicit: modo nullum horum eſt ens · Secundo quia inter contradictoria daretur me/dium: deducitur quia ſi per ens intelligitur unum prædicamentum: & per non ens non quantitatem/uel non qualitatem & id genus: aut intel/ligitur negatio omnium copulatiue/uel diſiunctiue/uel unius tantum · Si omnium copulatiue tunc negatio erit ſimpliciter omnium: quod ip/ſe negat· Si unius tantum uel omnium diſiunctiue/tunc dabitur mediũ: quia inter ſubſtantiam & quantitatẽ uel aliquod aliud id genus ſemper

Defenſio· datur medium aliquod illorum: igitur uidetur hæc ſolutio fictio · Sed hæc ſolutio uidetur non tantum Ioannis/ſed Auerrois primo phyſico/rum: ubi apertiſſimo dicit ens & non ens dici de decem prædicamentis: quod non poteſt intelligi niſi ut exponit Ioannes: ꝙ non ens dicitur

de quantitate : quæ est non ens substantia : de qualitate : quæ est non ens substãtia: & de cœteris. Tũc ad primam dici potest quod Chymera est aliquod decem prædicamentorum: quia apud Ioannem ens in mente est accidens / & in prædicamento qualitatis: nõ enim quicquid est in prædicamento est ens præter operationem intellectus apud Ioannem. Ad secundam negatur consequentia : quia licet inter non ens fundamentaliter & ens sit medium / non tamen inter ens & non ens formaliter : ut per contradictionem accipiuntur opponi. Sic igitur apparet quo nam modo negatio ipsa intelligatur: hæc de primo. De secundo uero dicamus logice ꝙ negatio semper intelligitur per affirmationem / cui opponitur: declaratur quia per id negatiua propositio quæ composita negatio dicitur intelligĩ :per quod probatur hoc est explicatur. Sed apud logicos semper negatiua probatur hoc est explicatur per affirmatiuam sibi oppositam : igitur per illam intelligitur. Verum non eodem modo : quia negatio uera intelligitur per affirmationem / quæ ĩtelligitur esse falsa : hæc enim homo non est equus intelligitur esse uera : quia illa est falsa homo est equus : negatio autem falsa intelligitur esse falsa : quia affirmatiua sibi opposita est uera : ut ista homo non est animal : quia intelligitur illã esse ueram homo est animal : & sic omnis negatio intelligitur per affirmationem. Sed occurres primo quo nam modo affirmatio per quã negatio intelligitur / intelligenda est. Secundo quia tunc negatiua in qua unum prædicamentorum remouetur ab alio nõ esset inmediata ut hæc substantia non est quantitas : quia hæc potest probari hypothetice per affirmatiuam. Tertio quid facit intellectio negationis & affirmationis simplicis ad intellectionem negatiõis compositæ si illa ĩtelligitur per affirmationem. Ad primam dici potest ꝙ affirmatio uel est inmediata ut hoc est album uel mediata hoc est explicabilis / ut pote resolutione / uel expositione / uel alioquouis probandi genere. Tunc dicendum puto ꝙ si est inmediata : per se patet / uel esse falsam ut si fiat hæc hoc est album / ostenso coruo : uel esse ueram ut hoc est album ostenso cygno. Si uero mediata probatur / uel resolutorie / uel expositorie / uel aliquo alio genere ut logice dicunt. Ad secundam dico ꝙ negatiua illa est inmediamata posterioristici ; quia non potest simpliciter demonstrari / tanq̃ cõclusio simpliciter ignota : prioristice uero potest syllogizari hypothetice ꝑ hoc quia eius contradictoria est falsa. Sed tenendo positionem exterorum ꝙ illa sit uera per affirmationem / quam supponit notiorem ut dicunt: posset & prioristice & posterioristice hypothetice syllogizari. Ad tertiam dico ꝙ cognitio terminorum est tanq̃ causa sine qua non : at affirmatio est tanq̃ causa per se & principalis : hæc logice satis : de tertio uidelicet quo nam modo negatio ab affirmatione ; cui contradicit / distinguatur ;

De secundo

Dubitatione

Solutionum.

De tertio.

facile eſt reſpondere: quia uel nos loquimur de illis ex parte rei: uel quatenus propoſitiones ſunt: quod eſt quatenus ſunt in intentione· Si quatenus ꝓpoſitiões ſunt: dico ꝙ differũt formaliter mõ quo diximus/qa formalitas ẽ cõditio quædã/qua aliqd denoĩatur formaliter tale/ uel tale: mõ formalitas negatõis: qua negatio denoĩatur ẽ alia ab ea qua denoĩat affirmatio: qa ſi negatio eſt falſa/ & affirmatio uera: negatio denoĩatur falſa/& affirmatio uera: igitur differunt formaliter/ſiue ratione·Sin autem econtra: etiam e contra differunt: hæc autem differentia nõ eſt realis/ſed intentionalis/quia eſt illarum ut habent eſſe in intentione· Si aũt loquimur de illis ex parte rei: dico ꝙ non differunt: quia ea differunt quæ ſunt: ut dicunt Sorticolæ/& Ari· quinto huius: Sed ex parte rei ſi negatio eſt/affirmatio non eſt: & ſi negatio non eſt: affirmatio eſt: quia ſi homo ex parte rei eſt animal: ex parte rei illa propoſitio homo non eſt animal/non eſt: & econtra: igitur ſemper altera exponentium erit falſa quare non differunt·Secundo dico ꝙ debent dici non eadẽ: probatur: quia ea quorum unum eſſe poteſt altero non exiſtente/non ſunt eadem: modo hæc ſunt huiuſmodi: igitur nõ ſunt eadẽ· Hæc de dilucidatione·

¶Caput ſolutioum quintum·

His diſputatis/ad ratiões fere omnes patet ſolutio·Prima enim tollitur: quia ſiue negatio alia intelligibilitate intelligatur/ſiue nõ: differt ab affirmatione conditione: qua denominatur talis uel talis formaliter· Per idẽ ad ſecundum· Ad tertiam dico ꝙ inter affirmationem & negationem cõpoſitas non eſt dare per ſe medium: quod nec ſit propoſitio uera/nec falſa: at inter affirmationem & negationem ſimplices datur medium: quia Chymera nec eſt homo/nec eſt non homo: licet neceſſario ſit homo: uel non ſit homo: ut in fine libri priorum deducitur: modo illa formalitas quæ accipitur inter affirmationem/& negationem non eſt propoſitio/ & propterea nihil ad rem· Ad quartam dico ꝙ illa formalitas dicit aliquid poſitiuum: non tamen ſemper in re: interdum autẽ in mente·Exteri uero iuxta eorum uiam enituntur ſatiſfacere: quos omitto· Hæc de ſecunda diſputatione·

¶Tertia diſputatio ſi unum & ens eandem ſubeant naturam·

¶ Caput dubitationum primum·

Quod ens & unum eandem non ſubeant naturam: primo quia tunc tãtum unum eſſet ens: deducitur logice ſic: quia unum eſſet ens: & nihil non unum eſſet ens: igitur tantum unum eſt ens· Secunda exponens

patet: quia illa subeunt eandem naturam. Secundo si unum & ens eandem subirent naturam: tunc multitudo non esset ens: quia cum multitudo non sit unum: nec erit ens: quod est secundum naturam idem quod unum. Tertio unum est generis quanti/quia est principium numeri: & ens est transcendens: igitur non subeunt eandem naturam. In contrariũ sunt Aristoteles & Aueroes & expositores.

¶ Caput tituli secundum.

Quid ens sit: non semel dictum est. Vnum uero bifariam sumi solet: nã aliud est unum: quod est numeri prædicamentarii principium: Aliud transcendens: quod est entis ueluti passio: hoc patet quia duplex est numerus: alius qui ex diuisione continui efficitur: alius ex diuisione essentiarum: modo primi numeri principium est unum prædicamentarium. Si uero numeri principium est unum transcendens. Vlterius unum transcendens potest sumi absolute: & sic cum ente conuertitur: & secundum quid per respectum ad multitudinem: & est una entis differentia: quæ cum multitudine ens diuidit. Natura in proposito pro essentia accipitur: nam natura non nunq̃ pro principio motus accipitur: non nunq̃ pro substantia. Hæc de titulo. Secundi.

¶ Caput positionum tertium.

De hac disputatione Auicenna/opinabatur ens & unum eandem non subire naturam: & eius positio consistit in tribus propositionibus: quarũ prima: est ens & unum prædicantur de omnibus entibus. Secunda ens & unum subiecto eadem sunt: sed natura differunt. Tertia unum est de genere quantitatis: & ita non cum ente conuertitur. Prima conclusio non potest probari: sed supponitur tanq̃ per se nota. Secunda probata fuit. Primo quia si nõ differunt: tunc multitudo non esset ens. Secundo quia si non differunt: tunc esset nugatio dicere ens unũ. Tertio quia unum denominatiue dicitur de ente: & omne quod denominatiue dicitur: dicit aliam naturam ab illo. Tertia probatur: quia omne quod est in ente: est in aliquo entis genere: & si in aliquo entis genere: igitur in specie: & si in specie: igitur est in aliquo eius indiuiduo: Sed omne indiuiduum est unum numero: igitur unum quod conuertitur cum ente est unum numero/siue unum: quod est principium numeri. Secundo unũ quod cum ente conuertitur/constituit numerum: igitur est principium numeri. Hæc de mente Auicennæ. Sed contra Auicennam obicit Aueroes hic & decimo metaphysicæ quia si unum dicit dispositionem enti super additam: esset processus in infinitum: & deducitur: quia sumatur aliquod ens ut homo gratia exempli: cum homo sit unus per dispositionem super additã naturæ entis: quæratur de illa dispositione uel est ens uel nihil; si nihil igitur contra illum/& pro nobis: si ens: tunc cum

Põ auicennæ.

Obiectio auer. Comẽto. iii. Comento. viii. & quinto.

omne ens sit unum per dispositionem superadditam: tunc illa erit una per dispositionem adhuc super additam: & quæratur de illa: & sic abibit in infinitum. Sed exteri refellunt Auerrois hãc rationem primo per hoc quia cõmittit paralogysmũ figuræ dictionis mutando quo in quod: cuius rei exemplum est: quia homo albus est per dispositionem super additam: & cum quæreretur si illa dispositio sit alba uel ne? dicunt ꝙ illa dispositio non est alba. Sed est illud quo aliquid est album: & ita ratio Auerois mutat quo in quod. Secundo uidetur ratio illa comittere paralogismum æquiuocationis: quia dato ꝙ ens esset unum per accidens: nõ sequitur/igitur per aliud: de quo quæratur si sit unum/uel ne. Nam per accidens bifariam dicitur: quia sicut per se bifariam/quia per se primo/ & per se secundo modo dicendi per se: ita per accidens bifariã: quia aliud est quod opponitur per se primo modo: aliud quod opponitur per se secundo modo: & sic non ualet est per accidens tale: igitur per aliud: quia per accidens est multiplex/quod debuit distingui: & ita Auicenna diceret ꝙ ens est unum per accidens/loquẽdo per accidens ut opponitur per se primo modo: non tamen per accidens ut opponitur per se secũdo modo. Sed quanta sit horum temeritas: non est nunc disputandum. Isti enim neminem/qui ante eos scripserit intactum derelinquerũt: immo de omnium philosophorum principe quanta dicant: tu a me dedicisti anno præsenti: eo quia illum alii faciunt malum naturalem/alii pessimum metaphysicum. Sed qa nos contra hos dubitationes quasdam ad studentium eruditiones scribere elaborauimus: omnes huius factionis aduersus nos exclamant/promictentes nobis alii quidem facere/alii autem dicere/ & facere & dicere alii. Sed qui uelint aduersus nos facere & dicere/ rogo ne latrent in foribus domus: sed surgant palam: nam nos expectamus prelium: nec herbam afferre nos illis uidebunt. Ea enim quæ scribimus honesta sunt: & ex bonis auctoribus collecta/ut uidere licet in nostris dilucidationibus. Sed missa ista hæc facimus. Sed rationes horum dico primo non esse absq; amiratione/ nam cum isti post romanum illum nostrum Egidium floruerit: qui tãta auctoritate clarus suis habebat temporibus: debuissent illas legere/ & elidere per Egidii declarationes. Et propterea iusta auctoritate/tum ex Egidio/tum ex Ioanne ab egidio sumente/tum ex his quæ nos in libro destructio destructionũ scripsimus/dicimus cauillos hosce proficisci ex ignorantia dialecticæ/ atq; mala cõsuetudine in logica. Didicimus.n. nos ab Auerroe in libro physicorum primo & ab Aristotele non semel in libro priorum & in libro posteriorum ꝙ argumentum tenet aliquando per se: ut si gratia formæ syllogistice teneret: aliquando per accidens/si gratia materiæ ualeret: ueluti syllogismus ex duabus affirmatiuis in secunda figura. Potest

Obiectio exterorum contra auerroem.

Quę cõtra exteros.

Defensio auer.

Comento. xxv.

enim tenere quia propositiones sunt conuertibiles. Secundo didicimus ab Auicenna/& ab eis qui opinionem Auicennæ explanarunt q̄ unum & ens prædicantur de omnibus: & propterea apud Auicennam hæc est uera unitas est ens/& illa entitas est ens/propter transcendentiam termi norum ut dicunt: & hac ratione unitas est una/& entitas una. Quibus consideratis patet rationem Auerrois esse demonstratiuam gratia ma teriæ/& per accidens/quia si ens est unum per intentionem additam: cũ ens & unum prædicẽtur de quolibet quouis modo sumpto per opinio nem Auicennæ/rationabiliter quærit Auerroes de intentione illa an sit una per se/uel per additum: & hoc pacto per accidẽs potest mutari quo in quod/quia gratia terminorum: quod addunt de albo/non est simile nam album non prædicatur de quolibet. Præterea id quod secundo lo co obiciunt/fallit/nec Auerois mentem perceperunt. Auerroes enim per ipsum per se intellexit non per additum realiter diuersum: per ipsum per accidens uoluit intelligere additum & diuersum realiter: & quærit si ens est unum per intentionem additam/quæratur de illa si sit una uel ne:& si nõ. Tunc unũ nõ de quolibet p̄dicaretur. Si sic/uel est una p se.i.non per dispõnem additã:uel per accidẽs.i.per dispõnẽ additã:nec fundauit rõem sup multiplex:quia semper utitur ipso per se/pro eo qđ est tale sine addi to:& ipso per accidẽs pro eo quod est tale per additũ. Patet igit̃ errorẽ hoꝝ esse totũ ex defectu logicæ. Confutata hunc in modum Auerrois ratione: exteri contra conclusiones Auicennæ cum suis achileis argumẽ tis credunt demonstrare:& per ordinem argumẽtantur aduersus omnes Auicennæ conclusiones. Et primo aduersus primam sic:si ens & unum prædicantur de omnibus ut Auicenna in prima sua ait conclusione: uel uniformiter/uel difformiter. Sed nec sic/nec sic:igitur prima conclusio falsa est. Quod quidem non prædicentur de omnibus conformiter:non indiget probatione: quia apud omnes unum non prædicatur nisi deno minatiue:at ens nõ prædicatur denominatiue. Si uero dicatur illa de om nibus prædicari difformiter/eo quia ens de omnibus prædicatur quidita tiue & per se: unum autem de omnibus denominatiue & per accidens. Contra obiiciunt quia ens non prædicatur de ultimis differentiis: quod deducunt primo/sint namq; A B duæ ultimæ differentiæ:tunc uel A B includunt ipsum ens quiditatiue:aut non:si non:habetur q̄ ens non præ dicatur quiditatiue de omnibus:quia non de A B. Si uero ipsum ens in cludunt quiditatiue: cum non sint omnino idem inter se: habebunt quo conueniunt:& quo differunt:igitur A B nõ erunt primo diuersæ/nec ul timæ differentiæ: quia adhuc aliis differentiis differentes: & ita uel erit ad infinitum procedere: uel est deuenire ad ultimas differentias: quæ nõ includunt ens quiditatiue. Secundo ut in compositione reali standũ est

Rões exteroꝝ Cõtra auicen.

ad duo simpliciter simplicia: quorum unum alterum non includit: ita in compositione conceptuali oportet deuenire ad duos conceptus simpliciter simplices/quorum unus sit extra formalem rationem alterius. Sed cõceptus simpliciter simplex determinabilis est conceptus entis: conceptus uero simpliciter simplex determinãs est ultimæ differẽtiæ: igitur ens nõ includitur quiditatiue in ultimis differentiis. Et sic prima Auicennæ cõclusio est falsa. Secundo principaliter contra secundam conclusionem arguunt. Primo quæcunq; sunt eadem realiter: eandem subeunt naturam: sed ens & unum sunt idem realiter: immo subiectum & propria passio sunt idem realiter: igitur subeunt eandem naturam. Minor probatur/quia ea quorum separatio includit contradictionem: sunt idem realiter. Sed ens & unum/subiectum & propria passio sunt huiusmodi: igitur sunt idem realiter. Maior huius patet: quia sicut separatio aliquorum arguit realem distinctionem: ita impossibilitas separationis arguit identitatem. Maior uero principalis syllogismi patet in textu ubi dicitur ꝙ ens & unum se se secuntur quo ad generationem/& corruptionem. Secundo generatim arguitur de omni subiecto & passione: quia si propria passio esset separabilis a subiecto: tunc subiecto contingenter inesset: & ita scientia non esset necessariorum. Contra uero tertiam obiiciunt primo/quia illa data tunc quantitas esset omnibus prædicamentis ultima: deducitur quia est post unitatem: quæ est passio omnium prædicamẽtorum sequens omnia prædicamenta. Secundo substantia in illo priori in quo præcedit omnia accidentia est una: & non unitate quanti: quia in illo priori non est quanta: igitur unitas non est de genere quanti. Tertio nullum transcendens est certi generis: sed unum est transcendens: cum conuertatur cum ente: igitur non est certi generis. Quarto nihil unius prædicamenti esse potest passio alicuius alterius prædicamenti: sed unitas est passio omnis entis: igitur non est quantitas. Quinto arguũt alii: unitas prædicamentalis est quid positiuum: unitas uero transcendens quid priuatiuum: igitur non sunt idem. Hæc contra Auicennam. Hæc positio Auicennæ potest defendi secundum quandam probabilem intellectum: ubi debes scire ꝙ unum & idem potest esse ut quid prædicamenti certi: ut modus nullius prædicamenti: hæc suppositio de propria passione habetur a principe exterorum in qõnibus uniuersalium: dicit enim ꝙ propria passio ut modus nullius est prædicamenti: sed eius cuius est modus siue passio: ut uero quid est q̃litas: uerbi cã risibile ut modus est ꝑdicamẽti sbæ saltem reductiue: ut qd est q̃litas. Eodem modo possum dicere pro Auicẽna ꝙ unitas ut modus: quo unum quodq; intelligitur indiuisum in se/& diuisum a quolibet alio ente est transcẽdens & nullius certi prædicamenti; ut uero quid est prædicamenti quantitatis. Simi

Defensio Auic.

liter numerus ut modus est transcendens: ut quid est species quanti:tunc per ordinem ad rationes respondeo. Et primo ad primam & dico ꝙ de mente Aristotelis & Auerrois. Ipsum ens descendit immediate in quodlibet: & non per differentias / nec essentiales nec modales: quia si sic: tunc esset genus / ut arguit Aristoteles: & ita concedo ꝙ A & B non conueniunt in tertio conceptu secundum peripateticos: quicquid sit de mente Auicennæ / de qua est dubium: sed ens significat omnia sine medio ut dicit Auerroes: unde ens non prædicatur in quid quiditate cõceptus uel rei apud hos: sed bene inquid de omnibus quiditate nominis significantis plures conceptus: ut sanum inquid de sanis: sub confusione: & sic A B nec sunt differentiæ / nec species / nec genera respectu entis: sed respectu generis / cuius sunt diuisiue: & ita sicut ens prædicatur de speciebus ita de oı̃bus differentiis: & sic de omnibus uniformiter: secundum uero Auicennam ens est tertius conceptus: sed quia non est generis: ideo descendit uniuoce ad omnia sine differentiis: nam respectu entis non sunt differentiæ uel species: sed omnia æqualiter minus communia. Secundo dici potest apud Auicennam ꝙ ens & unum de omnibus prædicantur difformiter ad hunc sensum ꝙ unũ de oı̃bus denoı̃atiue ens de aliquib9 denoı̃atiue: de aliqbus qditatiue ꝑdicat᷑. Ad secundã dico ꝙ resolutio stat ad cõceptus generalissimi & ultimæ differentiæ. Vltra autem generalissima non est aliquid commune / nisi nomen / secundum Boetium. Ad rationes contra secundam conclusionem / ad primam / negat᷑ minor: ad probationem uero negatur maior: quia separatio materiæ & formæ implicat cõtradictionem: & tamen sunt duæ res / duæꝗ naturæ. Ad probationem dico ꝙ separatio non arguit distinctiõem realem / tanquã causa illius cõuertibilis: quia possunt nonnulla realiter esse diuersa: quorum est ĩpossibilis separatio. Ad secundam concedo propriam passionem non posse separari a subiecto: & tamen distinguitur re prædicamenti ab illo: quia subiectum potest esse res substantiæ: & propria passio res qualitatis. Ad rationes contra tertiam ad primam dici potest: tunc sequi quantitatem esse omnium ultimam: quando unitas ut quid & ut modus esset de genere quanti: modo quia solum est de genere quanti ut quid: quomodo non est passio: ideo non sequitur. Ad secundam dico ꝙ in illo priori est una sumendo unitatem ut modum: & ut sic nullius prædicamenti est. Ad tertiam dico ꝙ nullum transcendens est certi generis eodem modo: nunc autem unitas ut modus est transcendens: ut quid est certi generis. Ad quartam patet solutio potest enim esse aliquid nnius prædicamenti passio alterius ut modus ut dictum est. Ad quintam Auicenna uult ꝙ unitas dicat dispositionem & naturam aliam positiuam additam enti: ex his apparet ꝙ si est aliqua ratio contra Auicẽnam: illa est Auerrois quã

Põ exterorum p cõclusiones

paulo ante exposuimus • Nunc de positione exterorum agamus : quæ hac in re famosa • Prima igitur conclusio eorum est q̃ sumendo unum secundum quid atq; prexe/sic non dicit eandem naturam cum ipso ente conuertibiliter:at si sumatur simpliciter atq; fuse:sic unum & ens unã dicunt naturam conuertibiliter • Pars prima patet:quia multitudo est ens: quæ non est unum:igitur unum & ens ut sic non conuertuntur • Secunda fuit declarata : quia de quouis ens dicitur:de illo etiam unum dicitur•

Prima•

Secunda•

Secunda conclusio ens & unum communiter sumpta nõ dicunt eandem naturam quiditatiue & formaliter•Primo quia tunc esset nugatio dicendo ens unum:ueluti cum dicimus hominem animal • Secundo quia sic prædicarentur de se ipsis in abstracto:& sic illa esset uera entitas est unitas:deducitur quia quæ sunt idem formaliter & quiditatiue:de se ipsis in abstracto prædicantur . Tertio quia unum de ente in quale prædicatur: tanq̃ illius passio : at ens de uno : non sic : quia per se non conuertitur • Quarto ens prædicatur formaliter de his tantum quæ sub ipso continentur:modo unum sub ente non continetur:ut patet per omnia sub ente cõtenta discurrendo • Quinto si unum est idem formaliter enti : uel est illud præcise/& nihil aliud : & tunc idem esset sui ipsius passio : si aliud quid addit:sit illud A : & quæratur de ipso/ut de uno:& sic uel erit processus in infinitum:uel erit deuenire ad aliquod quod est passio entis prima cum ipso conuertibilis/& ab eo formaliter distincta : & sic standum est in uno . Tertia conclusio unum & ens sunt idem realiter / probatur tum quia eadem gñatione generantur/& eadẽ corruptione corrumpuntur • Tum uel maxime quia in uno tertio realiter conueniunt • Quarta conclusio unum quod conuertitur cum ente dicit formaliter aliquid positiuum:probant primo : quia si nihil adderet præter negationem . Tunc unum esset pura negatio : igitur non posset esse idem realiter ipsi enti : quia nulla negatio est idem realiter alicui positiuo • Secundo unum dicit perfectionem simpliciter : igitur non est pura negatio • Secundo omnia una reducuntur ad summum unum: igitur unum non est pura negatio• Tertio unum habet rationem mensuræ in quolibet genere:igitur non est negatio pura • Quarto numerus fit ex unis : igitur unum non est pura negatio:nulla enim res positiua ex negationibus conficitur• Quod si soluendo rationes recurras ad fundamentum : & sic est idem realiter positiuo quo ad fundamentum :& quo ad fundamentum omnia reducũtur ad unum:& quo ad fundamentum habet rationem mensuræ:& quo ad fundamentum conficit numerum. Contra arguunt quia unum est uera entis passio:& non ratione fundamenti/nec ratione negatiõis/igitur ratione alicuius positiui formaliter additi enti:hæc est positio exterorum.Sed horum positionem examinando:dico primo q̃ nihil in his conclusionib9

Nota de põne exterorum

est necessarium/dico secundo ꝙ sunt falsæ & inter se cõclusiones hæ repugnantes. Quantum ad primum/Conclusio prima disputabilis est uidelicet si unum quod cum ente conuertitur/diuidatur contra multitudinem:& uidetur ꝙ non. Primo quia tunc multitudo non esset ens:deducitur illa non est unum : igitur non est ens. Secundo ens diuiditur per unum & multa:igitur unum non conuertitur cum ente: quia nullum diuidens conuertitur cum eo:quod diuidit. Tertio si sic tunc diuisio entis p unũ & multa nõ esset per opposita:quia unũ diceretur de multitudine. igitur non contra diuiditur illi. Quarto quo modo potest ens de multitudine prædicari:de qua non prædicetur unum : & tamen unum cũ ente conuertitur : pro parte opposita arguitur : quia tunc idem esset unum semper duplici unitate : semel unitate entis:& semel unitate contradiuisa multitudini:ut una ouis esset una unitate entis:& una ut distinguitur cõtra multitudinem ouium. Secundo unum quod conuertitur cum ente: nihil addit enti ut dicemus nisi duplicem negationem.s.in diuisionem in se:& diuisionem ab alio ente. Modo unum ut sic potest de multitudine prædicari:potest enim quædam multitudo esse indiuisa in se respectu alterius & diuisa ab aliis. Insuper dicimus duæ sunt hæ multitudines pecorum & bouũ:igitur possunt dici una & una : quare unum dicitur de multitudine : igitur unum quod conuertitur cum ente uidetur unum quod ipsi multitudini contradiuiditur: probabiliter igitur defendi potest idem esse unum quod cum ente conuertitur:& quod multitudini contradiuiditur:ubi debes scire ꝙ aliqua possunt inuicem de seipsis prædicari:quorũ rationes de se non prædicantur : ut homo & risibile possunt mutuo prædicari:& tamen risibilitas de humanitate non prædicatur. nec econtra:sic in proposito unum potest de multitudine prædicari : tamen indiuisio : quæ est ratio unius de diuisiõe/quæ est ratio multitudinis minime prædicatur. Amplius ens & unum mutuo de se prædicantur : rationes tamen entis non enim indiuisio est entitas. Tunc ad primam dico ꝙ multitudo est una:licet ratio multitudinis non sit ratio unius. Ad secundam dico ꝙ ens diuiditur per unum & multa quo ad rationes formales : non autem quo ad res illis omnibus subiectas:& sic unum potest conuerti cũ ente:non quidem quo ad formale : per quod illud diuidit : sed ut unum : quo ad materiale & formale includit. Ad tertiam dico ꝙ illa diuisio est pro opposita quo ad rationes formales : non aliter. Ad quartam dico ꝙ ens prædicatur de multitudine/& unum de multitudine : non autẽ quo ad formalia quibus differunt inter se. Aliter Ioannes indicat : dicit enim ꝙ multitudo non est ens : sed entia:& sic non est unum:sed ipsa una: Verum probabilior est prima : quia multitudo dicitur & una:& ens. Item & ens & entia:una quidem ratione habita ad alias duas:& ens ratiõe ha-

Vtrũ unũ qđ enti cõuertitur diuiditur cõtra multitudinem.

bita ad non ens hæc de prima conclusione. Nunc quæ sint falsæ & repugnantes dicamus: & primo de secūda arguo sic ens/& unū sunt eadem realitate p exteros & realiter: igr̄ eadē formalitate & formaliter: añs est eorum in tertia conclusione: & enthimema deducitur: quia quæcunq; sunt eadem in rōe inferiori/sunt eadem in rōe supiori: modo realitas est inferior formalitate: est enim omnis realitas formalitas: quia omnis realitas est ratio obiectiua & cætera: non tamen omnis formalitas est realitas: quia conceptus entis est formalitas quædam secundum dictum sensum: non tamen est realitas: quod si conuertantur: erit magis pro nobis: igitur quæcunq; realitate sunt eadem: etiam formalitate eadem sunt: ut quæcunq; sunt eadem homine: sunt eadem animali. Rudes enituntur soluere rationem hanc dicentes formalitatem posse sumi pro quiditate/& pro conceptibilitate: quæ est ratio obiectiua/ex parte rei & reliqua: dicunt q̄ realitas est formalitas sumpta pro conceptibilitate: non autē pro quiditate. Sed isti nesciunt quid uelint: saltem enim sequitur ut unum & ens sint eadem conceptibilitate siue formalitate conceptibili. Sed hoc est contra exteros: nam exteri uolunt illa distingui formaliter cōceptibiliter: non autem realiter. Quare ratio stat in suo esse: q̄ si sint eadem realitate & realiter: erunt eadem formaliter/& formalitate: & hoc sumēdo formalitatem pro conceptibilitate: quod exteri negarent. Contra tertiam obicit Ioannes & acute sic: quæcunq; distingūtur formalitate & formaliter: distinguntur realitate & realiter: probatur/quia quæ distinguntur in rōe supiori: distingūtur in rōe inferiori ut quæ distigūtᷣ in rōe aīalis distinguntur in rōe hominis: oīa enim quæ animali differūt/homine uel equo differunt. Modo formalitas est superior ad realitatem: & sic quæcunq; formalitate & formaliter distinguntur/realitate & realiter distinguntur: igitur non possunt unum & ens esse eadem realitate si formalitate distinguntur. Quidam negarunt maiorem huius obiectionis & dederunt instantiam: sed ad nostram probationem nihil dixerunt / nec dicere possunt. Immo hæc ratio ad certum propositum solet fieri ab exterorū principe contra Thomam: & ita qui enitetur soluere hanc rationem: enitetur soluere rationem de habitu contra Thomam: quam ille fecit in libro sententiarum primo in prologo. Et ita ego non aliis contra ipsum argumentatus sum: nisi suis uiribus: suis enim & ipsis uiribus ruit: Et animaduerte q̄ iste duæ rationes fundantur in dictis istorū: nam isti uolunt formalitatem hic sumptam esse omne illud quod est extra nihil cuiusmodi sunt modi intrinseci/differentiæ ultimæ/& id genus: & hoc pacto realitas quouis modo sumpta est inferior ad formalitatem: & iō istæ duæ rationes sunt efficaces contra eos. Quarta conclusio est directe cōtra peripateticos: ut prima disputatione primi libri disputaui: & nunc

Solutio quædā

Replica.

Rō hæc ē scoti primo sn̄iarum in ꝓlogo: ubi reprehēdit Tho. de hītu & forā: uide eum.

solum uolumus esse dictum in tantum Rationes uero horum soluentur capite quinto. Hæc de exteris. At Plato philosophus celeberrimus de disputatione uoluit unum esse ante ens:& ipso prius atq; cõmunius:quippe cum apud eum materia & prima causa sub uno continentur : non autem sub ente:huic Proculus assentitur appellans ipsum ens primã creaturaꝝ: hanc põem Parmenides uoluit dum dixit omnia esse unum:aspexit.n. ad deum qui omnia est eminenter. Sed huic põi in hoc quarto Aristoteles obiecit/probans unum & ens dicere eandem naturam cum eadem ꝑculdubio gñatõie generẽtur/eademue corruptione abolescant. Amplius est hoĩs & unius hominis eadẽ ratio. Præterea differẽtiæ entis & unius sunt eædem:& alia plura frequenter in hoc libro lectitabis:non tamen uolo te ignorare ab Aristotele etiam ens esse acceptum interdum pro ente prædicamentario:& hoc pacto sumpsit Plato:nam hoc modo unum est añ ens interdum pro cõmunissimo:quod de prima causa dr̃/& causato ut dicit Simplicius:& hoc pacto accepit in libro metaphiscæ;quo modo Plato cõcederet ens & unum conuerti:hæc de positionibus. Põ platonis. Confutatio Consilium.

¶Caput dilucidationis quartum.

¶De disputatione sunt duo modi:unus dicebat ens & unum & generatim omnia trãscendẽtia eẽ penitus symonyma siue multiuoca:Alius modus dicit illa esse natura & realitate eadem/diuersa tamen rõe:non quidẽ ex parte rei:sed ex parte intellectus nostri considerantis inter illa. Sed ad euitandum nugationem iuxta primum modum dicebamus prima disputatione primi symonyma eẽ aliqua:quæ de significato & de consueto modo significandi sunt eadem:aliqua quidem quæ de significato sunt eadẽ: non aũt de consueto mõ significandi:uestis quidem & tunica & de significato & de consueto mõ significandi eadem sunt:at ens & unum de significato quidem sunt eadem:non aũt de consueto mõ significandi : quia de consueto significandi mõ unum significat indiõem:quam ens de cõsueto mõ significandi non significat:& sic euitabimus nugationem. Secũdo soliti sumus euitare nugationẽ:quia dicere solemus aliqua eẽ symonyma in concreto:quæ nõ sunt symonyma in abstracto:uel quod idem est aliqua esse symonyma quo ad significata:quæ non sunt symonyma quo ad rõnes significãdi noĩum:ut ens & unum:in concreto quidẽ:quia nihil realiter uel formaliter dicit alterũ:de quo in concreto non dicat aliud : unum enim est ens/unitas est ens/& indiuisio est ens. Similiter econtra:in abstracto autem non:nec quo ad rationes significandi nominum:quia unitas non est entitas/nec econtra. Indiuisio etiam non est entitas nec contra : & sic hæc sunt simpliciter symonyma ; quæ secundum rationes Primus modus dilucidandi. De nugatione. Prima sulutio. Secũda solutio.

eorum formales non ſunt ſymonyma : & ſic euitatur nugatio • Quare ſtat illa eſſe ſymonyma : & non eſſe nugationem dicendo ens unum:uel unum ens : quia licet ens prædicetur de uno couertibiliter : & de indiuiſione : quæ rõ eſt unius : entitas tamen uel ratio entis non prædicatur de ratione unius ſiue in diuiſione • Et propter hoc euitatur nugatio:& ut diximus de uno/ſic de cœteris tranſcendentibus dici poteſt • Ex his ſequitur ꝙ licet unum & ens iuxta hunc modum ſint multiuoca ſiue ſymonyma : non tamen ita ueluti ueſtis & tunica : quoniam hæc ſunt & de ſignificato & de conſueto modo ſignificandi eadem : uel ſunt de ſignificato: & rationibus ſignificandi eadem : ideo eſt nugatio dicere ueſtis tunica:& id genus • Verum de his in prima diſputatione primi• Secundus modus communis & magis explicatiuus eſt tenendo ens & unũ non eſſe ſymonyma : immo differre ratione intellectus • Ad cuius euidentiam eſt animaduertendum primo ꝙ unum nihil poſitiuum dicit præter ens• Sed duplicem per intellectum addit negationem • Prima eſt indiuiſio in ſe : cuius fundamentum eſt identitas ſui ad ſe • Secunda & alteri non identitas • Et ſic prima negatio eſt diuerſitatis : ſecunda identitatis• Ex his ſequitur ꝙ præter operationem intellectus nihil eſt formaliter unum : ut nec lapis/nec homo:nec aliquid id genus•Deducitur quia unum enti addit ſolum negationem:ſed negationes & priuationes non ſunt niſi res intentionales/& non reales : igitur præter intellectum nihil eſt formaliter unum : ſed ſi aliquid eſt unum : id eſt materialiter /ſiue identitate / ſiue fundamentaliter • Secundo ſequitur ꝙ dum dicitur deum eſſe unum/nihil aliud eſt dicere/q̃ deum eſſe fundamentum unitatis : & id cui (cum conſideratur ab intellectu) non poteſt ſibi attribui / niſi unitas & non multitudo • Tamen circumſcripto actu intellectus nec Deus / nec aliquod ens eſt formaliter unus • Tertio ſequitur qđ ſi dicitur deum eſſe unum præter operationem intellectus / non intelligitur niſi ipſum eſſe ens : quod dum conſideratur ab intellectu per nullum actum poteſt ſibi attribui niſi unitas/& nullo pacto multitudo • Quarto ſequitur ꝙ nihil extra intellectum eſt formaliter multitudo : Sed ſi dicatur : hoc eſt pro tanto : quia dum conſideratur ab intellectu : ſibi multitudo ſolum tribuitur • Hæc enim omnia & alia id genus ſecuntur : ſi negationes & priuationes ſint ſolum res intentionales : ut tenent expoſitor / Auerroes / & omnes boni peripatetici•Ex his ſequitur ſolutio diſputationis ſecundũ communem opinionem/ꝙ unum nihil poſitiuum addit præter ens : hæc probatur ſupponendo ſecundum Auerroem / & expoſitorem / & Egidium/& omnes ꝙ quicquid eſt poſitiuum & reale eſt unum per conſiderationem intellectus illi tribuentis duplicem negationem : uel ſaltem quod non ſit unum formaliter tantum / ſed uel denominatiue/

Excerptum• | Secundus modus cõmunis• | Excerptum primum. | Secundum• | Tertium | Quartum • | Concluſiões peripateticæ• Prima•

uel quasi denominatiue de mente exterorũ:probo igitur primo istud positiuum additum est ens formaliter:igitur secundum eos unum denominatiue. Hæc enim consequentia tenet per eos: qui dicunt unum de ente formaliter non prædicari/nisi denominatiue. Sed negabis añcedens: ut ipsi negant: ideo probo: quia illud est formalitas:igitur ens: antecedens rursus probatur primo: quia distinguitur illud per eos ab ente formalitate:igitur alia est eius formalitas/& alia illa entis: igitur est formalitas. Præterea est ratio obiectiua ex natura rei apta terminare intellectum:igr formalitas. Præterea illud positiuum/quod addit unum ipsi enti distinguitur formaliter a nihilo: quia affirmatio per eos dicit distinctam formalitatem a negatione: quam destruit:igitur illud erit formalitas quædam. Ex iis omnibus sequitur illud additum esse ens formaliter/quia ut proxima dixerunt qõe ens & formalitas & obiectũ intellectus sunt æqualis ambitus. Et tunc ratio componitur sic hypotetice si unum adderet enti aliquid positiuum: tunc illud esset formale uel formalitas quædam/ut pdeducta patet. Vltra esset formalitas uel formale:igitur ens formaliter per deducta. Vltra ens formaliter: igitur unum denominatiue. Et sic quæratur de illa unitate: reddibitq; ratio Auerrois: de reductione rationis contra expositorem nihil aliud est: quia apud expositores & Auerroem/atq; Egidium: ens quod est unum quasi denominatiue est id omne quod est formaliter positiuum: ut supposui: at negatio quam ipsum unum enti superaddit: cum non sit quid positiuum:non dicitur una/nisi se ipsa/ueluti albedo est alba se ipsa:quatenus est id quo aliud est album. Sic enim negatio: qua unum dicitur formaliter/cum non sit quid positiuum: illa est una se ipsa: quatenus est id quo aliud est unum:differt uero dicere unum & album: quia album cum sit prædicamentarium non dicitur de suo formali: quia non est uera hæc albedo est alba:cum uero ens & unum dicuntur de quolibet/& sint transcendentia: dicuntur etiam de suis rationibus: quia entitas est ens/& unitas est ens/& indiuisio est ens. Itemq; entitas est una/indiuisio est una/& unitas est una. Quo igitur ad modum prædicandi unum differt ab albo: non autem quo ad res prædicantes: quia ut albedo est alba se ipsa/sic idiuisio/siue negatio una se ipsa: uerum illa non conceditur albedo est alba propter limitationem nominis: at illa sic. Ex his apparet q; reductio hæc nulla est: quia apud peripateticos uidelicet illud additum est positiuum: igitur unum quasi denominatiue/uel per unitatem aliam aliquo modo ab illo. Sed non ualet de negatiuo: quia potest aliqua negatio esse una se ipsa: & non per unitatem aliquo pacto aliam ab ea:ut indiuisio qua ens dicitur unum:se ipsa est una:hæc ratio quæ fuit Auerrois:uolo ut sufficiat: cæteras nolo defendere: quoniam sunt iuniorum:quibus nullam præsto fidem. Vnde

Vis rõis.

Epylogus rõis

breuiter tota uis rationis est hæc /illud reale positiuum: qđ addit unum ipsi enti: est formaliter ens: igitur denominatiue/ uel quasi denominatiue unum: antecedens est expositoris Auerrois & omnium: & illud cogũtur concedere exteri per eorum positiones/ut declaraui. Consequens est omnium/ & illud concedunt exteri. Tu uero soluas/si potes: de negatiõe uero nostra: quam unum enti addit: non oportet dicere illam esse unam/ alia & quasi denominatiua unitate: quia illa non est ens formaliter positiuum: propterea se ipsa est talis. Secunda conclusio unum enti non addit nisi negationem: deducitur quia unum enti addit aliquid: & non realiter atq; formaliter positiuum: igitur negationem: quid autem sit hæc negatio/patuit. Sed occurres huic positioni per rationes nostras prima disputatione huius: primo sic nihil distingui potest ab ente per aliquid: quod est ens. Sed illa negatio/est ens: igitur per illam unum ipsum non distinguitur ab ente. Secundo tunc ipsum ens non prædicaretur formaliter de ipso uno deduco: quia nihil prædicatur formaliter de aliquo: cuius ratio distinguitur formaliter a ratione alterius: sed ratio entis differt formaliter saltem per intellectum ab ipsius unius ratione: ut positio dicit: igitur ens non prædicatur formaliter de ipso uno. Tertio principaliter dubitatur/si ens prædicatur formaliter de differentiis ultimis/ de passionibus entis/de modis intrinsecis/& id genus: uidetur enim q̧ nõ per rationes exterorum factas contra Auicennam. Quarto dubitatur: utrum unum: quod cum ente conuertitur sit unum numero: omne enim unum est aut genere/aut spẽ/aut numero. Quinto uĩ q̧ unum nõ sit illa duplex negatio: quia tunc non eẽt idem realiter enti: quia nulla negatio est idem realiter alicui positiuo. Præterea arguas per oẽs rões exterorum factas pro ultima eorum conclusione. Et animaduerte: q̧ quæcunq; dixero de uno: possunt dubitari de cœteris quæ cum ente cõuertuntur ut bonum/uerum/& id genus: quare eadem solutio competit. Secundo nota: q̧ prima disputatione huius probabiliter tenui illa sex esse symonyma/ atq; multiuoca: & posset defendi illa positio disputandi gratia: at nunc hæc positio tenetur magis pro mente peripateticorum: his præmissis ad dubitationes dico: & primo ad primam ubi debes scire q̧ ratio entis includitur in uno/& in oĩbus his: quæ cũ ente cõuertũtur: rõ tñ unius nõ includit in ente nec rõ boni ĩcludit in ente. Tũc nego maiorẽ: põt.n. ĩpm unum distingui ab ente: non per hoc: quia rõ unius non sit ens: sed p hoc quia rõ unius non est de rõe entis: & sic unum distinguitur ab ente/quia ratio unius non includitur in ente. Similiter bonum distinguitur ab ente quia ratio boni / non includitur in ente. Sed replicabis fortiter: Primo quia si ratio entis includitur in uno ipso / & in bono / & in cœteris communibus: & non econtra: tunc ipsum ens prædicaretur de

Secũda conclu.

Replicæ & dubitationes.

Replicæ.

illis non conuertibiliter:sed tanq̃ superius de inferioribus. Secundo nun quid ratio unius includatur in cœteris:uel quo modo differunt illa cõuer tibilia inter se. Ad primam nego consequentiam/nam rõ hominis inclu- Solutio.
ditur formaliter in risibili:& non econtra:& tamen hõ de risibili prædica tur per se primo modo conuertibiliter:bene ratio hominis includitur in risibili & disciplinabili/& omnibus passionibus/& non econtra:& tamẽ conuertuntur omnia. Ad secundam dico q̃ ita est de illis quæ conuertun tur cum ente:sicut de illis:quæ conuertuntur cum homine: mõ rõ homi/ nis in omnibus illis includitur: nulla tamen rõ alicuius illorum includit̃ in aliquo alterius. Sic dico de his quæ cum ente conuertuntur:nam ratio entis in omnibus illis includitur: & tamen nulla cœterorum includitur in aliqua illorũ:hoc autem maxime patet:si inter illa nullus sit ordo essen tialis:nam qui ponerent inter ea ordinem essentialem:forte cogerẽtur di- cere rationem prioris includi in omnibus posterioribus:& sic usq; ad ul- timam. Ad secundam dico q̃ ens prædicatur de omnibus illis formaliter: quia rõ entis includitur in omnibus illis formaliter:econtra autem nulla ratio cœterorum in ente includitur:& ita nullum cœteroꝝ prædicatur de ente formaliter. Sed replicabilis ratio entis nõ prædicatur de rõe aliqua Replica.
illorum:quia non est hæc uera indiuisio est entitas:igitur nec ens de uno: uel de aliquo illoꝝ. Ad hoc nego consequentiam:quia aĩalitas non prædi- Solutio.
catur de humanitate: & tamen animal prædicatur formaliter de homi- ne. Amplius homo prædicatur formaliter de risibili: & tamen humani- tas non de risibilitate. Ad tertiam diximus q̃ peripatetice loquendo/ens non est prædicatum de aliquibus: & sic de nullis prædicatur formaliter: solum enim dicitur prædicatum secundum opinionem / hoc est secun- dum similitudinem:non autem in rei ueritate: ut primo priorum dixi- mus capite de inuentione medii : tamen concedendo ipsum esse præ- dicatum secundum opinionem/uel secundum metaphoram. Dico pri- Nota.
mo quod prædicatur formaliter de omnibus: ut dixi /& de passioni- bus & modis/& differentiis ultimis & omnibus id genus: quia ratio en- tis includitur in omnibus: & nulla cœterorum in ente; & ut dixi illa om nia respectu entis non se habẽt ut differentiæ uel passiones nisi forte se- cundum opinionem. Tunc ad rationes exterorum: licet sit bene respon- sum: etiam dico q̃ A & B differentiæ ultimæ formaliter in ente conueni unt: & negatur q̃ differunt. Immo sunt primæ diuersæ se ipsis differen tes. Sed dices primo diuersa in nullo conueniunt: potest dici/q̃ primo diuersa sunt quæ nõ per aliquid dñt/& per aliquid cõueniunt. Sed quæ se ipsis dñt:siue conueniant/siue non. Præterea ipsi cõcedũt aliqua pos- se cõuenire in cõceptu reali:& eẽ primo diuersa in realitate:igitur non est de rõe primo diuersoꝝ ut nõ cõueniãt;sed tãtũ ut p nihil dñt:sed solum

de ipsis · Hæc dixi tenendo opinionem Auicēnæ:nam quid peripatice sit dicendum dictum est:per idem ad secundam dico q̷ in compositiōe reali & intentionali non est omnino similitudo : quia dato q̷ ultima resolutio stet ad conceptum entis/& ultimæ differentiæ:non oportet quodlibet illorum esse extra rationem cuiuslibet alterius:sed solum quod alterum sit extra ratiōe alterius:& sic similitudo nulla:in resolutione·n·intellectuali nō oportet contrahibile esse extra rōem contrahentis:sed solum ecōtra: secus est de gn̄e siue potentiali/& de actuali:nā genus est extra rationem differentiæ & ecōtra:& ꝑpterea ens non fuit genus:qa est de rōe cuiuslibet apud Aristo· Ad rōem quartæ dubitatiōis:ad primam dico q̷ unum quod conuertitur cū ente non est unum numero:nec unū specie/nec unū genere:sed unū transcēdente:unum·n·numero addit illā duplicē negōem sed non eodē mō:dr̄ enim unū numero:quod nō est nūo sub eadem spē in se diuisum:nec est idē alicui eiusdē spēi:unum spē:quod nō est diuisum in spē:nec idem alicui eiusdem spēi:unū gn̄e quod nō est diuisum in gn̄e: nec idem alicui sui gn̄is:at unū quod cum ente cōuertitur/est quod non est diuisum in ente:nec idē alicui enti:& ita istæ negōes sunt respectu cōmunioris·Ad rōes quintæ dubitationis· Ad primam dico q̷ unū non est illa duplex negatio nisi quo ad foꝛ̄ale:quo·n·ad materiale nihil aliud est q̄ ens illud:cuius est unitas:& concedo q̷ illa duplex negatio/nec est idē realiter/nec distincta realiter ab ente positiuo:quia non est ens reale· Sed potest dici illa negatio non idem realiter enti ; nō tamē propter hoc/ipsum unum non erit idem realiter enti/absolute:nisi quo ad formale:stat enim unum esse idem realiter enti:cuius formale non est idem realiter illi· Sed dices:igitur absolute erit dicendū non idem realiter:quia formale est potius materiali cuiuis · Dico q̷ in hoc casu materiale est potius : eo quia materiale non est ens rōnis ; formale uero est ens rationis:quando enim ambo essent eiusdem maneriei/semper formale esset potius · In diuersis uero maneriebus secus est·In artificialibus enim tota substantia est subiectum/& non forma/ut dicitur secundo de anima cōmento octauo·Ad secundam dico q̷ unum formaliter nec est perfectio simpliciter/nec imperfectio : quia quo ad formale nō habet eē extra intellectum:est autem unum perfectio simpliciter quo ad materiale:& sic ratio cōcludit uerum uidelicet q̷ ipm̄ unum nō est pura negatio · Ad tertiā dico q̷ p̄ter opōem intellectus entia nō reducuntur ad unū foꝛ̄aliter:sed bn̄ ad illud quod nō pōt actu cōsiderari nisi ut unū·Ad quartā dico q̷ p̄ter opōem intellect9 formaliter nihil est magis unū altero:sed bn̄ unū est cōsiderabile ab intellectu sub maiori unitate q̄ alterū·unū·n·eē magis unū altero : nō ē aliud q̄ q̷ cū consideratur ab intellectu reperitur magis unum · Ad quintam dico q̷ extra intellectum nulla est mensura/nulla est ratio unius:sed unū

Replica·

Solutio ·

Cōmēto·viii·

unum dicitur mensura : quia quando consideratur id quod est mensura/ inuenitur unum. Ad sextam dico ꝙ nullus est numerus extra animam formaliter:sed bene ea quæ sunt numerus:& propterea non componitur extra animam ex negationibus. Ad septimam nego ꝙ unum sit uera passio entis:quoniam semper passio est res alterius prædicamenti a subiecto dicitur autem passio secundum opinionem/ueluti ens est subiectū secundum opinionem/& prædicatū secundnm opionem. Modo dico ꝙ ideo dicitur passio secundum opionem/quia enti addit aliquam negationem: quæ non est de essentia illius. Hæc ad rõnes exterorum. Ex his sequitur ꝙ iuxta hanc communem positionem unum & ens non sunt symonyma nec est nugatio dicere ens unum:uel ens bonum/& id genus:quoniam licet unum & ens sunt ex parte rei omnino idem/formaliter autem expte intellectus distingũtur:quæ distinctio tollit symonymitatem/& nugationem. Animaduerte ꝙ licet prima disputatione huius probabiliter tenui unum & ens esse symonyma/& euitaui nugationem : nunc secutus sum opinionem ueriorem. Illam.n.põem dixi ad acumen intellectus:hãc ꝓ ueritate/& magis cõuenienté uerbis Aristotelis & bonoꝝ expositoꝝ: hæc de dilucidatione.

¶Caput solutionum.

¶ Ad primam exteri & Ioannes cõcedunt totum:ut.n.illa est uera tantũ ens est:sic hæc tantũ unum est:nec istam improbauit Aristo.lib.physic. sed ꝙ tantũ sit unum numero simpliciter & determinate ut unũ Socrate uel unũ Platone/& id genus. Egidius negat consequentiã:qa licet unum & ens sint idẽ cõuertibiliter:tñ unum addit enti indiõem:& sic sensus eẽt tantũ unum est:ꝙ unũ sit:& nihil non unum sit:& ita excluderet multitudo ab entibus:quare negatur consequentia. Sed quæres obiter quonã mõ probetur exclusiua primi ordinis:ut illa tantũ aĩal est hõ:cõiter a forticolis tenetur ꝙ ꝓbetur per præiacenté & per negatiuã de sͣbo piacẽtis infinitato uel negato:hoc pacto aĩal est hõ:& nihil non aĩal est hõ:igitur tantũ aĩal est homo:nõnulli uolũt ꝙ probetur solũ per illam negatiuã de sͣbo exclusiue infinitato uel negato uidelicet nihil nõ aĩal est hõ : igr̃ tãtũ aĩal est hõ. Sed haꝝ põnum prima uı̃ contra Arist.in p̃dicamentis:ubi cõcedit illam solæ secundæ sͣbæ sunt genera & spẽs:& eam ꝓbat sic: oĩs secunda sͣba est genus uel spẽs : & nulla nõ secunda sͣba est genus nec spẽs: igitur solæ secũdæ sͣbæ sunt gña uel spẽs. Minor est uera:quia accidẽtia nõ sunt gña & spẽs ꝓprie. Secunda expõ falsa est:qa non ualet nihil non aĩal est homo:igitur tantũ animal est homo:quia dato ꝙ nullum animal sit in mundo:antecedens est uerum sine consequente. Aliter dici solet ꝙ oĩs exclusiua primi ordinis ꝓbatur per uniuersalé p̃iacenté & negatiuam

De probatione exclusiue.

Põ scoti.

Confutatio;

de subiecto negato hoc pacto omne annimal est homo/& nihil non animal est homo:igitur tantum animal est homo : & quia exponens prima est falsa : ideo negant propositionem:sed si dicatur hæc est uera tantum socrates est musicus & tamē non per uniuersalem præiacentem exponitur : dicunt ꝙ exponitur sic omne quod est socrates est musicum:& nihil non Socrates est musicum : igitur tantum Socrates est musicus · Sed de his alibi quære : hæc dicta sunt ad excitandum · Ad secundam negatur: quia multitudo est una & ens : & dico ꝙ unum diuiditur secundum rationem formalem a multitudine hoc pacto ꝙ ratio multitudinis non est de ratione unius:tamen ratio unius est de ratione multitudinis:uel licet differunt secundum rationem formalem : tamen unum prædicatur de altero saltem quasi denominatiue · Ad tertiam dico ꝙ illi modi unius nullius sunt prædicamenti/sed sunt transcendentes·similiter negatur ꝙ unū sit principium numeri prædicamentalis:est enim principiū numeri transcendentis:hæc de disputatione tertia·

Quarta disputatio est si propria passio differat a subiecto suo : & quo nam modo differat·

¶Caput dubitationum:

¶Quod passio nō differat secundum rem a subiecto multifariam argui solet · Primo quia ut dicitur primo posteriorum si affirmatio est cā affirmationis:negatio etiam negationis causa est:igitur si separatio est causa distinctionis realis:impossibilitas separationis erit causa idētitatis realis· Secundo illud quod competit alicui circumscripto ab eo omne quod distinguitur realiter ab illo/est idem realiter illi · Sed propria passio competit alicui subiecto ut risibile homini circumscripto ab eo omni eo quod differt realiter ab ipso : nam ab homine si remoueatur omne realiter distinctum : adhuc homo est risibilis:igitur propria passio non differt realiter a subiecto · Tertio si subiectum distingueretur secundū rem a propria eius passione/subiectum posset esse sine sua propria passione:deducitur : omne absolutum prius essentiale / & realiter distictum a suo posteriori/potest esse uel saltem sibi non repugnat esse sine illo : ut patet quinto huius capite de priori : at subiectum repugnat esse sine sua propria passione:igitur non differt secundum rem ab illa· Quarto potentia materiæ nō differt apud Auerroem ab ipsa materia:est enim potētia materiæ nihil aliud q̄ ipsa materia potēs secundū Auerroem in libro de substantia orbis:& tamen potentia est proprium proprioꝝ materiæ : ut dicit ipse · Quinto inclinatio rei uel aptitudo rei & appetitus rei non sunt

aliud q̃ ipsa res apta ad suam perfectionem ut colligitur primo phisicorum. Sed propria passio non est aliud q̃ aptitudo subiecti ad propriam opationem: igitur non differt a subiecto. Sexto passiones entis ut unum/uerum/& id genus non differunt realiter ab ente: & tamen sunt passiones: igitur non distinguitur propria passio a subiecto. In contrarium est expositor/& communiter omnes: qui tenent subiectum & propriam passionem esse res diuersorum prædicamentorum/ & ita secundum rem distinctas.

¶Caput tituli secundum.

¶Passio (quæ græce ab Aristotele dicitur pathema) multifariā sumi consueuit ab eodem: interdum quidem pro animæ affectione/ut in libro de interpretatione dicitur: sunt āt uoces earum/quæ sunt in anima passionum notæ: non nunq̃ ut distinguitur contra agere: ut in libro de generatione tractauit de agere & pati: aliquando pro proprio quarto modo: quod græce dicitur ιδιον/siue proprium quarto modo. Hoc enim est accidens quod de subiecto prædicatur extra essentiam conuersim cōpetere enim extra essentiam omni & soli & semp alicui/est prædicari de illo extra essentiam conuersim: & in hoc differt propria passio ab accidente: nam nullum accidens competit omni & soli & semper: propterea dicitur quod adest & abest præter subiecti corruptionē: quia prædicatur de subiecto non conuersim extra essentiam: in disputatione igitur per propriā passionem/nihil aliud uolumus intelligere nisi proprium quarto modo. Ex his sequitur q̃ multa dicuntur accidentia ꝓpria: quæ ad hunc sensum non sunt propriæ passiones: ut caliditas/ignis/respectu ignis & simitas respectu nasi: & id genus: nisi enim prædicentur conuersim/non possunt dici propriæ passiones. hæc de titulo. Excerptum.

¶Caput positionum tertium.

¶De disputatione Thomasii concorditer determināt omnem propriam passionem: quæ reuera dicitur propria passio: distingui secūdum rem ab eius subiecto: dixerunt quæ reuera est propria passio: quia sicut subiectū & prædicatum apud Aristotelem non dicuntur nisi sint res prædicamentales: ita propria passio nulla dicitur: quæ non sit prædicamentaria res. Propterea ea quæ cum ente de quolibet cōuertuntur non dicuntur propriæ passiones: sicut nec ens dicitur reuera subiectum/nec prædicatum/nisi secundum opinionem uel methaphoram/ut dictum est in libro priorum: & sic illa conuertibilia cum ente ab ente non distinguntur/nisi rōe & non re. Pro hac positione fieri solent plures rationes. Prima quia res

Pō thomasiorū

rationes ꝓthomasiis.

diuersorum prædicamentorum distinguntur secuudum rem : quoniam decem prædicamenta secundum peripateticos sunt decem rerum genera· Sed subiectum & propria passio in diuersis collocantur prædicamentis : uel saltem non sunt in eodem prædicamento per se:igitur re prædicamentaria distinguntur:& sic realiter· Secundo omnis causa distinguitur realiter ab eius effectu : sed subiectum est causa uel effectrix/uel materialis suæ propriæ passionis:ut alibi disputaui : igitur distinguitur realiter ab eius propria passione:quod si dicatur ꝙ subiectum non est causa propinqua propriæ passionis : ut iuniores exteri dicunt:sed remota : contra non maiori propinquitate deffinitio rei est causa alicuius/q̄ diffinitum per illam·igitur si subiectum non est causa propinqua passionis:& sic nec diffinitio subiecti:& ita demonstrare passionem de subiecto per diffinitionem subiecti:non esset demonstratio propter quid:sed per causam remotam:& demonstratio quia· Tertio quæcunq; distinguntur præter operationem intellectus/distinguntur re reali· Sed subiectum & propria passio distinguntur distinctione præter actū intellectus igitur re reali·Maior declaratur:quia quæ distinguntur distinctione præter opōem intellectus:aliquo distinguntur : aut igitur aliquo reali:uel aliquo intentionali: non aliquo intentionali : quia sic non præter operationem intellectus:igitur aliquo reali · Sed oē reale est res:igitur quæcunq; distingūtur distinctione præter operationē intellectus re reali distinguntur ·Quarto quæcunq; distinguntur formalitate & realitate/distinguntur re reali · Sed ꝑ exteros & per omnes subiectum & propria passio distinguntur formalitate/& realitate:igitur re reali · Maior patet : quia quæ distinguntur in ratione superiori/distinguntur in ratione inferiori : at res est inferior ad formalitatem & realitatem apud eos : quia formalitas secundum eos est oē/quod est extra nihil · Ex his forte uidebitur subiectum & propriam eius passionem distingui secundum rem prædicamētariam:& esse res diuersas:resq; realiter distinctas:in diuersis prædicamentis semper/collocatas : ut subiectum in prædicamento substantiæ : propria omnia in prædicamento qualitatis:aut saltem nō in eodem subiecto per se:uel aliis modis:de quibus nunc satis · Sed contra hanc positionem obiciunt exteri q̄ pluribus in locis·Primo si passio distingueretur realiter a subiecto:tunc

Obiectiones exterorum·

esset processus in infinitum in passionibus : deducitur quia si risibile ab homine distinguitur realiter:certum est homini non repugnare illā aptitudinem quæ est risibilitas : igitur subiectum erit capax huius aptitudinis : igitur aptum natum recipere illam aptitudinem:igitur ante aptitudinem datur aptitudo:& sic in infinitum · Secundo arguunt passio substantiarum separatarum est idem realiter illis:igitur & passiones cœterarum rerum ; quia eadem est similitudo · Tertio accipio corpus naturale

in aliquo priori in quo præcedit solum accidentia nouem prædicamento rum: & quæro si in illo priori sit mobile: uel non. Si dicitur q sic: igitur mobilitas non est accidens: si dicitur q non: hoc est falsum: quia in illo priori est naturale/& includens principia motus: igitur aptum moueri. Ex his concludunt subiectum & propriam passionem non distingui rea liter/sed solum ex natura rei uel formaliter. Et de hac re ipsi uarie locun tur: alii enim eorum dicunt illa distingui realiter in realitate obiectiua: non autem in realitate subiectiua: alii qđ differunt formaliter ex natura rei: alii aliis modis. Tu uero apud eos debes scire qđ res põt sumi pro re existentiæ/& pro re essentiæ/siue formalitatis/siue pro re obiectiua: oẽs huius factionis uolunt subiectum & propriam passionem nõ distingui realiter re existentiæ: quia sic subiectũ posset esse sine sua propria passio ne: tamen distinguntur re essentiæ: quod est distingui ex natura rei. Sed uidetur mihi primo qđ Thomasii & exteri non differunt nisi in uerbis: non in re. Thomasii enim nulli concederent subiectum & propriam pas sionem taliter distingui realiter ut non repugnet subiecto seorsum existe re sine passione. omnes enim uolunt subiectũ non posse existere sine sua propria passione: igitur coguntur dicere illa non distingui re existentiæ: siue re seperabilitatis: quod autem dicant illa distingui re reali: nolunt di cere illa distingui re existentiæ & seperabilitatis: sed re essentiæ/siue p̃di camenti. hoc nõ negarent exteri: & sic dici posset qđ distingui realiter est dupliciter: aut re existentiæ/aut re essentiæ siue prædicamenti. Tunc ali qua distinguntur re existentiæ/quando possunt separari. Tunc re essen tiæ uel re prædicamenti: quando uel ponuntur in diuersis prædicamentis uel non ponuntur per se in eodem. Thomasii quando dicunt subiectum & propriam passionem distingui realiter: intelligunt secundũ rem essen tia/uel rem prædicamenti/non autem secundum rem existentiæ. Exteri uero uolunt illa non distingui realiter secundum rem existentiæ: non aũt prohibet ista distingui realiter secundum rem essentiæ/siue prædicamen ti: aut quia sunt in diuersis prædicamentis: aut quia non sunt per se in eo dem: hãc enim distinctionem uocant ipsi ex natura rei: Thomasii realem rei quidem prædicamenti/non existentiæ. Secundo dico qđ rationes ex terorum nullæ sunt. Prima quidem reducitur: quia per eos passio distin guitur formaliter ex natura rei a subiecto/ideo sumo per intellectum in illo priori subiectum: in quo præcedit oẽ ex natura rei ab eo diuersum: & quæro si sibi competit aptitudo ad risibilitatem/uel ne: & arguat ut ipsi arguunt. Propterea dico qđ in illo priori non competit aptitudo: sed be ne principium risibilitatis: quoniam in illo priori subiectũ includit prin cipia essentialia: & sic non denominatur aptũ ridere denominatione pas sionis: sed denominatione principiorum illius; quia est habens principia

Põ exterorũ.

Expõ põis:

Consilium.

ris subiectis uel tanq̄ de subiectis secundum opinionem/de illis dicuntur cœtera uel in illis sunt/& contra:& propterea sunt eadem subiecto. Animaduerte tamen Auerroem nonnunq̄ appellare aliqua eadem subiecto: quando alterum alteri accidit & nulli alteri: ad quem sensum materia & priuatio dicerentur eadem subiecto. Sed reuera ad idem uenit:nam si priuatio accidit materiæ/& nulli alteri: priuatio diceretur de omni eo/de quo diceretur materia/& de nullo altero. Secundo animaduerte ꝙ eē eadem subiecto multifariam est apud peripateticos:quædam enim sunt eadem per hoc/ꝙ ambo insunt eidem subiecto:quædam per hoc ꝙ alterū alteri inest/quædam per hoc quod dicūtur de eisdem subiectis:quæ sunt subiecto eadem per hoc ꝙ ambo eidem insunt subiecto: bifariam sunt: aut inseparabiliter/aut seperabiliter:Seperabiliter quidem dulcedo & albedo:hæc enim eidem lacti insunt:sed seperabiliter: quia possunt subiecto seperari: nam albedo potest inesse agarico:dulcedo autem ambrosiæ quæ diuersa sunt subiecto. Inseperabiliter uero risibile & disciplinabile: non enim subiecto seperabilia sunt:quæ uero sunt subiecto eadem ꝑ hoc qui alterum alteri inest: etiā bifariam est:aut seperabiliter:aut inseperabiliter:seperabiliter quidem ut album & pomum: nam album eē potest in alio q̄ in pomo:& pomū subiecto potest alteri q̄ albo uel de aliquo prædicari:cui nō inest album:inseperabiliter uero ut materia & priuatio/homo & risibile/& id genus:nam nunq̄ est homo de aliquo dicens: quin de illo uel in illo sit risibile. Amplius quæ dicuntur subiecto eadem:per hoc quia ambo de eisdem dicuntur subiectis: Item bifariam sunt:aut seperabiliter:ut homo & animal:animal enim de aliis quibusdam dicitur ab homine:aut inseperabiliter ut homo & rationale:non enim potest alterū de aliquo dici:quin de illo alterꝝ dicatur. Ex his sequitur quæ sint distincta subiecto:possunt enim esse distincta quædam subiecto una ratione:quæ erunt subiecto eadem alia ratione:ut cōsideranti patet:diuersa uero uel eadem ratione multifariam est/aut diffinitione/aut descriptione/aut cōsideratione. Ratio enim ut Boetius dicit se se extendit ad diffinitiones/& descriptiones:secundum uero iuniores se extendit ad cōsiderationes. Ex his sequitur ꝙ subiectum & propria passio sunt eadem subiecto. Secundo modo & inseperabiliter:quia alterum alteri accidit/& inseperabiliter: differunt ratione prædicamentaria/siue diffinitione proprie:& non tātū consideratione uel descriptiōe/quia sunt in diuersis generibus. Hæc pauca de diffinitionibus secundum peripateticos/& de dilucidatione.

Quotifariā eē eadem subiecto uel distincta.

Quæ distincta ratione.

¶Caput solutionum quintum.

¶Sed his disputatis/ad primam dico ꝙ regula Aristotelis intelligitur in causis præcisis/ut patet ibidem/modo seperationis possibilitas non est præcisa causa distinctionis rōalis secundum Thomasios: sed etiam in di-

uersis prædicamentis:uel non esse in eodẽ prædicamento per se:& sic cessat ratio. Ad secũdam reduco illam:& accipio maiorem sic. Illud quod competit alicui circumscripto omni ex natura rei distincto ab illo/est idẽ illi ex natura rei·Sed ab aliquo subiecto ut ab homine circumscriptis omnibus his quæ ab illo distinguuntur ex natura rei/adhuc risibilitas inest: igitur risibilitas non distinguitur ex natura rei ab homine·Minor probatur per rationem suam:quia circumscriptis illis omnibus:quæratur si homo sit risus & risibilitatis capax uel ne:& fiat ratio per omnia similis rõi quam ipsi faciũt. Propterea dico pro me & pro his:quod circumscriptis ab homine omnibus his:quæ ab homine realiter distinguuntur: homo in illo priori non denominatur risibilis denominatione passionis: sed denominatione principiorum passionis:nec denominatur capax risus denominatione passionis/sed principiorum ut dictum est·Ad tertiam dico quod ratio concludit quod subiectum & propria passio non distinguuntur re existentiæ: tamen re prædicamenti/siue re essentiæ possunt distingui:& sic intelligẽdo negatur consequentia:ad deductionem dico quod debet / illud prius esse absolutum/& realiter re existentiæ distinctum a posteriori:aliter nõ:definitio uero quinti metaphisice/non est ad propositum. Prius enim dicitur natura quod potest esse sine aliis & alia non sine eo/quo ad causalitatem:ut dicemus octauo huius·Ad quartam dico quod nec materia dr̃ uere subiectum/nec potentia uere passio:sed solum secundum opinionem:põ uero intelligitur de subiecto & passione prædicamentariis. Ad quintam dico quod rei aptitudo potest dupliciter sumi/uno modo pro potentia naturali uel impotentia/& sic differt re ab eo cuius est:alio modo pro principio:quo res est apta: & sic non passio sed dr̃ principiũ passionis:uel sub aliis uerbis/dico quod aptitudo rei ad finem uel eius operationẽ non differt re existentiæ ab eo cuius est:sed bene re prædicamenti: eo quia aptitudo illa ponitur in prædicamento qualitatis:res uero non in illo; Ad sextam iam diximus quod illæ non sunt passiões/nec ens est prædicatum/nec subiectum/nisi secundum opioem:positio autem loquitur de subiecto & passione prædicamentariis:hæc de disputatione quinta satis.

¶ Sexta disputatio si in omni causato differat esse ab essentia.

Caput primum dubitationum.

¶ Et argui solet quod sic:Primo quia essentia potest intelligi sine esse:ut patet de rosa in hieme:igitur essentia differt ab esse. Secũdo essentia potest manere corrupto esse:ut patet de rosa in hieme:igitur essentia differt ab

esse. Tertio essentia per diffinitionem significatur: & non esse: igitur eentia differt ab esse: añs est Auerrois septio huius. Quarto si essentia & eé idem esset: tunc dicendo hoc est: esset nugatio: idem. n. bis repeteretur. Quinto essentia est indifferens ad eé & ad suum oppositum: igit differt ab esse: antecedens patet de essentia rosæ in hieme: quæ tūc non est: & postea in æstate est. Sexto omne citra primum est cōpositum ex actu & potentia. Sola enim prima intelligentia est liberata a potentia. Auerroes tertio de anima essentia competit rei ex se: esse uero ab efficiēte: igitur essentia differt ab esse. Antecedēs patet quia omni agente circumscripto homo est animal & homo: & tamen homo nō potest esse illis omnibus circumscriptis: ut patet octauo: omne illud cuius esse nō differt ab essentia non est plus uno in specie/secundum peripateticos. Sed omne quod est citra primum est plus uno in specie: quod saltē de generabilibus nemo dubitat: igit in nullo citra primum esse & essentia sunt idem. In oppositum est Auerroes contra Auicennam: qui uolebat ꝙ unum & esse sint dispositiones accidentales essentiæ superadditæ: contra quem dicit Auerroes ꝙ unum ens & esse sunt idem essentialiter. Præterea Aristoteles in textu dicit ꝙ idem est homo/& ens homo: & non differt nisi secūdum dictiōem repetitā Ex his qō redditur ābigua pro utraq; pte: hæc de dubitationib9.

Cōmento. xlii. (margin, beside line 2) · Cōmento. vii. (margin, beside line 8) · Cōmēto tertio. (margin, beside line 15)

Caput tituli secundum.

¶Pro titulo disputatiōis. Primo animaduerte ꝙ eēntia potest sumi uno modo pro puritate rei iuxta illos qui quærunt quintam essentiam facere ex uino: ut docet Arnaldus. Interdum essentia sumitur pro substantia: ut dicit Boetius: & nullo horum modorum hic capit: sed in proposito sumitur essentia/pro ratione qua aliquid est ens: ut dicemus: eē præterea multifariam dicitur: quia uno modo pro eo quod significat compōem: quam sine extremis non est intelligere: & sic non sumit hic. Secundo modo pro eo a quo sumitur hoc nomen ens simpliciter: & sic auditur hic: per causatum uero in disputatione uolumus intelligere omne ens citra primum: quod causatur ut quod: siue per se/siue per accidēs Hæc pauca de titulo: nam plura in dilucidatione colligentur.

Caput positionum tertium.

Pō exterorum. ¶De disputatione exteri quattuor constituunt conclusiones. Prima esse essentiæ/& esse existentiæ: non distinguntur formaliter: hāc probant qa esse essentiæ & esse existentiæ sunt diffinitione eadem: nam eadem diffinitione homo in actu & homo in potentia deffinitur: igitur sunt idē formaliter Secūdo quod distinguitur formaliter ab alio: si addatur ei/a quo distinguitur constituit aliquid formaliter distinctum ab illo: sed esse existentiæ additum essentiæ: uel naturæ non cōstituit aliquid formaliter distinctum & alterius rationis ab essentia siue natura; igitur esse existētiæ

non differt formaliter ab essentia. Secunda conclusio eē essentiæ siue eēn tia: & eē existentiæ/siue existentia nō distinguntur realiter. Tū primo qa posset eē essentia sine existētia. Tum quia eēntiæ nulla cōpetit realitas sine existentia. Tertio distinctio realis est inter rem & rem: mō eēntia non est res/nec existentia res/sed ambæ una res. Tertia cōclusio existētia differt ab eēntia sicut modus a quiditate: declarat̃ quia est indifferēs ad existentiā/& ad oppositū: igitur differt ab existētia. Secundo quia eēntia cōpetit rei per se primo mō: at eē existētiæ per accidens. Ex his igitur sequitur quarta ꝙ uidelicet differūt ex natura rei: hæc exteri. Sed pō hæc errat primo quia sumit hic esse essentiæ pro natura cōi reali: cuius unitas est minor unitate numerali & maior unitate specifica siue uniuersali in actu: & sic per essentiā hoīs intelligit humanitatē: per esse uero existentiæ intelligit eē indiuidui q̄tenus illud habet eē extra cās. Et sic per essentiā cōem omnibus. Isti uolunt entitatem cōem realem: cui debetur unitas aliq̄ uniuoca de qua tanta diximus: & per eē existentiæ uolūt eē illud: quo res dr̃ in actu præter cās. Qō uero nr̄a quærit de essentia ꝓpria Socratis utrum differat ab eē existentiæ. Secundo quæ dicit: non sunt necessaria: qa cōtra unitatem eēntiæ entis demonstrauimus: cōtra unitatē naturæ cōis demōstrabimus septimo huius: pp hæc omittat̃ ista pō. Thomas uero in. viii. phisicæ auscultationis: & in codicillo de ente & eēntia/& in hoc q̄rto asserit in oī ente causato subsistente eē distingui simpliciter & realiter ab eēntia: cui9 multæ sūt rōes: potissima qa participans dr̃t ab eo: quod ꝑticipat̃ Sed eē ꝑticipatur ab eēntia in oī tali: igitur dr̃t ab illa. Secundo qa eē causatur ex principiis eēntiæ: igitur dr̃t ab essentia: ut arguit q̄rto huius. Pro hac pōe uꝛ Boetius in multis locis: ubi semꝑ uult ip̄m eē diuersum esse ab eēntia: pro eadē & Auicēna. v. metaphi. capite prīo: pro hac eadē Algazel ibidem: & multi doctores. Sed cōtra hanc pōem obiciunt iuniores exteriōibus. Prima igit̃ est realitas rei nō dr̃t a re/nec facit realem compōem cū ipsa. Sed actualitas rei & esse rei nihil aliud est q̄ realitas rei: nihil. n. aliud est dicere rē esse actualiter: q̄ eē realiter. Secūdo hō uerus non cōponitur cū sua ueritate: sed rei eē non est nisi ueritatis pō: igitur eē non facit cōpōem cū eēntia. Tertio eē & eēntia ab eodē priuātur & ponuntur: qa qcquid priuat eē/priuat eēntiā: quicquid ponit esse ponit essentiam igit̃ sunt idē. Quarto qd' tollit diminutionē eēntiæ nō cōponit̃ cū ip̄a eēntia sed eē tollit diminutionē essentiæ: quia ut dicit Auerroes ix. metaphisicæ essentiæ quæ nō sunt extra aīam: non dicunt̃ eē simpliciter: sed dicunt̃ eē in aīa appetitiua aut cognoscitiua. Illud. n. quod est in potētia: non dr̃ eē: qa entia in primo aspectu sunt illa quæ sunt in actu: & īduxit hoc Arist. ad declarādum cām latētiæ pp quā hoc nomē ens nō dr̃ simpliciter apud uulgus de eo qđ ē in potētia/& si sit in aīa ī actu. Hæc Auerroes. Ex hoc

Confutatio.

Pō thomæ.

Obiectiones exterorum.

Cōmento. vii.

sequit᷑ ꝙ eẽ actu nullã ponit compõem cũ essentia/sed tollit illius dimi/ nutionẽ ponens illam in esse simpliciter· Quinto dubitatur de ipso esse quid sit an substantia uel accidens· Sexto si eẽ distinguitur ab eẽntia:tũc in omni gñatione essent duo termini totales· Septimo tunc ex eẽ & essen tia resultabit tertia entitas uelut ex materia & forma · Octauo si sic:tunc essentia est indifferens ad eẽntiam/& non essentiam:quia reꝝ essentiæ ce perunt:non enim fuerunt ab æterno/nisi ponas opionem Platonis: & ꝙ non sint ab æterno:patet:quia æternitas est conditio rei existentis· Præte rea si sint æternæ/res nõ possent de nouo creari:quia semper supponeret᷑ essentia.igitur essentia non præcessit:& sic nihil aliud est q̃ eẽ· Sed an ra/ tiones istæ ualeant;dicemus in dilucidatione hæc de positionibus·

¶ Caput dilucidationis·

Mihi uidetur hæc questio difficillima/tum pp dñam opinionũ/sunt enĩ hic infinitæ fere opiones:quas omissi ꝓpterea ut famosiores pertractarẽ tur·Tũ quia nihil ab Aristo·habemus:& parũ aut nihil ab Auerroe· Tũ quia circa hoc Plato & Aristoteles philosophiæ oĩs principes cogunt᷑ dis sentire:propterea hæc dilucidatio fuit mihi magna:profecto hac in re p̃ce ptorem non recusarem·Sed qa hæc disputatio nõ põt dilucidari nisi per distinctiones & suppositiones:distinctionẽ primo agrediamur · Et dica/ mus ꝙ essentia apud usum gentium bifariã audiri solet:interdum·n·pro ente possibili:quo res ipsa dicitur possibilis esse:hãc iuniores uocant ens in potentia obiectiua:qualem eẽntiam habet nunc rosa·rosa·n·nũc in hie me nullam habet eẽntiam/præter esse quod est in potentia obiectiua cã/ rum agentium · Esse uero huic oppositũ est eẽ actualis exĩstẽtiæ quo eẽ rosa in æstate dr̃ simpliciter eẽ/& non secundũ quid in potentiis cãrum · Secundo essentia auditur pro natura/ad quem sensum exteri humanita/ tem dicunt hoĩs essentiam·& Auerroes formam hoĩs facit hoĩs essentiã: esse huic condiuisum est eẽ subsistentiæ:quod competit indiuiduo:quod est hoc aliquid/& subsistens:hæc de disputatione· Et de suppositionibus nunc:sit itaq; prima suppõ ꝙ esse in potẽtia obiectiua idem sit quod eẽ in potentia subiectiua materiæ:& solũ differt rõe:nam potentia materiæ: qua rosa dr̃ possibilis eẽ ut respicit agens dr̃ obiectiua : quia per illam est transmutabilis ab agente:ut respicit formam:quæ est obiectũ siue inten/ tum agentis:dr̃ obiectiua:igitur ut respicit agens per illam potentiã/dr̃ subiectiua:ut respicit obiectũ agẽtis:dr̃ obiectiua. Istud declarauimus in libro phisicorum / & nunc supponamus . Ex hoc sequitur ꝙ dum for/ ma educitur de potentia materiæ duplex resultat cõpositio:altera ex ma/ teria & forma:qua compositũ ex materia & forma aliquid dicitur· Alte/ ra ex essentia & eẽ:qua cõpositum ex esse & essentia/existens appellatur ꝓbat᷑ qa cũ potẽtia materiæ ut subiectiua differat a potẽtia ut obiectiua

Essentia eẽ duplex·

Sit q forma ipsa terminus & obiectiuæ & subiectiuæ potentiæ:ut eē quidem obiectiue/ut forma per agens inducibilis terminus est subiectiue: erunt ratione saltem in tali compōe duæ compōes ex essentia & eē: & ex materia & forma. Secunda suppō est q rerum quædam sunt separatæ penitus a materia:quædam aliqua ex parte in materia. Itẽq earum quæ sunt in materia: aliæ sunt sbæ aliæ accidentia:& substantiarum aliæ æternæ: ut cœli:aliæ corruptibiles:ut elementa & aialia. His suppositis/de mente peripateticorum ponerem istas conclusiones. Prima in rebus separatis a materia idem est eē & essentia siue primo siue secundo mō sumantur. Hæc cōclusio est peripatetica:quia peripatetici res sepatas a materia ponūt æternas:& ita non ponunt ante esse illorum præcessisse potētiam subiectiuā uel obiectiuam/quam diximus eē essentiam:uñ dicunt q oē possibile est ibi necesse esse/& oē melius est necessariū/quare possibile esse in illis idē est/quod esse:& per cōsequens idem est essentia & eē primo mō. Amplius idem est natura siue eēntia secundo mō:& indiuiduū:qa in separatis a materia non est plus uno indiuiduo in specie secundum Auerroē. Ex hoc sequitur q in substantiis seperatis nō est compō ex eē/& eēntia:hoc est decretum Aristotelis per septimū huius fere totū:& in octauo ait q in simplicibus essentia est statim id quod est:quia nulla est ibi compō. Secūda conclusio in substantiis corporeis æternis ut cœli eē/& eēntia non differunt primo mō/nec secundo mō sumēdo:probatur per idem/quia ante esse illorum nulla præfuit potentia/nec rōe qua obiectiua/nec rōe subiectiua:& sic non differt essentia ab eē primo mō. Amplius natura & indiuiduū in illis idem est:quia idem est sol & hic sol:igitur in illis idem est eē & eēntia:idem quoq nā & singulare. Quo fit ut nec aliquod istorum sit cōpositum ex eē & essentia:ueluti nullus seperatorum motorū. Sed occurres quia intelligentia est forma cœli:soluit Auerroes in libro de sbā orbis:q hæc compō est alterius rōis:& dr per æquiuocationē. Tu uero lege comētum nrum illic. Tertia cōclusio substātiis incōpositis ex mā & forma eē & eēntia ultrouis mō sumpta differūt. Declarat primo si sumant prio mō:quia eēntia est ens in potentia subiectiua/cui sola mā correspōdet & nihil aliud:eē uero est in actu existentiæ:quæ ut respicit potentiā obiectiuam dr esse:ut respicit potentiā subiectiuā dr forma:igitur differunt tāta dña/q̄ta differt materia a forma. Secūdo si sumatur mō ēt differūt:nā secundū Auerroē eēntia est forma ipsa:eē est indiuidui cōpositi. Sed forma differt ab indiuidui cōpositi eē. Ex hoc seqtur q in quolibet idiuiduo cōposito est triplex compō māæ & formæ:idiuidui & materiæ eēntiæ & eē: oēs tamen istæ compositiones sunt una in subiecto:& differunt ratione: quia apud Auerroem eē/forma/& natura idem sunt. De accidentibus uero est mihi difficile. Ioannes enim tenet in accidentibus non differre esse

Prima cōclusio

Secunda cōclu.

Dubitatio.

Solutio.

Tertia.

Excerptum.

Quarta cōclu. ab essentia:quia idē est albedo:& esse albedinis ut probat. Ego uero dico de accidentibus ut de generatione accidentiū:ut igitur albedo non per se generatur/sed albū/eo modo quo illis cōpetit generatio secundum quid sic eētia albi alia est ab albo:& natura albi : alia ab indiuiduo albi.ante enim q̄ albū generaretur fuit in potentia subiectiua uel obiectiua ad generandum:igitur in illis est quædam compō materiæ & formæ/& eē essentiæ/non per se/sicut nec albū per se generatur/sed per accidens & secundum quid. Amplius est quædā compō ex uniuersali & singulari:non enī in illis idem est natura & indiuiduū:igitur in accidentibus differt esse ab essentia utroq; mō sumēdo:hanc nostram pōem uoluit Egidius/& expositor in hoc quarto libro:& in octauo phisicoꝝ:solum differt Thomas a nobis:ꝙ hanc cōpōem etiā in intelligentiis ponit:nam ut catholicus posuit illas possibiles nō eē:& anteq̄ fuissent/possibiles eē:igitur cogitur ponere in illis eē differre ab essentia:sed ut naturalis philosophus nō dissentiret a paripatecis : ipse.n.ut bonus peripateticus raro aut nunq̄ a mente Aristotelis diuertit:q̄q̄ sequaces ignari omnis naturalis philosophiæ ipm̄ deprauarunt in tantū:ut nec ipsi intelligant quid uelint:tu uero curiosus doctrinæ huius uiri:hoc nr̄um dilucidariū perlege:nam inuenies me raro aut nunq̄ a mente huius uiri recedere : ueluti ipse raro aut nunq̄ a mente præceptoris Aristotelis recessit:hanc nostrā pōem p̄sentit Boetius ubiq; Auicenna/Algazel/& Philoponus in libro posterioꝝ circa principiū secundi. Simplicius ēt in his cōmentationibus quas scripsit secundo de aīa: Themistius/& Alexander in libro de aīa. Auerroes ēt in libro destructio destructionū/& ubiq; hāc & Albertus/demū & grossatesta:& oēs boni peripatetici;hoꝝ authoritates non posui ad uerbū:ne uiderer uerbosus: ueluti multi faciunt/ut impleant quinterniones. Ex his sequitur solutio

Solutio disputationis ad formā disputationis ad formam uidelicet ꝙ in causato æterno eētia & eē nullo pacto differūt:patet quia in æternis essentia pro ente in potētia nulla est: sed solū esse.& iō in illis idem est possibile & in eē:idē possibile de necessario in esse:nec est ibi possibile uel cōtingēs nisi ut sequitur ad necessariū & in eē. Amplius eētia sumpta pro natura siue forma nō est aliud ab eē sumpto pro indiuiduo reali:eo quia in illis non est plus uno indiuiduo in specie. Secūdo sequitur ꝙ in oī causato de nouo:eē & eētia differunt:dū modo causetur ut quod:& non ut quo:aliter eēt processus in infinitū.cātur.n.ut quo albedo:ut quod uero albū/ut quo forma/ut quod aūt compositum ex materia & forma. Sic igitur in oī causato de nouo:quod quidem causatur ut quod/siue sit unum per se/siue per accidens:semp̄ eētia & eē differunt:dixi siue sit unum per se:pp̄ composita substantialia / siue per accidens ꝓpter cōposita accidentalia:nam de utroq; est uera cōclusio. Et hoc patet primo de eētia si sumatur pro ente in potentia subiectiua:

uel obiectiua:& eẽ pro termino illius potẽtie:quod est esse forme in actu patet enim ꝙ eus in potentia differt ab esse actuali formæ/sicut materia differt a forma. Ipsi enim esse potentiali nihil præter materiam correspõdet/& agens. Ipsi esse actuali nihil præter formam genitam. Modo forma genita differt a materia uel agente. Secundo patet de essentia si sumatur pro natura uel quiditate:quia sic essentia est forma:esse est compositum:uel saltem ipsi esse compositum correspondet:igitur essentia hoc pacto sumpta differt ab esse. In substantia.n.essentia est forma:ipsum esse est compositum indiuiduum. In accidente ut in albo essentia est albedo: esse est album existens:& hoc si secundo modo sumantur. Ex his patet ꝙ distinctio inter esse & essentiam/si primo modo sumantur: est secus inter materiã & formam:quia licet essentia differat a materia:tamẽ nihil illi essentiæ in re correspõdet præter materiã. Similiter forma licet differat ab esse/tamen ipsi esse primo modo nihil præter formam respondet: igitur distinctio inter illa est qualis inter materiam & formam. Secundo patet ꝙ distinctio inter esse & essentiam si sumantur secundo modo: est qualis illa inter formam & compositum: quoniam essentiæ secundo mõ nihil nisi forma correspondet/& esse secundo modo sumpto nihil nisi cõpositum:& sic habes illa esse distincta/& modum/quo illa differũt. Sed quia dixi quæstionem hanc esse difficillimã/pp differentiam inter Platonem & Aristo. Ideo quæ Plato sentit:breuibus nunc appono: ubi debes scire ꝙ loquendo de essentia primo modo pro ente quod est in potentia obiectiua uel subiectiua/& de eẽ quod est istius potẽtiæ terminus:Plato per omnia conuenit cũ Aristotele:quia non negat Plato compositum nouum compõi ex materia & forma:& ita ex eẽ & eẽntia:ut declaraui apud peripateticos:licet sit aliqua dña inter has compões ut dixi: qa licet idem in subiecto sit compõ ex materia & forma:& ex esse & eẽntia: tñ alia rõe dicitur ex eẽ & essentia/& alia ex materia & forma:rõ.n.essentiæ & ratio ipsius eẽ sunt gñaliores:at rõ materiæ & rõ formæ specialiores:& ita Plato ab Aristo. q̃tum ad hoc nõ differt:sed differt sumendo eẽntiam pro natura siue pro ipso uniuersali:& eẽ pro indiuiduo:nã in libro Parmenidis ponit tales compositoꝶ essentias/formas/siue uniuersalia separata secundum eẽ quas ipse ideas siue spẽs appellat:at Aristoteles contra ipsum in octauo huius disputat/& uult tales formas siue essentias eẽ in indiuiduis positas/nec differre ab illis per eẽ existere:cum his nullũ cõpetat eẽ existere præter eẽ indiuiduoꝶ: quia ut dicet in prædicamẽtis destructis primis substantiis quoad eẽ existentiæ:destruũtur oĩa alia quo ad eẽ existentiæ:ut exponit Boetius:Sed occurres quor peripatetici uolũt cõpõem ex eẽ & eẽntia eẽ gñaliorẽ/si in nullis repitur nisi in cõpositis ex mã & foña & loquor de cõpõe eẽ & eẽntiæ prio mõ.dici p̃t ut colligiẽ de mẽte Auer.

Põ platonis.

Dubitatio mirabilis.

Solutio.

Cōmento.v. tertio de aīa:ꝙ illa est uniuersalior & gñalior ea cōpōe quæ est ex mā & forma:tū quia competit compositis nouis per se:& compositis æternis p æquiuocationē:est.n.in cœlis compō quædam æterna ex eē & essentia ut pote ex intelligētia & orbe:quam pcepimus ex motu ut docet Auerroes. Tum secundo quia cōpetit æquiuoce oībus intelligentiis:quia nulla itel ligentia est liberata a potentia:pter primam ut docet Auerroes tertio de
Cōmento.v. anima.Nam quælibet est causata:& sic uř quoddam mō composita ex ali quo simili eēntiæ/& aliquo simili actui.Sed quia neutra haꝝ compōum est noua:ideo absolute eē & essentia oībus modis sumptæ in illis sunt idē sed per attributionē dicunť diuersa.est.n.in illis simplicitas in rei ueritate sed compō est attributum quoddam:ueluti Deo attributa sunt iustitia/ prudentia & id genus.hæc.n.non sunt in illis/nisi attributiue ueluti in co lumna destrum/& sinistrum/& id genus:ut docet Auerroes duodecimo
Cōmen.xxxix. huius.Magis aūt q̄ in columna:quatenus sunt cāæ eorum quæ sūt talia. Sic igitur inquantū illas intelligentias causatas itelligimus:aliquo pacto illas cōpositas percepimus:qa inquantum illas causatas intelligimus:pci pimus ipm non esse/& ipm possibile eē præcedere secundū rōem nřam ipsum eē:& sic pcipimus eēntiam quasi præcessisse ipm eē.Sed quia de fa cto ipsa eoꝝ essentia nunq̄ fuit absq; eē/nec pōt esse absq; eē:ut sic de fcō in illis idē est esse & eēntia.In causatis uero de nouo:quia possibile eē fuit aliqñ sine eē:ideo est uera compō ex esse & eēntia secundū dictū modum Recte igitur dictū est ꝙ in solis de nouo causatis esse differt ab essentia. In æternis uero esse est idem oībus modis secūdum sbm cum eēntia:am plius recte dictū est compōem ex eē & essentia nō esse aliam ab illa:quæ est ex materia & forma:licet illa ex eē & eēntia sit generalior/pro quāto per intellectum pōt attribui simplicibus rebus:ut intelligunť dependen dentes & causatæ:& hæc est mens Auerrois in libro cœli/dū dicit ꝙ eēn tia cœli & esse cœli idē est:quia licet ibi sit realis quædam compō ex intel ligentia & materia cœlica:tñ ipsa cœli fora est eē cœli & eēntia cœli:nūq̄ enim illa materia cœlica fuit sine cœli ipsius forma:& ꝓpterea eē & eēn tia cœli est ipsius fora tantū.Verum qa de cœlo est aliqua ex parte obscu rum:iō remitto me ad librū de sba orbis:& ad librū cœli.Præterea patet in solo deo eē & eēntiam esse subiecto & rōe idem:re quidē siue subiecto quoniā est æternus simpiciter & oī ex pte.rōe uero:qa non pōt causatus/ aut dependēs intelligi.Quare ex oībus his licet sumere in cātis de nouo eē eēntiamq; differre sbo eo pacto quo mā a forma differt sbo:itemq; & rōe.In causatis ab æterno eē & eēntiā patet eē idē sbo:sed rōe diuersa eē. In deo uero solo oībus modis idē sūt.Sed adhuc occurres qa in nouiter cā tis eē & eēntia uidētur eadē subiecto : quia sumendo essentiā pro natura & esse pro indiuiduo/talis eēntia dř de indiuiduo : uel ambo de eodē pdi

cantur:Sumendo essentiam pro ente in potentia ambo accidũt materiæ: uel esse accidit essentiæ:igitur sũt subiecto eadẽ: dici põt q̧ sũt subiecto eadem seperabiliter:& propterea dicuntur simpliciter non esse eadẽ subiecto:In æternis uero sunt eadem subiecto & inseperabiliter: amplius distinctio rationis in nouiter causatis est maior/q̃ in æternis. Nam in illis hæc distinctio non fundatur supra diuersas partes:in his fundatur super diuersas partes. Propterea iuniores appellarẽt hanc distinctionem in his distinctionem rationis realem:in illis distinctionem rationis intentionalem. Sic igitur esse & essentia in compositis nouis:differunt ratione reali & subiecto:pro quanto sunt eadem subiecto seperabiliter. In rebus uero causatis æternis esse & essentia differunt solum ratione intentionali; & nullo pacto differunt subiecto:hæc de dilucidatione.

¶Caput solutionum quintum.

Tunc ad rationes primam & secundã patet solutio/essentia enim differt ab esse quouis modo sumatur. Ad tertiam dico q̧ deffinitio dicit essentiam sumptam pro natura. Ad cœteras rationes respondetur/q̧ sunt pro nobis:rationes quoq; exterorum nullæ sunt/omnes enim concludunt q̧ essentia si pro natura sumatur/& esse si sumatur pro indiuiduo non differunt simpliciter; tamen secundum Auerroem differunt eo modo quo forma differt a composito & debes scire q̧ fortasse exteri non differunt ab expositoribus:quia exteri non negarent q̧ sumendo essentiam pro eẽ in potentia obiectiua/siue pro materia quæ illi correspondet/& esse pro forma extra potentias causarum/hæc differũt secundum rem/eo modo quo materia & forma differunt. Nec Thomas negaret sumendo essentiam pro natura illam esse idem ipsi esse sumpto pro existentia indiuidui; & hoc ad intellectum exterorum; Thomas enim nõ diceret naturam illã & ipsum esse differre eo modo quo differunt duæ res diuersarum existentiarum:sed diceret illam distinctionem esse realem/quatenus est præter operationem intellectus: quam exteri appellant realem:& sic in idem ueniunt:licet uerbis differunt. De hac questione lege librum destructio destructionum disputatione octaua:& tertium de anima:& illa cũ istis colligas:quia uidebis uerius rem hanc:hæc de disputatione sexta.

FINIS.

EIVSDEM AVGVSTINI NYPHI DILVCIDARII METAPHISICARVM DISPVTATIONVM LIBER QVINTVS AD EVNDEM MAGNANIMVM COMITEM SEVERITANVM ANDREAM CARAPHAM.

Præfatio •

Actenus de ambitu facultateq; huius diuinæ scientiæ Aristoteles in libro quarto diligentissime pertractauit: ubi disputationes: quæ mihi uiderentur potiores/ac difficiliores confecimus: ut tua spectatissima disertio iam legit• Nunc autem in hoc libro quinto ne Aristoteles laboret in æquiuocis: nomina in significationes distiguit: ubi etiam has delegimus a tuo spectatissimo ingenio disputationes censendas: elaborauimus profecto non parum • Quare rogo humanitaté tuã:ut illas ut cœteras legas atq; relegas• Nam ubi cõmendatas sensero:uẽtosas uoces canũ spernere nõ desinã• Vale.

¶ Disputatio prima. Si eiusdem effectus possunt esse plures causæ •

Quod sic arguitur/quia causa nõ est aliquid actu ipsius effectus: igitur propter differentiam agentium/non differunt effectus • Secundo idem homo numero potest esse a Deo per creationem/& ab ipsius patre per generationem: igitur idem effectus numero a pluribus causis • Tertio idem homo numero potest esse hodie a constellatione præsentis horæ: & hinc ad•xlix•millia annorum ab ea constellatione quæ tunc erit: patet hoc per omnes astronomos/ & uidetur positio Platonis in Timeo•Modo hæc constellatio præsentis horæ/& illa quæ erit eo tempore differunt numero: quia non potest idem numero motus redire • Quarto idem effectus specie ut mus potest esse ab efficientibus diuersis specie ut a semine & a putrida materia: igitur idem effectus numero ab egentibus numero differentibus • In contrarium arguunt quia si una sufficit: alia superfluit• Præterea Aristoteles & Auerroes•xii•huius dicũt q; ab agente uno in passum unum non exit/nisi effectus unus•

Cõmento•xi •

¶Caput tituli secundum.

Causa quid sit:& quo modis dicatur:itemq; effectus qd sit/& quot modis dicatur/libro secundo huius apparuit. Exteri tamē de causis tales ponunt diōes/ꝙ aliæ sunt subordinate ut sol & homo ad generationem hominis:aliæ æquales ut duo homines nauim trahentes:amplius æqualiū/aliæ sūt totales:aliæ partiales:ptiales ut duo trahentes naui:totales uero sunt quæcunq; sunt eiusdē speciei/& eiusdē ordinis æquales/ita se se habēt ut quælibet illarum sufficiat efficere aut causare effectum:ut homo totalis causa est hominis: quia licet sit sol:tamen sol est illi superior: Amplius causarum aliæ sunt eiusdem generis:aliæ differunt genere:differūt genere materia & agēs: sunt eiusdem generis sol & homo;ut patet secundo phisicorum;nec plura de titulo.

¶Caput tertium positionum.

De disputatione exterorum princeps ex propria intentione uoluit ꝙ idē filius quo ad materiam & formam potest eē a diuersis patribus: probat autem istud quia corpus humanum aut fit solū a menstruo mulieris sanguine:aut etiam a menstruo & semine uiri. Sed cum ambo hæc generent ex superfluo alimenti:ubi idem sit alimentum & cibus:idem semper superfluet:quare eadem potest seminalis uel menstrualis superfluitas:& sic idē filius nūo a pr̄ibus diuersis:cū possit illis superesse idem alimētum: Sed pace huius dixerim/hoc non est phisice dictum:quoniā hoc dato: Tunc idem numero corruptum posset redire:deducitur per eorum fundamentum: quia idem numero alimētum potest superfluere ante & post mortem:igitur idem numero corruptum potest redire post mortem:propter hæc ipsi nunc ꝙ eiusdem effectus non possunt esse plures causæ eiusdem generis/eiusdem ordinis/atq; totales:dicunt eiusdem generis:quia eiusdē effectus esse possunt plures causæ genere differētes:ut materia & forma & cæteræ causæ:dicunt eiusdem ordinis: quia eiusdem effectus esse pn̄t plures causæ eiusdem generis/ordine differentes:ut sol & homo hominis causæ esse possunt. Dicunt tertio totales: quia eiusdem effectus esse pn̄t plures causæ eiusdem generis/eiusdē ordinis/sed partiales:ut duo trahentes nauim. Hæc conclusio sic nude intellecta nō est uera:& patitur instātiam. Primo quia astrologi dicunt ꝙ unum met morbum numero potest dare inambulatio gradus horoscopantis ad locū maleficum:& inambulatio aphetæ ad anæretam ut docet Ptolemæus:& tamen causæ sunt totales eiusdem effectus. Præterea forma cadaueris una met numero potest esse a diuersis causis totalibus ut a strangulatione/& suffocatione/& cæteris id genus;& sic hæc positio eget declaratione;hæc de positionibus.

Positio scoti libro.ii.sentētiꝫ.

Confutatio.

Alia positio exterorum.

Reprehēsio.

¶Caput dilucidationis quartum •

Ideo hic confutatis/dicerem q eiusdem effectus non possunt esse plures causæ eiusdem generis/eiusdem ordinis/totales/per se/atq simul:dixi p se:quia non est impossibile candé nũo formã cadaueris eé a diuersis causis totalibus per accidens:nam talia non agunt:sed magis remouēt impedimenta:quibus actio impediebatur·Addidi simul : quia siquis uellet tenere q a pluribus causis per se totalibus possit esse idem effectus:tamen nunq̄ erit ab illis simul ;patet quia uel idem effectus bis erit simul:uel altera superfluit & forta sse sufficit addere per se:quia illæ duæ constellationes:quæ eodem die faciunt tertianam/& eadem hora:ad illam tertinam quam faciunt/se habent ut causæ partiales/quia neutra illarum sufficit illum morbum facere sub tãto gradu intensionis:licet quælibet sufficiat morbum illum facere sub remissiori gradu & sic dico q eiusdē effectus numero non possunt esse plures causæ eiusdem ordinis/eiusdem generis & per se totales:hoc·n·pacto nulla est instãtia:hæc pauca de dilucidatiōe•

¶Caput solutionum quintum•

Ad primam dico q licet agens non sit aliquid actu ipsius effectus:tamen effectus dependet ab illa:& hoc sufficit pro differentia illius· Ad secundã dico q illud non erit simul:sed in diuersis temporibus:uel forte homo nō est causa totalis hominis : quia concurrit deus • Ad tertiam de positione platonis disputaui in quinto phisicorum : nunc dico q dato q reuolutio stellarum fixarum fiat singulis·xlix.millia annorum:nunq̄ reddit eadem constellatio:sed primæ simillima:& sic nunq̄ reddibit idem homo numero:sed primo simillimus:ut apparet in fructibus:qui singulis æstatibus uidentur redire idem:& non sunt idem:sed simillimi· Ad quartam de illo dicemus in septio:pro nũc negatur similitudo:& causa dicetur in septio. Quod uero dicebatur q idem semen potest fieri : propterea quia idē numero cibus potest a diuersis numero assumi/nihil est quia licet a diuersis posset idem numero cibus assumi:tamen concoctiones erunt diuersæ propter differentiam calorum:quibus ille cibus concoqueretur:& sic nō erit idem semen:hæc de prima disputatione •

¶Disputatio secunda·Si finis sit causa & principium •

¶Caput dubitationum primum•

Quod finis non sit causa/arguitur quia si sit causa : uel est causa in esse intentionali:uel in esse reali · Primo arguo q non inesse intentionali : & hoc multis modis · Primo quia effectus realis causa debet esse realis:sed ipsum fieri/siue ipsa res acta est effectus realis:igitur eius causa non pōt

habere esse intentionale. Secundo quia causa cui nullum respondet eē in actu : nullo modo potest esse cā entis in actu: sed fini inesse intentionali nullum esse actuale respōdit:igitur non potest esse causa rei in actu. Tertio causalitas qua finis effectum causat est realis:igitur fundamentum illius debet esse reale:& sic finis non potest esse cā in eē intentionali. Quarto agens agit propter finem extra:igitur finis extra est causa. Quinto finis præcedit agens : quia est illius causa. Sed esse intentionale finis est posterius entitate agentis:cū tale esse sit in agente fundatū. Sexto finis ineē intentionali non differt ab agēte/sed solum ut habet esse extra:igitur ut sic non est causa diuersa:antecedens est Auerrois duodecimo huius . ubi uult ꝙ finis in anima mouet ut agens : sed ad extra mouet ut finis. Septimo finis habet esse optimum & ultimum:sed inesse intentionali finis nō est optimum & ultimum . Immo habet esse diminutum . Octauo tunc agens nunq̄ frustaretur a fine . Consequentia patet/quia semper finis in intentione attingitur . Secundo quod non inesse reali sit causa arguitur. Primo quia fine posito inesse reali cessat actio:igitur inesse reali nullius est causa. Secundo finis est causa in illo esse in quo mouet efficiens . Sed mouet efficiens inesse intentionali : igitur inesse intentionali est causa . Tertio secundum illud esse est causa/secundum quod est principium : at secundum esse reale non est principium sed ultimum . In contrarium est Aristoteles:qui finem inter causas reposuit. & hic in libro phisicorum .

Cōmēto. xxxvi

Caput tituli secundum.

Multiplex de fine ipso ponitur distinctio : tamen in proposito a Ioanne & exteris dicitur ꝙ finis est duplex apud peripateticos : alius quidē finis quo ut operatio rei:per quam aliquem finem quis attingit:alius uero gratia cuius:qui est ipsum quod per operatiōem attingit̃. Verbi causa pfectissima uisio est finis quo ipsorum oculorum/siue ipsius potentiæ uisoriæ : finis gratia cuius uisionis talis est perfectissimum obiectum : quod ab illa attingit̃ potentia per talem uisionem : finem gratia cuius nōnunq̄ Auerroes appellauit finem dictum secundum primariam intentionem:finem uero quo nuncupauit finem dictum secūdaria intentione:ut secūdo cœli colligitur. Subdistingunt finem ipsum gratia cuius:quia alius est finis productus inesse reali. Alius finis præsupositus actioni atq; operationi:Forma quidem naturalis/quæ per generationem producitur/dr̃ finis generationis & finis gratia cuius productus. Deus uero qui intellectione & amore attingitur:finis est cuius gr̃a præsuppositus actioni:forte hanc distinctionem intellexit Auerroes secundo phisicæ auscultationis : Cū dixit ꝙ duplex est finis generationis uidelicet & rei genitæ:finis generationis est qui actione producitur/rei generatæ est deus qui operatione attingitur/& gratia cuius agitur:causa uero quot modis dicatur/secundo hu

Cōmento. xvii.

Cōmento. xxiiii & lxx.

ius patuit • Tunc omnes conueniunt q̄ disputatio debet intelligi de fine generationis:non autem de fine gratia cuius rei genitæ nam finis gratia cuius rei genitæ habet eẽ reale præsuppositum:secundum quod esse mouet agens ad agendũ:& sic de tali non est questio:possumus enim in tali assignare esse:secundum quod est causa:propterea questio tota erit de fine generis utrum sit causa/& sub quo esse sit causa/an sub esse reali/an sub eẽ intentionali/an sub nullo horum:hæc enim questio fuit apud antiquos non leuis:nec apud iuniores adhuc resoluta·Præterea finem eẽ cãm Aristoteles declarauit in hoc libro/& secundo phisicæ auscultationis / & secundo posteriorum/& in libro de animalibus:cuius ratio fuit quia per ipsam respondetur ad questionem factam propter quid : & sic conclusit illam esse causam:tamen ab eo non habemus sub quo esse est causa:& an antequam sit:uel cũ est in re:hæc de titulo•

¶Caput tertium positionum •

Põ democriti• De disputatiõe Democritus & Leucippus:& omnes qui effectus euenire necessitate materiæ fatentur:causam finalem nõ esse inter causas enumerandam dixerunt : & sic apud hos cessat questio:tum si sit uel ne causa / tum si sit causa:pro quo eẽ sit causa • Sed aduersus hos laborauit Aristoteles secundo phisicæ auscultationis declarando q̄ natura agit propter finem : ideo de hac positione/hæc pauca • Alii uero euitare credunt questionem dicentes naturam uel agentia naturalia non agere ob finem:quem ipsa intendunt·Sed diriguntur ab intelligentia non errante:cuius opinionis uidetur esse Themistius primo de anima capite·xxiii· & hanc recitat Auerroes·xii·huius·Sed isti uidentur euitare non posse questionem:quia licet agentia naturalia finem non intenderent:diriguntur ab intelligente finem:quare questio uertitur circa illam intelligentiam dirigentẽ an moueatur ad dirigendum ob aliquem finem/an ob nullum:& si ob aliquem finem : utrum in esse reali/uel in esse intentionali : Præterea Aristoteles secundo phisicorum probat agentia naturalia agere propter finẽ:& non quia diriguntur ab intendente finem : & forte hæc positio cum uideatur Themistii & Alexandri/potest defendi q̄ dirigens in finem intendit finẽ cuius gratia dirigit:quia dirigit gratia primi finis/qui est deus ipẽ quod autem deus sit causa/& pro esse reali/quod sibi conuenit:nemo dubitat: uidetur autem hæc solutio Alexandri in libro suo de anima:qui dicit omnes formas:immo intellectum uenire necessitate materiæ:quod pro tãto hoc uerum esse potest:pro quanto nullum agens naturale agit ob finem: quem ipsum intendat : sed dirigitur ab intendente primum finem:gratia cuius ab intelligentia agente diriguntur omnia agentia naturalia : & sic uidentur omnia quasi necessitate materiæ euenire : non q̄ nõ detur agẽs naturale:ut male Auerroes Alexandrum intellexit : sed q̄ agens naturale

Secunda põ

Cõmento·xviii

Obiectio•

Defensio

respectu motoris dirigentis sese habet ut materia mota. Et iuxta hãc po sitionem oporter ponere nullum esse finem / nisi unum / cuius gratia mo tor dirigit naturam ad agendum. Verum hæc positio eget magna consi deratione : nec creditur a maiori parte peripateticorum. Præterea licet de agentibus naturalibus hæc positio posset defendi:de agẽte per cognitio nem : adhuc questio remanet. Propterea de ea nolo disputare nunc:quo niam in duodecimo libro methephisice tangetur fortasse. Ioannes uero Gandauensis : qui semper peripatetice loqui enititur / de questione tenet finem esse causam / & ipsum habere causalitatem secũdum eẽ reale / quod habet in aquisito eẽ. Verbi causa ꝙ sanitas per pharmacon in aĩali acqui sita est cã ut finis. Persuadet Ioannes opĩonem: Primo quia finis uult eẽ ultimum & optimum ut Aristoteles corrigendo poetam secundo phisi / corum dixit. Sed finis ipse non potest eẽ ultimum & optimum / nisi po natur in esse reali : igitur sic est causa. Secundo circa idem accipitur ra tio finis: circa quod dicitur aliquod frustra: sed dicitur frustra respectu eẽ realis : igitur ratio finis accipitur ab esse reali. Tertio perfectum dicitur dum finem habet : sed non dum habet illum in esse intentionali : igit̃ in esse reali: & sic in tali eẽ dicitur causa. Quarto hæc uidetur intentio Auer rois duodecimo huius. Vbi ait balneum in anima mouere ut agens / bal neum in re mouere ut finem : Sed pace Ioannis dixerim / hæc positio ui detur extranea. Primo quia si finis est causa: uel est causa causalitatis agẽ tis / uel ipsius fieri in quo est agens / aut ipsius rei factæ / non ipsius rei fa ctæ / quia tunc idem eẽt causa sui: nam fines ipsi in re / sunt res ipsæ factæ si ipsius causalitatis uel ipsius fieri. Tunc aliquid quod non dum est: esset causa eius / quod est. Ipsum enim fieri & causalitas præcedũt finem in re. Secundo causa in actu & per se atꝗ propria simul est et non est cum effe ctu suo: ut talis finis pro re nunq̃ est simul cum ipso fieri uel cum ipsa cã litate agentis: igitur ut sic non est causa. Tertio effectus per se omnium causarum non est esse causa finalis : quia causa finalis est causa omnium causarum. Sed finis positus in actu est effectus omnium causarum: igit̃ non potest esse finalis causa. Exteri uero & iuniores & antiquiores tenẽt finem eẽ causam secundum esse quod habet in intentione agentis : ueluti sanitas ut habet eẽ in mente medici est causa finalis actionis medici: & nõ sanitas in re: pro hac positione arguitur quia secũdum illud esse est finis ipse causa: secundum quod mouet agens. Sed finis mouet agens secundũ esse intentionale: hoc est ut præconceptus & appetibilis: igitur secundum esse intentionale est causa. Secundo eo modo & sub eo eẽ finis est causa: sub quo est effectu ipso prior. Sed finis non est effectu prior secundum esse extra animam / sed secundum esse intentionale : igitur secundum eẽ intentionale est causa. Tertio eo modo finis est causa / quomodo non ha

Qualis hæc põ

Põ Ioannis.

Cõmẽto. xxxvi

Confutatio

Põ exterorum.

bet rationem causati : quia idem eodem modo ac ratione non potest esse causa / & causatum:sed finis in intentione non habet rationem causati:igitur hoc pacto est causa · Quarto eo modo finis est causa : quo una cum agente concurrit ad effectum:est enim in omni causatione concursus cāṝum ad ponendum effectum in esse·sed finis in esse intentionali cōcurrit cum agente : igitur secundum tale esse est causa:pro hac positione etiam uidetur Auicenna sexto suæ metaphisice capitulo de fine:ubi inquit causa finalis non est causa / nec inuēta extra:sed ut inuenta in intentione agētis:pro hac faciūt uerba magni Alberti in hoc quinto:ubi aperte fatetur finem esse causam secundum esse intentionale : secundum quod mouet agens ipsum:uidetur pro hac authoritas expositoris / qui ubiq; fini causalitatem tribuit:ut habet esse intentionale:& non secundum esse in re. Sed

Obiectiones iuniorum·

hæc positio non caret difficultate· Primo quia finis secundum esse intentionale non habet rationem optimi & ultimi:uult enim semper finis eē ultimum & optimum ·Secundo ut arguit Ioannes:tunc nullum agens frustraretur a fine:patet quia quodlibet agens saltem per cognitionem attingit finem· Tertio cā dum aliquē effectū realem ꝑducit realiter est in reꝝ natura·Sed finis secundum esse intentionale non est in rei natura· Quarto quia causalitas est relatio realis : igitur requirit realitatem subiecti:cui insit:non enim debet subiectum siue fundamentum eē minoris entitatis / q̄ fundatum · Quinto esse causatum arguit realiter esse ; sed perfectius est cæteris paribus esse causam q̄ esse causatum : igitur esse causam arguit realiter esse:& ita nihil est actu causa alicuius / nisi dum realiter est· Sexto sumatur aliquis qui se exerceat propter sanitatem:tunc arguūt sanitas est causa finalis huius exercitiī:& non secundum esse intentionale / igitur secundum esse reale:quod non secundum eē intentionale / arguūt primo quia hic non se se exercet ob sanitatem quam habet· Modo sanitatem in mente habet:igitur non se exercet pp illam·Secundo sub illo eē pp sanitatē laborat:sub quo illā apetit sed illā nō appetit sub eē intentionali: sed subesse reali : igitur sanitas sub eē reali est causa · Tertio intentio illa mouet ut agens ut dicit Auerroes duodecimo metaphisicæ · Et ut in re mouet ut finis:& huius causa est quia sanitas in mente istius mouet hūc per imperiū uoluntatis:& hoc pertinet ad agens. Quarto inanimata mouent ob finem:quem nō habent intentione:igitur finis secundū esse reale mouet·Vltimo quia ex hoc sequitur causam finalem habere debilissimū modum causandi:deducitur quia requireret debilissimum eē in causante uidelicet esse intentionale:hæc iuniores cōtra hanc positionem· Et sic qō hæc reuocatur in dubium:& propter hæc forte ueteres e numero causaꝝ finem obiecerunt / ob cuius difficultatem Aristoteles semper de fine probauit esse causam:de nulla alia:cæteras enim esse causas supponit tanquā

notorum:solum autem finem causam esse laborauit ubiq; probare. Iuniores atq; nouissimi exteri partim consiliando positiones has:partim defendendo eorum põem/dicunt aliud eẽ causam causare in aliquo esse/aliud ipsam causare pro aliquo eẽ stat enim aliquam causam habere suam causalitatem in aliquo esse:& tamen causare pro alio:sic q aliud eẽ terminet causalitatem eiusdem:& tunc iuxta hoc dicũt q finis quo siue generationis:qui per motum aquiritur in esse intentionali causat & mouet efficiẽs ad agendum:non tamen pro esse intentionali/sed pro esse reali causat:& sic uolunt q licet finis sit causa in esse intentionali/non tamen in illo esse est simpliciter causa atq; absolute sed in ordine ad esse reale. Hæc nouissimi. Sed hoc consilium(ut mihi uidetur)est fuga. Primo quia siue finis sit causa pro esse intentionali/siue pro esse reali. Quæro causalitas in quo ut in proprio fundamento fundatur/aut in esse reali/aut in eẽ intentionali finis:si in esse intentionali/stabunt omnes rationes paulo ante factæ:ut patet recte consideranti. Si in esse reali:sic habetur positio Ioãnis q uidelicet finis est causa ut habet esse in re/& non ut habet esse in mente Secundo omnis causa est causa pro eẽ reali finis:agens enim causat pro eẽ reali finẽ:& omnes aliæ.igitur agere pro eẽ reali finẽ non ponit finem in esse causæ distincto a cœteris. Tertio si finis ut sanitas in mente est cã pro eẽ reali sanitatis:uel pro esse reali A sanitatis/uel B uel C non pro aliquo horum:quia indiuiduum non est intentum a natura:igitur pro sanitate abstracta ab his omnibus: talis non habet eẽ reale/sed obiectiuũ/& sic stat questio. Quarto quæro quid uolunt dum dicunt finem in mente eẽ causam pro esse reali:aut uolunt q finis sit causa pro esse reali:quia esse reale finis fundat causalitatem: aut pro esse reali finis:quod fundat effectualitatem. Si quia fundat causalitatem:habetur q in eẽ reali est causa:quod negant:si quia fundat effectualitatem:tũc erit sensus q finis est causa: quia causat effectum realem aliquem:qui est fundamentum effectualitatis. Sed hoc nihil est/quia adhuc stat finem esse causam sub eẽ intentionali simpliciter: Et de hoc uertebantur questiones: & certe consilium hoc non habet colorem:& licet nos in libro phisicorum secuti eramus/ipsum:tamen promissimus aliter dicere/si aliter occurrebat. Alii secundo consiliant uiros hosce:& dicunt q quemadmodum agens duas habet causalitates alteram quæ immediate cadit super ipsum fieri/alteram quæ immediate cadit super eẽ rei:quæ sunt seperabiles interdum:nam aliquod agens habet causalitatem quæ immediate cadit super fieri: & non super esse:ut domificator:qui super ipsum ædificari causalitatem habet: non autem super esse domus. Aliquod super esse & non super fieri:ut sol postquam ignis in aqua calorem induxit causalitatem habet super eẽ caloris in conseruando ipsum:non autem super fieri:quia factus erat. Sic ẽt

Consilium iuniorum.

Confutatio huius consilii

Secundum consilium;

finis ipse dicitur quod habet alteram causalitatem quæ correspondet primæ causalitati agentis/alteram quæ correspondet secundæ. Datur enim finis actionis/& finis conseruationis: res enim nõ tantum fiunt propter finem/sed sunt propter finem: aliter essent ociosæ: tunc dicunt quod loquendo de fine quoad primam causalitatem: sic finis est causa secundum esse intentionale. Et hoc pacto intelliguntur omnes qui finẽ esse causam fatentur secundum esse intentionale: loquendo uero de fine quo ad secundam causalitatem: sic finis est causa secundum eẽ reale: & hoc pacto Ioannes bene dicit: & alii qui uolunt finem eẽ causam secundum eẽ reale. Sed istud consilium est falsum: quia si finis secundũ esse intentionale est causa ipsius fieri: tũc cum ipsum fieri sit ens reale: causalitas finis illa prima erit relatio realis: & sic requirit fundamẽtum reale. Amplius oẽs rationes stabunt: quia ipsum fieri supra quod cadit causalitas finis prima est effectus in re: qui non potest proficisci a causa: cuius eẽ est intẽtionale. Tu uero resumas oẽs dictas rationes: quia ualebunt hoc modo contra primam causalitatem: sicut fuerunt factæ simpliciter. Secundo finis conseruans est forma/uel finis gratia cuius: id. n. quod cõseruat compositum in esse est forma: nisi enim conseruatio daretur formæ: forma nullam haberet super effectum causalitatem. finis ratione cuius res nõ sunt ociosæ: est finis rerum generatarum: siue finis gratia cuius: igiť non datur causalitas hæc secunda in fine alia ab illis: & propterea istud consilium est perturbatio. Hæc de positionibus.

Confutatio.

¶ Caput dilucidationis quartum.

Dilucidatio huius questionis mihi non est leuis: immo in multis locis intentaui illam: & nunq̃ ad ueritatis dilucidationem potui peruenire: pro dilucidatione igitur primo debes scire ꝙ finis gñationis: qui grece est telos: alius est finis mouens: alius finis efficiens: alius finis effectus. Finis quidẽ effectus forma est in materia/siue compositum ipsum quod per generationem efficitur: quod quidẽ effectus ipse sit finis: deducitur quia frustra agere dicitur quando agens non attingit effectum/ad quem tẽdebat: igĩ effectus finis est. Præterea ultimum & nobile finis est: sed effectus est ultimum & nobile: igitur finis est. Tertio id ad quod cum agens deuenit dicitur deuenisse ad finem: finis est. Sed cum effectus sit id/ad qđ cũ agens deuenit: agens ad finem deuenisse dicitur: igitur effect9 est finis: quare recte dictum est esse finem aliquem effectũ. Finis uero efficiens est præcõceptio finis effectus/naturalis uel cognitiua: dico naturalis: quia agẽs naturale non præconcipit finem cognitiue/sed naturali inclinatiõe/quæ dr̃ naturalis cognitio: dico uel cognitiua/propter agens per cognitionem: q præconcipit finem cognitiue ut medicus. Quod autem ista præcõceptio rei agendæ sit finis efficiens. Auerroes textatur duodecimo huius: ubi ait

Cõmen. xxxvi.

balneum præconceptum mouere ut efficiens. Præterea agẽs per cognitionem p talem pconceptioné imperat uirtutibus executiuis: igr hæc pcōceptio cōcurrit ut efficiẽs: finis mouẽs est eẽntia rei agendæ / siue nã / siue eẽ eẽntiæ finis effectus: pbatur qa nec agẽs a pposito / nec nã intendit. Indiuiduũ ut dicit Auicẽna: generans. n. p se intẽdit nãm / siue spẽm: siue eẽntiam finis effectus: ut generãs hoiem: non intẽdit hũc uel illum hoiem / sed hoiem: quod est quoddã cõe hñs eẽ essentiæ finis effectus. Ex his sequit dilucidatio: cũ. n. qrit utrũ finis sit cã: patet q̃ sic qa p ipm rñdetur ad qõnẽ pp quid: & cũ quærit secũdũ qd' eẽ est cã: rñdetur q̃ finis efficiẽs est cã secundũ eẽ intentionale Finis effectus est cã secũdũ eẽ existentiæ: finis mouẽs est cã secũdũ eẽ essentiæ. Sed cõtra dilucidationẽ dubitat: Primo qa tunc finis nõ eẽt una cã: sed tres. Secũdo tunc nulla opatio medici frustraretur: qa semp attingit aliquẽ finẽ utpote uel illũ intentionalẽ uel illũ ineẽ eẽntiæ. Tertio quæro de illo eẽ eẽntiæ / uel est sba uel accidẽs: & ubi nam sit. Quarto ur adhuc argumentũ stare: qa si finis efficiẽs est cã: tunc res intẽtionalis eẽt cã effectus realis ut ipsius fieri. Quinto nã siue eẽntia rei agendæ est effectrix cã: qa est obiectũ efficiens in itellectu pconceptionẽ: igitur quonã mõ est mouẽs ut finis. Sexto finis effect9 quã causalitatem habet: & respectu cuius: ipso. n. præsente cessat motus. Præterea tũc uideretur finis conseruans. Hæc cõtra dilucidationem. Vlterius sunt dubitationes extra dilucidationem. Prima quis est effectus / cuius finis ipse est causa Secunda quonam mõ finis cuius gratia: est causa: uidetur enim q̃ sit agens & nõ finis: quia hõ est agens artificialia: qui ponitur illorum finis. Tertia deus est finis suarũ operationum / qualis nã sit. Quarta utrũ esse reale finis sit nobilius esse intentionali: ut lapis intentionalis sit nobilius lapide in re. Quinta utrum finis sit maxima causarum: & quis illorũ trium. Ad primam dici põt q̃ finis est ueluti quoddam cõmune ad illas tres quasi species: nam finis efficiens / finis mouens / & finis effectus: non sunt fines eiusdem rõis. Et Aristoteles loquitur de his tribus uariis locis & uerbis / potest etiam dici q̃ hi tres fines subeunt unam rationem: quia unitas naturæ mouentis præbet præconceptioni & fini effectui unitatem: & sic dicuntur quasi unus ab illius finis mouentis unitate. Ad secundam dico q̃ medici operatio est frustra rõne finis effectus utpote quando non attingit finem effectũ: quia ab illo dicitur ipsum frustra. Ad tertiam dico q̃ illud eẽ essentiæ est natura siue forma / quæ est uniuersale in potẽtia quæ tanq̃ præconcepta est ratio agendi: & sic illa est in indiuiduis: cuius est natura / siue forma: quia destructis indiuiduis uniuersalia destruũtur. Ad quartam dico q̃ est causa effectrix non principalis / sed coordinata cum principali causa. Et tunc dico quod potest esse causa effectus realis ratione subiecti effectiui in quo est; nõ tamen est causa per accidens: nisi

Dubitationes.

Solutio dubitationum.

accipiendo per accidens ut distinguitur cõtra principale: unũ imaginãdũ est ex præconceptione illa & forma agentis fieri unũ totale agens a proposito: qđ est fundamẽtum causalitatis· nam intentio illa potius cõcurrit ad perseitatem actionis q̃ ad actionem: forma uero principaliter ad actionem· Ad quintam dico qđ illud obiectum sub eẽ essentiæ est cã mouens & efficiens: mouens ipm agẽs ad causandum: & efficiens præconceptionẽ in illo: si sit agens per cognitionem· Ad sextam dico qđ finis effectus nõ habet aliã causalitatem / nisi termini: uidelicet qđ in ipso cesset oĩs motus: & hac rõe finis dicitur generationis: & ꝓpterea non dr̃ finis conseruans / sed finis terminans· Ad alias dubitationes ad primam dico qđ effectus finis efficientis est ipsum moueri / & ipsa forma: quia ut dixi ille coordinat̃ cum agente: effectus uero finis mouentis est causalitas efficiẽtis: agens· n· causat ut motus a fine mouente: effectus finis effectus est motuũ cessatio· Ad secundã dico qđ idẽ põt esse agens aliqua: & finis cuius gr̃a illoꝝ ut artifex est efficiens artificialia: & finis cuius gratia illorum: deus ẽt est efficiens oĩa: & finis cuius gr̃a omnium: & sic est cã in esse intentionali & reali· Ad tertiam dico ꝙ finis duplex attingendus per opõem: & finis cã: deus est finis suarum opõum: quia in seipso quietatur / atq; beatur / non aũt finis est causa suoꝝ operum / nec sui· hoc declarat Aristoteles· xii· huius in quam pluribꝰ locis· Ad quartam rñdent exteri ꝙ lapis in mẽte opificis & archa in mente artificis habet esse simpliciter nobilius· In re uero lapis ipse habet eẽ nobilibꝰ secũdũ quid. Sed hæc solutio nõ ualet· Primo quia lapis siue archa in mente est accidens: in re uero est substantia · Sed substantia est ens absolute nobilius accidente · Secundo lapis in re est uerius lapis: igitur absolute nobilior lapide in mente· Tertio Aristoteles in secundo libro de interpretatione dicit ꝙ ens in mente nõ est ens nisi secundum quid: quia ut dicit opĩo de re ipsa non est ipum eẽ sed ipm nõ esse. Propterea dico ꝙ lapis in re põt comparari ad lapidẽ intentionalem: aut in rõe spẽi / siue lapidis: aut in ratione entis siue gñis remoti· Si in rõe entis: lapis realis compatur lapidi intentionali / uel ad lapidem intentionalem / qui est lapidis realis cã: uel ad lapidẽ intentionalẽ / qui est lapidis realis effectus· Tunc dico primo ꝙ si lapis realis competur lapidi intẽtionali in rõe speciei siue lapidis: lapis realis est uerĩ9 & absolute nobilior lapis lapide intentionali· si uero competur ipsi lapidi intentionali in rõe entis · Dico secundo ꝙ si comparet̃ lapidi intentionali: qui est lapidis realis cã: ut lapidi in mente dei qui est lapidis realis causa: lapis intentionalis est absolute uerius & nobilius ens lapide reali: nam ille in mente dei est substantia diuina & causa: realis autem / substantia corruptibilis / & effectus modo substantia dei est omni ente absolute nobiliꝰ ens: si uero lapidi intentionali: cuiꝰ ipse lapis realis est cã. ut lapidi intẽtiõali in mẽte hoĩs: tũc

Solutio exterorum ad tertiam

Confutatio

Solutio ꝓpria.

lapis realis est uerius ens & absolute nobilius ens illo : quia ille est accidens/lapis in re est substantia:& substantia est absolute & simpliciter nobilius ens accidēte. Ad ultimam Aristippus dixit finem eē uilissimā causarum:quia ea utuntur artifices & fabri:ut patet tertio huius : tamē dico ꝙ finis gratia cuius est maxima causarum tam secundū ordinem essendi q̄ causandi:ut deus. Sed finis generationis siue sumatur pro fine efficiente:siue pro fine mouēte:dicitur maxima causarum in ordine causandi : eo quia omnis causalitas incipit ab illa:nō autem in ordine essendi:qa multotiens agens est maius & perfectius fine:& sic maxima dicitur magnitudine ordinis causandi:quia est omnis causalitatis initium:Hæc de dilucidatione:hanc uolui hoc pacto attingere cum licentia si aliter occurrit aliter dicendi.nam res hæc mihi est non leuis.

¶Caput solutionum quintum.

Ad rationes in principio/iam diximus ꝙ inesse intentionali est causa : & dicitur finis efficiens. Imaginandū est.n. ex intentione illa/& forma agētis fieri unum efficiens totale:quod est fundamentum causalitatis : cuius non est fundamentum illa intentio:sed quasi pars/uel id sine quo nō:tūc dico ad primum ꝙ effectus realis causa est realis:& illa non est illa intentio:sed totale agens per illam intentionem/& eius formam. Ad secūdam per idem ad minorem dico ꝙ fini efficienti respondet forma agentis quæ est ens reale:& hoc sufficit. Ad tertiam patuit:est.n.illius causalitatis realis fundamentum forma agentis/cum quo illa intentio coordinatur. Ad quartam patet solutio:agens enim agit ꝓpter finem extra:quod habet eē essentiæ tanq̄ propter finem mouentem:agit propter finem conceptum/tanq̄ propter finem efficientem ; finem uero effectū non per se intendit: quia est singulare:quod non intenditur/nisi per uniuersale. Ad quintā dico ꝙ finis debet præcedere agens quo ad id in quo illius est causa:modo finis est causa non essentiæ agentis/sed causalitatis:& illam p̄cedit in suo genere. Ad sextam patet solutio per iam dicta. Ad septimā etiam patet: finis enim effectus habet eē ultimum & optimum. Ad octauam patet solutio:frustratur.n.agens:qn̄ non peruenit ad finem effectū:nō ob aliud. Ad alias pro alia parte:dico ad primā ꝙ finis effectus nō est cā nisi terminatiua operationum:& ꝓpterea dicitur finis. Ad secundam/concludit ꝙ finis effectus non sit finis efficiens.bene tn̄ est finis effectus. Ad tertiā dico ꝙ est principiū cessatiōis operum:quia hoc pacto cā:per hæc rn̄detur ad rōes pro opinionibus/ad rōes Ioannis/dico ꝙ cōcludunt ipsum finē in re esse cām finalē effectū:rōes exteroꝝ etiam procedūt de fine efficiēte & sic cessant oēs rōes si bn̄ consideretur:hæc de secūda disputatione.

¶Tertia disputatio. Si causa particularis in actu sit simul cum effectu.

¶Caput dubitationum primum·

Quod cā particularis in actu non sit simul cū effectu/ ꝓbatur primo:qa tunc in principio motus cessaret motus. Secūdo moués est prius natura motu:igiť nō sunt simul:quia cū ordine prioritatis nō est simultas· Tertio scitū in actu eē pōt ut lapis:& nō scía:igitur cā particularis nō simul est cū effectu·Quarto deus est cā particularis & in actu:& tñ effectus in actu non simul fuit cum deo:ut mundus· Quinto uř ꝙ causa in potentia simul sit cum effectu in potētia:quia sunt correlatiua:& ita simul sunt & non sunt·In contrarium est Aristoteles & Auerroes in textu &·

Cōmento· iii·

¶Caput tituli secundum·

Causa dř particularis bifariam uelut & uniuersalis:nam uniuersalis cā dř uno mō secundū causalitatē ut cœlū:alio mō secūdū prædicationē ut hō respectu hoís:sic particularis dř secundū cālitatē/& secundū ṕdicationē/. & est illa quæ tū entitate : tū causalitate est pticularis ut hic domificator respectu huius domus:quæ ulterius dř actu & potestate:actu quidem ut domificans/ptāte ut domificator·Simultas duplex est naturæ & tpis:ut enim prioritas duplex est/naturæ & tpis : sic & simultas duplex naturæ & tpis·Simultas tpis est qñ in nulla mensura est unū:qn in illo sit & aliud:nāæ uero qñ simul intelligentia sunt præterea dispō nō nisi de cā effectrice intelligitur:licet possit extendi ad alias:tñ uerba Aristotelis sūt de effectrice cā:hæc de tituli expositione·

¶Caput positionum tertium·

De disputatiōe tenet Egidius tria·Primū ꝙ efficiens pticulare & in actu simul est & nō est cū effectu imediato uidelicet cum ipō fieri·Secundū ꝙ efficiens in actu & effectus mediatus non simul sunt & non sunt· Tertiū efficiens in potētia nō est simul cū effectu in potētia·Primū deducit Egidius quia quā cito efficiens est in actu/tam cito motus est/q̄ cito motus est/tā cito motus est imobili : igitur q̄ cito efficiens in actu est/tam cito ipsum fieri est:igiť sunt simul tpe ad hunc sensum:ꝙ in nullo tpe sit uerꝫ dicere eē efficiēs actu:qn in illo sit ipm fieri·Secundū deducit:quia si efficiens in actu & effectus mediatus simul sint & nō sint/oía euenirent necessario:deduciť & ponatur domificās in actu:si igitur domificans & domus simul sunt/& nō sūt:igiť domus necessario erit aliqñ:sic ꝙ uerꝫ erit dicere domū & domificās eē simul:Et aīaduerte ꝙ Egidius uult p hāc cōclusionē ꝙ efficiēs in actu & effectus mediat9 nō sunt simul de pñti/nec necessario qñq; erūt simul in futuꝝ·Qđ qdē de pñti nō sunt simul:nō ꝓbat:qa patet eē actu ædificās:& nō actu domū·Qđ uero nec de futuro ꝓbat qa si de futuro erūt aliqñ simul:tunc posito ędificante in actu necessario erit aliqñ domus:ita ut in illo tpe ambo simul erūt:& sic oía inter me

dia ad domũ necessario erunt. Quod quidẽ ipse habet tanq̃ impossibile. Tertium ꝓbat Egidius quia patet cãm in potẽtia eẽ priorem tpe effectu in potentia/quia eẽ põt in rerum natura illo non existente in reꝶ natura: hæc pro Egidio. Sed contra hanc põem obiciunt exteri:quorũ studiũ est in contradicendo. Primo quia rõ pro secunda cõclusione põt reduci de ipsis fieri:quia ut ipse arguit de ipso fcõ mediato;ita arguã de ipso fieri: nã in domo agenda sunt multa fieri. Si.n.domificans in actu est/ipsum primum fieri est necessario:& si primũ necessario est. Secundum necessario erit:& sic oĩa fieri necessario euenirent:qđ est impossibile de ipsis fieri:sicut de ipsis factis:quare si agens in actu posito ipsum fieri poneretur:necessario ad illud eẽ actu sequeretur ipm fieri actu;qđ non est uerum:quia contingenter est ipm fieri. Secũdo obiciunt cõtra primam conclusionẽ: quia non semp efficiens efficit per motũ:sunt.n.multa agentia:quæ sine motu agunt:igitur in illis oportet efficiens actu eẽ simul cũ suo effectu actu:& nõ cum ipso fieri. Contra tertiã arguunt quia cã in potẽtia & effectus in potentia simul sunt & nõ sunt:quia referunť secundũ modum secundum relatiuoꝝ:quæ simul sunt & non sunt:& ꝓpter hæc respondẽt ad rõem pro secũda cõclusione/ꝙ non est impossibile oĩa euenire necessario necessitate cõsequentiæ ex suppositiõe ut dato ꝙ cãæ ponanť in actu positis.n.causis in actu/necessario secundũ cõsequentiã secuntur effect9 in actu:non aũt necessitate consequẽtis:quia añs est contingens: & sic ẽt cõsequens est contingens:posito.n.ꝙ hõ currat:necessario secundũ cõsequentiam sequitur ipm moueri:nõ aũt simpliciter:quia añs/& cõsequẽs sunt cõtingentia:hæc exteri. Sed nõ possum nõ istos amirari:qui Egidio uiro perito ita iniuste cõtradicant. Egidius.n.uoluit ꝙ efficiens ꝑticulare in actu cũ ipso effectu immediato simul est & nõ est:siue ille effectus immediatus sit fieri/siue eẽ:mõ sit imediatus:quia ut ꝓbat si est actu efficiens:oportet poni effectũ immediatũ:cuius illud poniť actu efficiẽs. Sed si efficiens sit actu non oportet ponere effectũ mediatũ simul cũ illo/nec de pñti/nec de futuro:& hoc siue effectus mediatus sit eẽ/siue sit fieri:qa ut dicit:tũc oẽs effectus mediati ab eadẽ re ꝓficiscentes/p multa uel per pauca media:necessario ab illa re posita in actu ꝓficiscerenť:quod qdem hẽt pro impossibili:& recte/qa stat efficiens actu poni ut domificans/& nunq̃ fore domũ:& sic stat nunq̃ ueꝶ fore ut ambo sint simul:Quare cã ꝑticularis effectrix in actu & effectus mediatus nec de pñti/nec de futuro necessario simul sũt/nec necessitate cõsequẽtis;nec necessitate añcedentis:tũc ad obiectiões ad primã dico ꝙ reducereť de ipis fieri:si põať effectũ mediatũ simul eẽ uel qñqꝫ fore cũ efficiẽte ꝑticulari i actu. Sed Egi. nec de fieri nec de eẽ mediato uult efficiẽs actu simul eẽ cũ effectu mediato. Vñ de ipso fieri imediato non est ipossibile ipm eẽ necessario secundũ

Obiectiones ex exterorum.

Defensio

consequentiã:licet nõ secundũ cõsequens sit necessariũ:at de mediatis est impossibile illa eẽ necessaria tam secundũ cõsequens q̃ secundũ cõsequẽtiam. Ad secundã dico ꝙ Egidius loquitur de effectu imediato/siue illud sit ꝑ motũ/siue sine motu:semp.n.posito efficiẽte in actu:ponit̃ necessario secundũ consequentiã effectus imediatus/siue illud sit fieri/siue eẽ: mõ sit immediatũ. Ad tertiã dico ꝙ Egidius loqtur in fundamẽtis illoꝝ: & non in relationibus. Et qñ dicunt nõ eẽ impossibile oĩa euenire necessario secundũ cõsequentiam:patet ꝙ est ĩpossibile tã secundũ necessitatẽ consequentiæ/qua secundum necessitatem consequentis secundum necessitatem consequentis quidem: quia nihil est simpliciter necessarium. Secundum uero necessitatem consquentiæ patet etiam: quia dato ꝙ causa effectrix in actu sit non ꝓpter hoc necessario secundum consequentiam sequitur ut effectus mediati necessario sint:quia stat añs eẽ ueꝝ sine consequente:qa põt accidere impedimẽtum:& sic põt bonus Egidius ab his

Põ exterorum. cauillis defendi:nos uero diximꝰ aliter in.ii.phisi. Sed ea quæ nũc uident̃ sunt magis ad mẽtem Egidii. Põe hac cõfutata:exteri fingũt unã solõem & uolunt ꝙ illa ꝓpõ cã in actu simul est cum effectu in actu:nõ debet intelligi/accipiendo cãm & causatũ pro relationibus cãæ & causati:qa tũc ꝓpõ non minus uera esset de cã & causato in actu:sed de cã & causato in potentia:nam ẽt hæc ut relationes sunt/simul sunt/& nõ sunt. Ex hoc sequitur ꝙ ꝓpõ debet intelligi de fundamentis cãæ & causati. Secundo dicunt ꝙ nõ debet ĩtelligi de fundamẽtis formaliter sumptis:qa adhuc sũt relatiua/& ut fundamẽta sunt/subeũt relationes:& sic eẽt uera ꝓpõ etiã de cã & causato in potentia:igr̃ est intelligẽda de fundamentis ut existentia sunt:q̃tum uidelicet ad existentias fundamentoꝝ. Tertio dicũt ꝙ ꝓpõ non est intelligenda de fundamẽtis absolute existentibus:quia stat unum fundamentũ absolute existere sine alio:igit̃ est intelligẽda de fundamẽtis ut stant sub actualibꝰ relatiõibus cãe & causati. Verbi cã ædificãs & ædificari simul eẽ & nõ eẽ:põt intelligi ꝙ simul sunt q̃tenus ædificans est cã & ædificari causatũ:& hoc nõ:quia ut sic ẽt ædificator & domus sunt simul:si ædificator ut cã/& domus ut causatũ cõsideret̃:igitur debet intelligi ædificans pro sᵇo uidelicet hoĩe:& ædificari pro opatione in re:quæ sunt fundamẽta relationũ:Secũdo nõ debet intelligi hoĩem & rem quæ ẽ ædificari eẽ simul ut sunt fundamẽta relationũ cãæ & causati:quia ut sic adhuc sunt relatiua: & posset propõ esse uera de fundamentis causæ & causati in potẽtia:igitur est intelligenda de hoĩe quo ad existere/& de ædificari quo ad existere. Tertio nõ debet ĩtelligi de his ut absolute existũt. qa ut sic nõ sunt simul:quia hõ põt existere sine ædificari:igit̃ debet intelligi de hoĩe & ĩpo ædificari ut existũt & ut sunt sub relationibꝰ actualibꝰ cãæ & causati:& hoc pacto nõ cõpetunt causæ & causato in potẽtia:quia

causa & causarum in potentia ut existunt non possunt eē sub relationib9 actualibus:quia non eēnt in potentia. hæc exteri. Sed hanc solutionē non possum intelligere:primo quia quęro quid exteri per relationem actualē uelint/uel per relationem actualē uolunt respectū quo denominat actu relatiuum uel per relationem actualem in agente intelligūt ipsum agere: & in passo ipsum pati siue ipsum fieri. si respectum:quo relatiuū actu denominatur:sic & relatio cāæ in potētia est respectus actualis:& respectus causati in potentia est respectus actualis:quia uterq; actu recipit prædicationem relationis:& per unum quēq; illoꝝ singulum eorum denominatur actu relatiuū. Si uolunt per ipsum respectum actualem ex parte agētis ipsum agere:& ex parte causati ipsum fieri:reddit ad pōem Egidii ꝙ agens in actu simul eēt & non eēt cum suo fieri:supra quod immediate cadit eius causalitas. Secundo per hanc solutionem non apparet quare magis Aristoteles protulit ꝓpōem hanc de causa in actu/& particulari: q̄ de cā in actu & uniuersali:qa utreq; sub relationibus actualibus simul sunt/& non sunt:& ꝓpterea hæc expō non conuenit:hæc de positionib9. — Confutatio.

❡ Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatiōe primo debes scire ꝙ cā uniuersalis est duplex ut dixim9 secundū prædicationē/& secundū cālitatem. Illa secundū ꝑdicationē nō agit nisi p accidens agēte indiuidua cā:quia uniuersaliū nec agere est/nec pati:& ꝓpterea de hac ꝓpō non pōt intelligi cā uniuersalis secūdū cālitatem semp est in actu applicationis/& in actuali agere:quia est uniuersalis ad oēs effectus:particularis uero nunc est in actuali agere/postea nō erit. Ex hoc sequitur ꝙ cā pticularis in actu ita se se hēt cum effectu particulari in actu:ꝙ dū effectus pticularis denominatur actualiter fiens:cā effectrix pticularis denoīatur actualiter agens.& econtra dū cā effectrix denoīatur actualiter agens/effectus sibi correspondens denoīatur actualiter fiens:non aūt est ita de cā uniuersali secundū cālitatem:quia hæc cā pōt denominari actualiter agens:& effectus pticularis non actualiter fiens:cœlum.n.semp denoīatur actu agens:& tn̄ effectus pticularis A uel B non denominat actu fiens. amplius nō quotiens cessat effectus pticularis denominari fiēs/cœlū cessat denominari agens. Ex his sequit dilucidatio ꝙ cā effectrix pticularis in actu & effectus pticularis in actu/simul sunt & nō sunt quo ad actualem denoīationē agentis & fientis:quia ut dictum est dū effectus pticularis denoīatur actu fiens:cā effectrix pticularis denominat actu agens:& dum effectus cessat denominari fiens: agens illud cessat denominari agens:& ecōtra etiam dum effectrix causa actu denominat agēs/effectus ēt particularis actu denominatur fiens:& dum illa cessat denominari agens:hæc ēt cessat denominari fiens: igitur simul sunt & nō sunt quo ad reciprocā denominationē actualem agentis — Suppositio. — Excerptum. — Dilucidutio questionis

& fientis· Ad hoc ualet exemplum Aristotelis de ædificante:nam dū ædificator denominatur actu ædificans : domus denominatur actu fiens:& cum cessat illius denominatio cessat & huius:econtra etiam idem patet : Per hoc apparet cur Aristoteles signanter protulit ꝓpositionem de particulari agente & non de uniuersali:de uniuersali enim secundum prædicationem non protulit:quia illa non causat/nisi per accidens:uel quia effectus potest cessare denominari fiens:& causa uniuersalis adhuc ratiōe B agentis potest remanere agens:de uniuersali uero secundum causalitatem non potest intelligere:quia illa non cessat denominari uel incipit denominari agens effectu pticulari denominato fiēte:uel cessante sic denominari· Et hoc pacto exteri non potuerunt ꝓpositionem intelligere:nec aliquis ante me· Tu uero considera textum:quia inuenies hanc propriam textui:& exemplo:Hæc de dilucidatione·

Excerptum ·

¶ Gaput solutionum quintum·

His dilucidatis· Ad primam nego consequētiam:dico enim ꝙ ipse motus non est effectus ipsius agentis:quia tunc motus acciperet eē per motum ut dixi in quinto phisicoꝝ:sed effectus in actu est id quod denominatᷣ fieri in actu:ut illud quod per motum denominatur nunc fieri· Verbi causa domus uel aliud:dum enim causa effectrix pticularis denominatur agēs/ domus denominatur actu fiens:& econtra : & sic non sequitur ut statim cesset motus:cū aliud sit denominari actu hoc agens & illud fiens/& aliud esse actu factum· Ad secundam dico ꝙ stat aliqua esse simul secundū denominationem:quorum unum est prius natura alio:ut pater & filius sunt simul secundum denominationem:& tamen res illa quæ est pr̄ prior est re quæ est filius. Ad tertiam dico ꝙ non potest esse scitum in actu secundum denominationē:quin sit scientia in actu secundum denominationem : licet possit esse res quæ est scita in actu sine actuali scientia/ut de lapide dicebatur. Ad quartam patet solutio secundū·n·philosophos de9 est causa uniuersalis/& semper est in actu per motum:sed ꝓpositio Aristotelis est de causa in actu particulari· Ad sextā patet solutio causa particularis·n·in potentia cum effectu in potentia non simul sunt & nō sūt qnantum ad mutuā denominationem agentis & fientis in actu:& sic nō tollit propositum·Hæc de tertia disputatione satis·

¶ Quarta disputatio·Si necessariorum possit esse aliqua causa effectrix ·

Quod non/arguitur ratione Auicennæ:quia si necessaria habēt causam tunc possent non esse:quia illa amota non essent:& sic non sunt simpliciter necessaria· Secundo effectrix causa est principium unde motus:ubiqꝫ

enim Aristoteles sic illam describit. Sed in necessariis non potest eẽ principium unde motus: igitur non potest esse effectrix cã. Tertio dicitur tertio huius ꝙ in immobilibus non est efficiens: igitur necessarium non habet causam. Quarto si necessarium habet cãm effectricem: tunc esset creatio: contra peripateticos: deducitur quia si necessarium fit: & non per motum: igitur creatur. Quinto omne causatum est generabile: Auerroes libro destructio destructionũ disputatiõe tertia in solutione dubii. xviii. igitur ut prius in oppositũ est Aristoteles in textu: qui clare ponit necessariorum esse aliquam causam.

¶Caput tituli secundum.

Necessarium interdum sumitur pro cõplexo: utpote pro eo quod distinguitur contra contingens & in esse: ut in libro priorum/& in libro de interpretatione diximus. Interdum pro ĩcomplexo: utpote pro eo quod est & non potest non eẽ: uel pro eo quod non est/& non potest eẽ: & hoc pacto deus est necessarium quia est: & non potest non esse. Hipocentaurus necessario non est siue impossibile est eẽ: quia non est & non põt esse: de hoc necessario plura habentur primo cœli. Vlterius ut inquit Philopon9 necessarium quouis horum modoꝝ sumptum/bifariam esse potest: aut simpliciter/aut ex conditione siue ex suppositione: necessariũ simpliciter: quod iuniores appellant necessarium secundũ consequens: est illud quod est & nõ potest non eẽ ut deus: & illud principium de quolibet dicitur eẽ uel nõ esse. Necessarium ex suppositione: qđ iuniores appellant necessarium secundum cõsequentiam: est quod in se nõ est necessariũ: sed alio posito necesse est esse: et sic omne quod est dum est necesse est eẽ ut dicitur in libro de interpretatione: similiter necesse est hominem moueri/dato ꝙ currat: Amplius necesse est stuppam uri/dato ꝙ ignis illam urat. Hæc enim ex suppositione dicũtur: quia in se nullum horum tale est. Causa & si multipliciter sumi possit: in proposito pro causa effectrice auditur: nã de aliis causis disputatio erit. xii. huius. Hæc de titulo. — Quid necessarium & quoties dicitur.

¶Caput positionum tertium.

De disputatione Plato quem Alexãder/Aphrodisius/& Philoponus sectantur: opinatur nullũ esse simpliciter necessarium: quod suæ necessitatis & essentiæ necessariæ cãm effectricem habeat: bene tamen concedũt simpliciter necessarium aliquod ut complexum habere suæ necessitatis manifestãtem causam: quæ potius sit illius causa ut assentiamus ei: q̃ causa sit illius in se: necessarium tamen ex suppositione quouis modo sumptũ põt habere causam effectricem: unde hæc positio potest in tribus cõclusionibus exponi. — Põ platonis

Prima necessarium ex suppositione quouis mõ sumptum habere potest cãm effectricem: patet quia stuppam comburi est necessariũ ex suppositione: & tamẽ habet cãm effectricem. Similiter hoiem moueri — Prima cõclusio

est necessarium ex suppositione:& habet cām effectricem ut hominem currere • Secunda necessariū complexum & si nō habet causam essendi/ habet cām sui consensus· Probatur quia conclusionibus non assentimus notis terminis nec solo lumine:igitur ꝑpter principia illis assentimus:& sic necessarium illud conclusionū principium habet nō essendi:sed assen tiendi· Tertia conclusio necessarium simpliciter & incomplexū nullo pa cto habet cām effectricem:unde Plato bene concedit in Thimęo aliquod factum eē sempiternum non quidem nexu rei factæ:qui est ad non esse : sed uoluntate opificis:quæ ut ait maior est nexu illius:& hac ratione po/ suit mundum factum/& æternum:non tamen necessarinm:sed possibilē non esse/tamen uoluntate opificis semper est· Philoponus etiā & Alexan der dicunt oē causatum esse nouum:posseq; sempiternum eē:sed non ne/ cessarium/sed possibile:ut Auerroes secundo cœli cōmento lxxi· &·duo/ decimo metaphisicæ cōmento ·xli· & in·viii·phisicoꝝ cōmento· lxxix· & alibi pluries narrat·Hanc pōem secutus est inter iuniores Ioānes Ganda uensis:atq; eius patrius Herricus : crediderunt·n contradictionem eē ut necessarium simpliciter aliquid sit:& cām habeat effectricem·Hanc posi tionem Ioannes persuasit·Primo quia effectrix causa:semper a peripateti cis per motum diffinita est·Modo necessariū simpliciter habere causam effectricem per motum:nemo dicet. Secundo naturalis philosophus nō debet ponere:nisi quod uel sensibus patet uel ex sensibus deducitur · Sed eē aliqđ agens sine motu : nec sensibus/patet:nec ex illis deduci potest • Tertio si necessarium habet agens:igitur non habet de se esse:non habet de se eē:igitur habet de se non eē a negatiua de prædicato finito ad affir/ matiuā de prædicato infinito cum cōstantia subiecti:ut dī in secundo de interpretatione:habet de se non eē:igitur est possibile nō eē:& ita nō sim pliciter necessarium:ut Herricus arguit·Quarto si necessariū simpliciter incomplexum habet agēs:igitur est compositum tenet enthymema quia omne factum componitur ex eē/& eēntia:quia esse habetur/& essentia habet eē enim per actionem participatur:& eēntia per actionem partici/ pat·Quinto duodecimo metaphisicæ·omne causatum est nouū:& in lib• destructio destructionum disputatione secunda in solutione dubii tertii• Sexto data hac pōe erit impossibile euitare creationem/saltem æternam: quod uidetur impossibile:quia Aristoteles ubiq; negat creationem per il lud famosum principium q̄ ex nihilo nihil fit:mō hoc principium est cō mune æterno & nouo:& non uidetur magis rō quare hoc principium de struat creationem nouam:& non æternam·Septimo uel necessitas est de essentia entis simpliciter necessarii : uel res addita eēntiæ:si de essentia : igitur omni alio circūscripto sibi competit:& sic nō habet cām si res ad/ dita eēntiæ:igitur eēntia est in potentia ad illam:& sic pōt recipere illam/

Secunda•

Tertia•

Positio ioannis & herrici•

Cōmēto• xxxix

& carere illa:& ita illud necessarium est contingens. Ex his concludunt necessariorum simpliciter & sempiternorum incomplexorum/ ut intelligētiarum/bene eē finem cōem omnibus:qui mouens dicitur:eo mō quo forma balnei secundum essentiam:finis mouens dicitur;diximus n.formam inesse essentiæ esse mouentem finem:& sic uolunt deum esse finē mouentē:non aūt finem effectū/uel efficientē. Sed simul finis mouēs est omnes motores ad agendum:non aūt efficiēs:ut declaratum est. Hæc sunt quæ Ioannes & patrius suus Herricus sentiunt non solum in se:sed de mente Aristotelis. Nam Aristotiles. xii. metaphisicæ/& Auerroes ibidem:dicūt primum mouere ut amatum & desideratum:igitur mouēs est omnes ad agendum:non autem agens illas intelligentias simpliciter:sed mouēs eas ad actiones sempiternas. Quare non aliter deū Aristoteles concedit esse agens:nisi quatenus est finis mouens. Sed pace horum dixerim:hæc positio peccat in duobus. Primo quo ad id quod uolunt de ente necessario. Secūdo quo ad id quod uolunt de cōclusionibus necessariis. Primum quidem error est : quia deus est finis omnium intellectuū seperatorum:igitur effectrix causa illorum. Consequentia est Auerrois. xii. metaphisicæ comentis xliiii. v. vi. lv. &. xxxvi. & decimo metaphisicæ cōmento. vi. Secundo arguo syllogismo Auerrois in lib destructio destructionū disputatiōe. iii. in solutione. xviii. qđ dat entibus sepatis finē:dat eē:qa finis & forā sūt idē in illis & forma est eē:id aūt qđ dat formā est agens:sed deus dat finē illis:igitur ēst agens:uide eum. Tertio nulla intelligentia est liberata a potentia:præter primam:mō hoc non est/nisi quia quælibet est causata : ut dicit Auerroes in libro destructio destructionum in q̄ pluribus locis:mō non dicuntur causatæ a prima:ut a fine tantum:quia sic omnes possunt eē æquales ut docet Simplicius primo cœli:ait enim q plures canes possunt æqualiter appetere eūdem panem:quia finis potest appeti æqualiter ab omnibus. Mō intelligentiæ non appetunt æqualiter:nec æqualiter sūt beatæ secundum Auerroem in libro de beatitudine:igitur non dependēt a deo ut a fine tantum. Quarto inter motores illos est ordo essentialis : igitur inter eos est ordo dependentiæ:ordo enim essentialis apud philosophos non est nisi dependentiæ:igitur omnes dependet ordine quodam a primo. Multa alia reperies contra hanc pōem in libro destructio destructionum. Secūdum uero est euidenter error primo quia Aristoteles in toto libro posteriorum uult medium/cām/& definitionem esse idem. Præterea tūc nulla demonstratio dicit quia & pp quid:deducit quia secundū Themistium demonstratio dicit quia & propter quid quæ dicit causam & esse:& hāc demonstrationē appellat Auerroes demonstrationē simpliciter:eo quia mediū dicit causam & eē effectus. Præterea Aristoteles primo posteriorum docet demonstrare ipsum non sintillare de planetis:per

Excerptum.

Cōmēto. xxxvi

Cōfutatio pōis

Prim9 error Ioannis &Herrici

Secūdus error.

causam ueram / ut dicit / quæ est eé prope: modo nō sintillare est effectus necessario competens planetis: igitur necessariū habet cām ueram· Multa alia possunt adduci contra hoc secundum: sed quia est aperte falsum: & contra omnes græcos: uolumus de pōibus esse dictum hactenus·

¶Caput dilucidationis quartum·

Pro dilucidatione: In hoc quæsito uolumus in parte exteros sectari: non quidem q ipsi fuerunt huius ueritatis inuētores: nam ante ipsos hāc rem Albertus / expositor senex / & nouus expositor apertis ratiōibus comprobarunt: propterea hāc positionem imitabimur tanq̄ cōem omnibus ueris peripateticis: pro dilucidatiōe igitur supponamus nullum effectū posse esse æternum: quin eius effectrix causa & necessario sit: & necessario illū efficiat / aut efficiendo cōseruet: hæc suppositio patet rōe: quia ubi aut cā deficiat simpliciter: aut desinat ipsum conseruare: proculdubio effectus desinet esse: hæc suppositio ét patet per Auerroem quarto cœli: ubi inqt res enim æternæ non hn̄t agens / nisi secundum similitudinem: neq; habēt ex quattuor causis / nisi formalem / & finalem: & si habuerint aliquod q̄si agens: non erit nisi inq̄tum est forma illis: & conseruans illas: hæc Auerroes: ubi patet effectum æternū non habere agens: quod illum efficiat effectione distincta a conseruatione: & ,ppterea causa effectus æterni est cōseruatrix efficiens: uel effectrix conseruans: eo quia nunq̄ fuit cā sine effectu: nec effectus erit sine causa: uel aliq̄n nō fuit sine causa· Præterea hæc suppositio est de mēte Auerrois ·xii· metaphisicæ· ubi ponit oēs motores dependere a primo: non aūt effici ad hunc sensum: q prius non fuissent: & postea essent: & sic hæc suppositio sit pro nūc sic comprobata· Ex hac suppositione sequitur differentia inter catholicos & peripateticos: qa ex quo per suppositionem nullus effectus potest eé necessarius & æternus: nisi causa necessario sit: & necessario causet: & secundum ueritatem deus ad extra comparatur mere libere & cōtingēter: sequitur ut nullus sit effectus perpetuus & necessarius · Quia uero secundū philosophos deus ad extra comparatur libere / sed necessario: ut in libro destructio destructionum disputatione secunda: igitur oís effectus qui immediate est ab ipso est necessarius & æternus: ut mundus / & quęlibet intelligentia: & hoc deducit ipse Auerroes octauo phisicæ auscultationis · ubi deducit ab æterno agente omne quod euenit / eé æternum & necessarium· Tunc de mēte peripateticorum sunt dicendæ hæ conclusiones / Prima nullum necessarium & æternum habet cām effectricem per motum· Secunda nullum necessarium & æternum habet agens: quod agat non conseruando / uel conseruans / quod conseruet non agendo· Tertia necessariū & æternum habet effectricem cām conseruantem / uel cōseruatricem efficientem · Vltima conclusio necessarium ex suppositione potest habere uerum agēs per

Suppositio·

Cómento prío·

Cōméto · xliiii·

Excerptum: qđ est dr̄a catholicorum a philosophis

Cōmento·xv·

Dilucidatio per conclusiones·

motum/& uerum agens nõ conseruans. Prima harum patet:quia omne quod per motũ efficitur:prius fuit in potentia ad esse apud philosophos sed omne tale est possibile esse:igitur nõ necessariũ & æternum. Secũda etiam declaratur per suppositionem/quia non potest eẽ æternus & necessarius/nisi causa sit æterna/& necessario causans:mõ non potest semper causare agendo:igitur agit semper conseruando:uel semper agendo conseruat:& per hoc patet tertia. Quarta aũt non eget probatione:quia effectus naturales non sunt necessarii nisi ex suppositione utpote supponendo ꝙ agentia naturalia agant:& sic possunt habere agentem cãm quouis modo. Quod uero hæc positio sit conueniens fundamentis peripateticorum:persuadetur:quia ratio efficientis est cõior ratione mouẽtis:& ratio effectus cõmunior ratione moti/uel producti per motum:declaratur tũ quia de efficiente agit metaphisicus: quia ut Auerroes primo physicorum. Metaphisicus agit de tribus generibus causarum. Tum quia in quibuscunq; est mouens/est efficiens & non econtra/ut dicit Auerroes in libro destructio destructionum. Ex hoc arguitur omne quod consideratᷣ a metaphisico per indifferentiã mobilibus & immobilibus: cõpetit substantiis seperatis. Sed efficiens/& effectus considerantur a metaphysico per rõem cõmunem/& indifferentem omnibus mobilibus/& aliis a mobilibus:igitur ratio efficientis et effectus competũt seperatis:igiᷣ in illis est efficiens/& effectus:uel sub aliis uerbis potest hæc ratio colorari/qc quid metaphysicus considerat:est abstractum aut per essentiam/aut per indifferentiam. Sed efficiens & effectus cõsiderantur a metaphisico:igẽ effectus aut competit abstractis per essentiam/aut per indifferentiam/& quouis modo dicatur:sequitur in illis eẽ efficiens/& effectum: & hæc ratio demonstrat apud peripateticos:hæc de dilucidatiõe:quia multæ dubitationes tollentur soluendo rationes pro Ioanne factas.

Fortissima rõ.

Cõmẽto primo

¶Caput solutionum quintum.

His uisis/Primo ad rationes pro opinione Ioannis: Ad primam dico ꝙ Aristoteles afficientem definit per motum:quia per hoc dat intelligere efficiẽtem sine motu:semper.n.metaphysica tradit post physica:adeo ꝙ nomen retinet. Ad secundã dico ꝙ ad talem efficientem/deducimur ex sensibus:nam ex sensibus uidemꝰ ordinem essentialem inter motus. & ab illo arguimus ordinem inter motores:& sic nanciscimur ordinem dependentiæ. Multis etiam aliis uiis id possumus nancisci:quas prætermitto. Ad tertiam concedo ꝙ effectus perpetuus & necessarius non habet de se eẽ/& nego ꝙ sequatur illum habere de se non eẽ:nec sic arguitur per regulã: nam prædicatum illius negatiuæ est habens de se esse:& ita negatiua erit illa:non est habens de se esse:propterea sequitur. igitur est non habens de se esse;quia nunc prædicatũ est infinitum;& hoc pacto concedo. Ad q̃rtã

concedo consequentiam:quia sola prima intelligentia est liberata a poten tia:uerum in quarto huius dixi quonam mō est illa cōpositio: dixi enim ꝙ non est compositio illa ex eē & essentia tanq̄ ex re & re: quia nunq̄ ste tit essentia sine esse:nec potest eē ipsum esse sine essentia:sed est composi tio secundum rōem:quia nos intelligimus essentiam illaꝝ fuisse sine esse per rationem quatenus intelligimus illas in aliquo priori secūdum ratio nem/in quo non sunt:quia sunt causatæ:modo nihil potest intelligi cau satum: quin intelligitur per rationem saltem in aliquo priori non esse: res uero quæ de nouo fiunt:sunt uere compositæ ex esse & essentia:quia essentia uere secundum rem præcedit esse: & aliquando fuit essentia sine eē:deus aūt qa nec de nouo/nec ab æterno effectus est: ꝓpterea solus est liberatus a potentia. Ad quintā dico ꝙ philosophi non negant creationē æternam:ut patet octauo phisicoꝝ:ubi Auerroes concludit ꝙ mūdus est factus ab æterno:& certum est ꝙ non est factus ab æterno ex ente:igitur coguntur ponere creationem æternam:in qua ipsum nihil præcedit eē se cundum rationem:quatenus intelligitur res æterna causata:ubi dictū est & qn̄ dicitur philosophos habere hoc pro impossibili pro tanto quia ha bent pro impossibili aliquid fieri ex nihilo:dico qđ habēt pro impossibi li aliquid fieri ex nihilo de nouo/quia non cognouerunt aliquid posse fie ri de nouo/nisi per motum:at ex nihilo posse fieri aliquid per motū non est intelligibile:quod autem fit ex nihilo ab æterno:nō oportet ut fiat de nouo:& propterea cognouerunt illud posse fieri sine motu:& inde posse creari. Hæc deductio est Auerrois in libro destructio destructionum cla re. Sed dices/si philosophi cognouerunt aliquid posse fieri ex nihilo crea tione æterna:igitur coguntur ponere illud esse in nihil uertibile:& sic oē tale erit contingens. Dico qđ isti philosophi cognouerūt ens formaliter necessarium esse ab alio effectiue:ueluti album se ipso esse formaliter al bum:& esse effectiue ab albificante:& sic negatur consequentia:quia tūc esset illud uertibile in nihil:quādo fuisset factum ex nihilo hoc pacto qđ esse nō fuisset formaliter sibi necessarium. Ad sextam dico qđ necessitas essendi est de essentia entis simpliciter necessarii ut cuiuslibet intelligētiæ quia quælibet est formaliter necesse esse:& concedo qđ sibi competit cir cūscripta omni causa formali:non tamē omni causa effectiua:quia ut di xi formaliter necessario non repugnat habere cām effectiuam:ut forma liter albo non repugnat habere albificans. Tunc per hæc ad rationes in principio respondetur. Ad primam dico qđ necessariū formaliter/& effe ctiue ut deus excludit omnem aliam causam:sed necessarium formaliter non excludit causam effectiuam. Ad formam concedo qđ ammota pria causa cessabūt omnes intelligentiæ:& nego qđ propter hoc sint possibi les non esse:ut non ualet si equus uolat/equs habet alas:igitur equus hēt

Quare philosophi cōcesserunt creationē æternā:& nō nouā.

alas:sic non ualet si deus non est/intelligentiæ non erunt:igitur intelligẽtiæ non erunt:igitur intelligentiæ poterunt non esse:est.n. antecedens impossibile:& consequens similiter. Ad secundam patet solutio. Ad tertiam patet etiam solutio:quia Aristoteles loquitur in mathematicis:ut diximꝰ tertio huius: Ad quartam patuit solutio:ad uerba Auerrois dico ꝙ loquitur de causato per motum.& sic patet ueritas. Restaret nũc adducere rationes pro parte catholicorum:& pro parte pħoꝝ:sed quia in libro phõꝝ & in libro destructio destructionum/& in libro de substantia orbis sunt adductæ:nunc omittimus. Si tu uidere uis hanc qõnem non semel resolutam:lege non semel librum destructio destructionum:quia sæpe poteris hæc legere:hæc de quarta disputatione.

¶ Quinta disputatio est. Si materia est principium unitatis numeralis cuiusq; indiuidui.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod sic/arguitur:quia ut in textu dicitur:ea sunt unum numero:quoꝝ materia est una:igitur materia est principium unitatis numeralis: In oppositum arguitur:quia tũc omnia essent unum numero:quoniam oĩum est una numero materia:& sic qõ est ambigua.

¶ Caput tituli secundum.

Pro tituli explicatione. Primo animaduersione dignum ꝙ quælibet unitas dicit duplicem negationem:ut quarto huius disputauimus: uidelicet negationem diuersitatis in se:& negationem identitatis cum alio. Nam quodlibet unum est in se non diuersum/siue in se indiuisum:& alteri nõ enti/quia ab alio diuisum:uerum si aliquid est in se indiuisum/& ab alio sub ente diuisum:hoc dicitur unum unitate entis. Si uero aliquid est in se indiuisum & a quolibet alio sub eodem genere diuisum:est unum specie. At si aliquid est in se indiuisum & diuisum a quolibet alio suæ speciei/dr̃ unũ numero:igitur unum nũo est per duplicẽ negationem:quia per indiuisionem in se/& diuisionem a quolibet eiusdem speciei. Ex hoc sequitur ꝙ nullum æternum dicitur unum numero: quia licet omne æternum sit in se indiuisum:tamen nõ est ab aliquo eiusdem speciei diuisum: quia nec est in specie/nec est aliquod alud indiuiduum eiusdem speciei:e quo diuisum eẽ possit.hoc Auerroes sentit hic.ubi dicit ꝙ unũ numero quod est in æternis:est unum quod est principium numeri. Quod philosophi uelint deum & æternum aliquod esse unum numero:utuntur uno numero pro omni eo:quod cum alio quouis numerum efficit:non autem sumunt

Quid unitas numeralis.

Excerptũ p qđ sciẽ nullũ æternũ eẽ unũ nũo.

Cõmento.xii.

unum numero/prout distinguitur contra unum ente/unum genere/& unum specie. Secūdo animaduersione dignum indiuiduum esse omne id quod ex diuisione continui unum est corpus in alia corpora indiuisibile: hoc græci appellant interdum athomon: interdum adiereton: semper enī dictum quia super ipsum non cadit diuisio diuersarum partium: trāsfert autem ad singulare speciei ualde improprie: nam singulare esse potest nō per hoc quia sit corpus sup quod nō cadit diuisio continua: dicitur enim singulare: quia unicum est & solū: qđ & græci cathecaston dīit: & ꝑpterea nullum æternum esse potest idiuiduum: quia nullum est tale per hoc quia post diuisionem relinquitur indiuisibile: bene autem potest eē singulare: quia potest eē unicum & solum. Tertio debes scire ꝙ aliquid pōt dici unum numero per aliquid dupliciter: formaliter/& fundamentaliter/ dicitur unum numero Socrates formaliter sua unitate numerali: quia sicut album formaliter est tale albedine: sic unum numero formaliter est unum numero unitate numerali: fundamentaliter uero per aliquod dicit̄ unum numero per quod in eo fluit unitas numeralis. Ex his sequitur ꝙ disputatio intelligitur de fundamento unitatis numeralis. Quæritur enī quid est principium fundamentale: equo fluit unitas numeralis socratis: unitas enim numeralis non inest īmediate ipsi rei: cuius est 'ueluti unitas entis. omne enim ens est unum ens: quia ens. sed inest rei per certum fundamentale principium: e quo fluit unitas rei: & de tali principio extat disputatio: quid nam sit: & quale: hæc enim dubitatio est non parua: est enī questio noua: apud enim ueteres non erat excogitata: sed post emersit: & in ea multi elaborauerunt: hæc de titulo.

Quid īdiuiduū & singulare.

¶ Caput positionum tertium.

De disputatione sunt innumeræ positiones: uerum nos famosiores introducemus: & illas exponemus pro facultate: nam de re hac nihil certi habemus: nec Aristoteles/nec Auerroes fecit uim in qōne hac. Famosa igitur opinio/quæ hodie currit per scolas exterorum est ꝙ fundamentale principium unitatis numeralis est hecceitas: ubi debes scire ut dicunt ꝙ materia & forma opponuntur relatiue ut potest colligi secundo phōꝝ. igitur quot modis dicitur mā tot et forma dicetur: & econtra: dicitur autem forma interdum forma totius: quæ est natura cōis: interdum forma partis/ quæ cum mā efficit compositum: hinc materia duplex/altera totius: quæ correspondet naturæ: altera partis/quæ correspōdet formæ partis: ex materia totius & natura indiuiduū constituunt: ex materia partis & forma faciunt compositum. Quare materia totius est principium fundamentale unitatis ipsius indiuidui: hæc autem materia totius in Socrate/est eius hecceitas/siue eius socrateitas: in nipho nipheitas: comparaturq; hæc naturæ ipsi cōmuni/ueluti differentia naturæ generi: Hanc opinionem pri-

Pō exteroꝝ: ut scoti in libro. ii. sentētiarum. distictione. iii.

Cōmento. xxvi

Authores pōis Auicēna Varro Plotin9 Pocul9

mitus pubicauit Auicēna quinto suæ metaphysicæ/ubi uoluit indiuidua eiusdem spēi differre differentiis indiuidualib9/ueluti duæ species eiusdē generis differunt differentiis specificis:quæ differentiæ indiuiduales/hypostheses appellat indiuiduorum:siue proprietates·Has primum recepit Varro exterorū principis præceptor : & appellauit illas hecceitates:quibus indiuidua sunt hæc·Hæc etiam positio non fuit intacta apud ueteres Plotinus uero assignans ea quibus animæ numerantur:ait illas numerari terminis internis/quos nonnulli nostra ætate modos intrinsecos appellāt: quæq; hecceitates dicuntur:dicentes illas uoluisse proculum etiam:& appellauit ipsas Idiotropias:hoc est proprietates intimas·Sic igitur hæc positio licet fuerit noua/apud ueteres non erat intacta. Pro hac positione arguitur primo/quia per hanc positionem habetur principium unitatis numeralis in omnibus indiuiduis:cuiusuis generis:& per nullam aliam·igitͤ est præceteris præponenda:antecedens patet/quia per hāc possumus dare principium indiuiduationis & substantiæ/& accidentis/& generabilium & eternorum. Secundo per id debet esse omne indiuiduum unū numero:per quod ultimo differt ab omni alio · Sed per nihil differt ab omni alio/q̄ per hecceitatem/non quidem per materiam:quia illa est cōmunis omnibus/non per formam/quia illa est fundamentum unitatis specificæ/non per aliquod accidens:quoniam oē accidens præsupponit unum numero subiectum.igitur aut per nihil:aut per hecceitatem·non est dicēdum per nihil.igitur per hecceitatē. Tertio ultimo differentia debent differre per primo diuersa:sed indiuidua sunt ultimo differentia sub specie · igitur debent differre per primo diuersa:sed nulla sub specie sunt primo diuersa:quibus ipsa indiuidua possint differre/nisi hecceitates . quia nec materiæ sunt primo diuersæ/nec formæ/nec accidētia·igitur per hecceitates·Quarto intellectus potest intelligere singulare in illo priori in quo præcedit omne accidens:igitur datur aliquid per quod singulare est hoc antecedens omne accidens·sed istud nō est materia quæ est altera pars cōpositi:quia illa est pars spēi/nec forma/quia illa est uniuersale · igitͤ est hecceitas · Hæc sufficiant pro hac suppositione . quia rationes pro hac positione nullæ sunt/nisi quæ destruunt alias positiones · Sed pace tantorum uirorum dixerim/hancpositionem non senserunt peripatetici / nec est conueniens ipsis rationibus · Primo hac positione data/sequeretur q̄ duo indiuidua differrent æque essentialiter sub specie : sicut duæ species sub genere : quod est contra decretum omnium peripateticorum/qui uolunt sub genere quæcunq; differunt/differre essentialiter/sub specie accidentaliter : ut docet ipse Porphyrius in libro de quinq; uocibus/& etiam doctissimus Boetius in commentationibus illius libri . Aristoteles secundo posteriorum in quo loco idem sentit (ut quilibet uidere potest)

Rōes positiōis. Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Confutatio positionis exterorꝝ. Prima ratio.

Philoponus/Ammonius etiam in libro de interpretatione/& Simplicius in prædicamentis. Auerroes uero in libro de substantia orbis ait ꝙ indiuidua sub specie nõ differunt nisi per accidens. Themistius quoq; in primo de aīa uult naturā specificā esse athomam:quia indiuidua in illa non differūt nisi per accidēs.& deducitur cōsequentia:quia quæcūq; differūt per differentias/quæ sub spē sunt primo diuersæ/& sub quolibet uniuersali ad spēm etiam sunt primo diuersæ/dñt essentialiter. Hac.n.rōe spēs differunt essentialiter:quia differunt differentiis/quæ sunt primo diuersæ sub genere:& sub quolibet supra gen9:ut ipsi & nos fatemur. Sed duo indiuidua differunt per differētias:quæ sub specie sunt primo diuersæ/& sub quolibet supra spēm.nā duæ hecceitates sunt primo diuersæ sub spē: & sub genere/& sub omni supiori.igitur duo indiuidua essentialiter differunt.

Secunda ratio. Secundo ad idem quæcunq; differunt per differentias/quæ non sunt de ratione formali speciei/immo quasi extra formalem rōem spēi/& cuiuscunq; superioris ad spēm:differunt essentialiter:patet quia nō per aliud differūt eētialiter duæ species sub genere/nisi quia differunt differentiis/quæ differūt formaliter ab ipso genere/& ab omni supiori ad genus. Sed indiuidua differunt per hecceitates/quæ sunt extra essētiā speciei/& cuiusq; superioris/uel quæ non sunt idem formaliter alicui illorū. Igitur duo indiuidua differūt eētialiter. Minor est eoꝝ ut patet.

Tertia. Tertio ad idem oīa differentia/quoꝝ rō differendi non est accidens differunt nō accidentaliter/sed eētialiter. Hæc.n.est petitio in hac materia. Sed duo indiuidua sunt differentia:quorum rō differendi est hecceitas/quæ nō est accidens alicuius illoꝝ:quia nec proprium nec cōe.igitur differunt essentialiter.

Quarta. Quarto oīs differentia aliquoꝝ plusq̃ per propria & eētialia accidentia eoꝝ/est dña essentialis/& specifica. Hæc enim per se nota:quoniam differentia per accidentia cōia est per accidens; dña per accidentia essentialia ut leonis per suum propriū:& hominis per suū proprium est saltem per se & essentialis secundo mō per se. Igitur differētia per ea quæ antecedunt propria & essentialia accidētia/erit distinctio essentialior/ac magis per se.igitur simpliciter essentialis. Sed hecceitates antecedunt per eos omnia propria & omnia accidentia indiuiduoꝝ igitur indiuidua differunt per se & eētialiter.

Quinta ratio. Quinto arguo signetur hecceitas una & sit A utpote socratis/& hecceitas Platonis/quæ sit B. & arguo rōe exterorum qua probant dari unitatem cōem realem/sic hecceitas A circūscripto oī opere intellectus plus conuenit cum hecceitate B: q̃ cum nihilo/uel hyppocentauro. Hæc est eorum propositio.igitur præter operationem intellectus est dare unam naturam realem cōem/in qua illæ duæ conueniunt. Probatur per rōem eorum/quia cuiuslibet relationis realis est fundamētum reale:ut ipsi dicunt/sed conuenientia præter operationem intellectus

est relatio realis ut asserunt.igitur oportet dare fundamentum reale:tale non potest eē singulare/ut dicunt·igitur cōe reale· Ex his sequitur q̄ duæ hecceitates habēt naturam cōem realē:igitur hecceitatis erit hecceitas per quam cōtrahitur natura illa ad A uel B hecceitatem·Hæc rō est apud me ualida:quia tota est ex fundamentis positis ab eis·Sexto oīs entitas positiua/quam per se consequitur unitas est formaliter ens·aliter unitas non esset immediata passio entis formaliter contra eos.Sed hecceitatem consequitur immediate unitas·igitur hecceitas est formaliter ens:& per consequens non est primo diuersa ab altera hecceitate · Septimo hecceitas est quoddam intelligibile:hoc est uerum apud quosdam horū:qui uolūt formalitatem/ens quod distinguitur cōtra nihil/& ens quod est per se obiectum intellectus conuerti & eē idem· & sic oportet iuxta hos saltem cōcedere hecceitatem eē per se intelligibile quoddam · Tunc arguo rōe Auerrois omne intelligibile per se anteq̄ intelligatur est intellectū in potentia · igitur hecceitas anteq̄ intelligatur erit intellectum quoddam in potentia. Vltra sed omne intellectum in potētia est illud e quo pōt abstrahi intellectum in actu/sic·n·arguit Auerroes·iii.de aīa·igitur hecceitas est intellectum in potentia/e quo pōt abstrahi intellectum in actu · Sed oē tale est per se indiuiduū apud Auerroem·igitur hecceitas erit per se indiuiduum: e quo est abstrahibile uniuersale actu:& ita sequitur ut prius q̄ hecceitatis sit hecceitas·Octauo data hac pōe sequeretur q̄ æqualiter indiuidualiter differūt duo indiuidua eiusdem spēi:& duo indiuidua diuersarum specierum/ut socrates & plato/& socrates/& furatus noster canis:quod credo non eē intelligibile:quia socrates & plato drīt indiuidualiter accidētaliter·socrates & furatus differūt indiuidualiter eētialiter·& deducitur cōsequentia:quia quæcūq; drīt per primo diuersa/æqualiter differūt : quia primo diuersa sunt maxime distantia ·Sed socrates & plato inter se differunt p hecceitates/quæ sunt primo diuersa/sicut socrates & furatus·igit̄ æqualiter indiuidualiter differūt · Multæ aliæ rōes fieri pñt·Sed quia alii tangunt/nolui implere libros nr̄os laboribus alienis· Quod uero hæc pō non sit peripatetica:nolo demōstrare:quia ex dilucidatione apparebit:immo dico q̄ nullus unq̄ peripateticoꝝ hāc uidit/nec in uisione/nec in somniis·tam & si quidam temerarii nr̄æ ætatis laborent declarare hanc pōem eē Aristotelis:cogendo nōnullas authoritates Aristo· ad tale mendacium per torturam· Sed de his hactenus·Post hos inueni diuū Albertum inter peripateticos clarissimum:qui uoluit materiam primam esse totale principium fundamentale:& quo forma ipsa dicatur una numero:& quo cōpositum etiam unum sit numero sub eadem specie. Mouetur Albertus in libro de intellectu primo:quia id quod est per se singulare & per se incōmunicabile/est per se sufficiens facere omne illud ; cui additur singulare

Sexta rō.
Septima rō.
Cōmento.v.
Octaua rō.
Pō Alberti.
Rōes alberti.

& incōmunicabile. Sed materia est per se singularis & per se incōmunica bilis: quia una numero simpliciter in tota eius spē: ut dicit Auerroes. xii.
Cōmento. xiiii. huius. igitur est sufficiēs & totale principiū: quo & forma & cōpositū ex ipsa reddatur unum nūo/& incōmunicabile. Secundo quicqd est in indi uiduo: quod repugnat rōni quidditatis & uniuersalis/pōt poni prima & sufficiens rō unitatis indiuidui & indiuiduandi. Sed mā repugnat rōi q-ditatis & uniuersalis/ut dicemus in.vii.de mente Auerrois: igitur pōt eē sola ratio indiuiduandi: & totale principiū unitatis numeralis. Ex his cō-cludit Albertus materiam non eē necessariā ad esse cōpositi uel formæ/ quom magis faciat ad nō eē. Sed ad terminationem ipsius eē: atq; illi9 in-diuiduationem: & ita erit secundū ipm cā essendi sine qua non: indiuiduā
Difficultates contra Albertū di uero per se & totale principium. Hæc Albertus. Sed contra Albertum incidunt cauilli exteroꝝ primus: quia est una nūo materia oīum. igit̄ oīa erunt simpliciter unū numero. & sic reddetur pō Parmenidis. Secūdo qa adhuc qō erit de unitate materiæ: est.n. materia una nūo: quærit̄ igitur p quid ipsa meteria est una nūo. & sic adhuc qō stat de materia. Tertio mā est pars uniuersalis rei: estq; in uniuersali cōsiderabilis. igitur nō est de se
Cōmenti. xxxix & .xxxv. una nūo. aňs patet. vii. huius textu. & .xii. huius textu. Vlterius arguitur quod nō est de se incōmunicabile/non pōt constituere aliquid in eē incō
Cōmenti. xxvii municabili. Sed mā non est de se incōicabilis: ut patet per hæc. igitur nō pōt cōstituere aliquod indiuiduū in esse incōmunicabili. Quarto qcquid cōstituit aliquid in aliquo eē repugnat sibi reperiri sub opposito talis eē. Sed materia constituit in eē numerali. igitur repugnat repiri sub multi-tudine. Sed hoc est falsum: quia sunt materiæ plures nūo respectu pluri-um formaꝝ. hæ sunt difficultates aduersus hanc pōem. Sed quonā mō re
Monaci positio Ioannis Auicebronis. fellantur: in dilucidatione apparebit. Trusianus monachus in lib. Tehnæ galeni. ii. cōmen. xliiii. Ioannes Gandauensis in libro de substantia orbis: Auicebron ēt crediderunt principiū unitatis numeralis cuiusq; indiuidui eē formam eius. Sumit aūt monachus pōem hanc ex Auicenna. vi. nāliū parte prima: ubi ait cōplexionem remanere unā & eandē ꝓpter unitatem
Cōmento. lx. animæ. Auerroes ēt secundo de aīa. ait q; melius est extimare q; cā diuersi tatis materiæ sit diuersitas formaꝝ: q̄ ecōuerso. Aristoteles in principio li bri secundi de aīa dicit formam eē id per quod aliquid dr̄ hoc aliquid: & sic uidetur principiū indiuiduatiōis. Præterea terminatio omnis est a for
Cōmento. lix ma/infinitudo a materia/ut dr̄. iii. phisycoꝝ. Præterea una forma nō est nisi unius mãæ: at una mā est omnium formaꝝ. igitur unitas numeralis indiuidui est potius a foīa/q̄ a materia. Præterea si materia est principiū indiuiduationis: Tunc indiuidua different p solas materias/& ita mate-rialiter. Quare conuenirent formaliter: & essent omnia unum formaliter quia si per solas materias differunt. Tunc per materiam differunt & per

nihil non materiam:ut patet per exponētes:igitur in omnibus aliis erūt idem:& ita in forma erunt idem:Præterea tunc indiuiduū haberet eē potius a materia q̄ a forma:qđ eſt impoſſibile:quia forma dr̄ qđ quid erat eē. Vltimo tūc nulla ſubſtātia ſepata eēt una numero:quia in nulla illarū eſt mā. Hæc monachus. Auicebron aūt uult ueꝝ unitatis numeralis principium eſſe formā.ſed uult in omni cōpoſito eē aliā formam ſpēi/& aliā indiuidui:ut alia eſt forma hoīs/& ſocratis alia:dicit mō ꝙ a forma ſpēi ſumitur uniuerſale ſpecificū a forma indiuidui ſumit̄ unitas numeralis: cōcedit.n.tot formas in compoſito quot ſunt p̄dicata eſſentialia: quicqd ſit de pōe hac:ſcio ꝙ forte Auicebron p tales formas indiuiduales uoluit illas/quas exteri appellarūt hecceitates:quia in uerbis Auicebronis repi formam Socratis eē ſocrateitatē/Platonis uero platoneitatē:& ſic uī inci dere in pōem exteroꝝ:licet uerbis diſcrepet. Sed utcunq; ſit non uī ꝙ forma ſola ſit unitatis numeralis totale fundamentū nullo alio concurrente. Primo quia ēt forma differt nūo ab alia forma: ꝓpterea qō uertitur ſupra formā:per quid uidelicet ſit una nūo. Secūdo Ariſtoteles primo cœli dicit alterū igitur hoc cœlū/& cœlum ſimpliciter:nam hoc eſt ut ſpēs & forma/illud uero in mā mixtum:ubi Auerroes ait cām eſſe quia forma eſt fundamentū ſiue ſubiectū uniuerſalitatis:idem .xii. hui9 ubi ait aliam eſſe cōitatem mǣ/aliam formæ/quia illa formæ eſt cōitas uniuerſalis: Illa materiæ eſt in potentia.idem primo huius.ubi ponit differentiā inter unitatē mǣ/& gn̄is. Præterea Ariſt. & Auer. primo cœli & Simplicius ibidem dicūt ꝙ mundus eſt unus nūo:quia primus motor eſt unus nūo: & idē eſt nn9nūo:quia caret mā/quæ eſt cā multitudinis nūeralis. Præterea .xii. metaphyſicæ in textu & ſit tale enthymema ſi eēnt plures primi motores:tunc eēnt in plurib9 materiis:ubi Auerroes ait quia materia eſt cā unitatis numeralis. Vltimo Auerroes in lib. deſtructio deſtructionum diſputatiōe prima in ſolōe. vii. dubii inquit cā.n. pluralitatis ſeu numerabilitatis eſt mā apud phōs cā uero conuenientiæ in multitudine numerali eſt forma. ſed ꝙ poſſint reperiri res plures in numero:una in forma ſecundum naturā inconueniens eſt:nullū nanq; indiuiduum ab alio indiuiduo diſtingui debet niſi per accidens/& per materias. Ex his uerbis habetur non tantū authoritas Auerrois:ſed eius rō hęc:quæcūq; dn̄t forma differūt p ſe:ſed indiuidua non dn̄t per ſe:ſed ſolum per accidens:igitur nō dn̄t foā & per cōſequens ſola mā:hæc eſt optīa rō. Multæ aliæ pōes pn̄t recitari: ſed iſtas accepimus tanq̄ famoſiores/necnō ꝓpterea quia ex his nr̄am cōficiemus pōem:ſtudium.n. nr̄um nō eſt in narrando ut multi gaudēt:ſed in dilucidando:hæc de poſitionibus ſatis.

Quæ Auicebrō

Difficultates.

Cōmento. xcii.

Cōmento. xiiii.

Cōmēto. xxvii. & xvii.

Cōmento. xc.

Cōmento. xlix.

¶Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione debes ſcire ꝙ non eſt difficultas in ſciendo p quid æter

Per quid substãtia æterna indiuiduetur.

num siue substãtia separata est una numero in sua spẽ:& indiuisibilis in plura supposita eiusdẽ speciei:quoniam se ipsa est una numero:quia in illis idem est quiditas & eẽ:& per cõsequens quo ipsa est ens:eo est una numero:est autem ens & quid se ipsa: igitur se ipsa una numero:& hoc est quod expositor uult/dum dicit æternum indiuiduũ esse unũ numero p priuationem materiæ:quia eẽ unum numero priuatione materiæ:est esse unum nũo se ipso:quia priuatio nihil addit ultra essentiã æterni. Secundo nõ est difficultas apud peripateticos in sciendo per quid accidẽs est unum numero/& ab alio eiusdẽ speciei diuisum:quoniã Auerroes aperte dicit accidens eẽ unum numero/& ab accidente suæ spẽi diuisum p subiectũ in quo est:ait.n.in septimo indiuiduum substãtiæ eẽ prius indiuiduo accidentis:ut patet cõmento.ii.quod pro tanto dicit:quia accidẽs est unũ numero/& diuisum ab accidente eiusdẽ speciei per suũ subiectũ. Restat igitur difficultas de indiuiduiis substantiæ compositæ.uidelicet per quid Socrates est unus numero:& diuisus a Platone eiusdem spẽi:uĩ igitur mihi unitatis numeralis aliud eẽ principium principale:aliud sine quo non: aliud dispositiuũ principiũ principale unitatis numeralis est materia prima ipsa:principium uero sine quo non est forma genita:dispositiuũ aũt est dimensio interminata. Quod quidẽ materia sit principale principium unitatis numeralis. Declarat̃ primo quia ipsa est se ipsa una numero/& nullo mõ uniuersalis/nec pars uniuersalis secundũ peripateticos. Secundo eadẽ est cãusa multitudinis numeralis/& unitatis numeralis. Sed materia est cã multitudinis numeralis:ut declarat Auerroes in libro de substantia orbis:ait.n.ꝙ ideo sunt multa sub eadẽ spẽ:quia materia est multa in potentia. Tertio uniuersale & singulare sunt saltem oppositæ rõnes: sed forma est principale principiũ quo cõpositum uniuersalitate pticipat igitur materia est principale principium:quo compositum singularitate participat. Minor est Auerrois in locis supius allegatis. Quod aũt dispositiuũ principium sit dimensio interminata/ꝓbatur rõe Auerrois in lib. de sƀa orbis:ubi contra Auicennã arguit ꝙ si forma corporis reciperet̃ ante dimensiones interminatas eẽt indiuisibilis & æterna:& mã nullã aliã formã reciperet:igitur dimensio disponit mãm ad multitudinem/& per cõsequens est dispositiuũ principium unitatis numeralis indiuidui cõpositi. Qđ uero forma sit principiũ dictæ unitatis sine quo non: declaratur uerbis Auerrois in.vii.huius.ubi dicit substantia demõstrata nõ est una: nisi per hanc substantiam/& per hanc naturam quæ dicitur forma. igit̃ materia non est dictæ unitatis fundamentum nisi concurrente forma:& sic forma cõcurrit tanquam principium sine quo non. Secundo sicut se hẽt materia ad hoc ut cõpositũ pticipet uniuersalitate:sic se habet forma ad hoc ut idem compositum participet unitate & singularitate:sed mate-

Per qđ accidens indiuiduetur.

Dilucidatio per quam scitur prĩcipiũ indiuiduatiõis indiuiduorum substãtiæ: Quod materia sit prĩcipale principium.

Quod dimẽsio sit dispositiuũ principium.

Qđ forã sit prĩcipium sine quo non.

Cõmento.xv.

ria est causa sine qua non ad hoc ut compositum participet uniuersalitate: nisi.n. materia esset multiplex in potentia: cõpositum nõ esset uniuersalitatis particeps. Signum aũt quia ubi non est materia non est uniuersalitas atq; cõmunicabilitas: ut patet in seperatis: igitur forma est cã sine qua non singularitatis. Tertio illud quod est cã terminationis materiæ & dimensionũ / est cã sine qua nõ unitatis numeralis indiuidui compositi Sed forã est cã sine qua non terminatõis materiæ: atq; dimensionũ: nunq̃ enim materia eẽt terminata / nec dimensio nisi aduentu formæ: igitur forma est cã sine qua nõ indiuiduationis. Sed contra hanc põem occurrunt difficultates: Prima est per quid ipsa forma est una nũo: non.n. seipsa: qa tunc non eẽt in uniuersali considerabilis: igitur per aliud: uel illud est sbã aut accidens: nõ substantia / quia uel mã / aut forma / aut cõpositum: non materia / quia illa est una oĩum / non cõpositum: quia illud est unum nũo ꝓpter formã: igitur se ipsa: & sic redit in idem / quod prius. Secundo tunc differentia indiuiduoꝝ eẽt essentialis: quia omnis dĩa per formas est eẽntialis / ut dixit Auerroes in libro destructio destructionũ disputatiõe prima in solõe. vii. dubii. Tertio quæro de illa forma / per quã Socrates differt a Platone: uel per illam differt aliquo pacto ab uniuersali cõmuni / uel nullo modo: si nullo mõ: igitur per illam formam nõ dicitur differre a Platone. Si differt / quæro quid est: uel est anima ratiõalis / uel sensitiua uel uegetatiua: & nullum horũ dici potest. Quarto uidetur ꝙ forma sit principale indiuiduationis principium: quoniam principale principium eẽndi / est principale principium unitatis. Præterea per formã indiuiduũ est hoc aliquid: igitur forma est principale principiũ indiuiduationis: pro solutione debes scire ꝙ formæ hñt duos gradus: alterum / quo ipsæ sunt formæ: & sic ipsæ sunt quibus composita uniuersalitate participant; etiã hoc gradu sunt uniuersalia in potẽtia: quæ per nomen generis uel speciei significantur. Alterum quo genitæ sunt a diuersis agentibus: uel ab eodẽ diuersimode se se habente: & hoc gradu sunt causæ sine quibus nõ unitatis numeralis indiuidui substantiæ. Sed replicabis argumẽto Ioannis petendo quid nam sint isti gradus: quia si nihil / pro nihilo relinquantur. Si ens uel substantia: uel accidens: non accidens: quia tunc accidente forma esset una numero. Si substantia uel materia uel forma uel cõpositum: nõ mã / quia tunc forma nõ eẽt terminus materiæ: non forma: quia tũc seipsa esset una nũo per eẽntiam. Dici põt ꝙ isti gradus sunt ens / & formæ / nõ quidẽ absolute / sed ut genitæ ab agẽtibus diuersis / uel eodem diuersimode se se habente: sed dices accipio istos ut differũt a formis: quarum sunt: & quæro si sunt substantiæ uel accidens ut prius. Dico ꝙ ut distinguntur a forma sunt ens & non sunt substantia nec accidens / sed aliquid substantiæ / quæ est forma; & ita absolute quilibet etiam gradus talis

Dubitationes.

Qđ forma habeat duos gradus.

Replica.

Quid gradus formæ;

est forma cuius est ut genita a tali agête:uel taliter se se habente:ut uero distinguitur est aliquid formæ:quod est ens/non tamen substantia/nec accidens sed aliquid substantiæ·Quâdo enim diuiditur ens per substanti am & accidens:substantia & accidens sumuntur communiter tam ad id quod est substantia/q̄ ad id quod est aliquid substantiæ : & de accidente similiter· Vnde patet q̄ isti gradus sunt ipsa met forma diuersimode considerabilis : nam forma ut considerabilis inquantum forma est unus gradus:ut uero considerabilis inquantum genita est alius gradus· Tunc per hæc soluũtur dubitationes.Ad primam dico q̄ forma est una nume ro per gradum quo est a tali agente/uel taliter se se habête:quia ut dicũt Arist·& Auerroes·xii· huius· forma una nũo ē ab agête uno nũo·Ad secũdã dico q̄ differre per formas est bifariam:aut per illas tanq̄ per ratio nes differendi principales:& sic quæcunq; formis differunt/specie drũnt & essentialiter:aut tanq̄ per causas sine quibus non:& sic non est differre essentialiter:unde qui ponit indiuidua principaliter differre per formas/ non possnnt euitare:quin illa differunt essentialiter · Ad tertiam dico q̄ per unam met formam Socrates differt ab homine in cõmuni/& a Platone:ab homine quidem ab ea forma per gradũ quo illa fuit genita a tali agente:uel taliter se habente:a Platone uero eandem formam sub eodê gradu:quo ipsa fuit a diuerso agente:uel ab eodem aliter se se habête· Ad quartam debes scire q̄ nos possumus loqui de principio indiuiduatiõis sumendo indiuiduationem pro accidente/uel pro substantia indiuidua · Tunc dico q̄ forma est principale principium substantiæ indiuiduæ:non tamen principale principium indiuiduatiõis/siue indiuisionis:& cõcedo q̄ est principale principiũ essendi/& unitatis consequentis ipsum ens ut ens:non autem unitatis numeralis·Amplius conceditur q̄ per formã indiuiduum sit hoc aliquid:principaliter tamen hoc indiuisum in se/& diui sum ab alio eiusdem speciei est per materiã·Ex his sequitur q̄ forma uniuersalis:quæ significatur per nomê generis uel speciei/contrahitur ad indiuidua composita per ipsam met formam:non quidê principaliter:nec sub eodem gradu:nam principaliter ꝓpter materiã:& sub gradu:quo ip sa dicitur genita·Secundo sequitur q̄ non omnino male dixerũt:qui uoluerunt respectum ad agens eē indiuiduationis principium:hoc enim in parte est forte uerum:quia forma indiuiduatur per respectum ad agens: quia gradu:quem ab agente detinet/singularis efficitur. Tertio sequitur recte Albertum sensisse/dum dixit materiam esse principale principium talis indiuiduatiõis·non·n·credo ipsum uoluisse eam eē taliter principiũ: ut nullo pacto aliud quicquam concurrit:quia declaratum est dimẽsio nes disponere:& formam ipsam esse cãm saltem sine qua non:talis indiui duationis·Quarto sequitur monacum & Ioannê in parte bene dixisse:dũ

Cõmento·xi·

Excerpta·
Primũ p quid forma cõtrahit̃ ad indiuiduum Quod respect9 ad agens sit indiuisionis principium·
Qđ mã sit principiũ îdiuisiõis·
Qđ forma sit principiũ indiuisionis·

formam fecerunt aliquo pacto indiuiduationis principiũ: sed si formam uelint principium eẽ principale: in hoc errauerunt: quia non potest idem esse fundamentum duarum unitatũ ratione differentium: unde cum forma sit fundamentale principium unitatis uniuersalis: non uidetur eẽ principium æque principale unitatis numeralis. Auicebron potuit etiã recte intellexisse: dũ indiuiduales formas dixit eẽ principia indiuiduationum: nam si per indiuiduales formas intellexit respect9/siue habitudines/siue gradus formarum: quibus ipẽ differũt numero inter se: & quibus ad diuersa agentia uel ad idem agens diuersimode sumptum referuntur: recte sentit. Plotinus etiam & Proculus dum dicunt animas & formas indiuiduari per terminos internos: siue per Idiotropias: recte autumãt: nam nihil per eiusmodi uolunt intelligere/nisi respectus/siue habitudines/siue gradus formaꝝ ad diuersa agentia/uel ad idem agens diuersimode sumptum. Hæc de dilucidatione.

Qđ Auicebron potuit recte sentire.

Quod plotinus & ꝓculus recte intelligant.

¶Caput solutionum quintum.

Nunc respondetur ad omnes obiectiones. Et primo ad eas quæ refellunt materiam esse principiũ indiuiduationis. Ad primam patet solutio, materia enim est una numero oĩum per priuationem omnium formaꝝ: est tamen alia alterius per aliam atq; aliã formam. Ad secũdam dico ꝙ unitas materiæ: qua ipsa est in spẽ sua una numero: est ꝓpter essentiam materiæ. Se ipsa enim est una hac unitate: unitas uero qua est principiũ hui9 uel illius indiuidui/est a forma. Ad tertiam dico ꝙ materia nec est uniuersalis/nec pars uniuersalis per se/& secundum naturam materiæ: per accidens tamen ut respicit formam cõem/sortitur quandam uniuersalitatem cui nihil correspondet in re præter materiã unã numero/uel formas indiuiduales. Ad quartam dico ꝙ materia cõstituit rem in eẽ indiuiduo nõ se sola: ꝓpterea potest reperiri sub opposita ratione: ut dictũ est. Hæc ad rationes contra positionem dicentiũ materiam. Ad rões uero contra põem dicentium formã/Ad primam dico ꝙ forma dicitur una numero gradu: siue respectu/siue habitudine ad tale agens: uel ad taliter se hñs. Sed contra hanc respõem adhuc emergunt replicæ. Prima quidẽ quia habitudo non conuenit alicui/& repugnat alteri per se/per illud quod est utriq; cõmune: sed necessario præexigit distinctionem illoꝝ: quia detur oppositũ: habitudo sicut competeret uni: ita & alteri. Sed ita est qđ habitudo ad A agẽs competit formæ A: & repugnat formæ B: igitur A forma distĩguitur a B forma distinctione præcedente ipsam habitudinem: igitur prima distinctio ipsarum non est per habitudines istas. Secundo omni respectiuo semper absolutum est prius: sed hæc habitudo est respectiuũ ad agens igitur absolutum est illa prius: igitur cum substantia formæ in qua habitudo fundatur sit absoluta: necessario erit prior q̃ sit hæc habitudo: igiẽ

Replicæ.

cum hæc habitudo sit singularis:& singulare nõ possit fundari nisi in sin gulari:forma in qua fundatur omnino erit prius singularis· Tertio cã ut causa natura præcedit effectum:sed hæc forma est causa huius habitudi- nis:igitur hęc forma præcedit illam· Quarto habitudo est respectus apti tudinalis:quia non præexigit agens in actu:& forma est actu singularis: igitur non ab hac habitudine aptitudinali· Vltimo habitudines tales põt intelligi in uniuersali:igitur habitudo est uniuersale quoddam ad omnes habitudines omnium formarum:quęro igitur per quid habitudo uniuer salis reditur una numero ad hanc uel illam habitudinem contracta : non enim uidet̃ nisi per ipsas formas:igitur ipsæ formæ sunt prius singulares q̃ habitudines subeant · Præterea erit circulus/quia agens est unum nu- mero sua forma:& sua forma alio agẽte:& sic erit circulus saltem in spẽ· Hæ sunt ultimæ replicæ/quæ fieri possunt ad hãc rem:& si inueneris ali as/leues erunt:& ex solutione harum colligitur solutio illarum · Ad pri- mam dico ꝙ isti arguentes decipiũtur:nam credunt habitudines tales eẽ accidentia formarum/quæ illis adueniunt ab agente· Immo dico ꝙ habi- tudo & forma habilis ad tale agens uel taliter se se habens est idem : solũ enim forma habilis superaddit formæ simpliciter rationem quãdam siue respectum rationis:quia forma & forma habilis non differunt re : sed re- spectu rationis tantũ:forma·n·considerabilis diuersimode est diuersi gra dus:nam ut considerabilis inquantum forma est unus gradus:ut conside rabilis inquantum genita ab agente tali uel taliter se habẽte est alius gra dus· Tunc ad formã dico ꝙ habitudo A nõ competit formæ:sed est ipsa forma superaddens respectum rationis tantum : & sic nullam præexigit distĩctioné:quia forma se ipa differt ab alia forma:nõ dico in eo ꝙ forma sed ut habilis ad tale agens/differt ab alia ut habili ad aliud· Ad secundã dico ꝙ hæc habitudo non est respectus prædicamentalis:sed transcendẽs immo est ipsa met forma hoc pacto cõsiderabilis:& propterea forma sin gularis non pręcedit illam:bene tñ forma absolute prior est habitudine tali:immo se ipsa sub tali habitudine constituta· Per idem ad tertiam:for ma·n·non est causa huius habitudis:Immo forma ipsa est hæc habitudo quia hæc habitudo est forma:ut sic cõsiderabilis· Ad quartam dico ꝙ est respectus non quidem prædicamentalis/sed transcẽdens:qui licet non sit ad actuale agens:sufficit ꝙ aliqñ fuerit ad actuale agẽs:& sic potest for- ma esse singularis a tali habitudine/pro quanto fuit aliquando ab agen- te actuali/& cõcedit̃ ulterius ꝙ forma sub gradu quo est forma est pri- or habitudine/& gradu quo est genita:tamen habitudo est prior forma/ ut indiuidua:quo enim ad substantiam forma præcedit illam:quo ad in- diuisionem/est posterior illa habitudine· Ad quintam dico q̃d tales habi- tudines numero differunt agentibus quæ respiciũt ut diximus· Et sic po

Solutio ·

potest abstrahi uniuersale ab illis uno modo/alio uero nõ:unde quælibet habitudo potest dupliciter considerari uno modo ut singularis est atq; indiuisa in plura supposita:& sic non potest cõsiderari in uniuersali: alio modo inq̃tum conuenit cum alio singulari in aliqua similitudine uel forma.& hoc pacto põt in uniuersali cõsiderari:& sic primo mõ est gradus formæ singularis:non autem secundo modo:ulterius conceditur ꝙ quælibet harum habitudinum est indiuidua quatenus est id quo diuersa forma est ad agens diuersum uel diuersimode se se habẽs:& sic quatenus est respectus ad agens indiuiduum:ulterius concedo circulum in specie:nam agens est singulare sua forma:& forma eius est singularis habitudine ad agens singulare:& ulterius illud eodem modo:& sic in infinitũ:Animadte tamen ꝙ omnes istæ replicæ possunt facilius solui dicendo ꝙ tales formæ gradus/siue habitudines/siue respectus sunt ipsa met forma diuersimode considerabilis:forma.n.socratis ut considerabilis quatenus ab agẽte genita est/est primus gradus quo ipsa concurrit ad unitatem numeralem.Ipsa met forma ut considerabilis quatenus forma/est gradus quo ipsa est fundamentum uniuersalitatis:& sic istæ habitudines/siue respectꝰ: siue gradus nihil aliud sunt q̃ forma:cuius sunt/nihil addẽtes ex parte rei nihil diminuentes/sed solum ex parte nostri modi intelligendi formã materialem/quæ quia est forma/& quia est effecta/subit diuersas rationes: & hoc pacto omnes replicæ delentur/& hæc est melior uia & tutior solutio:quam monachus uisus est sectari in parte.hæc ad replicas. Tunc ad secundam principalem concedo ꝙ materia est principale fundamentum unitatis numeralis:forma uero principale unitatis uniuersalis:sed cã sine qua non unitatis numeralis:& sic authoritates omnes debẽt intelligi. Ad rationes uero pro hecceitate/ Ad primam dico ꝙ id quod nõ est:non põt esse cõmune.Modo hecceitas uulla est/Sed fictio quædam cucullatica:siue theretisma. Ad secundam dico ꝙ differt per materiam/& per formã: & licet sit materia ipsa sit cõmunis omnibus: tñ est una numero p eẽntiam:quæ cum forma sufficit.Similiter forma licet sit fundamentum uniuersalis:potest esse causa sine qua nõ unitatis numeralis per gradum diuersum.Ad tertiam dico ꝙ indiuidua sunt ultimo differentia ultimitate prædicamentali:non autem ultimitate differentiæ & diuersitatis: & ꝓpterea non debent differre per primo diuersa/sed per accidẽtales differentias. Ad quartam dico ꝙ in indiuiduo substantiæ est duo considerare primo naturam subiectam indiuisioni. Secundo ipsam indiuisionem: modo indiuiduum substantiæ quo ad naturam subiectam indiuisioni/ẽ prius in diuisione & accidente:tamen quantum ad esse indiuisum non est prius accidente:Immo posterius rationes autem factæ propositione monaci omnes tolluntur per dilucidationem.Ad rationes autẽ primi capitis

ad primam patet solutio:est enim materia una numero:& sic quicquid est in illa est unum numero/remote tamē·Hæc sunt quæ mihi uidentur nūc de hac ardua difficultate:ubi uolo te scire me prætermisisse pōnem noui expositoris/qui credit quantitatem siue materiam quantam esse principium indiuiduationis·Similiter & positionem primi expositoris:illius quidem:quia Ioannes satis curiose eam defendit·huius uero : quia non credo ipsum multum discrepare a nostra dilucidatiōe : quicquid credant sectatores eius·Et de disputatione quinta hactenus·

¶Sexta disputatio est si diuisiones unius recte assignentur·

¶Caput dubitationum primum.

Quod non conuenienter assignentur/arguitur quia uel secunda diuisio æquiualet prime:uel est omnino diuersa ab illa· nō potest primæ æquiualere:quia prima habet quinq; membra·secunda autem quattuor . Modo quattuor nō possunt æquiualere quinq;·nec est penitus auersa abiuncta ue a prima:quia in quibusdam membris cōueniunt.sunt enim primæ diuisionis duo membra uidelicet unum genere : & unum diffinitione/siue unum specie:& hæc eadem sunt membra secundæ diuisionis:igitur secunda diuisio non est penitus abiuncta a prima·Secundo unum quod diuiditur per unum genere/spē/numero/& proportiōe in secunda diuisione/uel est uniuocum uel æquiuocum·non est uniuocum:quia tunc nō oportet multitudinem illi oppositam dici tot modis:quot dicitur & unum.nō enim oportet quot modis dicitur unum oppositorum uniuocū:tot & alterum dicatur:rationale enim & irrationale opposita sunt:non tamen de quot dicitur irrationale/de tot dicitur rationale. nec esse potest æquiuocum/primo quia tunc ubicunq; & in quauis propositiōe unum poneretᷣ esset propositio distinguenda·Secundo quia tunc unum membrum illorum non posset sequi ad aliud·modo Aristoteles docet·ad unum numero sequi unum specie/& unum genere & reliqua·igitur unum diuisum ꝑ illa nō potest esse penitus æquiuocum·eodem mō argui potest de prima diuisione/si uidelicet unum diuisum prima diuisione sit uniuocum/ uel æquiuocum ut prius.etiam dubitari potest si unum ut diuiditur per ambas diuisiones est uniuocum/uel æquiuocum ut prius. Tertio contra mēbra secundæ diuisionis dubitatur:dicitur enim unū numero esse id id cuius materia est una numero : contra quia tunc nullum in materiale esset unum numero:hoc est falsum quia in illis est multitudo specifica : igitur numeralis:maior enim multitudo infert minorem· Quarto tunc contra-

ria essent unum numero:quia eo⁊ materia est una ut libro dicit de gña/tione. In contrarium est Aristoteles/qui dióes illas pro rectis assignat.

¶Caput tituli secundum.

Pro dilucidatione tituli debes scire q unum in textu præsenti duabus di/uisionibus diuiditur. Prima quidem per quinq membra est. Secunda per quattuor:unum enim prima dióe diuiditur : quoniam aliud dicitur unũ cõtinuitate/ut linea & id genus:aliud dicitur unum quia subiectũ est in/differens forma:ut argentum auratum:nam licet duo corpora sint:tamẽ forma talis subiecti est indiuisibilis sensu:& hoc pacto uinum lymphatũ unum dicitur quia subiectum est indifferens forma:& cœtera id genus: quæ in textu dicũtur. Aliud unum dicitur quoties est genus unum diffe/rens oppositis differentiis ut animal equo & homini. Aliud unum dicitur secundum diffinitionem/siue secundum speciẽ ut homo/uel aliter ut di/citur in littera. Aliud unum dicitur intellectione/ut indiuisibile punctus uel id genus. Secunda autem quatuor membris est : quia alia sunt unum numero/alia specie/alia genere/alia proportione. proportione quidem unum sunt decem prædicamenta:quæ subeunt eandem proportionẽ:om nia enim prædicantur per modum entis & quid de suis inferioribus. nũo quorum materia una est:specie quorum ratio est una:genere aũt quorũ figura prædicandi eadem est:ut quæcunq in uno prædicamento ponunt ueluti omnia quæ ponuntur in prædicamento substantiæ sunt unum ge nere:quia omnia prædicantur per eũdem modũ prædicandi:omnia enim prædicantur ut in subiecto nõ entia. Ex his apparet titulus disputatiõis. — Dióes unius.

¶Caput tertium positionum.

De disputatione/omnes cõueniunt dióes esse recte atq plene assignatas. Sed difficultas est in duobus primo quidem quonã modo se se habent di ctæ dióes inter se. Et secundo de sufficientia illarum. Ideo respõdent qui/dam iuniorum q secunda & prima diuisio una sunt : & membra pri/mæ reducuntur ad membra secundæ. nam quæ sunt unum continuitate sunt unum numero:quæ sunt unum in differentia subiecti secundum for mam sunt unum specie/quia a forma dicitur species:quæ dicũtur unum genere:etiam in secunda diuisione continentur:quæ dicuntur unum diffi nitione etiã in diuisione secunda cõtinentur:quia diffinitione eadem/spẽ eadem sunt. quæ dicuntur unum intellectione unum dicuntur proportio ne:quæ enim unum proportione dicuntur quodã modo uidentur unita/te modi intelligendi conuenire. & sic prima diuisio non differt a secunda/ nisi q sub uno membro secundæ diuisionis uidelicet sub uno specie enu/merauit adhuc duo membra:uidelicet unum diffinitione & unum in dif/ferentia formæ. tamen ambo hæc unum specie dicuntur. igitur prima di/uisio non differt a secunda. Sed contra hãc positionem uidetur Auerroes — Solutio prima Iuniorum. — Confutatio. Cõmento. xii.

qui adaptat diuisionem secundam aliter q̃ primam/& membra exponit aliter• Amplius expositor ait primam diuisionem esse realem/secundam uero logicam/siue intentionalem. Tertio membra non possunt conueni re:quia Aristoteles ea appellat unum intellectione/quæ sunt unum intel lectu indiuisibili ut punctum & id genus • sed sub membro hoc non põt esse ea quæ sunt unum proportione:quæ dicuntur solum unum similitu dine rationis• Præterea ea quæ dicuntur unum per indifferẽtiam formæ: non sunt unum specie:immo sunt diuersæ formæ:sed una dicitur sensu & apparentia·Propterea uidentur diuisiones hæ omnino diuersæ atq; imp tinentes• Exteri uero tria dicunt • Primum est/q; secunda diuisio est lo gica/prima est realis·dicitur quidem secunda logica : quia membra sunt intentiones/& fundamenta illarum sunt intentionalia·Secunda uero dici tur realis/quia fundamenta dicuntur realia.Ex hoc dant secũdum/uide licet q; modi/siue membra secũdæ diuisionis fundẽtur supra modos siue membra primæ/eo modo quo intentiones fundantur in rebus:qua ratiõe prima dicta realis/secunda uero intentionalis/siue logica·Tertium est q; sufficientia/siue regula secundæ potest sic haberi:quia intellectus intelli gens aliquid sub ratione unius:aut intelligit illud sub ratione incõmuni cabilis/aut sub ratione cõmunicabilis·Si primo modo/sic est unum nu mero:si secundo modo/aut intelligitur ut cõmunicabile pluribus differẽ tibus numero:& sic est unum specie/aut pluribus differentibus specie : & sic est unum genere:aut de pluribus genere differẽtibus/sed similitudine prædicandi similib9:& sic est unum proportione·Sed hęc positio nõ con sonat:& contra primam conclusionem est dubitatio eorũ/uidelicet q; si fundamenta unitatũ secundæ diuisionis sunt intentionalia:tunc illæ uni tates erunt nihil:quia omne minus ens ente rationis est nihil:sed passiões fundatæ in ente rationis sunt minus ens ente rationis. igitur sunt nihil• Dicunt q; quemadmodũ dantur gradus in entibus realibus:ita in entib9 rationis:& tunc maior est falsa:quia non oportet quicquid est minus ente rationis esse nihil:sed quicquid est minus omni ente ratiõis. Hæc solutio primo non est secundum regulas sorticolarum:quia sorticolæ uolũt gra dum comparatiuum distribuere terminũ immediate sequentẽ rectum ex natura comparationis.Et propterea illa est uera omne minus ens ente ra tionis est nihil:quia ille terminus ente rationis stat distributiue. Secundo dato q; regulæ sorticolaꝝ sint friuolæ:ut his diebus demonstraui:adhuc mirum uidetur in ipsis intentiõalibus posse esse latitudinem gradualem perfectionis.Primo quia perfectio & bonum idem sunt apud omnes:sed bonum est in rebus:ut patet sexto metaphysicæ·Igitur perfectio est in re bus/& non in intentionalibus • Secundo perfectio rei apud calculatores attenditur penes multitudinem gradualem formæ·Sed in entibus ratiõis

Põ exterorum• (margin)

Confutatio• (margin)

Si dent̃ gradus in entibus rõis. (margin)

non est gradualis multitudo formæ:ut omnes sciunt.igitur nō est latitudo perfectionalis. Tertio si sic/tūc daretur maximū & minimum ens rationis/signetur minimum quo minus sit nihil;hoc enim est necessarium aliter in illis esset processus in infinitum.sit igitur istud minimum A: & quæro uel est intelligibile uel non:si non: igitur non potuit intelligi esse minimum/nec maximum. Si sic/igitur oportet ipsum itelligere sub aliquo modo:omne enim quod intelligitur/aliquo modo intelligendi intelligitur ut ipsi dicunt.semper enim intelligitur uel ut species/uel ut genus uel sub aliquo modo.sit iste modus intelligendi B. Et suppono mihi ad mentem eorum q modus rei est minus ens ipsa re/hoc tenent ipsi aperte in uniuersalibus Porphyrii/& ubiq;. Tūc arguo si in entibus rationis daretur latitudo;tunc daretur minus minimo:deduco quia si daretur latitudo.Oportet deuenire ad minimum:& tale diximus eē A: & cum A sit intelligibile per modum:quem diximus esse B: & B est minus ens ipso A per deducta.igitur minus minimo.Propterea hæc eorum imaginatio est Theresmatica:nec mirum/quia hoc est eorum peculiare.Contra secundā etiam conclusionem arguo. Primo quia omne fundatum prædicatur de fundamento saltem denominatiue.modo non uidetur q omnes unitates secundæ diuisionis prædicentur de omnibus membris primæ:nec redēdo singulum singulo/nec redēdo omnes de singulo.de unitate apparētis formæ/& de unitate intellectionis non uidetur quod unum secundæ diuisionis prædicet̄.& sic prima membra non uidentur fundamenta membrorum secundæ diuisionis.Tertia conclusio est insufficiens/quia licet ualeat regula illa pro secunda diuisione:pro prima non dederunt regulam. Et sic adhuc restat assignare regulam pro prima diuisione.Præterea secundum eos cōmunicabile & incōmunicabile supponunt pro rebus:at uniuersale & prædicatum non nisi pro intentionibus.igitur non bene datur per cōmunicabile/& incōmunicabile:si debeat logice intelligi. Hæc de oībus.

¶Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione debes scire q prima diuisio est realis: quia sumitur ex modo essendi rerum/siue ex conditione rerum.Secunda dicitur intentionalis/siue logica/quia sumitur ex modo prædicandi.& hac ratione sequitur ut membra unius non fundentur in membris alterius. Secundo dico q prima diuisio/quæ sumitur ex modo essendi rerum/hoc pacto ad normam reducitur:quia rerum quæ ad unum reducūtur/uel reducuntur ad unum ex parte nostra/uel ex parte earum:si ex parte earum uel quaten9 sunt partes integrales/uel partes subiectiuæ.Si partes integrales:sic sunt unum cōtinuitate/si subiectiuæ/sic sunt unum genere:si ex parte nostra uel quo ad sensum/uel quo ad itellectum/si quo ad sensum/sic sunt unū in differentia formæ:si quo ad intellectum/uel quo ad itellectum diuisi-

Dīa diuisionū.

Regula primæ diuisionis.

sibilem/& sic sunt unum diffinitione/uel indiuisibilem:& sic sunt unum intellectione·hæc est norma siue regula membrorum primæ diuisionis/quę sumitur ex parte modi essendi rerum·Membrorum secundæ diuisionis/ quæ sumuntur ex parte modi prædicādi talis potest regula dari.quia eorum quæ prædicantur/uel de uno solo prædicantur/& sic habetur unum numero:uel de pluribus/si de pluribus aut similitudine/aut ratione. si similitudine:sic est unum proportione.Si ratione/uel de pluribus differentibus specie:& sic est unum genus:uel de pluribus differentibus numero/ & sic est unum specie·Ex his secuntur pro dilucidatione tria·Primum quod prima diuisio est realis/& secunda logica/siue intentionalis:non quia illa sit rerum/hæc intentionum/aut quia fundamenta secundæ sint intentionalia/primæ uero realia:sed quia prima sumitur ex modo essendi rerum·Secunda ex modo prædicandi· Secundum quod diuisiones hæ sunt penitus abuersæ/abiunctæ atque disperatæ:quoniam ratiões quibus sumūtur/sunt omnino auersę/abiunctæ/atque disperatæ· Tertium est quod ambę sunt sufficienter & plene assignatę:ut per earum regulas/normasue colligi potest·Hęc de dilucidatione·

Regula diuisionis secundę·

Dilucidatio·

¶Caput solutionum quintum·

Quod non dentur instãtia naturæ/probatur primo quia si dentur instãtia naturę uel hæc erunt simul:uel alterum altero prius:non simul : quia tunc non esset ordo prioris ad posterius:sinautem alterũ sit altero prius: tunc natura esset successiua:declaratur quia inter quęcunqꝫ duo indiuisibilia mediat diuisibile·vi·physicoꝝ:igitur esset ipa natura:cuius ponunť instantia:successiua:quod est ridiculum.Secundo instans/momentum & nunc idem est/ut patet quarto physicoꝝ:sed omne nunc est in tempore: igitur omne instans:& ita non datur instans naturæ. In cõtrarium uideť ratio:quia ubi est prius & posterius/ibi possunt assignari instãtia:sed in ordine naturæ sunt prius & posterius:ut patet in textu:igiť possunt assignari instantia:& sic questio est dubia pro utraqꝫ parte·

¶ Tituli caput secundum.

Et licet hæc questio nõ sit peripatetica/sed potius cucullatica:quia tñ solet moueri:dicam quid peripatetice sit sentiẽdum:quid instans siue signũ naturæ sit:in dilucidatione patebit:tñ natura hic sumitur non pro principio motus ut secundo physicoꝝ dicitur:sed pro secundum se:dicimus·n· ignem sua natura esse calidum:quia secundum se calidus est:unde natura hic quasi habetur pro ordine naturali· Animaduerte tñ ꝙ ordo naturæ/ & ordo originis differũt:quia ordo naturæ requirit distinctionem ordinatoꝝ/& prioritatẽ & posterioritatem:& hoc pacto in diuinis non repiť ordo naturæ:quia secundũ catholicos licet aliquid sit in illis distinctũ ab olio:non tñ prius natura potest tamẽ ibi esse ordo originis:quia sunt distincta:& alterum potest esse prius altero origine non natura:ordo uero originis licet requirat distinctionem:non tamen prioritatem & posterioritatem naturæ·Hæc de titulo·

¶Caput positionum tertium.

Exteri de disputatione concesserunt instantia naturæ/& instantia origi/nis:quæ appellant signa naturæ uel originis : probant quia ubicunq; est ordo/ibi potest esse prius & posterius/& instantia siue signa:sed quædã sunt ordinata origine:quædam sunt ordinata secundum naturam:igitur oportet concedere signa naturę siue originis. Iuxta hãc positionem in homine respectu prędicatorum sunt ista signa naturę:primum nanq; signũ naturæ apud hos est:in quo prædicata affirmatiua primi modi illi competunt. Secundum in quo competunt prædicata negatiua in rationib9 formalibus fundata. Tertium in quo illi competunt modi intrinseci. Quartum in quo sibi competunt omnia prædicata secundi modi. Vltimum in quo sibi competunt accidentia. In diuinis quoq; in primo signo originis est pater:quia est a se. In secundo filius quia est a patre. In tertio spiritus sanctus:qui processit ab utroq;. Hęc exteri. Sed contra hanc põem instãt nonnulli:primo quid est istud instans naturę uel originis:aut.n.substantia aut accidẽs nõ sbã:quia tunc nihil aliud est dicere A eẽ prius nã B in aliquo signo naturæ:nisi quia A est prius B in substantia: nec accidens ꝑ idem. Secundo tunc prima substantia omni instanti naturæ est prior:igr̃ in aliquo signo naturæ:quod est ridiculum. Tertio prius natura & posterius natura sunt in eodem signo uel instanti temporis:igitur nõ possunt esse hæc:quia tũc in uno indiuisibili eẽnt plura indiuisibilia. Propter hæc alii dixerunt signa naturæ nihil eẽ ex parte rei:sed solum ex parte nostra: quatenus nos ordine quodam res uel prædicata rerum rebus ipsis attribuimus:& sic signa naturæ erunt intellectiones ex parte nostri modi intelligendi ordinatæ:erit igitur primum signum naturæ prima intellectio qua primum prædicatum de re intelligimus. Secũdum signum uero secunda intellectio:qua secundum prædicatum de eadem re intelligimus. Sed hæc positio non placet:quia uel nostræ ordinatæ intellectioni correspondet naturalis ordo prædicatorum:uel non:si correspõdet: hẽmus ex parte rei esse quædã signa naturæ:per quæ illa prædicata ordinate intelligimus:quod negabant:si autem illi ex parte rei nihil ordinis correspõdet: igitur illa prędicata ad placitum possumus ordiate attribuere rei/& illa intelligere. Secundo ex parte rei est ordo naturę ut patet in textu:& ordo originis:igitur ex parte rei oportet aliquo pacto dare hæc signa : & non tantum ex parte intellectus. Hæc de positionibus.

Obiectiones.

Secũda positio.

Confutatio.

¶Caput quartum dilucidationis.

Pro dilucidatione debes scire q; per signa siue instantia naturæ uel originis possumus intelligere quædam indiuisibilia naturæ:quæ sint termini/

quorundam diuisibilium in ordine naturali:eo pacto quo in tempore sũt quędam indiuisibilia:quæ sunt termini temporis. Alio pacto possumus intelligere prædicata apta secundũ se signari a nobis ordine quodam : tũc dico duo ad disputationem. Primum est ꝙ si per instantia siue signa naturæ intelligimus indiuisibilia naturæ:quibus correspondet aliquid præter prædicata / & præter nostrã intellectionem:sic instantia naturæ nulla sunt:& q̃tum ad hoc argumenta cõtra primam põem recte ꝓcedunt:argumenta quoqꝫ facta in principio contra hoc etiam demonstrãt. Secũdũ est ꝙ si per signa naturæ intelligimus prædicata ipsa quæ secundũ se sũt apta ab intellectu nostro ordine quodam signari / intelligi & cõstitui:sic signa naturæ / & originis sunt uera:& quantum ad hunc sensum recte dixit prima positio : & secunda potest trahi ad hũc sensum : eo quia signũ naturę potest esse ex parte rei:& ex parte nostra:ex parte rei quidẽ est ipsum prædicatum sui natura aptum prius signari:ex parte nostra est ĩtellectio:qua primum prędicatum est aptum signari:uerũ ex parte rei sunt signa naturæ obiectiue:ex parte nostra signa naturæ sunt formalia:& sic secunda positio potest tollerari. Sed occurres an differat signũ naturæ & prædicatum?dici potest ꝙ ex parte rei idem est:differt tñ rõe:quia prædicatum absolute / dr̃ prædicatum:ut per intellectionem nr̃am signari aptũ dr̃ signum / siue instans naturæ. Ex his appet dilucidatio:ꝙ si signa naturæ sumantur pro indiuisibilibus naturæ / quibus correspondet aliquid p̃ter prædicata / & præter intellectionem:sic nihil sunt : si uero sumantur a nostro mõ intelligendi sic uel ex parte rei:& sic sunt prædicata sui natura ordine quodam ab ĩtellectu nostro signabilia:& hoc modo dicunt̃ signa naturæ obiectiua:uel ex parte nostra & sic signa naturę erunt intellectiones naturales ordinatæ illorum:& hoc pacto dicuntur signa naturę formalia. Hæc de dilucidatione.

Dubitatio. Solutio. Dilucidatio.

¶Caput solutionum quintum.

His uisis ad rationes cõtra primam solutionem:patet responsio:signa naturæ sumpta formaliter sunt accidens ut intellectiões:sunt obiectiue sũt substantiæ / uel prædicata substantialia. Ad secundam dico ꝙ prima substantia non est prior omni instanti naturæ:quia non est prior ente:quod est primum illius prædicatum:quod nos utimur pro primo signo naturæ. Ad tertiam concedo ꝙ plura indiuisibilia alterius rationis possunt eẽ in uno indiuisibili alterius:ad rationes factas primo capite:ad primam dico ꝙ alterũ altero est prius:nec sequitur naturam eẽ successiuam:quia alterum altero est prius secundum se non secundum mensuram:ut dictum fuit. Ad secundam dico ꝙ hæc dicuntur signa uel instantia metaphorice: Sed nunc dicitur instans proprie. Hæc de decima disputatione.

¶Vndecima disputatio. Si tempus & motus sint quanta per accidens.

¶Caput dubitationum primum.

Quod motus tempus ue sint quanta per accidens. arguitur primo quia Aristoteles & Auerroes in textu asserunt motum & tempus esse quanta per accidens. Secundo quæ sunt quanta propter aliud, sunt quāta per accidens: ut patet primo posteriorum: sed motus est q̄tus ꝓpter magnitudinem/ & tempus ꝓpter motū: ut dicitur in textu: igitur ambo sunt q̄ta per accidens. In contrarium est Aristoteles in prædicamentis: ubi enumerat tempus saltem inter quanta per se: & cum motus sit tempus/ etiā motum dedit intelligere: ideo questio est ualde ambigua. Cōmento. xviii

¶Caput tituli secundum.

Quid motus sit: quid ue tempus ex dilucidatione patebit. Amplius quid esse quantum per accidens: quid ue per se etiam ex dilucidatione patebit: ideo de titulo disputationis hæc sufficiant.

¶Caput positionum tertium.

Expositor in textu asserit motum & tempus esse quāta per accidens. unā Aristoteles ita dicit eorum quæ per accidens quanta dicuntur: alia sic dicuntur/ ut diximus: quia quantum est quiddam id: cui musicum inest/ ac album: alia ut motus & tempus: & enim hæc quanta quædam/ cōtinuaq; dicuntur: quia illa diuisibilia sunt: quorum sunt ista affectus. atq; nō dico id quod mouetur: sed id super quod efficitur motus. quia enim quantum est illud. ideo motus etiam quantus est: tempus etiam ideo q̄tum est quia motus est quantus. Hæc Aristoteles ad uerbum: ubi clare uult motū esse quantum per accidens ꝓpter quantitatē spacii/ super quod fit mot9. tempus uero ꝓpter quantitatem motus: & Auerroes inquit motus. n. cōsequitur magnitudinem: & diuiditur per suam diuisionē: & tempus consequitur motū: igitur sunt de passionibus quanti: non de substātia quāti: igitur sunt affectiones quantoꝝ nō per se quanta. Ex his uī hæc pō satis euidens. Obiciunt aūt huic pōi exteri: primo motus & tempus diuidunt in partes alterius rationis a partib9: in quas diuiditur magnitudo: igitur motus & tempus nō sunt quanta ratione magnitudinis: antecedēs patet: quia partes temporis & motus non sunt simul: partes aūt magnitudinis sunt simul. Amplius partes motus & tpis sunt prius & posterius: partes magnitudinis non sunt prius & posteri9. igitur partes magnitudinis nō sunt partes illoꝝ. Secūdo motus pōt hr̄e ꝓprium magis & minus: igitur nō est quātus pp magnitudinē: aūs patet qa sup paruam magnitudinem potest esse uelox & tardus motus: igitur non est talis pp illā. Tertio ptes

Cōmento. xviii

Obiectiones exterorum.

motus & temporis copulantur ad alium terminum cõem/q̃ copulentur partes magnitudinis:igitur eſt per ſe quantus alia q̃titate. Quarto quęro quid per magnitudinem intelligit:per quam ſunt quanta:non eſt mobile nec terminus motus ut patet in textu:nec ſpatiũ:quia ſuper ſpacium cõtinuũ põt eſſe diſcõtinuus motus:igitur motus & tempus ſunt per ſe cõtinua. Solet defendi expoſitor a ſuis ſectatoribus ꝙ quando Ariſtoteles ait motũ eſſe per accidens:quantum uerum dicit:quia motus nihil aliud eſt q̃ forma fluens/uel ubi fluens.mõ motus & termin9 motus ſunt q̃ta per accidens:& ſic loquitur Ariſtoteles hic. Vñ pñt diſtinguere ꝙ motus poteſt ſumi pro fluxu/& pro forma fluente:tunc uolunt ꝙ motus ſumptus pro fluente forma eſt per accidens quantus:ſed pro fluxu nõ eſt negandũ illum eſſe per ſe q̃tum:& ſic ceſſant oẽs obiectiones. addunt ꝙ tẽpus dicunt quantũ per accidens:quia eſt agregatum ex cõtinuo & diſcreto:& ita uꝛ quaſi per accidens q̃tum quoddam. Sed hęc defenſio non placet. Primo quia Ariſtoteles in textu ait motũ eſſe q̃tum per accidens rõe magnitudinis in qua fit:& non rõne ſubiecti. modo magnitudo ſup quã fit motus eſt ſpacium:quod quidẽ in motibus non eſt unius rõis:quia in motu locali eſt intercapedo termini a quo & ad quẽ localis:in motu alterationis eſt intercapedo termini a quo & ad quem gradualis:in motu auctionis eſt intercapedo termini a quo & ad quem dimenſiua:motus autẽ cuius diuiſio ſumitur a ſpacio/ſup quod fit:non eſt forma fluens:ſed fluxus formę ut patet:igitur non recte dicũt. Secundo quia tale per accidẽs eſt tale ꝓpter ſubiectũ:ſed ſpacium non eſt ſubiectũ motus:ideo nec eſt id:quo motus ſit talis per accidẽs. Præterea tertio illud quod de tempore dicunt:nihil eſt. quia Ariſtoteles eodem modo loquitur de tempore & de motu.ait enim motum eſſe quantum per accidens ratione ſpacii:tempus uero ratione motus:modo tempus nõ eſt diſcretum propter motum:igiꝛ nec quantum propter motum. Propter hæc exteri dicũt ꝙ eſſe quantum per aliud põt intelligi bifariam/aut formaliter/aut effectiue. paries quidem eſt albus per aliud/bifariam:quia per albedinem formaliter:per albificantem effectiue. Sic motus & tempus ſunt quãta dupliciter formaliter uel effectiue. Tunc dicunt motum & tempus eẽ quanta per aliud effectiue:quia per magnitudinem:ut patet in textu. per ſe autem formaliter:quia propriis & formalibus quantitatib9. & ꝙ hæc ſit poſitio Ariſtotelis patet/quia ait aliter eſſe muſicum uel album quantum:& aliter motum & tempus.nam illa propter ſubiectum/hæc propter magnitudinẽ:igitur ſunt talia per aliud non quidem formaliter:ſed per aliud effectiue. Hæc exteri. Sed hæc ſolutio non eſt tuta:quia a quocunqꝫ motus non habet eſſe effectiue:ab eo non habet quantitatem effectiue. Sed ipſe motus non habet eſſe effectiue a ſpacio:ſed a motore:igitur non a ſpacio

Defenſio aliquorum.

Confutatio defenſionis.

Exterorum põ.

Confutatio.

sed a motore haberet esse quantum effectiue. Secundo si hæc dicuntur quanta per accidens:quia habent esse quantitatiuũ ab alio effectiue. Tũc nullum esset per se quantum:quia omne quantum habet esse quantitatiuum ab alio effectiue/ut patet omnibus:& tamen Aristoteles signanter asserit motum & tempus esse quanta per aliud. Cœtera uero esse quanta per se:& sic hæc euasio nulla est. Alii finxerunt motum distinctum cõtra mutationem/trifariam eẽ:quia potest sumi pro fluxu formæ:pro forma ipsa:& pro successione quadam tempore numerabili. dicunt igitur tria/ primum ꝙ motus pro forma uel fluxu sunt quanti per aliud: patet quia forma est quanta propter magnitudinem/& fluxus propter magnitudinem. Secundo quia quæ sunt alterius prędicamenti sunt quanta per accidens:sed forma pro fluente & pro fluxu sunt alterius prędicamenti a q̃titate:quia pro forma est in tribus prædicamentis & pro fluxu est in prædicamento passionis/ut dicitur quinto physicoꝝ. igitur sunt quanti per accidens. Secundum est ꝙ motus pro successione temporis nũo mensurabili est per se quãtus:patet per omnes rationes exterorum. Tertium tempus est quantitas per se ut numerus motus:ut uero successiuũ & continuum est quantum per accidens ratione motus:& sic possunt cõcordari positiones & authoritates. Sed hęc positio friuola est:primo qa motus pro successione nihil aliud est q̃ tempus secundum omnes peripateticos. Secũdo quia Aristoteles in textu ait motum esse quantum per accidens ratiõe magnitudinis:super quam fit:modo hoc nõ potest intelligi nisi de motu pro successione:quia motus alio modo sumptus est quãtus ratione subiecti:& non ratione spacii. Tertio illud quod de tempore dicitur: nihil est: quia in prædicamentis tempus ponitur per se quantitas:non ut numerus sed ut continuum:& sic adhuc sunt difficultates. hæc da põib9 sufficiãt.

Põ burlei. · Cõmento.ix. · Confutatio.

¶Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione oportet uidere duo. Primo de motu. Secundo de tempore. de motu animaduersione dignũ ꝙ motus sumptus pro quanto tpe mensurabili potest bifariam considerari:uno modo quatenus habet partes diuisibiles in semper diuisibilia in infinitum. Alio modo quatenus habet partes copulatas ad unum cõmunem terminum:quatenus habet partes copulatas ad unum cõmunem terminum:bifariam adhuc esse potest: aut permanentes aut subcessiuas. Secundo animaduersione dignum ꝙ eẽ tale per aliud potest bifariam esse:aut per aliud tanquam per causam:aut per aliud tanquam per uniuersalem rationem:cui primo competit:Socrates est ridens per ludum tanquam per causam: est ridens quia homo/ tanquam per uniuersalem rationem / cui primo competit. Et intelligo per uniuersale:non quidem in ꝑdicando:sed ut loquitur primo posterioꝝ

pro primo & per se. Tunc dicerem primo q͞ si consideretur motus quatenus habet ptes diuisibiles in semper diuisibilia sic est quātus propter spatium tanq̄ propter rationem uniuersalem: non autem tanq̄ propter cām. Secundo dico q͞ si cōsideret᷑ motus quo ad ptes copulabiles ad unū cōem terminū / est quātus p se formaliter: & p nihil aliud tanq̄ p cām aut tanq̄ p rōem uniuersalem. Tertio dico qđ si consideretur quo ad ptes permanētes / est quātus ratione subiecti in quo est. Prima conclusio est pro mente textus & cōmenti: ubi dicitur motū esse quantum propter spacium. Secunda cōclusio etiam est pro mente cōmenti: habet enim Auerroes in calce cōmenti qđ motus & tempus sunt species quanti per se: & non nisi rōe qua cōtinua sunt: igitur ratione illa sunt per se formaliter quanta. Tertia est pro mente Aristotelis. vi. physicorum: ubi ait q͞ diuisio motus penes mobile est per accidēs: penes spacium est per se. Ex his facile possunt concordari pōes: quando enim expositor ait motum esse quātum per aliud / quia per spacium: intelligit quatenus est diuisibilis in partes diuisibiles in semper diuisibilia: quando exteri aiunt illum esse per se formaliter quantum: locuntur de eo quatenus habet partes ad unum cōmunem terminum copulatas: quando exteri dicunt ipsum esse quātum propter mobile: possunt intelligere quo ad partes eius permanentes. Sed adhuc contra dilucidationem occurres / ꝓpter quid magis habet diuisionem in partes semper diuisibiles a spatio / q̄ a mobili. de hoc diximus in. vi. physicoꝝ pro modo satis sit nobis solutio mathematicoꝝ: quia uidelicet saltem per imaginationem possumus intelligere motum esse diuisibilem sine diuisibilitate mobilis: non autem intelligi potest motus diuisibilis sine diuisiōe spacii: quia ad imaginationem mathematicoꝝ indiuisibile potest intelligi moueri: igitur principaliter diuisio motus erit a spacio: & nō a mobili. Et sic potest ratio Aristotelis in textu sic colorari: hęc de motu. De tempore uero suppono q͞ tempus sit motus: ut in quarto disputaui. nā motus cœli est tempus omnium motuū hic inferius: & motus orologii est tempus mensurans labores / & actiones / & motus animalium. Secundo supponēdum est q͞ licet tempus sit motus: tamen differt a motu secundum considerationem / quatenus superaddit illi rationem mensuræ. nam motus cœli ut mensura / est tempus primum unum numero omniū. Motus horologii ut mensura / est tempus secūdarium cœterorum motuū. hoc qdem secundarium / quia adhuc mensuratur tempore primo / quod est cœli motus. Ex his sequitur q͞ tempus ratione motus est quantum hoc est diuisibile in semper diuisibilia immediate & primo: ratiōe spatii remote & mediate. Probatur quia licet tempus sit motus: tamen non dicit᷑ tempus nisi ut superaddit rationem mēsuræ / igitur ut supaddit rōem mēsuræ differt a tempore: & ut sic habet diusionem in infinitum ratione eius: cui supad-

Dubitatio. (margin, beside "bile: possunt intelligere…")

Solutio. (margin, beside "pro modo satis sit…")

De tempore. (margin, beside "sic potest ratio…")

Excerpta. (margin, beside "tus. Ex his sequitur…")

Dubitationes. (margin, beside "a tempore: & ut sic…")

dit rationem mensuræ. Sed occurres: primo quia partes temporis copulã tur ad nunc: partes motus ad mutatum esse: sed mutatum esse & nunc differunt: igitur tempus non est motus. Secundo tempus habet propria magis & minus alia ab illis mot9 igitur est aliud. Tertio tẽpus est mẽsu ra motus: igiẽ differt a motu. Vltimo solum motus primus est tempus: igitur saltẽ tempus differt a motibus horum: sed nõ ualent. Ad primam dico ꝙ nunc & momentum nõ differunt nisi ratione/sed secundum rem idem est: dicitur enim momentum ut in motu; dicitur nunc ut mensu ra illius: unde momentum horologii est momentum in motu illo; & est nunc respectu momenti in motu equi. Ad secundam dico ꝙ motus/qui ẽ tp̄s ad A motum hẽt propria magis & minus ut horologii motus hẽt propria magis & minus alia a motu equi. tempus uero simpliciter oportet ut habet magis & minus alicuius motus: unde tempus habet propria magis & minus alia ab eo motu: cuius est mensura: non autem alia ab eo motu: cum quo est idem. Ad tertiam dico ꝙ uerum est: nam unus motus est mensura alterius: & isti differunt realiter. Ex hoc non sequitur ut tem pus differat a motu: quia semper est motus. est .n. motus ad A tempus. ad B ãt motus. Ad quartam dico ꝙ oĩs motus est tempus sed non respe ctu sui. Motus autem cœli est primum omnium tempus. sui uero ratiõe partium. Ex his apparet ꝙ motus est tempus: sed non respectu sui: sed ut superaddit rationem mensuræ respectu alterius motus/qui per ip̄m men suratur. Secundo sequitur ꝙ tempus ut motus est: est quantum rõe spa cii: quia sic non est aliud q̄ motus. ut uero superaddit rationem mensuræ ad alium motum: ut sic uidetur quasi per accidens quantum/ratione mo tus: cui rationẽ illam superaddit: & sic patet de tpe. Hęc de dilucidatione.

Solutio.

Excerpta diluci dationis.

¶Caput solutionum quintum.

His uisis/patet ad rationes exterorum: qđ cõcludunt de motu/quatenus habet partes ad unum cõmunem terminum copulatas: non autem quate nus habet partes diuisibiles in semper diuisibilia. Ad rationes primi capi tis: patet solutio: loquitur enim Aristoteles de motu quo ad partes diuisi biles in semper diuisibilia. Hæc de disputatione undecima.

¶Duodecima disputatio. Si relatio secun dum rem differat a fundamento.

¶Caput primum dubitationum:

Quod relatio secundum rem non differat a fundamẽto: arguitur. Primo quia si sic. Tunc in relationibus esset processus in infinitum. deducitur/ quia duæ similitudines distinguerentur a duabus albedinibus/quæ sunt

earum fundaměta:igitur possunt adhuc esse similes:& quæratur de illis similitudinibus:& ita aut procederetur in infinitum:aut oportet stare ad fundamenta/quæ sint suæ relationes. Secundo relatio differt a relatione per fundamentum:sed differentia non differt secundum rem ab eo:cuius est differentia. igitur relatio non differt secundum rem a fundamento. Tertio si hoc esset:tunc relatio adueniens fundamento redderet illud cō/positius:consequens est falsum:& consequentia patet. Quarto tunc in Deo esset compositio:quia sunt relationes additę. Quinto si relatio secū/dum rem differret a fundamento. Tunc materia prima esset subiectum accidentis. Cōsequentia patet:quia potentia materiæ ad formam est rela/tio:ut patet primo physicorum.& hæc p te differt a materia: igitur materia esset subiectum accidentium. Sexto tunc in quolibet corpore essent infi/nitæ res distinctæ: quia quodlibet est infinicies aliquantulum ad aliquid sui. Septimo tūc posset fieri aliquid de nouo alicui per magnam distanti am nulla actione facta in medio:ut de similitudine quę Romæ fieret per me nunc album factum. In oppositum cōmuniter sunt philosophi:& sic questio est ambigua pro utraque parte.

Cōmento. lxx.

¶Caput tituli secundum.

Relatiua e quibus relatio deducitur:ab Aristotele ad aliquid dicuntur:eo quia non potest alterum correlatiuorum intelligi/quin & alterum intelliga tur. Et propterea Aristoteles in prædicamentis ait relatiua dici quæ/cunque hoc ipm/quod sunt ad aliud dicuntur:quid uero sit fundamentū/dicamus. Ad cuius rei euidentiam debes scire qd' relatio interdum alicui inest mediate:ut duplum substantiæ mediante numero:alicui immediate ut numero duplum inest sine medio. Illud cui mediate inest:subiectū ap/pellant. Illud cui immediate competit appellant fundamētum. Sed mihi non placet hæc descriptio:quia nullum accidens est illud cui accidēs insit: ut patet in prædicamentis. Propterea fundamentum nō potest esse id cui accidens inest:quia oportet esse substantiam. Melius igitur dici potest quod cum relatio sit accidens imperfectum:quia est ita debile:quod quasi puta tur de secundis intellectis:ut.xii.metaphysicæ habetur nō potest substā/tiæ inesse/nisi per medium accidens relatione perfectius. Et ita illud acci/dens mediante quo relatio substantiæ inest:fundamentū dicitur:siue sibi relatio insit/siue nō. Et ita relatio indiget subiecto per rationem generis: quia uidelicet est accidens:cui omni competit etiam in subiecto: indiget fundamento:quia est accidens debile:quod pro sui esse indiget pluribus: & sic fundamentum erit accidens quo indiget ad hoc ut substantiæ insit: Verbi gratia duplicitas quia inest substantiæ mediante numero:numerus dicitur fundamentum illius:substantia uero subiectum: dixi autem siue illi accidenti insit relatio/siue non. Propterea quia secundum catholicos

Scotus.v.meta.

Confutatio.

Quid fundamē tum secundum ueritatem.

Cōmento. xix.

potest quandoq; idem esse fundamẽtum & subiectum uirtute diuina:ut in quantitate panis sacri:ubi remanet quantitas/quæ est subiectũ æqualitatis:& fundamentum eiusdem:hinc ueniunt tria genera relatiuorũ:primum quorum fundamentum est quantitas. Secundum quorum fundamentum est qualitas. Tertium quorum fundamentum est mensura entitatiua:huius sufficientiæ regulam docet expositor:quia cum relatio consistat in ordine unius rei ad alteram:toties relatiua dicentur : quoties una res ad aliam ordinari potest·ordinatur autem una res ad aliam uel secundum esse dependentiæ:& sic habetur tertium genus eorum:quorũ fundamentum est mensura entitiua:uel secundum uirtutẽ:& sic habetur secundum genus:quorum fundamentum est qualitas/uel secundum mensurã quantitatiuam:& sic est primus genus eorum/quorum fundamentũ est quantitas. Vlterius eorum quorũ fundamentum est quantitas:quædam fundantur in ipsa quantitate:quædam in principio quãtitatis. fundantur in quantitate omnia:quæ fundantur in numero ut duplum/& omnia proportionalia·fundantur in principio quantitatis quæcunq; fundantur in unitate:& hæc sunt uel quorum substantia est una:& dicũtur eadem:uel quorum qualitas est una:& dicũtur similia:uel quorum quantitas ẽ una: & dicuntur æqualia·Eorũ uero:quorũ fundamentum est qualitas:alia sũt quorum fundamentum est potentia actiua uel passiua:ut calefactiuũ ad calefactibile:quædam secundum qualitatem quæ est agere & pati/siue alterationes:& hæc aut secundum præsens ut calefaciens ad calefactũ:aut secundũ futurum/ut facturũ ad faciendum:aut secundum præteritũ ut pater ad filium. Eorum uero quorũ fundamentum est mensura perfectionalis siue entitatiua:alia sunt in substãtia/alia sunt in quantitate : & breuiter circuũt omne genus·Ex his apparet imperite esse dictũ a quibusdã fundamenta relationũ esse quattuor genera uidelicet q̃titatem/q̃litatem: actionem/& passionem·Nam solũ duo sunt prædicamenta:quibus fundantur relationes. Actio enim & passio ut sunt fundamenta relationum passibiles sunt qualitates·Præterea tertii generis fundamentum esse põt transcendens omne prædicatũ. Sed occurres in quo differunt relatiua tertii generis a relatiuis aliorum generũ. Respondit quidam q̃ differẽtia est ex parte fundamentorum:quia fundamentũ relatiuorũ primi generis est q̃titas siue mensura q̃titatiua. Tertii uero generis fundamentũ est mẽsura perfectionis:siue entitatiua·Sed exteri obiciunt:primo quia non omne cõtentũ mensurat continens/ut nec quaternarius mensurat quinarium/ in quo continetur:nec omne continens mensurat contentũ:quia tempus non mensurat motum:quia non totiens ductum/reddit motum:nec mẽsurans semper excedit mensuratũ:quia tempus mensurat motũ:& tamẽ non excellit illum·Hæc friuola sunt:primum quidem quia quaternarius

Regula sufficientiæ.

Aliæ species.

Contra burleu:

Dubitatio.

Prima solutio.

potest mensurare quinarium saltem secundum partem. Amplius secundum nihil est/quia tempus excellit motum ut habet rationem mensuræ: nam motus horologii/qui habet rationem mēsuræ respectu cursus equi excellit illum:quia non tantū est mensura illius/sed multorū. Multæ dubitationes in his accidere possunt:quę in aliis questionibus dicentur:nūc uero patet quid sit nam relatio: quid ue fundamentū. Quid uero uolumus per distinctionem secundum rem/in dilucidatione apparebit. Hæc de titulo.

Caput positionum tertium.

De disputatione sunt īnumeræ positiones:quia ab Aristotele & Auerroe & aliis peripateticis nihil de disputatione certi habemus. Propterea hæc disputatio non est intentata nisi a iunioribus:qui multifariam locuntur. Sed ne sit confusio:reducemus pōes ad numerum certum/& famosum. Propterea duę fuerūt positiones cōtrariæ. Altera dicit ꝙ nulla relatio differt secundum rem a fundamēto. Altera dicit ꝙ omnis relatio differt secundum rem a suo fundamento. Hæ enim sunt positiones contrarię. Prima positio est fere omnium sorticolarum:licet nō utantur illo modo dicendi:sed speciatim est herrici gandauensis:& a multis defenditur ad mētem expositoꝝ Thomæ & Egidii. Secunda uidetur Ioannis in hoc quinto/& omnium eorum/qui res fatentur. sunt positiones mediæ/quæ enituntur has consiliare/de quibus uberrime postea dicemus. Primam positionem probant sorticolæ:pimo de distantia:quæ est relatio:& tamen nō differt ab eius fundamento:aliter dum ego mouerer causarem relationes distinctas ab ipso cœlo:& ab omnibus quę a me distant. Amplius uel aqritur in instanti uel tempore/& non uidetur in aliquo horum posse aquiri. Adhuc de fundamento eius a quo differt/uidetur questio:quia nō potest esse quantitas mobilis:quia illa non plurificatur:& distantiæ sic:nec potest esse locus:quia ille nō est in re/quæ distat:nec potest esse ubi:quia illud est respectus:qui fundatur potius in relatione:q̄ sit relationis fundamentum. Secundo niphum eē patrem nihil aliud est q̄ niphum habere filium. Sed filius nihil est niphi. igitur relatio nihil addit subiecto ultra fūdamentū. Tertio si relatio differt a fundamento:tunc esset accidēs per accidens:& ultra sequitur ꝙ possit adesse & ab esse præter subiecti corruptionem:& ita niphus & Iacobus possunt esse sine relationibus. Quarto si æqualitas sit res existens in re quāta alia ab illa:uel est tota in toto q̄to: uel pars in parte:uel tota in toto:& tota in qualibet parte:non tota in toto & pars in parte:quia cum illæ partes non differūt specie:tunc cuicūq; totum esset æquale:quęlibet pars esset illi æqualis:nec potest esse tota in qualibet parte:quia tunc pars eēt æqualis alicui:cui est æquale suū totū. Alii arguūt primo quia si relatio esset res alia a fundamento:tunc relatio

Authores priæ positionis.

Authores secūdæ positionis.

Rōes herrici.

posset esse terminus motus per se deducitur: quia per relationem ipm fũdamentum: cui aduenit de nouo mutaretur realiter. Secundo quia si relatio differt secundum rem a fundamento: tunc relatio haberet proprium inesse aliud a cœteris prædicamentis: quod est contra Simplicium in prædicamentis. Aliæ rationes sunt tactæ capite primo: hæc pro prima põe. Contra hanc positionem / & pro secunda positione arguunt: primo quia illa differunt secundum rem: quoꝝ unum potest esse realiter sine alio: sed fundamentum potest esse realiter sine relatione: ut patet: igitur differunt secundum rem. Secundo quæcunq; opposita possunt fundari subcessiue in eodem illo semper permanente eodem: differũt secundum rem ab illo: sed similitudo & dissimilitudo possunt fundari in eadẽ albedine illa semper eadem permanente: igitur differunt ab illa secundum rem. Tertio illa differunt secundũ rem: quorum unum potest esse unum: & alterum multiplicari: sed potest albedo quæ est fundamentum esse una: & similitudíes plures: igitur differunt secundum rem. Quarto ea quæ sic se se hñt: quod unum potest esse altero intensius: differunt secundum rem: sed potest album esse albius / & minus simile: igitur differunt secundum rem. Quĩto si relatio esset eadem fundamento: tũc æqualitas & similitudo magis differrent: q̃ similitudo & relatio potentię actiuæ quę fundantur in eodẽ calore: quod est falsum: quia similitudo & potẽtia actiua fundata in calore sunt diuersi generis. Sexto relatio rationis est alia res ratióis a suo fundamento: igitur relatio realis alia res realis a suo fundamento. Pro hac parte uidetur Aristoteles in prędicamentis: ubi corrigens primam deffinitionẽ ait illa esse ad aliquid quorum esse est aliud: & certum est ꝙ pro esse intelligit esse reale. igitur esse relationis differt a subiecto & fundamẽto. Amplius Simplicius ibidem declarat relationẽ esse ad aliud: adhuc Auerroes duodecimo metaphysicæ uult ꝙ sicut principiata sunt alia: ita & prĩcipia & exemplificat speciatim de distinctione relationis ad alia / & principioꝝ relationis ad principia aliorum. Præterea Auicenna tertio suæ metaphy. capite de relatione uidetur uelle ex intentione ꝙ relatio habeat certitudinem propriam: & in principio capitis uult ꝙ secũdum suam certitudinẽ habeat proprium inesse / & propriam accidentalitatẽ. Ex his tenent reicolæ ꝙ relationes sunt res: & distincte secundum rem a propriis fundamentis / propriisq; subiectis: hęc de extremis positionibus. De mediis uero positionibus: Ioannes uelle uidetur in questione ꝙ relatióes aliæ sunt reales: aliæ rationis: & propterea dicit ꝙ oĩs relatio realis differt secundum rem a suo fundamento. Secundo dicit ꝙ nulla relatio rationis differt secundũ rem a suo fundamento: dicitur relatio realis apud Ioannem & alios: quæ requirit tria: ut extrema sint realia: ut secundum rem differant: & ut inter extrema sit mutua habitudo; defectu primi oppõ inter ens & non ens / nõ

Rões scoti. ii. se. dist. i. q. quinta.

Cõmento. xix.

Positio Ioannis Media.

Quid relatio realis q̃d ue rõis.

est relatio realis:quoniam extrema non sunt realia:sed alterum tantum: defectu secundi idemtitas non est relatio realis:quia licet extrema sint realia:non differunt secundum rem. Defectu tertii relatio inter scibile & sciẽtiam:inter causam & causatum/deum & creaturam/& id genus non est realis:quia scibile non refertur ad scientiam/nisi quia scientia refertur ad ipsum:& de cœteris similiter:unde Aristoteles in prędicamentis corrigẽs primam definitionem ur̃ definire relatiua realia hoc pacto dicens ad aliquid sunt:quęcunq; secundum eorum esse ad aliud se se habent:& per eẽ non intelligit esse in intellectu & intentionale:sed esse reale:hæc solent dici ab aliquibus relatiua secundum esse:cœtera uero dicuntur relatiua secundum dici:secundum esse quidem:quia mutuo secundum esse formale sunt ad aliquid/secundum dici uero illa dicuntur : quia ipsa dicuntur ad aliud/non sunt tamen ad aliud:dicuntur quidem ad aliud/quia alia ad ipsa:non sunt ad aliud/quia non secundum eorum esse formale. Auicenna uero fusius sumens reale/apellat omnem relationem esse realem. Auerroes tamen duodecimo huius ait esse quasi de secundis intellectis. Quod autẽ reales relationes differunt secundum rem a suis fundamentis Ioannes persuadet/primo quia sunt in diuersis prædicamentis:quæ sunt decem rerũ genera. Secundo quia si non:absolutum posset esse realiter ad aliquid:quod habet pro impossibili. Quod aũt relatio rationis non differat secundum rem a fundamento:patet de idẽtitate:quia eadem sunt quorum substantia est una:sed idẽtitas non est alia a substantia uel unitate substãtię : patet etiam de relatione dei ad creaturas:quia si esset realis : tunc deo possit aliquod accidens de nouo aduenire:hæc Ioannes diceret. Sed hæc positio media nulla est:Primo quia siue relatio sit realis siue rationis est in diuerso prędicamento a suo subiecto uel fundamẽto:igitur per eius rationem primam sequitur illam secundum rem prædicamenti differre a subiecto uel fundamento quod ipse negat. Secundo quia cõtra ipsum sunt rationes factę quæ factæ sunt pro prima posione. Alii dixerũt quod aliud est fundamentum per quod aduenit:& aliud per quod inheret : Verbi causa/sit A album Romæ/& B fiat album nunc Salerni:fundamentum per quod A rome efficitur simile:& per quod sibi aduenit similitudo est albedo ipsius B: quæ de nouo illi B accidit:fundamentum per quod similitudo accidit ipsi A romæ est sua/quam habebat albedo:dicunt igitur quod similitudo ipsius A ad B differt secũdum rem ab albedine ipsius B:quæ erat fundamentum aduentus:nõ autem ab albedine ipsius A quæ erat fundamẽtum inherentiæ. Amplius albedo ipsius A quæ est fundamentum aduentus similitudinis in B differt secundum rem a similitudine ipsius B: albedo uero ipsius B quæ est fundamẽtum inherentiæ similitudinis ipsius B non differt secundum rem. Addunt quod quandoq; nõ est fundamentũ nisi

Quæ auicenna & Auerroes. Cõmento, xix.

Confutatio:

Secũda positio media.

Duplex fundamentum.

unum:quod utrisq; extremis est fundamentum aduentus/& inherentiæ: ut in relatione dei & creaturę:aduenit enī deo relatio & creaturæ insimul per unum tantum fundamentum/ut per mutationē creaturæ:& hoc pacto relatio non differt secundum rem a fundamēto:sic igitur hæc positio dicit tria:Primum fundamentum aduentus differt secundum rem a sua relatione.Secundū fundamentum inherentiæ non differt secundum rem a relatione.Tertium quando fundamentum est unum & idem; quod est aduentus & inherentię:relatio a nullo differt secundum rem.Hęc positio tamen non differt ab illa secunda:quia illa secunda cōcederet totum hoc: & prima etiam:propterea ex hac positione adhuc remanet differētia.Alii iuniores ut gādeus & q̄ plures dicunt ꝙ relatio omnis est una res cum suo fundamento:differt tamen ratione conceptibili atq; formali:eo quia in conceptu relationis cadit terminus ad quem:qui nō cadit in conceptu fundamēti.Sed hæc positio nulla est:quia ex ea sequitur ꝙ relatio differt secundum rem a fundamento: quia omne illud differt secundum rem ab alio:quod secundum suam formalem rationem addit aliquid distinctum realiter ab illo:nemo enim potest hanc negare:sed per eos relatio addit secundum suam rationem formalem terminum/qui differt secūdum rem a fundamento illius relationis:igitur differt secundū rem a fundamento. Secundo hoc demonstrando habitudinem ad terminum differt secundū rem a suo fundamento:patet quia habitudo ad terminum dicit terminū realiter diuersum a fundamēto:hoc est relatio:igitur relatio differt secundum rem a suo fundamento. Tertio terminus est realiter & formaliter de essentia relationis per eos:terminus non est realiter nec formaliter de eēntia fundamenti eiusdem:igitur relatio & fundamentum differunt secundum rem:aliter eidem rei aliquid posset esse realiter idē/& realiter diuersum:quod est ultra captum humanum.Hęc de positionibus.

Qualis positio.

Tertia positio media.

Confutatio.

¶Caput dilucidationis quartum.

Sed ueritas peripatetica potest dilucidari secūdum cōmunem modum loquendi de distinctionibus:& secundum modū peripateticum.Primo modo debes scire:ꝙ aliqua dicuntur distincta/uel diuersa/uel differentia secundum rem/bifariam/aut secundum rem essentiæ siue prædicamentariæ:& sic omnia illa secundum rem differunt: quæcunq; sunt diuersis in prædicamentis:uel non in eodem prædicamento:aut secundū rem existentiæ:& sic oīa illa differunt secundum rem quorum alterum potest eē sine altero secundum rem existentiæ:ueluti accidens & subiectum/album & dulce/& id genus.Tunc possunt hoc pacto positiones consiliari per duas conclusiones.Prima nulla relatio differt secundū rem existentiæ a suo fundamento:siue illud sit unum/siue plura.Secunda conclusio omnis relatio secundum rem prædicamentariam & essentiæ differt secundū rem

Prima dilucidatio & primū cōsilium.

Quæ distincta secundum rem.

Conclusiones Prima.

a suo fundamento. Primam conclusionem probant rationes primæ positionis· Secundam uero probant rões secundæ positionis · Sed dices idẽtitas non differt secundum rem essentiæ uel prædicamentariæ a substãtia: nec relatio dei ad creaturam ab ipso deo· Dici potest uno modo ꝙ cõclusiones debent intelligi de relationibus realibus:& prædicamentariis:quales non sunt illæ:multæ enim sunt relatiões transcendetes:ut sunt relationes tertii generis· Tertium enim genus forte non est prædicamentale/ut dicemus fortasse postea:uel dici põt ꝙ fundamentum idẽtitatis & subiectum idem est:quia unitas substantiæ:fundamẽtum etiam & subiectum relationis dei est idẽ : qđ ipsa creatura:quia illa relatio non est in deo nisi terminatiue/non subiectiue:& tunc dico ꝙ idẽtitas differt secũdum rem prædicamentariam ab unitate substantię:quia idẽtitas est relatio:unitas uero principium quanti:amplius relatio dei ad creaturã differt secũdum rem prædicamentariam·quia illa relatio est relatio:& creatura est substãtia:& sic potest generatim defendi ꝙ relatio omnis differt ab eius fundamento secundum rem essentiæ uel prædicamenti. Si uero loquimur secũdum peripateticos dici potest ꝙ aliqua esse diuersa sunt bifariam : uel in subiecto:uel in definitione· Tunc dicerem duo· Primum nulla relatio differt in subiecto ab eius fundamento. Secũda omnis relatio differt definitioe a suo fundamento· Prima patet qa relatio & fundamentum eidẽ subiecto accidunt:igitur sunt eadem subiecto:amplius dicũtur de eodem subiecto:igitur subiecto sunt eadem· Secunda uero deducitur:quia quæcunqꝫ sunt in diuersis prædicãtis/differunt definitione:quia differunt genere & differentia:diuersorum enim generum/& non subalternatim positorum diuersa sunt genera & differentiæ. Animaduersione dignum : ut diximus quarto huius qđ aliqua eẽ subiecto eadem potest esse bifariam: aut mutuo & conuertibiliter:quia uidelicet non contingit alicui subiecto alterum inesse:quin & alterum insit:nec contingit alterum de uno prædicari subiecto:quin & de illo alterum:aut nõ mutuo:ut quando potest alterum alteri inesse/uel de altero dici.cui non inest alterum:uel de quo nõ alterum prædicatur:propterea ad dilucidationem potest addi qđ licet nulla relatio differat a fundamento in subiecto:tamen nulla relatio est eadẽ fundamento in subiecto mutuo:quia potest fundamẽtum permanere relatione abiecta· Ex his possunt reduci positiones contrariæ : qđ uidelicet si uelit prima positio nullam relationem differre a fundamento secundũ rem subiecti:recte sentit: si secunda dicit qđ omnis relatio differt a fundamento secundum rem definitionis etiam recte sentit:& sic ambę bene dicunt;sin aliter uelint:nos negamus illas tanq̃ remotas ab auribus peripateticorum:Hæc de dilucidatione.

Dubitatio de idemtitate· Solutio quę declarat an idemtitas sit alia a subiecto·

Secunda dilucidatio. Quæ distincta Cõclusiones. Prima·

Quot modis dicuntur eadem a subiecto.

Consilium positionum secũdũ.

¶Caput solutionum quintum.

His uisis/soluuntur rões ambarum põum: Ad primam dico q dum mouetur distans a cœlo causatur in cœlo res alia a cœlo secundũ rem definitionis uel secundũ rem prędicamenti uel essentiæ:non aũt alia res subiecti/uel existentiæ:nec est impossibile nulla mutatione facta in cœlo ipm mutari secundum rem essentię uel definitionis mõ sit mutatio in altero: ut dicit Auerroes. viii. physicoꝝ:põt enim relatio effici noua alicui. uel qa ambo extrema mutantur:uel quia alteꝝ:uel quia quoddam tertiũ. Ad secundam dico q relatio distantiæ non p se aquiritur:sed consequit terũm ad quem:& sic põt dici q aquiritur in instanti:uelut de termino ad quem dici solet:& qñ quęritur de fundamento distantiæ dico q est locus:& qñ diceretur q in eodẽ subiecto est relatio:in quo est eius fundamentũ:dico q isti dicentes sic male legerunt Auerroẽ & Aristotelem:põt.n.apud peripateticos noua consurgere relatio inter aliqua per quoddam fundamẽtum in.iii.ut octauo physicoꝝ dr:non.n.de rõne fundamẽti est aliud:nisi ut sit id per quod relatio inest subiecto:siue illud insit edẽ subiecto/siue non:ut dictum est. Ad secundã principalem dico q secundũ rem subiecti & secundũ rem existẽtiæ Niphũ prẽm non est aliud q̃ hr̃e Iacobum filiũ secundũ tñ rem prædicamenti eẽntiæ/uel definitionis:est aliud ut patet. Ad tertiã concedo totũ usq ad ultimũ:quia bñ relatio põt adesse & abeẽ a Nipho:non tñ stante fundamento:& sic nihil est. Ad quartam dico q nulla relatio est totũ:& sic nec ęqualitas/nec multiplicitas eẽ potest tota in toto uel tota in qualibet parte. Ad quintam rñdet Simplicius in prędicamentis q relatione adueniente alicui de nouo illud sine dubio mutatur:quia aliter se habet/nunc q̃ prius: uerum ait q mutari est bifariam ad se/& ad aliquid:dicit igitur q ad relationem non est motus ut in terminum ad se: bene motus uel mutatio ut ad aliud. Sed de hoc libꝝ qntum physicorum lege. Ad sextam dico q relatio habet proprium inesse aliud ab inesse fundamenti: sed non secundum rem existentiæ uel subiecti: sed secundum rem essentiæ/uel prædicamenti/uel definitionis. Ad rationes pro secunda positione:ad primam concedo q differunt secundũ rem essentiæ/prædicamenti/& definitionis/q non sunt eadem subiecto mutuo:& hoc concludit prima ratio. Præterea alii dicunt q relatio non potest desinere secundum rem existentię stante fundamẽto:ut dicit Auerroes de formis artificialibus secundo de anima cõmento octauo. Bene tamen secundum rem prædicamenti/uel essentiæ. Ad secundam dico q ratio cõcludit illa distingui secundum rem prædicamenti/uel essentiæ/uel definitionis/uel non esse eadem subiecto mutuo:& per idem ad tertiam/ & ad quartam:solum enim concludunt q non sunt eadem in re subiecti mutuo:& quod etiam differunt re prædicamenti/essentiæ & definitionis. Ad quintam dico quod relatio/& similitudo magis differunt quo

ad rem ſubiecti/uel exiſtentię:non autem quo ad rem obiecti/eſſentiæ/uel definitionis. Ad ſextam negatur ſimilitudo:uel concedo totū:quia relatio differt a fundamento ſecundum rem eſſentiæ/prædicamenti/& definitionis. Ad omnes authoritates patet ſolutio. Ad rōes primi capitis:ad primam Ioannes concedit proceſſum in infinitum in accidentaliter ordinatis:omnes enim illæ ſunt unius ſpeciei. Ad ſecundam diximus diſputatione prima ꝙ habitudo ad terminum eſt de eſſentia relationis/& habitudo ad fundamentum uel ſubiectum:uerum habitudo ad terminum eſt de eſſentia eius ut relatio eſt:habitudo uero ad ſubiectum uel fundamentum/ut eſt accidēs:& ſic dici poteſt ꝙ relatio nō differt ab habitudine ad ſubiectum uel fundamentū ſecundum rem eſſentiæ ut accidens eſt:quicquid ſit de illa ut relatio:ꝑpterea genera relationū ſunt data per habitudines ad fundamenta tanꝗ per notiorem. Ad tertiam negant conſequentiam:quia relatio non eſt actus fundamenti:nec fundamentum eſt potentia:uel poteſt concedi reddi illud compoſitius ſecundū rem prædicamenti:non autem ſecundū rem exiſtentiæ. Ad quartā dico ꝙ in deo ſi ſunt relationes:non ſunt in per modū actus:& propterea non faciunt cōpoſitionem in deo. Ad quintam cōcedunt Auerroici de accidentibus imperfectis ut patet de dimenſionibus/& de potētia/& id genus. Ad ſextam cōcedūt in aliquo poſſe eſſe infinitas res reſpectiuas & in potentia:non aūt abſolutas & in actu. Ad ultimam Auerroes in.viii.phyſicoꝝ non habet pro impoſſibili in relationibus:licet in abſolutis res ſit digna cōſideratiōe. Hæc ſufficiant de.xii.diſputatione.

¶Diſputatio decima tertia. Si idem relatiuum poſſit ad plura referri.

¶Caput dubitationum primum.

Quod idem relatiuū poſſit ad plura referri:arguitur primo quia idē continens referri pōt ad plura contenta:nam unus nūs continet multos. Secundo una met potentia actiua refertur per ſe ad ipſum agere & ad potētiam paſſiuā. Tertio idem pr̄ referri poteſt ad cōplures filios:ut Niphus pater ad Iacobum/Domiciū/& Liuiam filios. Quarto idem ſecundū rationē gn̄is/poteſt referri ad correlatiuū generis & correlatiuū ſpēi:ut dr̄ in textu:ueluti multiplex ad ſubmultiplex & ad dimidiū. Quinto ſpēs refert̄ ad genus:ut dicit Porphyri9 & ad indiuidua:quia definitur per illa. In cōtrariū eſt Ariſt. in textu/dicens qa tūc idē bis diceretur.qđ hēt pro impoſſibili. Hęc de dubitationibus.

¶Caput tituli ſecundum.

Referri apud authores multifariam eſt : nam apud grammaticos referri quandoqȝ eſt repreſentare : & hoc pacto relatiua ſunt quis / uel qui/

quæ quod uel quid/Suus/sua/suum/& cœtera grammatice dicta:& relatiuũ apud Priscianum definitur ꝙ est ante latæ rei repsentatiuũ : & sic non loquimur in disputatione:attinet eni ad grãmaticos. Alio mõ referri accipitur apud oratores:& sic referri uel referre est mandatum prætoris publicare:sicut Senatus uotum Cæsaris referre dicebatur:& nec sic in ꝓposito accipitur. Tertio accipitur apud scientes pro indicare:eo mõ quo dicitur in scientia effectus refertur cognitio causæ:ut.ii. metaphysicæ dictum est:& nec sic accipimus : demum referri accipitur apud logicos & metaphysicos pro eo quod hoc ipso quod est ad aliud dr̃:a quo prædicamentarium relatiuũ deducitur:& hoc mõ intelligitur in disputatione:refertur.n.aliquid ad plura/qñ hoc ipso quod est ad plura dr̃:quo uero mõ sumatur idem:in dilucidatione apparebit.Hęc de titulo.

¶Caput positionum.

Dicunt quidã de mente expositoris ꝙ idem põt ad plura referri. Secũdo dicunt ꝙ si idem ad plura refertur:non ad illa dicitur per plures relatiões sed unica relatione:ut idem pater ad plures filios unica tantum relatione. Sed contra hæc exteri oppugnant primo/quia his datis una relatio esset plures relationes:deducunt quia esse ad est de essentia relationis:igit̃ multiplicato ipso esse ad:relatio ipsa multiplicabitur:quia multiplicata essentia alicuius:multiplicatur & res:cuius est.Secundo tũc idem haberet plures definitiones ꝓprias & primas:deducitur quia relatio & relatiuũ non definitur nisi per esse ad:sed plura sunt esse ad:quia plures termini : igit̃ cõclusio.Tertio tunc idem simul erit & non erit:deductũ est/& deducit̃: quia si aliquid refertur per unicã relationem ad plura:sit illa A: per A igr̃ refertur ad plura:sed corrupto uno correlatiuoꝝ:etiam alterum corrumpitur:igitur põt unum illoꝝ corrumpi:& sic A corrumpetur/& ita non erit:ex alio uero remanet:quia põt aliud correlatiuũ remanere : & sic idẽ esset & nõ eẽt.Propter hæc exteri tenẽt primo ꝙ impossibile est idẽ referri ad plura p se primo:patet hoc per rões tactas. Secundo ꝙ idẽ potest referri ad plura p se non primo:declarãt quia duplũ refert̃ per se primo ad dimidium:p se non primo ad submultiplex. Amplius spẽs refertur per se primo ad genus:per se uero non primo ad indiuidua:ad quæ refertur per rõem sui generis:quod est uniuersale:quod apud eos est genus ad quinqꝫ uniuersalia:igitur idem per se non primo potest referri ad plura. Sed hæc positio est confusa:primo quia idem relatiuũ secundum rem subiecti potest ad plura referri:& secundum rem essentię non:& nõ distinxit:igitur cõfusa.Secundo quia apud eos alibi idem relatiuũ mãliter põt referri ad plura nũo:& ad plura differentia secundũ rõem:nõ aũt idẽ formaliter:&

Prima põ attributa Thomæ.

Obiectiones exterorum.

Confutatio.

Põ exterorum.

non distinxit:igitur cõfusa. Tertio rões eoꝝ contra primam põem nullæ sunt:quia prima põ dicit ꝙ unũ & idem relatiuum nũo & secundum unã relationem nũo põt referri ad plura correlatiua nũo:modo sint eiusdem speciei:ut diximus de pr̃e uno nũo per unicam paternitatẽ nũo:ꝙ põt referri ad plures filios nũo per diuersas filiationes nũo:& ꝙ nõ concludãt: declaratur:ad primã dico ꝙ esse ad est de esse relatiõis indiuiduę:nõ quidem ad relationẽ indiuiduã:sed ad relationem secundũ spẽm:non.n.eẽ ad filium meũ Iacobum est de essentia p̃nitatis Niphi:sed eẽ ad filiũ:& sic idem põt esse ad plura per unicã relationẽ:quia est ad illa p rõem spẽi:sic enim expositor ubiqȝ sentit:per idem ad secundã:quia illa relatio non definitur nisi per terminum ad quẽ sumptum secundum spẽm:sicut nõ definitur nisi rõe speciei. Ad tertiam nego cõsequentiã:quia paternitas mea nõ destruitur ad destructionẽ unius filiationis nũo:sed filiationis secundũ spẽm:& sic destructa filiatione A uel B:adhuc remanet:& sic rationes nullæ sunt contra expositorem. Hæc de dubitationibus.

¶Caput dilucidationis.

Prima suppõ. Pro dilucidatione primo debes scire ꝙ idẽ referri ad plura p̃t ĩtelligi bifariã:uel ad plura eiusdẽ rõis:uel ad plura diuersarum rõum/ut dictũ est.

Secunda. Secundo debes scire ꝙ siue sic/siue sic idem põt intelligi referri ad plura/aut secundũ idẽtitatem rei existentię:aut secundũ idẽtitatem rei essentiæ (uel ut peripatetice loquar)intelligi põt:aut secundũ idẽtitatem rei subiecti:aut rei definitionis.

Tertia. Tertio debes scire ꝙ referri ad plura diuersaꝝ rõnum secundũ idẽtitatem rei eẽntiæ uel definitionis esse põt per se primo: uel per se nõ primo:ut exteri distingũt. Tunc dico primo ꝙ idem secũdũ rem existentiæ/essentiæ/subiecti & definitõis põt intelligi referri ad plu

Prima cõclusio ra secundũ eãdem rõem:deducit̃ authoritate expositoris:quia idẽ pr̃ nũo secundũ eandem rẽ subiecti/& existentiæ/& secundũ eãdem rem eẽntiæ & definitionis/hoc est secundũ eãdem relationẽ refertur ad plures filios eiusdẽ spẽi filiationis:& hoc pacto expositor intellexit. Secũdo dico ꝙ idẽ relatiuũ secundum idẽtitatẽ rei existentiæ/uel subiecti põt ĩtelligi referri ad plura relatiua eiusdẽ spẽi & rõis & etiam alterius spẽi & ratiõis. patet quia idẽ hõ refertur ad pr̃em eius:& ad filiũ eius:idem dico secundũ rem subiecti/& rẽ existentiæ:res.n.subiecti siue existẽtię relatiui nõ est aliud/q̃ eẽ sui f̃bti. Tertio pro mente Arist. dico ꝙ idẽ relatiuũ secũdũ idẽtitatẽ rei eẽntię uel definitionis nõ põt referri p se primo ad plura diuersaꝝ rõnũ:patet hęc cõclusio p uerba Arist. quia tũc idẽ secũdum rẽ essentiæ & definitionis bis diceretur secundũ rem eẽntiæ & definitionis:ut deducũt rationes exteroꝝ. Quarto dico ꝙ idem relatiuum secundum identitatem rei essentiæ & definitionis põt ad plura alterius rõis referri per se nõ primo:deducunt.n.hoc rationes pro secunda conclusione exteroꝝ: duplum

enim eadem duplicitate spē refertur per se primo ad dimidium/& per se non primo ad submultiplex. Ex his apparet dilucidatio:& utriusq; positionis consilium.

¶Caput solutionum quintum.

His uisis/ad rōes patet solutio:idem.n.numerus secundum rem subiecti potest referri ad plura diuersa rōnum:non aūt secundum rem essentię: Idem potens refertur ad agere & ad passum secundū non per se primo per eandem potentiā:ad passum.n.per se primo:ad agere uero per se non primo. Amplius quid de patre dicendū sit:in dilucidatione patuit. Ad coetera omnia ēt patuit solutio. Hæc de disputatione.xiii.

¶Decima quarta disputatio. Si ratio formalis terminandi relationem alterius correlatiui sit relatio.

¶Caput dubitationum primum.

Quod rō formalis terminandi relationem alterius relatiui nō sit relatio: arguitur primo quia.viii.physicoꝝ dr̄ q̄ colūna est dextra & relatiua ad animal & nō per relationem columnæ ad animal: igitur rō formalis terminandi relationem alterius correlatiui nō est relatio. Secūdo nullus terminus uel rō terminatiua est ęque primus terminato/immo prior terminato:sed relatio non est prior correlatiuo:igitur non pōt esse ratio terminandi. Tertio deus refertur ad creaturā atq; illius relationē terminat:igr̄ relatio nō est rō terminandi;añs concedunt catholici & philosophi:& deducitur enthymema:quia deus nō terminat relationes creataꝝ reꝝ nisi p relationes existētes in creaturis:& nō in ipso. Quarto scibile ut dr̄ in hoc quinto terminat relationē sciæ ad ipm̄ & nō p relationē existentē in ipso: igitur nō semp relatio est rō terminādi. In cōtrarium est Aristo:in prędicamentis:ubi dr̄ relatiua sunt simul nā:quia simul naturali intelligentia. Cōmento.xx.

¶Caput tituli secundum.

Pro intellectu tituli primo debes scire q̄ in relatiuo sunt tria s'bm uidelicet:cui relatio inest:fundamentū per qd̄ illi inest:de quo supius dictū est: & ipsa relatio/quæ inest: Verbi cā/in patre est hō:cui inest pr̄nitas:uirtꝰ generatiua/qua genuit:p quā inest sibi pr̄nitas:& pr̄nitas ipsa/quæ inest Secūdo debes scire q̄ tria sunt terminus ipse/cōditio terminandi siue cā sine qua nō:& rō terminādi:pr̄ quidem terminus est filiatiōis:cōditio uero/& rō terminādi quæ sit:dubiū est:est aūt rō terminādi id pp quod pr̄ dr̄ ad filiū formaliter:iō quæritur si pr̄ dr̄ ad filiū formaliter paternitate: uel rōne absoluta priore paternitate:Hæc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

Pō scoti primo sententiarum distinctione·xxx· qōnę prima·

De præsenti disputatione exterorum prīceps dicit primo q̄ nulla relatio nec realis/nec rationis esse potest ratio formalis terminandi relationē alterius relatiui·Secundo dicit q̄ ratio formalis terminandi est absolutum relatiui:siue illud sit aliquid præter subiectum/siue præcise ipsum subiectum.Primam conclusionem probat primo de relatiuis tertii generis:qa ut dicitur in textu hæc dicuntur relatiua/quia alia referuntur ad ipsa:igr̄ terminant ut absoluta/& non relatiua.Secundo de actu & potentia:quia habetur in hoc nono q̄ potentia per actum definitur:& non e contra:igitur actus ut prior potentia definit potentiam:sed ut relatiuū non est prior:igitur ut absolutum definit potentiam:& per consequens ut sic/termi nat potentiæ relationem.Tertio generatim arguit relatio omnis definit̄ per terminum ad quem:igitur terminus ad quem est prior relatione defi nita secundum definitionem:igitur non sub ratione relatiui terminat:qa ut sic non est prius/sed in ęquo·Quarto tunc in definitionibus eēt circu lus/deducitur quia relatio alterius esset ratio definiendi alterum:& illius relatio esset ratio etiam definiendi alteꝝ:& sic in definitionib9 esset circu lus.Secunda uero conclusio deducitur:quia si relatio non est ratio terminandi relationem alterius relatiui : sequitur ut absolutum illud quod est præter relationem/sit ratio terminandi·Hęc ille·Sed hæc pō non est peripatetica:

Confutatio positionis·

Primo quia si relatio non esset ratio terminandi:tunc omnes relationes essent tertii modi:& deducitur quia relatiua tertii modi sūt:quæ non per relationes eoꝝ referuntur/sed quia alia ad ipsa : modo apud istū uirum omnia relatiua referuntur:quia alia ad ipsa referuntur:igitur oīa essent dicta tertii modi:uel saltem non posset assignari differētia inter relatiua tertii modi/& alioꝝ generum · Secundo si ita esset : tunc non quicunq̄ definite sciret alterum correlatiuoꝝ/definite sciret & alterū:deducitur quia non quicunq̄ definite sciret unum relatiuū/definite sciret absolutum alterius:non·n·unum relatiuū conuertitur cum absoluto alterius:cōsequens uero est contra Aristotelem in prędicamentis:igitur & aīs· Tertio ea ratione alterum correlatiuū terminat relationem alterius': qua rōe refertur ad ipsum ut patet in prædicamentis : sed nō refertur per absolutum:igitur nec per absolutū terminat relationem·Quarto Aristoteles in prædicamentis habet pro impossibili q̄ substātia sit ad aliquid:igr̄ secundum ipm rō terminandi non pōt esse absolutū:tenet argumentum quia ubi sit absolutū rō terminandi:substantia posset eē ad aliquid/saltē quia aliud est ad ipsam· Ex his & aliis ur̄ mihi q̄ hęc pō non sit peripatetica:imo cōtra Arist·& Porphy.& Boetiū·Hæc de positionibus.

¶Caput quartum dilucidationis.

Pro dilucidatione igitur debes scire ut dr̄ in.ii·de aīa q̄ nos dici possum9 scire & aīa/& sciā:aīa quidem ut materia/& subiecto:sciā uero foāliter:

sic potest pater ad filium referri/subiecto quidem quia est homo: fundamento uero quia ipsum potuit generare/& genuit: formaliter autem qa paternitate. Ex his sequitur dilucidatio ꝙ ipsum quod refertur est relatiuum ut pater: uerum quo refertur tanq̃ materia & subiecto/est homo: qui uero tanq̃ conditione referendi/est potentia generatiua: non enim potest ad filium referri pr̄: nisi præsupposita potētia generatiua: quo deniq; refertur tanq̃ ratione formali referendi est paternitas. Hęc dilucidatio deducitur primo eo mō se se habet albedo ad album/quo paternitas ad patrem: & generatim relatio ad relatiuū: sed album formaliter est album albedine: igitur relatiuū est formaliter ad aliquid relatione: & ita ratio qua terminat relationē alterius/est relatio. Secundo eo formaliter refertur & terminat relationem alterius: quo constituitur in esse relatiuo: sed formaliter relatione est tale: igitur relatiōe terminat & refertur. Ex his sequitur ꝙ si exterorum princeps uelit relatiuū referri ad aliud uel esse terminum relationis alterius ut absolutum/tanq̃ materia uel conditione referendi/recte sentit: at si intelligit ipsum referri ut absolutum tanq̃ rōe formali referendi/nō est peripateticū: ut uisum est. Hæc de dilucidatione.

¶Caput solutionum quintum.

His uisis/ad rōes pro pōe exterorum ad primam & ad secundam dico ꝙ concludunt de relatiuis tertii generis: Illa. n. solum referūtur: quia alia referuntur ad ipsa: secus est in relatiuis reciprocis: de quibus rationes nō cogunt. Ad tertiam dico ꝙ unum relatiuū definitur per alterum: & nego ꝙ illud sit definitione prius: quia solum in relatiuis habetur ꝙ definiens & definitum sunt simul natura/ut dicit Aristoteles: Immo nec per notius/sed æque notum: quia ut dicit Boetius magis cōdefiniuntur: q̃ unum per alterum definiatur: sunt enim definitiōe & intelligentia/& natura simul. Et per idem ad quartam concedo enim circulum in relatiuis/quia magis ambo cōdefiniuntur/q̃ alterū altero definiat᷑: secus est in aliis aliorꝫ prædicamentorum. Ad rōes primi capitis/patet solutio: prima cogit de relatiuis tertii modi. Secūda fallit in maiori: immo terminus & ratio formalis terminandi est æqualis & conuertibilis cum terminato. Ad tertiam & ad quartā cōcludunt de relatiuis tertii modi. Hæc disputatiōe. xiiii. sufficiāt.

¶Decima quinta disputatio est. Si relationes sortiantur formalē distinctionem ab earꝫ fundamentis.

¶Caput dubitatioum primum.

Qd formalis distinctio relationū sit a fundamentis: arguit᷑ primo relatio est fundamētū: igr̄ a distōe formali fundamentorꝫ sortiūtur distinctionē

ipsæ relationes. Secundo habitudo ad subiectum est de essentia acciden/tis: ut septimo huius patet: sed relatio est accidēs: igitur habitudo ad sub/iectum est de essentia relationis: sed fundamentum est subiectum / saltem per quod: igitur habitudo ad fundamentum est: de essentia relationis: & ita relationes sortiuntur distinctionem formalem a fundamentis. Tertio relationes distingūtur numero per subiecta & fundamenta: igitur & spē: tenet consequentia: quia non maior ratio est de una distinctione q̄ de altera: añcedens supponitur secūdum peripateticos. Quarto a quo res habet esse: ab eodem habet formalem distinctionem: sed relatio hēt esse per fundamentum / ut omnes sentiūt: igitur per illud habet distinctionem essentialem. In contrarium arguitur / quia per habitudinem ad terminum relatio definitur ut patuit proxima disputatione: igitur per habitudinem ad terminum relatio habet essentialem atq; formalem distinctionem. Hæc de dubitationibus.

¶ Caput secundum tituli.

Quid distictio formalis. Pro intellectu tituli debes scire q̄ quemadmodum forma / essentia / spēs / & quiditas apud pipateticos idem est: sic distō formalis / essentialis qditatiua atq; specifica idē est: quare cū disputatio quærit si relationes sortiuntur distinctionem formalem ab earum fundamentis: intelligit si relatiões sortiantur distinctionem essentialem / quiditatiuam / & specificā ab illis.

Quid distingui per formas: & qd formaliter. Sunt tamen qui faciunt uim in uerbis / asserētes aliqua distingui per formas / & nō formaliter / nec specifice: nam Socrates & Plato distinguntur per formas: quia alia est forma Socratis: alia Platonis / qui tamen nō distinguntur formaliter / nec specifice. Et potest hoc habere colorem / quatenus aliud est distingui per formas tanq̄ per rationem distinguendi: & aliud per formas tanq̄ per ea / quę distingnntur: formæ nanq; Platonis & Socratis differunt: non autem Socrates & Plato differunt per formas ueluti per rationes distinguendi: & propterea non differūt specie: quærit uero disputatio signanter de distinctione formali siue specifica: quia de numerali distinctione disputatum est supra: ubi locuti sumus de principio indiuiduationis. Hæc de titulo.

¶ Caput positionum tertium.

Pō exterorum. Exteri dicunt q̄ relatio habet duplicem habitudinem alteram quidem ad terminum: alterum uero ad subiectum siue fundamentum. Illa ad terminum est de essentia relationis: sed illa ad fundamentum siue subiectū est essentialis / non tamen de essentia: hoc declarāt quia aliud est esse de essentia alicuius: aliud essentiale: risibile enim homini essentiale est: non autem de illius essentia: est quidem essentiale quia fluit ab eius essentia: & est ꝑpria illius passio: est autem non de essentia: quia non ponitur in ratione formali illius. Quare uolūt q̄ relationes essentialiter per habitudines ad

fundamenta differũt:non autem specifice per illas:& sic dicunt duo ꝙ distinctio relationum per fundaméta est essentialis essentialitate passionũ Secundo ꝙ non est specifica/quia non per illa/quæ sunt de essentia relationum. Hæc exteri. Sed hæc positio nec quo ad modum dicendi:nec quo ad positionem ipsam est peripatetica:quo quidem ad modum dicendi:qa apud peripateticos essentia/forma/& species idem est: igitur quæcunq; essentialiter differunt:specie & forma differunt:quo uero ad positionem: quia si habitudo ad fundamentum est propria passio relationis:& habitudo ad terminum est de essentia illius:tunc habitudo ad fundamentum flueret ab habitudine ad terminum:quod nec ipsi/nec nos concederem9. Præterea quicquid est de ratione formali generis/est de ratione formali spéi/saltem per rationem generis:sed habitudo ad subiectum est de rõne accidentis:ut dicemus in septimo disputatione prima:igitur de ratione relationis/quę est spés accidentis. Iuniores uero dicunt ꝙ termini non sunt differentiæ relationum. Secundo ꝙ differentię specificę relationũ sumuntur a terminis illarum:ubi debes scire ꝙ aliquid potest sumere differentiam ab aliquo:quod non est eius differẽtia:ut motus sumit drãm a termino ad quem ut dr̃.v.physicorum:qui terminus ad quem non est dr̃a motus:sic in proposito a terminis relationes ipsæ sumunt specificam drãm/ qui tamen non sunt differentiæ relationum:quod quidem a terminis relationes sortiantur formalem drãm:testantur p hoc ꝙ relationes diffiniũtur per terminos:quod uero termini non sint dr̃æ relationum:arguũt qa termini sunt alterius generis:modo diuersorum generum nõ subalternatim positorum diuersa sunt genera/& dr̃æ:igitur termini non possunt eẽ differentiæ relationum. Secundo relationes differunt genere per nihil alterius generis:igitur differunt differentiis per nihil alterius generis. Tertio formalis distinctio rei est per ꝓpriam rei realitatem:sed terminus nõ est propria relationis realitas ut patet:igitur non est illius differentia formalis. Quarto ad idem genus pertinet materiale & formale rei:sed materiale relationis est sui generis:igitur & formale:& ita terminus nõ potest esse eius differentia:qa est alterius generis. Sed hæc positio est ambigua: primo quia per fundamenta uidetur dr̃a relationũ essentialis:eo quia qcquid est de ratione generis est de ratione speciei:ut arguitur cõtra exteros sed habitudo ad fundamenta est de essentia accidentis:igitur relationis. Secundo arguitur directe contra positionem:quia Porphyrius ait drãm esse:qua differunt inter se species:sed terminus est/quo spés relationũ differunt:igitur terminus est dr̃a relationis:præterea si per eos relatiões differũt termĩs aut per se:aut per accidens:nõ per accidens:igitur per se sed dr̃a est qua per se differunt species: igitur terminus est relationis differentia. Vltimo relationes nullæ sunt:quia aliquid esse differentiã alicui9

Confutatio.

Põ iuniorum.

Cõmento.ix.

Confutatio.

potest intelligi bifariam:aut ut partem:aut ut causam:terminus enim ad quem est differentia motus:non quidem ut pars motus:quia quãdo motus est:terminus ad quem non est:sed est illius differẽtia ut causa;eo quia est causa differẽdi:& sic omnes rationes ualent ꝙ terminus non est differentia relationis ut pars:cum quo tamen stat illum esse differentiam ut ut causa:& sic rões nullæ sunt·Hæc de positionibus satis·

¶Caput dilucidationis quartum·

Pro dilucidatione primo accipio relationem habere duas habitudines alterã ad subiectum:alterã ad terminum:& p ſ bm intelligo siue subiectũ: cui inest:siue per quod inest:habitudo ad subiectum appellatur esse in:habitudo ad terminum dicitur esse ad:ut asserit Boetius·Secundo suppono posse alicui competere aliquid per se per rationem generis:quod sibi non competit per rationem speciei:& econtra aliquid potest compete alicui p rationem speciei:quod non competit sibi per rationem generis.Exemplũ
Cõmẽto·xxvii. est Aristote·in isto quinto & Auerrois de talpa:cui per rationem generis competit posse uidere:per rationem speciei competit esse aboculum· his suppositis:sit prima conclusio habitudo ad fundamentũ siue subiectum competit per se relationibus per rationem generis hoc est inquantũ accidens sunt:hęc conclusio supponatur ad mẽtem peripateticoꝝ:quia disputatione prima huius septimi determinabitur esse in/esse de essentia accidentis.Secunda esse ad siue habitudo ad terminum cõpetit per se relationi non per rationem generis/sed p rationẽ relationis siue speciei.Probat̃ prima pars:quia si competeret relationi per rationem accidentis: tunc oĩ accidenti competeret·Secunda patet per cõsensum omnium:& per uerba Aristotelis & Boetii in prædicamentis· Ex his apparet dilucidatio:ꝙ uidelicet relationes sortiuntur distinctionem formalem a fundamentis/nõ quidem quatenus relationes/& per rationes specierum:sed per rationem generis/& quatenus accidentia sunt:a terminis uero sortiũtur distinctionem formalem quatenus relationes sunt:& per rationes proprias. Hæc de dilucidatione:

¶Caput solutionum quintum:

His dilucidatis ad rationes ad primã dico:ꝙ de distinctione relationis & fundamenti dictum est supra:Sed dato ꝙ relatio sit fundamentũ idẽtice: non tamen est relatio formaliter.Ad secundam patet solutio per dilucidationem·Ad tertiam negatur cõsequentia;quia indiuidua differunt p materias numero: & specie per formas:igitur non per idem res differunt numero & specie·Ad ultimum conceditur ꝙ per fundamenta relationes hñt esse:& distinctionem:non tamen formalem:sed ut dictum est · Ad rationem in contrarium patet solutio per dilucidationem · Hæc de·xv·dispu·

¶Decima sexta disputatio est:si ter
minus est de quiditatiuo
conceptu relationis.

¶Caput dubitationum primum.

Quod terminus de quiditatiuo conceptu relationis sit:arguitur primo: quod ponitur in definitione relationis est de cōceptu relationis:terminus ponitur in definitione relationis:ut patet in prædicamentis : igitur est de conceptu quiditatiuo illius. Secundo terminus attinet ad relationem per se:ut disputatione proxima patuit:& non per se secūdo modo:igitur per se primo modo:& ita de illius ratione formali. In contrarium arguitur/ quod non est relationi idem secundum rem:nō potest esse de quiditatiuo conceptu illius:sed terminus non est idem secundum rem relationi:igitur nec de illius quiditatiuo conceptu.Hęc de dubitationibus sufficiant:

¶Caput tituli secundum.

Quid sit conceptus quiditatiuus:non semel in hoc libro declarauimus:ta men modo dicimus ꝙ cōceptus quiditatiuus/& ratio formalis idem est: ratio autem formalis in habentibus definitionem est definitio:in nō ha bentibus definitionem est descriptio:in non habētibus descriptionem est conceptus:quo res est apta concipi ut alibi diximus:conceptus enim non nunq̄ sumitur formaliter pro actu concipiendi:nōnunq̄ obiectiue pro re quæ concipitur uel est apta nata concipi:& sic in non habentibus defini tionem/nec descriptionem:conceptus quiditatiuus est conceptus rei obie ctiuus.Hęc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

De disputatione omnes antiqui peripatetici uelle uidentur terminum eē de cōceptu quiditatiuo relatiui/siue relationis/ut indicāt Boetius & Sim plicius in prædicamentis:dicentes esse ad de ratione relatiui haberi:ꝓpter quod Aristoteles ubiq; ad aliquid uocat relatiuū:quia esse ad est de rōne ipsius relatiui:modo non potest de ratione relatiui haberi ipsum esse ad: quin de ratione illius habeatur terminus relationis:& sic concludunt ter minū esse de ratione relatiui:pro hac positione sunt rōes bonæ:Prima est quia quicquid est de primaria rei ratione:est de quiditatiuo cōceptu illi9: sed terminus est de primaria ratione relatiui/siue relationis:igitur de con ceptu quiditatiuo eius.Maior patet/quia primaria rei ratio:& quiditati uus rei conceptus idem est:ut patet in capite secundo. Minor probatur/ quia nec intelligi/nec definiri potest relatiuum uel relatio sine termino. Præterea nec absolui a conceptu termini. Secunda non minus terminus est de conceptu quiditatiuo relatiui/q̄ rationale de conceptu hominis:qa sicut non potest conceptu perfecto homo sine rationali aprehēdi/sic nec

Positio Boetii & Simplicii.

relatiuum sine termino:sed rationale est de cõceptu quiditatiuo hominis: ut omnes dicunt:igitur terminus de conceptu quiditatiuo relatiui. Iuniores uero dicunt duo primum ꝙ terminus ponitur in definitione relationis siue relatiui: ut rationes tactæ probant. Secundum ꝙ licet ponatur in illius definitione/non ponitur in illius definitione: ut quid intrinsecum conceptui quiditatiuo illius:sed ut quid extrinsecum circũcernens relationis differentiam ultimam. Prima cõclusio non eget probatione: quia oẽs concordant. Secundam probant primo quia omnis relatio/omneq; relatiuum constat ex proprio genere/& propria differẽtia: sed terminus nec est genus/nec differentia relationis.igitur non est de conceptu quiditatiuo illius. Maior patet quia omne quod est in pr̨edicamento/cõstat ex genere & differentia:ut dicitur in regulis ante pr̨edicamentorũ. Minor non eget probatione apud illos:quia terminus est alterius generis apud eos/qui uolũt terminum esse rem absolutam:uel saltem alterius speciei apud nos. Secundo quicquid est de cõceptu quiditatiuo alicuius/est idem illi. Sed terminus relationis non est idem relationi/ut patet igitur non est de conceptu quiditatiuo illius. Tertio si terminus esset de conceptu quiditatiuo relationis:tunc dicẽdo Socrates est pater alicuius filii esset nugatio: quia filius semel includeretur in patre/& semel in se:igitur bis repetitio.

Pō iuniorum.

Hæc iuniores. Sed hæc pō non est peripatetica: primo quicquid est de ratione formali generis/est de ratione formali speciei:sed de ratione formali relatiui est terminus:quia relatiuũ est:quod hoc ipso quod est ad aliud se se habet/ut in pr̨edicamentis dicitur:igitur de ratione oĩs speciei relatiui. Secunda h̨ec est bona definitio:pater est relatiuũ ad filium:quæro igitur uel ipsum ad filium ponitur ut accidens:uel per se/non ut accidẽs quia tunc saltem posset conceptu perfecto pater intelligi sine esse ad filium:si per se:& cũ per se in ratione rei sit esse de conceptu quiditatiuo rei ut patet in libro posteriorum: igitur esse ad terminum est de conceptu quiditatiuo rei. Tertio omne antecedens prædicata per se secundi modi/est de conceptu quiditatiuo rei:sed esse ad terminum antecedit omne prædicatum per se secundi modi relationis:ut patet intelligenti; igitur est de ratione formali relationis. H̨ec de positionibus.

Confutatio.

¶Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione debes scire ꝙ terminus cuiusq; relatiui potest sumi uno modo pro eo ad quod est ipsum relatiuũ:ut pro filio/ad quem est pater ipse:alio modo pro habitudine relatiui ad aliquid:ut pro habitudine pr̃is ad filium:quæ habitudo non est terminus:sed quasi uia cum termino:ueluti terminus motus uno modo potest sumi pro fine:ad quem motus cessat:& in quo/cum peruenit mobile quiescit:& potest sumi pro uia cũ termino ultimo:ut patet quinto physicoꝝ. Sorticolæ ponerent hanc distin-

ctionem hoc pacto q terminus potest sumi categorice/& symcategorice: categorice terminus est id solum ad quod relatiuũ refertur/ut filius ad quem pater refertur:symcategorice est filius cum habitudĩe/quæ est ad filium:quod appellatur esse ad:ut dictum est:tunc dico q sumẽdo termi num categorice utpote pro filio:sic non est de conceptu quiditatiuo patris:quia esse de conceptu quiditatiuo ut nunc loquimur est esse partem definitionis/uidelicet ut genus uel differentiam:filius autem nec est pars essentialis pris:nec pars quiditatiua uidelicet genus uel differentia:& hoc probant rationes factę pro positione iuniorum:si uero terminus accipit symcategorice/sic terminus est differẽtia relatiõis:quia habitudo ad terminum ut ad filium est differentia essentialis patris:est enim pater relatiuum ad filiũ:ubi patet relatiuũ poni pro genere:ipsum ad filiũ poni p differentia:& hoc intellexerunt antiqui peripatetici. Ex his sequitur q licet esse ad terminum sit de conceptu quiditatiuo relatiui:terminus tamẽ non est de conceptu quiditatiuo illius:patet prima pars:quia esse ad terminum ponitur pro differentia essentiali relatiui. Secunda etiam declaratur quia filius nec est genus/nec differentia patris:ut dictũ est. Animaduersione dignum q alibi diximus q esse de qditatiuo conceptu alicuius potest intelligi dupliciter/uno modo pro omni eo sine quo res nec esse/nec ĩtelligi põt siue sit illius pars siue non:& sic subiectum est de quiditatiuo conceptu accidentis : quia accidens nec esse nec intelligi potest sine subiecto:ut dictum est disputatione prima huius septimi libri. Alio modo illud dicitur esse de cõceptu quiditatiuo alicuius/sine quo res nec eẽ/nec intelligi põt:& est illius pars:& sic genus & differẽtia sunt de quiditatiuo coceptu diffinibilis:tunc dici potest q terminus est de quiditatiuo cõceptu relatiui secundum primum modũ:quia licet non sit pars illius:sine ipso relatiuũ nec esse/nec intelligi potest. Secundo dici potest q terminus non est de conceptu quiditatiuo relatiui secundum modũ secũdum : quia non est illius pars essentialis/quia nec genus nec differentia:licet habitudo ad ipsum sit illius differentia:ut dictum est:& hac distinctiõe possunt opiniones illæ consiliari:ueteres enim uoluerunt terminum esse de conceptu quiditatiuo relatiui secundum primam rationem. Iuniores intelligũt secundum secundã rõem:Hæc de dilucidatione.

Excerptum.

Secunda dilucidatio.

¶Caput solutionum quintum.

His modo dilucidatis/ad ratiões facile est soluere : ad rationes pro prima positione/ad primam dico q illa concludit terminum esse de quiditatiuo conceptu relationis secundum primam acceptionẽ:& per idem ad secundam. Ad rationes pro positione iuniorum ad primã dico q terminus nõ est de ratione quiditatiua relatiui secũdum secundam acceptionem:quia nec est genus/nec differentia:bene autem secundum primam : Amplius

licet terminus non ſit genus/nec differentia:habitudo ad terminū eſt differentia/ut dictum eſt. Ad ſecundam dici poteſt uno modo ꝙ ratio concludit terminum non eſſe de ratione quiditatiua ſecundum uiam & acceptionem ſecundam:non autem ſecundum primam:uel negari poteſt minor:quia licet terminus categorice ſumptus nō ſit de ratione quiditatiua relatiui:tamen terminus ſyncategorice ſumptus bene eſt de ratione relatiui:quia habitudo ad terminum eſt de ratione illius. Ad tertiam dico qđ non eſt nugatio:ſicut nec dicendo homo rationalis:licet rationale bis includatur/quia ſemel in ſe:& ſemel in homine:eo quia non eodem modo: quia rationale eſt pars hominis:homo autem totum:ſic eē ad terminum eſt pars relatiui:relatiuum aūt totum:& ſic rationes nullę:rationes factę in primo capite ſunt ſolutæ per dilucidationem. Hæc de decima ſexta diſputatione dicta ſatis ſunt.

❡Decima ſeptima diſputatio:Si ſex principia ſint reſpectus.

❡Caput dubitationum primum.

Quod ſex principia non ſint reſpectus:arguitur primo/quia tunc eſſent in genere relationis:& ita nō eſſent decem rerum prima genera:quod eſt contra Auicennam tertio ſuæ metaphyſicæ. Secundo ſi eſſent reſpectus: tunc illa conuenirent in genere reſpectus:igitur ſaltem illa ſex eſſent unius generis:& ita tantum quinqꝫ prędicamenta. Tertio ſi ſunt reſpectus: tunc ſubiectum illorum eſſet ad aliquid:& quęritur ſecundum quod genus eſſet ad aliquid:non enim ſecundum primum/uel ſecundum/uel tertium genus:igitur nullo modo ſunt reſpectus. In contrarium cōmuniter ſunt omnes:dicuntur enim ſex principia:quia ſunt ſex reſpectus:ut dicūt omnes authoritate Gilberti:Hęc de dubitationibus.

❡Caput tituli ſecundum.

Pro intellectu tituli debes ſcire ꝙ licet decem ſint prædicamēta quaſi prima rerum genera:ut Boetius inquit:tamen illorum quattuor dicunť prędicamenta per antonomaſiā:& ſex dicta ſunt principia(ut Gilbertus author eſt)dicuntur quidem prædicamenta:ut græce categorice/quatenus in omnibus coordinantur quædam ſupra/quędam infra ſecūdum rōem prædicationis:prima uero quattuor uidelicet ſubſtantia/quantum/quale/ad aliquid dicuntur ſignanter prædicamenta:quia in omnibus magis apparet ordo ſpecierum & generum:reliqua ſex/dicuntur principia:quatenus in illis eſt quoddam primum:ordo tamen in poſterioribus non ita clare ſpectatur:immo fortaſſe in illis non inueniuntur ſpecies:ut in præ

dicamento quando:non enim est de ratione prædicamenti/uel principii: ut species plures habeat:sed ut in nullo contineatur genere:hac ratiōe illa sex principia dicta sunt:sunt autem hæc agere & pati:ubi & quando:habitus & positio. Hęc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

De disputatione aut parum aut nihil inueni disputatū a ueteribus expositoribus. Quicquid sit tamen apud iuniores inueni de disputatione tres opiniones famosiores:Prima est quorundam/qui uoluerunt hęc sex prædicamenta esse sex relationes:nam actio & passio in qualitate fundantur: utpote in potentia actiua & passiua:ubi & quando in quantitate:quoniā ubi non inest substantiæ/nisi illa circūscribatur a loco:ubi enim a loci circūscriptione procedit:quando uero ab aiacentia temporis:habitus & positio fundantur in relatione : habitus quidem/quia consurgit ex duratione:qua aliquid aliud diu habet:quod fieri nō potest absq; respectu:igr̄ fundamentum habitus est respectus:positio uero quia ex ptium proportione emergit:modo proportio relatio est:cū igitur hæc requirant subiectum/fundamentum/& terminum:concluditur hęc esse sex relationes ꝑ hac positione uidetur authoritas Auerrois sexto physicoꝝ:ubi ait situm siue positionem esse relationem:ait enim iñ situm non esse motum : quia ad relationē non est motus:& ut de situ dicit:ita de cœteris quinq; est sentiendum. Sed contra obiciunt/primo quia tunc non essent decem rerum genera prima:quia hęc sex non essent prima:essent enim species relationis:Præterea nihil est in genere:quod non sit sub aliqua specie : Sed hæc sex sub nulla specie relatiui esse possunt:quia non sub modo primo relatiuorum/nec sub secundo/nec sub tertio:ut constat:igitur nō sunt in genere. Propter hæc dixerunt hęc sex esse absoluta/& non relatiua:eo quia non omne quod alicui inest mediante fundamento:est ad aliquid:albedo enim inest corpori mediante mistura/& superficie:& non tamē est ad aliquid:& multa alia. Exteri uero uidentur inter hos consiliari:asserunt enī respectum esse bifariam/alterum extrinsecum aduenientem:dicitur quidem extrinsecus adueniens/quoties positis actu extremis non semp inter illa emergit respectus:uerbi causa/agere dicitur respectus extrinsecus adueniens:quia licet ponantur extrema ut agens & patiens:non tamen semper surgit actio:ut patuit per multa miracula:quæ scripta sunt in sacris: de quibus quære libros nostrę theologiæ:intrinsecus uero aduenit respectus:quoties positis extremis/semper emergit relatio : ut posito patre & filio omnino surgit paternitas:tunc dicunt ꝙ qui uolunt hæc sex esse absoluta/recte dicunt:quia uolunt illa non esse relatiua prædicamentaliter & intrinsece:alii uolunt eē respectus extrinsece:& sic ambo possunt reduci in bonum. Sed hęc positio non est peripatetica ; quoniam si respectus

Pō burlei.

Cōmēto. lxxxv

Rōes cōtra pōnem primam.

Secūda positio.

Tertia pō scoti in libro senten. iiii. dist. xiii. q. i.

Confutatio.

intrinsecus adueniens est relatio pdicamētaria:tūc oēs isti respectus eēnt pdicamētarii:qa pipatetice sentiēdo nō pōt fieri ut sit agēs & patiēs apro ximata:& nō emergat actio:qcquid sit secūdū ueritatē:igr̄ si debemus lo qui pipatetice:oportet fateri hęc sex pricipia eē uere relatiōes itrinsec9 ad ueniētes:eo qa secūdū pipateticos positis extremis:oīo oportet relationē accidere:pterea apud pipateticos relatio ē:q̄ aliqd hoc ipso qd̄ est/ad aliud dr̄:ut in pn̄tis tradit Arist·sed actione agēs & passiōe patiēs hoc ipso/ qd̄ sunt:uident̄ dici ad aliqd:igitur sūt relatiōes:nec unq̄ alibi relatiua de scripsit Arist·Ampli9 nō pōt itelligi corpus circūscribi a loco:& nullibi eē:uel cōtineri tpe:nō aliqn̄ eē:igr̄ ubi & qn̄ intrisecus adsunt:demū nō ē intelligibile aliquid habere diu,aliud quicq̄:& non relinq hitū:similiter eē pportionē ptiū sine situ:ppterea hæc cōsideratio est cucullatica nullam hn̄s rōem in re:sed inuēta ad ostentationē hæc de positionibus·

Prima suppō.

¶ Caput dilucidationis quartum·

Pro dilucidatione primo sūmo q̄ actio & passio si sumuntur pro respe ctibus sunt uere relationes prædicamentariæ:ut contra exteros deductū est.Amplius situs siue positio etiā relatio est/ut ponit Auerroes expresse cōtra Auicennam·vi·physicę auscultationis commento præallegato:est enim situs ordo partiū in cōparatione ad locū:& ita tria uidelicet actio/ passio/& situs sine dubio relatiōes sunt;& pn̄tariç:cætera tria sunt abso luta secundū primam rōnem:quia ubi est locus:qn̄ tps:habitus qualitas: Secūdū uero secūdā rōem sūt ad aliqd:ubi.n.ē locus ut circūscribēs loca tū:qn̄ uero est tps ut relictū i re tparia:hitus āt q̄litas ut diu cōseruata:& sic addunt de secunda ratione relationes:licet secūdum eē sint simpliciter absoluta.sunt igitur horū sex tria principaliter absoluta:ut ubi/quādo/ & habitus:tria principaliter relatiua:ut actio/& passio/& situs·

Secunda.

Secūdo sumo q̄ hęc sex pn̄t considerari ut quid:& ut modi:ut quid/sunt certi ge neris:quia ubi & quādo generis quātitatis:actio & passio generis relatio nis:habitus qualitatis/& situs relationis:ut modi:sic sūt prima principia & suorum coordinatoꝝ generalissima:habent.n·ut sic quendā modū se se habendi:quo in nullo cōtinentur genere.uel sub aliis uerbis hęc possunt cōsiderari quo ad id/quod sunt/& quo ad modū quo ipsa sunt:quo qui dem ad id quod sunt:ipsa certi sunt generis:quo uero ad modū quo ipsa sunt:ipsa sunt genera prima aliorū:his suppositis/dico primo q̄ hæc om nia nec sunt respectus:nec absoluta:patet quia tria sunt relationes:& tria absoluta:Secundo dico q̄ quouis mō sint:ut quid/& quo ad id qd̄ sunt: sunt in certo genere:ut modi uel quo ad modū quo sunt:sunt genera pri ma:Hæ conclusiones ex suppositionibus deduci possunt facile:& de dilu cidatione satis diximus·

¶Caput solutionum quintum.

His dilucidatis/ad primam dico q; non essent prima genera/si essent ut quid & ut modi in prædicamento:sed quia secundum rem sunt in pdicamento:& ut modi habēt modos proprios:iccirco sunt genera prima. Ad secundam patet solutio:non enim omnia sunt respectus:& cōcedo q; illa tria conueniunt in genere relationis ut quid:non tamen ut modi. Ad tertiam dico q; actio & passio sunt ad aliquid secundum modum eorū quæ fundantur in potentia:situs uero secundum modum eorum/quæ fundā tur in mensura. Animaduerte tamen q; nōnulli tenent quattuor tantum esse prædicamenta:& hęc sex non esse prædicamenta:quia sunt species pdicamenti:nec Aristoteles enumerauit nisi qttuor:& si enumerauit/nunq̄ probauit:& propterea est signū decem esse prædicamenta esse famosum non autem demonstratiuū:& mihi placet:non enim uideo demonstrationes pro aliqua parte huius problematis:Hęc de decima septima disputatione:& ita de libro quinto satis.

Finis quinti libri.

EIVSDEM AVGVSTINI DILVCIDARII ME TAPHYSICARVM DISPVTATIONVM LI BER SEXTVS AD EVNDEM MAGNANIMVM COMITEM SEVERITANVM ANDREAM CARAPHAM.

Præfatio.

h Actenus Andrea magnanime nominum confusiones abiecit in quinto huius diuinæ scientiæ libro nunc in sexto hoc/cōsiderandi modum tradit quo hac in scīa res sint considerandę refellens uidelicet errorem qui oriri solet ex hac re ubi & disputationes hasscę conlegimus & tibi ut priores censendas mittimus:fuerunt equidem mihi laboriosę/ac difficul tate plenę/sed utcūq; sit tua auctoritate fretæ maledicorum susurrus nō horrescent. Vale.

¶Prima disputatio. Si scientia practica sortiatur suum esse practicum ex ordine ad finem.

¶Caput dubitationum primum.

Quod scientia practica sortiatur suũ esse practicum ex fine/arguitᷣ primo qa tertio de aĩa ab Aristotele & Auerroe habetur ꝙ practicus intel-
Cõmento. xlix. lectus a speculatiuo differt fine. Secũdo Aristoteles primo huius ait practicam eẽ speculatiua ignobiliorem:quia practica usus gr̃a est: igitur ab usu atq; fine sortitur eẽ. Tertio in. ii. libro huius tam ab Aristotele/q̃ ab Auerroe accipitur ꝙ finis practicę est opus:speculatiuæ uero ueritas. In
Cõmento. iii. contrariũ arguitur:quia Aristoteles in textu uidetur distinguere scientiã practicam & speculatiuã penes obiecta:ut Auerroes indicat cõmento primo. Hæc de dubitationibus.

¶Caput tituli secundum.

Pro intellectu tituli prio debes scire ꝙ in oĩ scientia duo sunt:finis uidelicet & obiectũ/siue s̃bm:hæc aũt interdum concidunt in idẽ:ut in oĩbus speculatiuis:idẽ. n. est finis/& obiectũ in illis:est.n.obiectũ uniuscuiusq; speculatiui finis gr̃a cuius:oẽm. n. consideratiõẽ illius gr̃a facit speculãs & illud finaliter intẽdit:& de illo affectiones/& accidẽtia ꝑquirit/atq; definitionem uestigat:Interdũ uero sepantur:ut in practicis:non. n. in scia medicinali idẽ est obiectũ medici & finis:obiectum. n. fortasse corpus est humanũ:quia ip̃m cõtemplatur:& de ipso affectus/accidẽtiaq; cõsiderat & ipsius definitiõẽ ꝑquirit:at finis est illius sanitas ut per artẽ medicíæ est opabilis uel actu curationis/uel cõseruationis/uel pseruationis. Præterea dato ẽt ꝙ idem eẽt obiectũ & finis in his:non tñ eadẽ rõe illud eẽt idem:quia alia rõe eẽt corpus humanũ obiectum/& alia finis:esset enim obiectũ/ut contẽplabile quicq̃:finis uero ut operationi subiectũ. Secũdo debes scire ꝙ sciam practicã uel speculatiuã sortiri suũ esse practicũ/uel speculatiuũ a fine aut obiecto/est accipere suum esse a fine uel obiecto/ tanq̃ ab his:e quibus per se & essentialiter habet esse. Ex his colligitur titulus:cum in omni practica sint obiectũ & finis/qui est praxis: Vtrum practica accipiat rationem essentialem a fine/uel obiecto/uel utroq; : & quoniam in omni speculatiua idem est obiectum & finis:patet omnẽ speculatiuã sortiri eẽ ab obiecto:ideo questio est de practicis:& non de speculatiuis. Hęc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

Põ thomistaꝝ. De disputatiõe nõnulli thomę sectatores simpliciter ꝓtulerũt illud e quo scia ẽ practica:& denominatᷣ practica & ꝑ qđ dr̃t a speculatiuis/eẽ finẽ:
Rationes. qui est praxis:de qua tanta diximus primo hui9. Pro hac positione argui

solet primo authoritatibus:quæ tactæ sunt primo capite • Secundo quia idem obiectum est contemplabile & operabile:& ut cōtemplabile est obiectum speculatiuæ:igitur ut operabile est differentia practicę:& sic ab operatione sortitur esse practicum• Tertio practica est ꝓpter conformitatem ad opus sexto ethicorū:igitur ab opere sortitur esse practicū• Sed obiciunt exteri primo:quia practica dr̄ sciētia ꝓpter extensionē aptitudinalem:sed oīs aptitudo est respectus & supponit principiū/uñ fluit:igit̄ scientia non sortitur eē practicum ab illa aptitudine:sed a principio illius aptitudinis:sed principiū illius est obiectum:igitur ab obiecto• Secundo arguūt si a fine scīa sortitur eē practicum:aut ab illo ut intētus:aut ut in re:non ut in re:quia sic est posterior:& nullius prioris cā:nō ut intentus: Primo quia sic hr̄et rōem obiecti•Secundo quia anteq̄ finis intendatur: scientia habet suum eē practicū.Tertio principaliter arguūt quia scientia practica habet duplicē respectum aptitudinalem ab obiecto:quia cōformitatem/& prioritatem:cōformitatē quidem:quia obiectū est rectitudo praxis:& illam uirtualiter continet:prioritatem uero quia ab obiecto speculatiua est prior practica preterea quia obiectū est operabile:Propterea est intellectione posterius:Hæc exteri.Hæc & de pōibus•

Obiectiones ex exterorum•

¶Caput dilucidationis quartum•

Pro dilucidatiōe primo sumo ꝙ scīa practica & speculatiua sunt formæ intellectus possibilis:quibus ipse denominat̄ formaliter practicus & speculatiuus:ueluti albedo est forma parietis:qua ipse denominatur formaliter albus:hanc suppositionem nō aliter declaro:sed suppono ex libro de anima tertio•Secundo sumo ꝙ oīs forma dependet e tribus causis tantū essentialiter mā uidelicet/agēte/& fine:cōpositum uero ex mā & forma a quatuor/ut a forma/mā/efficiente & fine•Prima pars patet/q̄a forma est actus māæ ab agente illatus/ad opus ordinatus:ut oēs philosophi dederunt.Secunda ēt probatur:quia cōpositū dependet nō tantū a mā/efficiente & fine/sed ēt forma:e qua nō pōt forma dependere:quia formæ non est forma:& sic scīa ipsa practica quatenus est forma ītellectus:solū a mā/& ab agente/& fine depēdet:intellectus uero practicus cum sit cōpositum depēdet ab oībus causis:quia a materia/forma/agente/& fine. His suppositis dico tria:primum est ꝙ scīa practica nō tantū ab obiecto nec tantū a fine sortitur suū esse practicū : deduco quia forma eget pro sui esse in subiecto/& pro sui eē in rerum natura/tribus causis:quia materia/qua substentetur/agente/quo inducatur:fine/quo non frustretur/& quo moueatur agens ad illam educendam.Secunda cōclusio est ꝙ ītellectus practicus pro sui eē requirit.iiii.cās:scīa uero practica:tres tātū Hęc patet ex p̄dictis suppōibus:nā scientia pratica est forma intellectus:

Prima suppō.

Secūda suppō•

Prima cōclusio.

Secunda•

igitur indiget intellectu pro sui sustentatione:est actus agentis: igitur indiget agente pro sui eductione/est intenta.igitur & fine eget:at intellectus practicus est qd cōpositū ex scia practica & intellectu:& iō eget itellectu & scia practica tanq̄ ipsius pribus/& fine & agente: ut dictum est.

Tertia. Tertia conclusio scia practica suū eē sortitur principalius a fine q̄ ab obiecto.Deduco primo a principaliori cā principalius sortitur eē: sed finis est principalior cā ipso efficiente:igitur ab illo sortitur principalius eē/q̄ ab obiecto:quod est effectrix cā.Secundo a cā/quæ est oīum causaꝝ cā: principalius effectus dependet in esse:sed finis est cā cāꝝ:ut omnes uolūt igitur ut prius.Hęc de dilucidatione.

¶Caput solutionum quintum.

His dilucidatis/ad rōes pro opinionibus facile soluuntur:Ad authoritates dico ꝙ non sunt comparatiuæ:nam quę dicit sciam practicā sortiri eē a fine/recte dicunt/& quæ dicūt ab obiecto:etiā bñ sentiunt:quia ab illo habet eē:non tñ per tales habetur e quo nam magis uel minus eē sortit̃: & sic nihil cōtra dilucidationē sunt.Ad secundam rōem pro pōe prima dico ꝙ rō cōcludit dilucidationem:quia ab obiecto ut operabile est principalius sumit eē:& hoc est pro dilucidatiōe:& per idem ad tertiā. Ad rōes pro secunda pōe dico ꝙ siue practicū dicat aptitudinem/siue actū/scientia habet eē & aptitudinem illā a principiis eius:talia sunt tria ut dictum est:& eo principali⁹ a fine:quo ille est potissima cāꝝ:& sic negat̃ minor: est.n.pricipium illius aptitudinis:non tantū obiectū/sed finis. Ad secundam dico pro mō sciam practicam sortiri eē a fine ut intento:non tñ pro ipso intento:ut ipsi dicunt:quia aliud est eē finem in intentione:& pro intentione.Ad rationes cōtra hoc:dico ad primam ꝙ finis ut intētus & pro intentione habet rōem obiecti:non aūt in intentione & pro re. Ad secundam dico ꝙ licet anteq̄ actu finis intendatur sit practica:non tñ anteq̄ sit aptus intendi.Ad tertiam principalē patet solutio:cōcedo.n.ab obiecto illa haberi:sed non principaliter:immo habet illa ab oībus causis:ueluti & esse:principaliter tñ a fine:eo quia est prima cāꝝ:per idem ad rōes primi capitis:Hęc de prima disputatione.

¶Disputatio secunda.Si practicum & speculatiuū sint essentiales differentiæ scientię.

¶Caput dubitationum primum.

Quod practicū & speculatiuū sint differētię sciæ/arguitur/primo quia Aristoteles in textu diuidit scientiā per illa:igitur sunt dræ sciæ:& nō accidētales:igit̃ eēntiales.Secūdo scia est genus quoddā:igr̃ p drās eēntiales

diuidi debet:& non uidetur quibus/nisi illis:igitur illæ sunt differentiæ essentiales. In contrariũ arguũt quia res unius prędicamenti non est dr̃a essentialis rei alterius:sed practicum & speculatiuũ sunt respectus:& sciẽtia est qualitas:igitur non sunt drĩæ essentiales:quod illa sint respectus/probatur/quia practicum est ordo ad opus:speculatiuũ priuat illum ordinem:& sic disputatio est ambigua. Hæc de dubitationibus.

¶Caput tituli secundum.

Differentia essentialis ea est:qua genus diuiditur:quaq; spẽs cõstituitur: ut rõale:quo animal diuiditur:& hõ constituitur:& ꝓpterea dr̃a essentialis est/quę sumitur a forma:accidentalis uero qua differunt indiuidua:& quæ sumitur a materia/ut album & nigrum/& id genus. Amplius dici solet ꝙ essentialis dr̃a est/quæ uariat essentiã:accidentalis uero/quę non uariat essentiam. Hęc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

De disputatione dixerunt nõnulli practicum & speculatiuũ non esse eẽntiales differentias scientię:quia dr̃æ essentiales non sumuntur a subiecto: mõ practicum & speculatiuũ sunt potentiæ animę/quibus anima subicitur scientiis:practicis quidem per practicam potentiã:speculatiuis uero per speculatiuam:igitur practicum & speculatiuũ uidentur esse subiecta:& ita dr̃æ sumptæ ab illis sunt accidentales:& non essentiales. Alii ꝓbant idem per rõem tactam:quia res unius prædicamenti non põt eẽ differentia essentialis rei alterius prædicamenti:sed practicũ & speculatiuũ sunt respectus:scientia aũt est qualitas:igitur non pñt eẽ differentiæ eẽntiales sciæ. Alii dicũt practicũ & speculatiuũ esse dr̃as essentiales sciẽtiæ. Probant per rõem tactam:quia scĩa est genus:& diuiditur per illa:igitur sunt drę essentiales. Tertii consiliant:dicunt.n.ꝙ practicũ & speculatiuũ pñt sumi aut pro respectibus:quibus scĩæ sunt aptę:illa quidẽ ad dirigendum intellectum ad opus:speculatiua uero ad priuandũ talem respectũ: & sic recte dicũt primi ꝙ talia non sunt dr̃æ essentiales:sed accidentales/uel passiones scientiarũ:aut pñt sumi pro principiis essentialibus/e qb9 fluunt tales respectus:quæ principia circũloquimur per tales respectus: & sic sunt dr̃æ eẽntiales:quia sunt absoluta:& nõ respectus:& hoc pacto sunt dr̃æ eẽntiales/& per se/quibus scĩa diuiditur. Hæc est mens Ioannis & oĩum exteroꝝ. Sed mihi nõ placet hæc determinatio:Primo quia practicũ & speculatiuũ sumunť aut ab obiectis/aut a fine/& utcunq; sumãtur:sunt extrinseca a scĩa:igiť per illa nõ põt scĩa a scĩa eẽntialiter differre Secundo oẽs scientiæ sunt eiusdẽ speciei habitus:ut patet in capitulo q̃litatis:sed quæ sunt eiusdem spẽi/non differũt differẽtiis essentialibus:igitur illa non possunt esse differentię eẽntiales:præterea quæ differunt spẽ non pñt eẽ in eodẽ subiecto ut dr̃ decimo huius in textu & cõmento.xiii.

Põ monaci.

Secunda põ.

Tertia positio exterorum & Ioannis.

Confutatio.

Sed omnes scientię possunt esse in eodem subiecto:igitur non differunt specie:& sic practicum & speculatiuũ non sunt differentiæ essentiales scientiarum. Hæc de opinionibus.

¶Caput dilucidationis quartum.

Suppositio: Pro dilucidatione debes scire ꝙ scientia quo ad suam primariam rationé: atq; suum primarium significatum est qualitas de prima spẽ qualitatis/ & ens simpliciter absolutum:quo uero ad rõem secundariam atq; significatum secundarium est relatiuũ quoddam per se ad scibile:ut quinto huius est declaratum. Tunc dico duo/Primum ꝙ scientia secundum primariam uel eius rõem/uel eius significationem est spẽs habitus:& non diuisibilis per se tanquã per differentias essentiales per practicum & speculatiuum:probatur quia spẽs ultima non diuiditur nisi per accidentales differentias. Sed scientia secundum primariam eius rationem uel eius significationem est species habitus ultima:igitur practicum & speculatiuum non sunt illius differentię essentiales.

Prima cõclusio

Secũda cõclu. Secundum ꝙ si consideretur scientia quo ad eius uel rõem:uel significationem secundariam/sic practicum & speculatiuũ sunt essentiales differentię quatenus sumũtur in respectu scibilium uel operabilium per illas:declaratur quia relationes sunt differentię relatiuoꝝ essentiales/ut quinto huius dictum est/sed scientiæ sunt relatiua/& practicum & speculatiuũ illarum relationes:igitur sunt differentiæ essentiales illarum.

Consilium. Ex his apparet consiliũ inter pões:nam prima positio/quæ ait practicum & speculatiuũ non esse differẽtias essentiales: potest uerificari sumendo scientias quo ad earum primariam uel rationé uel significationem. Secunda autem positio/quę dicit illa esse differẽtias eẽntiales scientiarum/uerificatur sumendo scientias/quo ad illarũ rõem uel significationem secundariam:& sic ambę recte possunt sentire. Hæc de dilucidatione.

¶Caput solutionum quintum.

His dilucidatis/ad rationes primi capitis per consiliũ facile soluitur. Ad primam dico ꝙ Aristoteles considerat scientiam quo ad eius secundariã uel rationem/uel signifationé:Per idem ad secundam dico ꝙ scientia quo ad eius secundariam uel significationem/uel rationem est genus:quo uero ad eius primariam uel significationem uel rationé est species habitus. Ad rationem in contrarium patet solutio:practicum enim & speculatiuũ differentiæ essentiales scientię sunt:quatenus illa est relatiuum quoddã/ non autem quatenus est species habitus:& sic patet solutio. Hæc de disputatione secunda.

¶ Tertia disputatio. Si diuisio sci entiarum posita in textu sit recte assignata.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod diuisio scientiarum in textu assignata non sit recte assignata / arguit primo logica / & rhetorica / & grãmatica / & poetica sunt spẽs scientię & sub nullo membro diuisiones in textu assignatę continentur: igitur diuisio mala. Secundo subalternans sciẽtia non ponit in nũo cum subalternatis: nec diuiditur contra illas. Sed metaphysica subalternat sibi physicam & mathematicã: quia subiectũ metaphysicæ cõtinet subiecta illarum / ut arguit Aristoteles in primo posteriorum: igitur nõ est coueniens hæc diuisio. Tertio arguit Ioannes scientia debet diuidi ad diuisionem entis: quia oĩs sciẽtia est de ente: sed ens diuiditur in decem gña rerum prima: igitur decem sunt primę scientię spẽs. Quarto una est scientia / quę est de corporio / ut naturalis: igitur una erit quæ est de incorporio: & hanc non ponit Arist. igitur mancus. Quinto naturalis & mathematicus cõsiderant de eadem re / ut de quanto: igitur non cõtradiuiduntur. Sexto diuisio oĩs debet esse bimembris / ut dicit Boetius: & Porphyrius / sed subdiuisio posita in textu est in tres spẽs: igitur nõ est conueniens. In contrariũ sunt Aristoteles & Auerroes / & oẽs expositores. Hęc de dubitationibus.

¶ Caput tituli secundum.

Pro intellectu tituli debes scire q̃ Aristoteles ĩ textu sciam diuidit prima dĩoe in practicã siue operariam / & theoricã siue contemplatoriã: cõtemplatoriã uero subdiuisit in treis / ut in nãlem siue physicã / mathematicã / siue disciplinabilẽ / & metaphysicã / siue supnaturalem / ppterea quæsitũ est si hæc diuisio sit recte data. Hæc de titulo.

¶ Caput positionum tertium.

Primi itaq̃ philosophãtes: qui rerum distinctiões nõ cognouerũt / asserẽtes oĩa eẽ unũ ens / ceu Parmenides / & Melissus: & q̃ plures sciarum nullã fecerũt dĩoem prsus: horum argumentũ eẽ potuit: qa scię secantur ueluti & res ipsæ: de qbus sunt: at res nullo secant pacto: hac rõe nullã poterũt sciarum dĩoem pferre. Post hos physiologi qui rerum distĩctiones balbutiri cœpunt corporia tãtũ pcipiẽtes & nãlia / nãlẽ sciam fecerũt primã phiam / & nullã aliã cognoscẽtes / ceu oẽs illi qui intellectũ putauerũt sensum eẽ: Plato nouit rerum distĩctiões: uerũ sciarum nec ordinẽ / nec dĩoem fecisse ullũ creditũ est: Imo scias adeo cõfundit ut nullus in suis libris spectet ordo: nulla penitus diuisio: unde Aristo. primũ sciam ad ordinem / dĩoemq̃ reduxit: ut græci fere oẽs tradũt. Exteri uero aspiciẽtes ad subdĩoem: dicũt q̃ dĩo scientiæ speculatiuæ in tres uidelicet metaphysicã / physicã & mathematicã

Prima positio.

Secũda positio.

Quę plato.

Põ exterorum.

est côuenienter assignata/tribus uidelicet seruatis/Primum q loquatur Aristoteles de speculatiuis realibus.Secundû q de illis quę p se primo/& proprie ordinantur ad scire ut in finem:quod dicunt propter medicatiuā quæ aliquo pacto ordinatur in scire:non tamen proprie/& principaliter: & solum. Tertiû q de speculatiuis naturali lumine aquisitis:quod dicût propter theologiam/quæ non naturali lumine habetur: speculatiua igit scientia realis/per se primo ordinata ad scire/naturali lumine aquisibilis per se diuiditur in metaphysicam/physicam/& mathematicā:dicunt primo realis ,ppter logicam/grammaticam/rhetoricam/poeticam/& omnes quæ non sunt de rebus:dicunt secûdo quæ per se primo ordinata est ad scire/& propter moralem etiam:sed nô principaliter:Immo primo & principaliter ad opus:dicunt tertio numine nāli aquisibilis propter theologiam nostram/quę est ex creditis. Hæc exteri. Sed hæc determinatio est insufficiens primo quia omnis diuisio est bimembris:& per hanc non patet/quonam pacto hæc trimembris reducatur ad bimembrem. Secundo quia per hanc non apparet sufficientia omnium scientiaꝝ. Aristoteles enim debuit aliquo in loco dare diuisionem sufficientem omnium scientiarum:& nullibi dedit:igitur est mancus:propterea dandus est modus/ quo hæc tollantur:Hęc de opinionibus.

Confutatio.

¶Caput dilucidationis quartum.

De diuisione scientiaꝝ legi multos celeberrimos authores/ut Græcos/ Arabas/& Latinos:apud me tamen nullum uidi periciorê Alfarabio Babiloniense:hic enim pace græcorum dixerim in quodam codicillo de diuisione scientiarum adamuxim omnes scientias amplexus est:& illas optima uia enumerauit. Themistius tamen in ,pemio auscultationum physicarum diuisionem Aristotelis generalê pulchre exposuit:ideo hos præcipue sequar:scientia igitur authore Alfarabio prima sui diuisione diuidit in eam quę de uocibus/& in eam quę de rebus. Ea quidê quæ de uocibus (ut mihi uidetur)cômuni uerbo logica dici potest/idest sermonica:cuius primę partes sunt dialetica/& grammatica:nam quæ de uocibus est quo ad côgruû/incongruû ue & ornatum grāmatica gręce dicitur latine literaria:cuius inuētrix fuit Carmenta.quæ uero côsiderat uoces/ut signa ueri falsi ue/probabilis/& uerisimilis dialectica cômuni uerbo appellari potest:dialegomę.n.gręce latine differo/uel disputo. Inde dialectica græce erit latine differêdi facultas:huius species sunt Analetica/Topica/Sophistica/Rhetorica/atq; Poetica. Analetica græce latine est resolutoria quæ quia docet iudicium:Iudiciaria appellatur a Cicerône primo topicoꝝ hanc absoluit Aristoteles in libro priorum/qui est de syllogismo simpliciter:& in libro posteriorum:qui est de syllogismo demonstratiuo. Topica uero græce latine est locaria:quatenus docet loca/sedes atq; maximas:

quibus probabiliter de quolibet possumus disserere:hanc Aristoteles ab soluit in octo libris·Sophistica autem grece latine deceptoria:eo quia do cet syllogizare & paralogizare hanc absoluit in duobus libris elenchorū Aristoteles·Rhetorica gręce/latine est exercitatoria/quatenus tradit re gulas:ex quib9 possumus aut inducere/aut exemplo persuadere animos aduersę opinionis.Hanc Aristoteles absoluit in tribus libris Rhetoricæ· Est tamen apud græcos rhetoricę quidam libellus non per libros sectus: Aristoteli attributus:ego uero illum nō Aristoteli/sed Gorgiæ leontino trado:nam Quintilianus nonnulla gorgiæ in sua oratoria tradit:quæ re peri in illo libro:poetica uero:quæ a pico uerbo græco descendit : latine creo/siue facio/ea est:quæ fingit quædam ad hominū persuasionē:quęq; non differt(ut mihi uidetur)a rhetorica/nisi q rhetorica propriis persua sionibus persuadet:poetica uero fictis:unde poetæ mimmi rhetoricorum atq; philosophorum laruæ appellantur:hanc absoluit Aristoteles in uno poeticæ libro·Sic igitur patet quæ sint scientiæ uocum· Sciētia rerum ut docent Themistius & Alfarabius prima sui diuisione diuiditur in practi cam siue operariam/& theoricam/siue spectatoriam·Practicæ duæ sunt præcipue spēs/medicinalis/& moralis·Medicinalis quidem illa:quia do cet regulas:quibus delentur morbi : & ualitudo conseruetur in corpore· Moralis uero hęc:quia docet uias/quibus animę uicia tolluntur:& uirtu tes indicantur:harum subdiuisiones omitto:ne longus uidear:speculatiue uero partes tres sunt naturalis/metaphysica/& mathematica:primæ di uisionis in practicam/& theoricam rōem ex hoc nāciscitur Themistius: quia animę duplex est uis:appetendi una:cognoscēdi altera:id genus/qđ perficit appetitum practicum appellant peripatetici:quod in cognoscen do perficit mentem speculatiuū dicunt·Secundæ diuisionis uero rationē tradit Themistius:quia ea speculatio quæ circa res materiæ coniunctas: quęq; auxilio sensus/& uisionū ope ipsum potestatis intellectū perficit naturalis scientia nuncupatur ea ratione q & circa eas res/& in his consi stere natura uidetur:ea uero speculatio/quæ circa res est omnino a mate ria abiunctas quæq; dicuntur simpliciter & per essentiam separatæ· Me taphysica uocatur/quia scilicet post naturalium rerum traditionem insti tuta est:ea demum quæ uersatur circa res partim materiæ cōiunctas:par tim seperatas mathematica appellatur:hæc enim de rebus est:quę secūdū esse materiæ sunt coniunctæ:secundum uero rōem a materia sunt sepera biles Hæc ex Themistio.Quare omnis scientię diuisio generali quadam ratione est/aut de uocibus:aut de reb9:si de uocibus logica est/si uero de rebus:aut perficit uim appetendi/& sic est practica/aut uim cognoscen di:& hæc aut de seperatis/aut de coniunctis:si de coniunctis:sic est natu ralis;si de separatis aut simpliciter:& sic est metaphysica ; aut secundum

quid:& sic est mathematica·Multæ possunt assignari spés/& subspés: ut Alfarabius docet:uerum nos ratiõe quadam uniuersali ꝓcedimus. Ex his apparet Aristotelem solum amplexum esse reꝝ scientias:& nõ omnes indifferenter rerum & uocum.Secũdo apparet quonã modo diuisio Aristotelis est gñali ratione tradita: & reducibilis ad bimembrem. Tertio apparet qualiter diuisio Aristotelis tradita in textu est sufficiẽter assignata.

Excerpta:& dilucidatio·

Sed circa dilucidationem occurrũt difficultates. Prima qualis nam sit scientia de anima an metaphysica? Secunda qualis nam sit trium scientiarũ ordo? Tertia sub quo horum diuinandi scientiæ cõtineantur/ut somniorum interpretatiua/augurica:& id genus·Amplius necromantia/& magica/& cœteræ id genus. Quarta est quia licet de partibus naturalis ad libros naturales:& de partibus mathematicæ ad libros mathematicæ spectari debeat:quæritur de partibus metaphysicæ:nam de his spectare debet ad hunc librum.

Dubitationes· Prima. Secunda· Tertia· Quarta.

Animaduersione dignum pro solutione ad primam nos in libris de anima:quos primo edidimus tenuisse scientiam de anima esse mediam & mathematicam ꝓpter authoritatem Themistii & Aristotelis:Nunc uero sum huius opinionis/ꝙ scientia de anima est pars libri de animalibus:& parua naturalia etiam partes librorum de animalibus: liber enim de animalibus est magnus/& sectus in.xlii·libros/ut author est Plinius:quod non esset/nisi inter libros de animalibus cõnumerarent tres libri de anima:& omnes libri paruorum:ꝓpter quod liber de animalibus est septimus & ultim9|& liber de anima & parui sunt illius partes: Signum aũt est quia in omnibus codicibus græcis cum libris de animalibus repiuntur tres de anima:& omnes parui:& sic faciunt omnes græci: Id autem quod Temistius dicit:non est ꝙ scientia de anima sit mathematica:sed ꝙ mathematicæ sint scientiæ de anima:quatenus mathematicæ sunt scientiæ de rebus animę:quia de rebus per animæ actionem seperatę non autem de rebus seperatis per essentiam/& naturam rei:uerum in editionibus nostris secundis res ista apertius pertractabitur·

Si sciẽtia aïæ sit mathematica.

De ordine uero harum Albertus libro phõꝝ primo uoluit primam secũdum rei naturam esse metaphysicam·Secundam eẽ mathematicam·Vltimam aũt esse physicam:ordine uero ad nos dicit physicam eẽ primam·Methematicam secundam·Vltimam metaphysicã·Mouetur autem ꝙ rerum ordo de quibus hę sunt:uidetur iste:res enim abstractæ per essentiam simpliciter primæ sunt secundum rei naturam·Mathematicę uidentur mediæ inter simpliciter abstractas:& simpliciter materiæ concretas:igitur ille debet eẽ ordo·

Solutio secũdæ Põ Alberti·

Sed hæc Alberti solutio non sapit peripatetici quicq̃·Aristoteles in libro præsenti inquit:si igitur non est aliqua altera substantia p̃ter natura constantes:physica nimirum erit prima scientia. Præterea quæ abstrahũtur secundum rõem ab aliquibus/sunt post illa/e quibus abstrahuntur·

Confutatio·

Sed ea quæ considerantur in mathematica abstrahuntur a rebus natura-libus:igitur sunt post res naturales. Tertio motus uel mobilitas/quæ est ratio considerandi uel prima passio scientię naturalis uniuersalior est q̃ti tate/quæ est prima passio mathematici. Mobilitas enim se extẽdit ad res omnium prædicamentorum:at quantitas non nisi ad res unius prædica-menti:est enim qualitas/& omne prædicamentum mobile saltem termi-natiue:& hoc/siue proprie siue improprie:quia hoc pacto mobilitas est passio. Decepit aũt Albertũ fortasse id quod credit uidelicet ꝙ corpus mobile esset subiectum naturalis philosophię:hoc enim falsum est:subie ctum enim naturalis philosophię est ens mobile mobilitate terminatiua: uel subiectiua/propria uel secundum quid:& sic subiectum hoc est uni-uersalius subiecto mathematicæ:quod est ens quantum:omne enim ens quantum est mobile:non autem cõuertitur. Intellectus enim est ens mo-bile saltem perfectiue:& non est quãtum ens:& multa alia. Quare patet ordine naturæ physicam esse priorẽ mathematica. Præterea nec est apud omnes uerum ꝙ ordine doctrinæ physicæ sint primę:quia mathematicæ sunt in primo gradu certitudinis & naturales secuntur illas/ut dicitur se-cundo huius & textu unde dicuntur apud grecos:quia istas pueri incipie bant primum discere:ut accipitur primo ethicorũ:& Alexander in proe-mio librorum physicæ. Quare secũdum ordinem naturæ prima erit me-taphysica. Secũda erit physica. Vltima mathematica:ordine uero doctri nę contra prima erit mathematica. Secunda physica. Vltima metaphysi-ca:hunc ordinem indicat Auerroes in hoc. vi. in calce:ait enim metaphysi cam esse in doctrina post physicas:& non dixit post mathematicas:quia inter metaphysicas & mathematicas mediant physicæ:artes diuinãdi for-tasse non numerantur inter scientias:& illæ quæ enumerantur inter sciẽ-tias coordinantur cum propriis causis:ut pronostica medicinæ quæ diui-nat per pulsus & urinas coordinatur cum medicina pronostica astrono-miæ quę per stellas coordinatur cum astrolagia:& sic de cœteris:Hæc de dilucidatione satis.

Cõmento. xvi.

Solõ propria.

Cõmento. iii.

¶Caput solutionum quintum.

His dilucidatis/ad primam patet solutio per dilucidatiõem:Aristoteles enim enumerauit scientias reꝝ:& non uocum. Ad secundam negatur mi nor:sunt enim ex toto auersæ:& alteri altera nulla subalterna:& licet sub iectum metaphycæ contineat subiecta cœterarum:nõ sufficit/ut primo huius dictum est.& in libro posteriorum. Ad tertiam dico ꝙ sciẽtia diui-ditur ad diuisionem entis:sed non ad quemlibet entis diuisionẽ:unde con cedo ꝙ quot sunt prædicamenta/tot sunt scientiæ/non tamen tot sunt scientiæ diuersæ:quia omnia prędicamenta possunt pertinere ad unũ ge-nus scientię ꝓpter unam rationem sciendi:Illa igitur authoritas ꝙ quot

sunt entia tot scientię debet intelligi secundum spém/& non secundū genus. Ad quartam concedo ꝙ de incorporio est scientia sicut de corporeo non tamen sunt hę scientiæ genere diuersæ: sed possunt esse specie differentes: quia possunt subire unam rationē sciendi. Ad quintam dico ꝙ de eadem re duę possunt eē scientiæ: quia una res potest diuersa ratione considerandi & sciendi cōsiderari. Ad sextam dictum est ꝙ illa diuisio est reducibilis ad bimembrem. Hęc de tertia disputatione.

¶Quarta disputatio. Si scientia unius generis sit una etiam per agregationem.

¶Quod scientia unius generis non sit una per agregationem arguit͛ primo scientia est habitus: qui generatur ex frequentatis actibus: igitur est una per essentiam a principio usq; ad finem: antecedens omnes concedūt sed consequentiam deduco/quia magis & miuus non uariant spém: sed ꝓpter actus diuersos habitus ille reditur magis & minus: igitur est uni9 speciei. Secundo omnis scientia est una specie: quia diuiditur contra alias in specie: igitur est unus habitus/qui per additionem augetur & minuit͛. In contrarium arguitur/quia si scia esset habitus intensibilis & remissibilis: Tunc ad scientiam esset motus: contra Aristotelem septimo physicorum. Hæc de dubitationibus.

¶Caput secundum tituli.

Pro titulo debes scire ꝙ scientia dicitur unius generis; quę est de uno subiecto secundum genus scibile/ut metaphysica/physica/& mathematica: quælibet enim harum scientia dicitur secundum genus/non quidem prędicamentarium: quia omnes sunt eiusdem generis/aut relationis/aut q̄litatis: sed scibile/ut patet primo posteriorum: quæ est unius generis scibilis partes & passiones cōsiderans: quæritur igitur si metaphysica sit una per agregationem/ueluti exercitus: aut res publica. Simili rōe & de mathematica: & de naturali intelligi pōt. Hæc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

Pō themistii prima.

De disputatione uariæ fluxerūt opiniones: Themistius uir maximus credidit nos nihil intelligere nisi per essentiā intellectus agentis: iuxta cuius opinionem cogimur dicere sciētiam ipsam nihil aliud esse/q̄ ipsum intellectum agentem: ut per ipsum intelligimus. Quare dicemus iuxta Themistium ipsam scientiam nō esse unam per agregationem: immo omnes scientias esse unum quoddā simplex: uariari tamen propter diuersa phantasmata: quibus copulatur nobis talis unicus intellectus. Secundo dicendum omnes scientias esse unum numero unitate essentię ītellectus. Hæc

Themistius. Contra hanc positionem obicimus in libro de intellectu for tissimis rationibus: quas nūc omitto. Auerroes aūt in q̄plurimis locis po tissimum septimo physicoꝝ cōmento xx. uelle uidetur scientiam nō esse habitum: sed intellectum effici nobis habitū: quatenus per phantasmata nobis copulatur: ut forma / & principium intelligendi: hanc pōem decla raui & confutaui in libro de intellectu. ideo nunc de ipsa hæc sufficiant. Iuniores uero quidam arbitrantur scientiam eē unam secundum agrega tionē: uerbi causa. Metaphysica est una per agregationem multaꝝ scien tiarum differentiū specie: hoꝝ aūt fundamentum est: quia uoluerunt ad numerum conclusionū specie differētium esse numerum scientiarū: quia alterius conclusionis secundū spēm alia est sciētia: ut huius / stellę sunt lu cidæ est altera scientia specie: & illius terra est rotunda: altera etiam secun dum speciem. Quare ex oībus conclusionibus resultant in subiecto oēs scientię specie: & ita una scientia totalis / ut physica / aut metaphysica cō tinet multas partiales specie differentes: quare scientia totalis est una non per unitatem simplicitatis / sed per agregationem / ueluti exercitus per or dinem ad unum subiectum: pro hac positione solet argui: quia habitus p actus: & actus per obiecta innotescūt: sed in una scientia totali sunt diuer sa obiecta secundū speciem: igitur diuersæ cognitiones / & scientiæ / & sic diuersi habitus. Sed obiciunt exteri primo quia tunc scientia totalis esset una p agregationē: quod uidetur cōtra Aristotelem primo posteriorum: qui ait scientiam esse unam secundum genus. Secundo tunc omnes scien tię essent una per agregationem: & ita non essent tres ex toto diuersæ. Tertio obiciunt alii: quia hac positione data / nō esset habitus genitus in arte: deduco quia ex una conclusione non potest fieri nisi unus habitus: si alterius conclusionis sit alia scientia secundū speciem. Quare oportet po nere omnes conclusiones generare unum habitum in scientia. Quicquid sit de ueritate positionum ad has rationes potest facile solui. Ad primam concedo omnem unam scientiam totalem esse unam per agregationem: nec legi contrarium in libris posteriorum: bn̄ enim legitur dici una unita te generis subiecti: per hoc tamen habetur contrarium: habet enim scien tiam esse unam per ordinem ad subiectum unum: & sic est una ordine: & ita una agregatione: dico igitur q̄ scientia totalis dicitur una per hoc qđ omnes scientiæ partiales spē differentes habent attributionem ad unum subiectum formale: & hoc satis. Ad secundam nego consequentiam: quia omnes scientiæ non hn̄t ordinem ad unum primum formale subiectum: & propterea non possunt dici una totalis: nisi forte secundū genus remo tissimum: quatenus omnes sunt de ente. Ad tertiam iteꝝ nego consequen tiam: quia habitus possunt esse tot / quot conclusiones. Illius enim cōclu sionis terra est rotunda potest eē unus habitus specie per hoc quia potuit

Pō auerrois. Secunda.

Pō burlei

Obiectiones ex terorum.

Solutio & defē sio.

diuerſis actibus conſiderari/& inde firmari:& hac ratione habitus dicetur:& ſic rationes non cogunt. Expoſitores uero credunt ſcīētiam unam totalem:uerbi cauſa/metaphyſicam eſſe unū habitum ſimplicem ſecundum ſpeciem ſpecieliſſimam generatum ex cognitionibus diuerſarum cōclusionum eiuſdem generis ſcientiæ & ſubiecti: unde Thomas inquit ꝙ cū aliquis in aliqua ſcīa totali per demonſtratiōem ſcīam unius aqrit cōclusionis:habet quidem habitum illius ſcientiæ/ſed imperfecte:at cū aqrit in eadem ſcientia totali ſcientiam cuiuſdā alterius concluſionis:nō generatur ex eo alius habitus:ſed prior perficitur quatenus ad plura ſe extendit:& ſic per alias conſequenter:ut igitur tēperantia generatur in appetitu ex diuerſis actibus eiuſdem rationis:ſic ex diuerſis actibus ſciendi eiuſdem rationis & obiecti generatur in anima unus habitus ſecundum ſpeciem:hęc expoſitores. Sed contra hanc poſitionem exteri obiciunt:primo quia actus non poſſunt generare habitum/niſi per hoc ꝙ naturaliter relinquunt in paſſo ſimilitudinem:ſed agentium differentium ſpecie ſunt ſimilitudines ſpecie differentes:igitur actus diſtincti ſpē concluſionum & principiorum non poſſunt generare eundem habitum. Secundo ex actibus difformibus non pōt generari habitus uniformis:ſed ſcientię diuerſarum concluſionum ſunt actus difformes:igitur non poteſt generari ex illis unus habitus cōformis. Tertio habitus principiorum/& habitus concluſionum eiuſdem ſcientię totalis differunt ſpecie:ut patet.vi. ethicorum:igitur non poſſunt efficere unum habitum ſpecie. Quarto rō euidentię in principio & concluſione alia eſt:igitur non pñt facere unum habitum ſpecie Quinto arguūt alii ſic:ſit habitus unius concluſionis A & habitus alterius B:& arguo ſic/cum A ſtat aliquid quod non ſtat cum B:& A repugnat aliquid:quod non repugnat ipſi B:igitur A & B differunt:& ita non faciūt unum habitum ſimplicem:antecedens apparet:qa cum A ſtat ſcientia:& cum B ignorātia:amplius cum A ſtat ueritas:cum B error:igitur apparet antecedens. Sexto in his quæ ſunt eiuſdem ſpeciei quicquid competit uni/competit alteri.ii.cœli:& quicquid cōtrariať uni & alteri:ſed aliquid contrariatur ipſi A:quod non contrariatur ipſi B: igitur ut prius. Vltimo ſcientia prioris concluſionis poteſt deperdi/ſcientia poſterioris aquiri:igitur non ſunt unus habitus/nec numero/nec ſpecie. Ex his & aliis ſolet refelli poſitio expoſitorum. Quicquid ſit de ueritate poſitiōis:defendi poteſt hæc poſitio:& bene. Ad primam & ad oēs debes ſcire aliqua poſſe eē eiuſdem generis uno mō:quæ ſunt diuerſorum generū alio modo. Amplius aliqua poſſe eſſe eiuſdem ſpeciei ſecūdum unam rationem/quę ſunt diuerſarum ſpecieꝝ ſecundum aliam rationem:uerbi cauſa:omnes formæ ſunt eiuſdem generis ſubiecti; & tamen non omnes ſunt eiuſdem generis prædicabilis. Amplius omnes actus temperantiæ

[Margin notes: Pō thomæ herrici egidii. (beside lines 2–3); Obiectiones. (beside line 13); Cōmento.xlix. (beside line 29); Defenſio. (beside line 33)]

sunt eiusdem generis & spéi moris/qui tamen non sunt eiusdem spéi prę dicabilis: actus temperatus circa uenerea alterius spéi prędicabilis est eb actu temperato circa iram/& ab actu temperato circa cibum & potum. Tunc dicerent expositores ꝙ unus habitus spé/uel numero effici potest a diuersis actibus spé prædicabili/mō sint eiusdem spéi moris/uel eiusdē spéi cognoscibilitatis. Ad primam dico ꝙ omnes reliquunt similitudinē eiusdem spéi cognoscibilitatis:omnes enim conclusiones eiusdem scientię totalis relinquunt similitudines eiusdem rationis scibilis & cognoscibilis quia omnes generantur quatenus obiecta concernunt materiam:concernere enim materiam est una ratio reseruabilis in omni cognito physicæ. Ad secundam dico ad maiorem ꝙ ex actibus difformibus omni mō non potest generari habitus conformis:at minor hoc pacto fallit: sunt enim actus difformes in spé prædicabili nō autem in spé cognoscibilitatis. Ad tertiam dico ꝙ habitus principiorum & habitus conclusionum differūt specie uirtutis:nō autem spé cognoscibilitatis ut dictum est. Per idem ad quartam:est enim ratio euidentiæ in principio & conclusiōe alia atq; alia secundum spém prædicabilem:non autem secundum spém cognoscibilē: Ad quintam nego consequentiam,nam cum albedine ut iii. stat nigrum ut quattuor: quod non est cum albo ut quinq;:& tamen album ut tria & ut quinq; sunt eiusdem spéi. Ad quintam & sextam dico ꝙ non cōcludunt plus/nisi ꝙ ille habitus non est unus simplex/& inuariabilis: cum enim ille sit uariabilis:aliquid potest stare cum uno/& non cum alio:aliquid contrariari uni & non alteri. Amplius propter uariationem potest intendi ex una parte:& minui ex alia parte.ut de aliis qualitatib9 dicit expositor. Ad dictum Auerrois dico ꝙ debet intelligi per se & secundū spe ciem:modo hoc est uerum:quicquid enim contrariatur secundum speciē habitui unius conclusionis & per se:etiam cuilibet cōtrariatur: stat tamē per accidens aliquid contrariari uni:& non alteri ut de intensa & remissa albedine apparet:Hęc de positione expositoris satis sufficiunt. Exteri uero aliam fingunt positionem:uolunt enim ꝙ duplex potest poni habitus in qualibet scientia totali:unus quo formaliter intellectus inclinatur ad speculationem conclusionis:alius quo uirtualiter tēdit ad speculationem conclusionum in tali scientia:tūc dicunt duo:Primus habitus formaliter inclinans est alius alterius conclusionis:& tot sunt quot conclusiones:ut rationes tactę indicant. Secundum est ꝙ habitus uirtualiter inclinans est unus numero & cōis omnibus scientiis partialibus eiusdem scientiæ totalis:probant quia conclusiones resoluūtur in principia:omnia principia in unum primum principium scientiæ.& illud primum principium resolui tur in terminos:oēs termini in subiectum primum illius sciētiæ/& illius principii:igitur omnes habitus formales sunt unus uirtualiter ꝓpter re-

Pō exterorum.

Confutatio. ductionem ad unum primum in tali sciẽtia. Hæc exteri. Sed isti ut noua uideantur dicere: uident non differre a primis: quia si omnes habitus formaliter inclinantes sunt unus uirtute reductionis prędictæ: ẽt primi dixerunt omnes habitus agregatione reduci ad unum primum: & sic uident differre a primis: & non differunt secundum rei ueritatem. Secundo tunc omnes scientię totales essent unus habitus uirtualiter: quod reputarunt impossibile: & deduco quia conclusiones omnium scientiarum reducunt ad unum primum & cõe principium simpliciter primum: & sic omnes eẽnt unus habitus uirtualiter per reductionem ad unum simpliciter primum. Tertio sicut per reductionem ad unum obiectum omnes cõclusiones efficiunt unum habitum uirtualem: cur nõ per reductionem ad unũ subiectum: qualis est intellectus: Hęc de positionibus.

¶ Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione debes scire q; scientia quę relinquitur ex conclusione p demonstrationẽ deducta per se est cognitio: per accidens habitus: est quidem cognitio per se: quia ipsum scire per se est per demonstrationem intelligere siue cognoscere: igitur sciẽtia per se est cognitio quædam: per accidens uero habitus: quatenus accidit eandem conclusionẽ pluries demonstrari per eandem demonstrationem specie/per diuersos tamen actus: ut formetur in uirtute memoratiua siue illa sit in intellectu/siue in sensu: de quo in libro de intellectu: igitur scientia unius conclusionis est per se cognitio: & per accidẽs habitus: quatenus accidit illam radicari in subiecto ex frequentatis actibus circa eandem numero conclusionem. Tunc iuxta

Prima cõclusio hanc distinctionem dico q; si scientiæ considerantur ut sunt habitus: sic non modo omnes scientię eiusdem generis subiecti sunt eiusdem speciei: sed omnes scientiæ mundi: deduco quia omnes ponuntur sub specie habitus: qui est unius speciei specialissimæ qualitatis: ut patet in prędicamentis. Secundo habitus dicuntur respectu habentis: sed oẽs intellectus sunt

Secunda. unius speciei: igitur omnes habitus erunt eiusdem speciei subiecti. Secunda conclusio si scientia consideretur quatenus est cognitio derelicta ex cõclusionibus per demonstrationes deductis: respectu quidem subiecti primi uirtute cuius derelinquitur: est una secundum genus illius subiecti: respectu uero subiecti proximi/a quo proxime efficitur: est una secundum speciem: uel numero: Quatenus uero a diuersis conclusionibus relinqui-

Laus burlei. tur: sic est una per agregationem. Ex his apparet q; non imperite sentiũt iuniorum quidam: qui dixerunt unam scientiam posse sumi pro una numero siue specie/pro una genere/ p una agregatione: uerbi causa: metaphysica particularis pticularis rei attinentis ad metaphysicam dicitur scientia una siue numero/siue spẽ: agregatũ ex omnibus cognitionibus omnium consideratoꝝ in metaphysica est unum agregatione. Ipsa tota me-

taphysica ratione habita ad primum eius subiectum est una genere: hæc enim omnia patent sumendo scientiam quatenus est per se cognitio: non autem quatenus per accidens est habitus: quo facile inclinamur ad speculationem eiusdem uel similis: nam quatenus est per se cognitio scientia dici potest una spē/genere/& agregatione: quatenus uero est habitus quo facile proneue eligimus eandem uel similē cōclusionem: sic est una numero qualitas intensibilis & remisibilis/ut dixerunt expositores. Sed occurres contra primam conclusionem. Primo quia si scientia ut habitus intenditur & remittitur: tunc ad scientiam posset esse motus alteratiōis. Secūdo si omnes scientiæ ut habitus eēnt una qualitas specie respectu habentis/quod specie est unum: pari ratione omnes uirtutes eēnt una qualitas respectu habentis: & tñ uirtutes ponuntur diuersi habitus. Contra secūdam dubitatur: quia tunc una tota scientia non esset magis una/q̄ essent duę uidelicet geometria & physica: deducitur quia agregatum ex his est agregatum: ut est una scientia. Ad hęc dici potest ad primam nego cōsequentiam: nam lumen est qualitas intensibilis & remissibilis: & tamen ad lumen non est motus: nō enim sufficit ad hoc ut ad qualitatem sit motus ꝙ qualitas sit intensibilis & remissibilis: sed oportet habere contrariū positiuū: unde secundum Auerroem formæ elementoꝝ intendunť & remittuntur/sed quia nō habent contrarium positiuū: ad illas non est motus. Ad secundam nego similitudinem: quia uirtutes sunt per se habitus: per accidens cognitiones: & propterea specie differunt penes habitum: sciētia uero est per accidens habitus/& per se cognitio: & propterea possunt eē unum numero per accidens omnes scientiæ: & per se differunt specie. Prętere ratio habendi omnes scientias est eadem specie: ut intellectus possibilis & memoria: ratio habendi omnes uirtutes non est eadem specie. Immo alia ratione habetur temperantia: alia ratione habetur cōtinentia. Ad tertiam dico ut dixi ꝙ scientia una totalis est nna non tantū unitate agregationis: sed unitate generis: & propterea in habētibus unitatem agregationis potest esse maior unitas/& minor unitas: agregatum enim ex geometria & physica est minus unum: q̄ agregatū physicum tātū: quia illud non est unum gñe: sicut agregatum physicum. Hæc de dilucidatione.

Dubitationes

Solutio.

¶Caput solutionum quintum.

Ex his apparet solutio rōum primi capitis: oēs enim concludunt sciam eē unum nūo per accidens quatenus est habitus quidam: non aūt quatenus est cognitio. Prętera apparet cōsilium pōum. Illa.n. positio quæ dicit scientiā esse unā spē uel nūo/recte sentit/sumendo sciam quatenus est habitus: Illa aūt quę dicit esse unā agregatione recte sentit ēt sumendo sciam ut est cognitio/& respectu proximoꝝ obiectoꝝ/a quibus formaliter & ꝓxime generatur: illa quæ dicit scientiam eē unā uirtualiter/etiam recte

potest sentire/si consideretur scientia rõne habita ad cõmune subiectum: ad quod reducuntur omnia·Hæc de quarta disputatione.

Disputatio quinta·Sĩ de ente per accidens possit esse scientia·

Quod de ente per accidens possit esse scientia/arguitur primo de ente p accidens Aristoteles in textu quædam demonstrat:igitur de eo potest eẽ scientia:añcedens apparet quia saltem demonstrat de ipso ꝙ causatur ab agente ut in pluribus·Secunda perspectiua est scientia:& tamen illa est de linea uisibili:quod est ens per accidens:igitur ut prius.·Tertio a primo ente simpliciter inuariabili prouenit & ens per se:& ens per accidens:igiť de ente per accidens est scientia:deducitur/quia quod habet causam simpliciter inuariabilem potest sciri·Quarto quicquid continetur sub subiecto metaphysicæ scibile est.Sed ens per accidens continetur sub ente cõmuni:quod est metaphysicæ subiectum:igiť est scibile · Quinto de ente per accidens est definitio:igitur potest esse scientia:antecedens apparet/quia in textu definitur.Sexto pars scientiæ est sciẽtia:sed tractatus de casu & fortuna est pars scientię naturalis.& tractatus de ente per accidens est pars metaphysicæ:igitur de ente per accidens est sciẽtia·Septimo pluuiam fieri sub cane est ens per accidens ut patet in textu:& tamen hoc est scibile ab astrologo:igitur de ente per accidens est sciẽtia· Octauo oppositorum eadem est scientia atq; disciplina:ut patet.ix·hui9:sed entis per se est scientia:igitur entis per accidẽs:quod enti per se opponitur· Sed in cõtrarium est Aristoteles in textu·Hæc de dubitationibus.

Caput tituli secundum.

Ens per accidens(ut in textu dr̃)bifariam dicitur/aut accidẽtalitate rei/ aut accidentalitate causæ:ens per accidens accidentalitate causæ illud dr̃: quod euenit extra intentionem causæ raro & in paucioribus : raro quidẽ quo ad tempus:in paucioribus uero quo ad supposita:accidentalitate rei adhuc multifariam esse põt:quia aut est quod per accidens inest:ut musicum esse ædificatori:aut quod per se inest:sed alteri9 est naturæ ab eo cuius inest:ut risibile homini:aut quod est alterius naturæ/& ordinis ut album homini:tñ solet breuibus distingui ꝙ ens per accidens est:aut accidentalitate rei:utpote illud quod agregat naturas oĩo diuersas/ut homo albus /& id genus ; aut accidentalitate causę:ut fortuitũ/& casuale:quærit igitur disputatio si de ente per accidens quouis modo possit esse scientia·Hæc de titulo ·

Caput positionum tertium·

De disputatione exteri distingunt de scia:quia scientia potest hrĩ de ente

per accidens:aut tanquam de subiecto:aut tanquam de passione uel conclusione:scitur enim subiectum:& scitur cõclusio:subiectum quidẽ tanq̃ id de quo:scitur uero cõclusio/tanq̃ id quod:passio etiã sciri potest tanq̃ id quod de alio. Amplius distinguũt de unitate sciẽtiæ:quia sciẽtia dici potest una & secundum spẽm:& secundum genus siue ꝓximum/siue remotum; Tunc dicunt exteri ꝙ si loquimur de ente per accidens accidentalitate rei:ut de homine musico : non põt haberi scientia tanq̃ subiecto per se una secundum spẽm:deducunt:quia de tali nõ est una passio speciei:cum non sit unum specie. Secundo dicunt ꝙ de ente per accidens accidentalitate rei non potest hñi scientia tanq̃ de conclusione per se una unitate spẽi:deducunt ut prius:quia de tali non potest accipi ꝓprium mediũ/nisi ratione alterius partis. Tertio dicunt ꝙ sumendo ens per accidens accidentalitate rei/de ipso potest haberi scientia per se una secũdum genus/& tanq̃ de subiecto/& tanq̃ de conclusione:tanq̃ de subiecto quidẽ:ut de linea uisibili:de quo secundum genus subiecti prospectiuæ multa demonstrant̃; tanquã de conclusione uero:quia si põt de illo scientia haberi tanquam de subiecto:magis tanquã de cõclusione:hæc de ente per accidens accidentalitate rei:si aũt sit sermo de ente per accidens accidentalitate causę:tenent exteri duo/primum ꝙ de ente per accidens non est scientia quatenus per accidens:hoc est respectu illius causæ/cuius est effectus per accidens:non enim scitur pluuiam eẽ sole decurrẽte per canem/per hanc causam/quæ est solis per canem deambulatio. Secũdum est quod de ente per accidẽs absolute est scientia:quia de pluuia sole decurrente per canem esse potest scientia:quia si non respectu solis per canem decursus:saltem respectu alterius constellificationis tunc occurrentis:quę potest uniuersale exuperare:bene sorticolę sub aliis uerbis de tali ente per accidens sic locuntur:dicunt ꝙ ens per accidens sciri potest : quia hoc sciri potest demonstrata pluuia eueniente sole per canem decurrẽte:& hoc est ens per accidens:igitur ens per accidens sciri potest. Secundo dicunt ꝙ nõ potest sciri ens per accidens/quia nõ potest sciri ens per accidens ea ratione/qua est ens per accidens. Hæc exteri de disputatione. Sed contra primam partẽ solutionis rationabiliter addubitare possum . Primo quia si potest haberi scientia una secundum genus:sequitur ut possit haberi scientia una secũdum speciem:quia nihil est sub genere quin sit sub aliqua specie secundo topicorum. Secundo quia non apparet per eorum solutionem si possit de ente per accidens haberi scientia:tanquam id quod demonstratur de altero: & sic prima solutiõis pars redditur ambigua . Circa secundam etiam addubitari possũ:quia Aristoteles tradit sciam in.ii.libro physicoꝝ de ente per accidens secũdo mõ:& non quatenus est ens p se:qa loquitur de casu & de fortuna q̃tenus sũt casus & fortuna:igr̃ q̃tenus sunt ens per accidẽs

Prima conclu.

Confutatio.

igitur de ente per accidens quatenus est ens per accidens pōt haberi scientia:& ita non tantum de ente per accidens : potest esse scientia quin scientia possit haberi de ente per accidens : amplius quod potest definiri quatenus per accidens:pōt sciri quatenus per accidens:sed fortuna & casus quatenus fortuna & casus possunt difiniri quatenus talia : igitur de ente per accidens quatenus per accidens eēt pōt scīa· Ioannes uero tenere uidetur:ꝙ de ente per accidens pōt haberi scīa:ut importatur per hoc nomen cōmune ens per accidens:non aūt ut importatur per hoc nomē speciale fodiens thesaurū/uel id genus. Sed uī Ioannes errare/quia tunc de ente per accidens posset esse scientia/ut est ens per accidens:quod non cōceditur cōmuniter. Hæc de positionibus·

Pō Ioannis gandauensis·

Confutatio.

ℭCaput dilucidationis quartum:

Suppositio·

Pro dilucidatione uero debes scire ꝙ scientia de aliquo uno mō esse pōt tanq̄ de conclusione demonstrata uel demonstrabili:& sic dicitur forte secundo posteriorū questiones sunt ęquales nūo his:quæ quidem scimus· Alio mō potest hri scia de aliquo tanq̄ de re significata per aliquē quem uis conclusionis terminū:& hoc pacto primo posterioꝝ accipitur ꝙ scīa est unius generis subiecti partes & passiones cōsiderans:igitur pōt haberi scientia de aliquo tanq̄ de subiecto cōclusionis/& tanq̄ de illius passione.quorum quodlibet per aliquē conclusionis terminū significatur. Tūc dico ꝙ sumendo ens per accidens quouis mō:de illo non haberi pōt scientia tanq̄ de conclusione:deduco quia id quod scitur hoc pacto/est cōclusio uera & necessaria:ut patuit in libro posterioꝝ:mō ens ꝑ accidens non potest esse conclusio uera & necessaria. Secundo dico loquendo de ente ꝑ accidens quauis rōe/sic de ipso est sciētia ut de re significata per terminū conclusionis:deducitur quia omne ens mundi pōt sciri ut terminus cōclusionis/uel ut res significata per terminū conclusionis:oīa·n.entia per accidens significantur per istum terminum ens/& per istū terminū ens per accidens/& id genus:igitur de ente per accidens quouis mō sumpto esse pōt scientia/ut de re significata per terminum aliquem conclusionis : Et sic tradit Aristoteles sciam de ente ꝑ accidens in hoc libro:sic de fortuitis & causalibus in·ii·libro physicoꝝ & alibi. Ex his apparet usq̧ ad quantū recte dixerunt exteri/& Ioannes. Hęc pauca de dilucidatione·

Prima cōclusio

Secunda.

ℭCaput solutionum quintum.

His dilucidatis/ad rationes primi capitis:Ad primam concedo de ente ꝑ accidens haberi scientiam tanquā de termino uel de re significata per terminum conclusionis:per idem ad secundam patet solutio· Ad tertiam cōcedo de ente per accidens haberi scientiam/ut reducitur ad per se : ut dictum est superius. Ad quartam dico ꝙ est scibile ut res est significata

per terminum conclusionis:per idem ad cœtera omnia:illa nanq̧ concludunt de ente per accidens haberi scientiam ut est ens uel res significabilis per terminum conclusionis & non aliter:Hæc de disputatione quinta.

¶Disputatio sexta. Si de uero consideret metaphysicus.

¶Caput dubitationum primum.

Quod uerum debeat cōsiderari a metaphysico/arguitur/Primo qa metaphysicus cōsiderat de primo obiecto intellectus. Sed uerum est primū obiectum intellectus:igitur est de uero. Secundo habetur libro huius scientię secundo metaphysicam uocari scientiam ueritatis:igitur considerat de uero. Tertio quod est cōmune omnibus scientiis/non debet considerari in aliqua speciali scientia:sed solum in metaphysica:uerum est cōmune omnibus scientiis:igitur non nisi in metaphysica considerandum est:Minor probatur quia omnis scientia de uero ipso considerat tanq̄ de conclusione:igitur cōsiderare de uero spectat ad omnem scientiam. Quarto dicitur quarto huius primos philosophos posse de omnibus considerare:igĩ nihil ab huius consideratione est remouēdum. In contrarium est Aristoteles in textu:ubi ait nec de ente per accidens/nec de uero esse considerandum in metaphysica. Hæc de dubitationibus.

¶Caput tituli secundum.

De ipso uero/falsoue exteri multiplicē acceptionem fecerunt/uoluerunt enim uerū esse & quod in re:& quod in intellectu. Amplius uerum in re uoluerunt aliud esse absolute secundum rem aliud per relationem ad cognoscentem. Præterea uerum quod est absolute secundum rem trifariam subdiuidunt:quia aliud est:quod dicit absolute cōformitatem producti ad producens. Aliud quod dicit dictam conformitatem superaddens imitationem:Aliud ultra dictas cōformitatem & imitationē superaddit adæquationem. Iterum etiam uerum quod est in re per relationē ad cognoscentem/etiam trifariam subdiuidunt:quia aliud est quod est sui manifestatiuum absolute respectu cuiusuis potentię cognoscitiuæ: aliud quod est sui manifestatiuū mediante quadam similitudine/siue illa sit species/siue actus cognoscendi. Aliud est quod facta assimilatione/est in intellectu/ueluti cognitum in cognoscente:Hæc de uero in re tradunt: de uero aūt in intellectu ēt subdistingūnt/quia aliud est secundū primam intellectus opōem. Aliud secūdum eiusdem secūdam opōem:de quibus quære eos:qa multa scribūt pro harū fabellaꝝ expōe. Sed istę dĩoes & subdiui-

Quę exteri De titulo

Confutatio.

siones sunt confusiones/nec ullus peripateticus unquam illas somniauit: sunt etiam falsæ. Primo quia ut Ammonius dicit in libro de iterpretatione/uerum est in anima/in re & in uoce:& est idem uerum numero:& nõ diuersa uera:ut credunt exteri. Secũdo habetur in textu q bonum & malum sunt in rebus:& uerum & falsum in anima:igitur distinctio est contra textum. Tertio Aristoteles dicit expresse in textu:q uerum & falsum sunt in secunda operatione intellectus/quæ est compositio diuisio ue/& non in simplici:in qua est ratio ipsius quod quid est:igitur dicere uerum esse in prima operatione intellectus est contradicere expresse Aristoteli: ultimo sine tot diuisionibus & subdiuisionibus possumus ueritatem disputationis dilucidare:igitur istę sunt superfluę/inuentæ potius ad confusionem/q̃ ad dilucidationem. Præterea Ioannes addit q æquatio & inadęquatio sunt proprie in rebus quantis:& sic uerum falsum ue nõ possunt

Propria expõ. per eiusmodi describi. Verius igitur secundum peripateticos dicerem iuxta Alexandrum in libro elenchorũ:& Ammonium in libro de interpretatione q uerum potest uno modo accipi ut distinguitur contra Metaphoricum/Fictum & Alchimicum:qua ratione aurum minerale dicitur uerum:& auricalchum dicitur falsum/siue alchimicum:& hoc pacto uerum est entis(ut dicunt iuniores)passio/iuxta librum secundũ metaphysices oportet principia sempiternorum esse uerissima:estq; uerũ hoc pacto in quibusdam magis:in quibusdam minus. In causa quidem magis: in effectu uero & causato minus:& propterea principia/& causæ sempiternorum sunt ueriores effectibus/& causis corruptibilium. Alio modo sumitur uerum ut distinguitur contra falsum:& sic uerũ est relatio quędam:qua compositio/uel diuisio/quæ est secunda mentis operatio dicit̃ uera uel falsa:& de hac loquitur Aristoteles in prędicamentis dũ dicit ab

Titulus q̃õnis. eo/quod res est uel nõ est dicitur oratio uera uel falsa. Ex his sequitur titulus disputationis:non enim disputatio loquitur de uero primo modo: quia cum uerum primo mõ sit passio eius simpliciter/sine dubio de ipso spectat ad metaphysicum:ut etiam de ente:quatenus uero est huius uel illius entis/spectat ad sciẽtias speciales:restat igitur ut disputatio sit de uero & falso secundo modo quæ sunt in cõpositione diõe ue. Hęc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

Prima positio. De disputatione sunt qui dicũt de uero ipso nullam artem differere/nisi dialecticã:eo quia grãmatica orõem cõtemplatur/quatenus congrua/in congruaue:dialecticus autem & logicus quatenus uera falsa ue. Præterea hæc uidetur intentio expositoris/ut quilibet uidere põt qui in expositione huius loci afferit metaphysicum de ipso uero considarare non posse:

propterea quia ipsum uerum est ens diminutum:eo quia est ens ratiõis/ huic consentit Auerroes in hoc sexto in calce : qui ita scribit dimittamus igitur perscrutari de ente/quod est per accidens/& de ente/quod est ueri dicans/scilicet quod est in anima:ens enim quod est per accidens non habet causam terminatam/& quod est ueridicans nõ habet causam nisi animam:ideo utrunq; numeratur in genere entis diminuti:& ideo perscrutãdum est de ente perfecto/quod est extra animã/sic igitur apparet de mẽte Auerrois de ipso uero nõ tractare metaphysicam:quia est ens ratiõis. & ita spectat ad logicum:qui solum entia rationis contemplatur. Sed hęc positio stare non potest/primo quia omnis ars/omnis sciẽtia considerat de uero/tanq̃ de oratione siue conclusione/ut dicemus : igitur non modo logica uel dialectica. Secundo quia si uerum est ens rationis siue ens animę/ut tangit secũda ratio:potius spectabit ad scientiam de anima:eo qa eiusdem est considerare subiectum/& subiecti affectionem. Propter hæc dixerunt alii naturalem philosophiã debere de uero ipso perscrutari:maxime illa pars de uero debet agere:in qua subiectum omnium uerorum: & agens considerantur:ut est scientia de anima : in qua tractatur intellectus possibilis/qui est subiectum omnium uerorũ:& intellectus agens/ quod est principium omnium uerorum:ut habetur in libro de anima cõmento quinto. Sed obiciunt quia uerum nõ tantum est in intellectu : sed in re:igitur de uero considerare debet omnis scientia/quæ de rebus contẽplatur. Pręterea omnis scientia saltem de uero considerat tanq̃ de conclusione. Propter hæc dixerunt alii omnem scientiam debere de ipso uero cõsiderare:dicũt omnem scientiam speculatiuam:quia eius finis est uerum: non autem practicam:cuius finis est opus:& pro hac ratione facit : quia omnis scientia debet considerare finem suum. Sed cuiuslibet speculatiuæ finis est uerum:igitur debet considerare ipsum uerum. Secundo oĩs scientia debet considerare id:per quod differt ab aliis scientiis:sed speculatiua differt a practica per hoc quod est de uero/illa de bono : igitur debet considerare de uero. Exteri uelle uidentur consiliare hos : dicunt enim ꝙ uerum incomplexum nõ pertinet ad metaphysicum:quia quatenus relatio rationis attinet ad logicum:quatenus relatio realis attinet ad librũ de anma . Secundo dicunt ꝙ uerum per compationem sumptam ad producentem / pertinet ad metaphysicam : & ad omnem scientiam:quia in omni scientia :& in metaphysica consideratur effectus/ut gerit causæ similitudinem . Præterea uerum etiam sumptum per compationem ad cognoscentem/pertinet ad metaphysicum/& ad omnem scientiam propter eãdem rõem. Tertio dicunt ꝙ uerum quatenus est rei ut similis ĩtellectui/ uel per spẽm/uel per se ipsam attinet ad libꝝ de aĩa siue ad naturalem/& non ad metaphysicum. Ex his facile patet consilium põum. Illa enim põ

Cõmento . viii.

Confutatio.

Secũda positio.

Confutatio.

Tertia positio.

Põ exterorum.

Cõsiliũ ex uerbis exterorum.

quæ ait logicum agere de uero: sumit uerum ut est relatio ratiōis. Illa pō quæ dicit naturalem considerare de uero / sumit uerum ut est relatio realis: & ut est rei similitudo ad intellectum: illa deniq; quę dicit omnem sciētiam agere de uero / sumit uerum per compositionē ad ꝓducentem. Sed q̄ erronea sit hęc positio / apparet primo: quia uerum apud peripateticos non sumitur nisi aut ut distinguitur cōtra sophisticū: aut contra falsum & sic positio fundatur in falso fundamento. Secundo quia uerum ut est relatio rationis / est res animæ: & ita attinet ad librum de anima: & etiam uidetur hæc positio superflua: propterea omnes istæ positiones omittantur. Hæc de positionibus.

Confutatio.

¶ Caput dilucidationis quartum:

Suppositio.

Pro dilucidatione primo debes scire ꝙ uerum potest bifariam cōsiderari uno modo ut conclusio / siue questio scibilis: alio modo ut res significata per terminum conclusionis / siue ut quęsitum de aliis / siue ut concessum de quo aliud quęritur. Amplius uerum ut res per terminum conclusiōis significata / siue ut quęsitum de alio / uel ut concessum de quo aliud quęritur / potest trifariam sumi apud peripateticos: quia est in re ut in causa: in anima / ut in subiecto & materia: in uoce ut in signo: hoc.n. dicit Ammonius in libro de interpretatiōe: igitur potest cōsiderari ut inest in aīa: ut est in re: & ut est in uoce: quod quidem uerum accipi possit ut conclusio: patet primo posteriorum: ubi dicitur scientiam non eē nisi uerorum: quod possit accipi ut quæsitū de alio: apparet quia sæpe demonstrat Aristoteles de aliqua conclusione ꝙ sit uera: amplius in secundo libro de interpretatione enumerat uerum & falsum inter modos. Modus autem uidetur quæsitum quoddam eorum: quorum ponitur modus: quod autem uerum ut modus siue ut quæsitum possit accipi ut in re / ut in anima / ut in uoce: patet per Ammoniū / qui ait uerum esse in re ut in cā: dicitur enī in predicamentis ab eo quod res est uel non est: dicitur oratio uera uel falsa: & sic uidetur uerum eē in re / ut in causa: est etiam in uoce ut in signo / eo quia uoces sunt eorum quæ sunt in anima passionum notæ: est etiā in anima ut in subiecto: ut patet tertio de anima: quia uera dicitur compositio uel diuisio: quæ sunt animæ operationes: modo operatiōes animę sunt in anima: igitur ipsum uerum potest considerari illis omnib9 modis. Ex his apparet dilucidatio / & consiliū positionum: dilucidatio quidem: quoniam si consideratur uerum ut conclusio: de ipso agit omnis ars / atq; omnis scientia: si uerum consideratur / ut quæsitum uel ut modus: quatenus est in anima: de ipso considerat naturalis: ut liber de anima: quatenus in uoce: de ipso agit logicus uel dialecticus: quatenus in re: de ipso cōsiderat metaphysicus: & sic patet dilucidatio. Consilium uero: quia positio dicēs uerum spectare ad logicum: est uera loquendo de uero ut in uoce / quæ di

Dilucidatio & consilium.

cit uerum ſpectare ad librum de anima / eſt uera loquendo de uero / ut in anima: quæ dicit de ipſo uero ſpectare ad metaphyſicum / eſt uera de ipſo uero ut in re / quæ ait ad omnem ſcientiam ipſum ſpectare: eſt uera loquendo de ipſo uero ut concluſio eſt: hęc peripatetice quo ad dilucidationem dicta ſatis.

¶ Caput ſolutionum quintum.

His dilucidatis conſultatiſue: Ad primum concedunt Thomę ſectatores uerum eſſe obiectum intellectus: & propterea de ipſo nõ conſiderat metaphyſicus: eo quia ratio obiecti diſtrahit. Sed exteri quorum ſtudiũ eſt in contradicendo: obiciunt probando uerum non eſſe primum obiectũ intellectus: primo quia non præcedit intellectum. Secũdo quia non intelligitur actu recto / ſed reflexo. Tertio quia obiectum ſcientiæ non debet excedere obiectum potentiæ. Quarto quia bonum continetur ſub per ſe obiecto intellectus: quod diſtinguitur contra ue℞: ut patet in textu: quicquid ſit de ueritate ipſa: de qua diximus peripatetice in libro primo. Nũc omnia hęc tolluntur: quia apud Thomam eſt obiectum trifariam: terminatiuũ: & hoc eſt ens ut ens: motiuũ & hoc eſt ens ſenſile: cõſecutiuum: & hoc eſt uerum entitatiuũ: quando igitur Thomas ait uerum eſſe obiectum intellectus / loquitur de obiecto conſecutiuo: quatenus intellectus nihil intelligit: quin illud conſecutiue & reflexe ut uerum intelligat: & ſic tolluntur iſtæ captiones: ad cœteras ratiões patet ſolutio per dilucidationem / & conſilium. Metaphyſicus conſiderat de ueritate ut in re: oẽs ſcientiæ de uero: ut eſt cõcluſio ſcibilis per media ſuæ artis. Amplius metaphyſicus conſiderat de omnibus & de uero / ut in re. Hæc de diſputatione ſexta dicta ſatis.

[Margin: De uero ſi ẽ obiectũ intellect9. Põ Thomæ. Replicæ exterorum. Defẽſio thomę]

¶ Septima diſputatio. Si ens rõis eſt in prædicamento.

¶ Caput primum dubitationum.

Quod entia rationis non ſunt in prędicamento: arguitur primo quia tũc in rebus prædicamentariis eſſet proceſſus in infinitum: deduco quia põt aliquis homo aliquid intelligere: & rurſus itelligere ſe intelligere: & ſic in finitum: & tamen intellectiones ſunt entia rõis. Secũdo omne quod eſt in prędicamento: eſt ſubſtantia uel accidens: ſed ens rationis non eſt ſubſtãtia: ut patet: nec accidens: quia nec proprium: nec cõmune: ut etiam patet: igitur ut prius. Tertio famoſum eſt nihil eſſe in prædicamento / niſi ens reale: igitur entia rationis non ſunt in prædicamento. In contrarium arguitur: quia ordo ſecundum ſuperius & inferius eſt prædicamentum: ut dicit Boetius: ſed in entibus rationis poteſt eſſe ordo ſecundum ſuperius:

& inferius: igitur sunt in prædicamento. Hæc de dubitationibus.

¶Caput tituli secundum.

Prima pō de ente rationis

Quid sit ens rationis: non parua est questio: nōnulli peritissimorum conceptus rerum obiectiuos esse entia rationis fatentur: distingunt enim de conceptu; quoniam alius est conceptus obiectiuus: ut res ipsa ut actu cōcipitur: ueluti lapis cognitus. Alius est conceptus formalis: ut est ratio cōcipiendi species uidelicet intelligibilis: uel actus intelligendi: hęc enim formales conceptus dicuntur: quatenus his dicimur formaliter concipientes: uolunt igitur conceptus obiectiuos esse entia rationis: quatenus nec sunt in re subiectiue: nec in anima subiectiue: sed in intellectu obiectiue: quod uero aliquid possit esse in aliquo obiectiuo: quod nō est alicubi subiectiue: probant multis experientiis: primo de solis quantitate: solis enim quantitas apparet bipeda; quæro ipsa ut bipeda in quo est subiectiue: nō quidem in re: quia illa in re est maior tota terra: nec in mēte: quia ut color qui uidetur: non est in uisu: sic illa solis bipeda quantitas non est in mēte igitur nec in mente: nec in re: igitur est in mente obiectiue: & sic aliquod est ens obiectiue. Secundo in pariete depicto apparet cōcauitas/quæ nec est in re subiectiue: nec in uisu: sed solum obiectiue. Tertio idem psuaderi potest de hiatu & uoragine/quæ sunt foueę/uel cœli fenestræ/quę apparent in æstate: ut traditur primo meteororū. Hę enim ut Aristoteles dicit nullibi sunt subiectiue: sed solū apparitiones sunt obiectiuę. Multæ aliæ possunt addi experientiæ/quę oēs super unam radicē firmantur.

Obiectio Ioan.

Sed obiecit Ioānes: quia omne quod est: uel est in subiecto: uel de subiecto: quod quidem est in subiecto: accidēs est: quod uero dicitur de subiecto est substantia secunda. Sed hæc entia obiectiue per hos/nec sunt substantiæ: nec sunt in subiecto: igitur nihil sunt.

Quæ Ioannes.

Propter hæc tenet Ioannes ꝙ huiusmodi apparitiones nihil sunt: & cōcedit non ens posse intelligi ab intellectu: non quidem motiue: sed terminatiue.

Cōfutatio.

Sed hæc Ioannis determinatio non est contra eos: quos reprobat: quia apud istos terminare/& obici intellectui idem est: & propterea quod potest terminare intellectus opōem: & non est subiectiue in re: nec subiectiue in intellectu: dicitur esse obiectiuū in intellectu apud illos: & sic nihil hēt Ioannes contra eos: præterea apud ipsum alibi nihil est obiectiue in intellectu: quin sit obiectum intellectus nihil est obiectum intellectus: quin moueat intellectum: est enim intellectus omnia fieri: & intelligere in pati/& moueri cōsistit: ut dicitur tertio de anima: igitur nihil est obiectum intellectus/quin moueat intellectum apud Ioannem.

Solutio experientiarum

Propterea ad experientias dici potest ut Albertus ait lib. suo de anima secundo: ꝙ illa sunt obiectiue in uirtute aprehēdente: apparitio enim uisualis est in re: ut in cā: in uisu ut in subiecto: licet sit falsa: nec est simile de colore/& de apparitione: quia color est res uera: appari-

tio est res animę. Hæc de prima positione. Alii ut sorticolæ dicunt ens ra tionis esse conceptus rerum formales: ut dictum est: qui res ad extra repsentat / atq; significant: probant quia sicut entia realia sunt: quę aut sunt in re subiectiue: aut res ipsæ: sic entia rationis erunt quæ sunt in rōe subie ctiue / siue mente. Talia autem non sunt nisi conceptus formales: igit entia rationis sunt conceptus formales. Sed non est dubium conceptus formales esse entia rationis: quia sint in ratione subiectiue: tñ nos non quęri mus de his entibus rationis: sed de his / quę sunt secundæ intentiones. Alii ut exteri dixerunt ens rationis: quod est secunda intentio esse respectum quendam relictũ in re: quę intelligitur ex actu collatiuo intellectus: uerbi causa: intellectus intelligit hominem actu recto: deinde comparando hominem ad inferos homines relinquit in homine respectum: quo hō spés dicitur: hic respectus apud eos est ens rationis subiectiue existens in re intellecta / obiectiue in intellectu: Hęc exteri. Sed de isto derelicto quærédũ esset: an sit aliquid præter rem / quæ comparatiue intelligitur: & certũ uidetur q; nihil: quia nec substantia: ut omnes tenent: nec accidens: quia omne accidens est ens naturæ. Scias tamen q; istę positiones non possunt refelli: licet sint falsæ: quia destruunt omnia peripateticorum principia: mō cōtra talia nulla est uia: propterea satis est nobis si ueritatem dixerimus. Alii propter hęc uoluerũt entia rationis nihil aliud esse / q̄ ea: quę sola ratione / & mente concipiuntur: ut uacuũ / hyppocentaurus / mons aureus: & id genus. Hæc enim entia rationis: ut illa entia rei dicuntur: Illa quidé entia rei: quia pręter rationem sunt in re: hæc uero entia rationis: quia pter rem in ratione tantum collocantur. Sed hæc positio sine dubio uera est: uerum nos loquimur de ente rationis: quod est secunda intentio: tale enim non est fictio pura. Propterea de hoc quęrendum est: propter hæc & alia uidetur mihi esse dicendum entia rationis: quæ sunt secundæ intētiones esse secundo intellecta: unde Auerroes. xii. huius inquit: & dixit pprie relationem: quia est debilioris esse aliis prædicamentis: ita q; quidam reputauerunt ipsam esse ex secundis intellectis: ecce quo modo entia rōis & secundo intellecta idem sunt: est autem secundo intellectum idé secundum rem: quod primo intellectum: uerum primo res intelligitur absolute. Secundo uero intelligitur comparatiue: igitur secundo intellecta sunt res: quæ comparatiue intelliguntur. Significantur autem secundo intellecta per hæc nomina species / genus / proprium & accidens / prædicatum / subiectum & id genus: quibus in uoce uel in scripto nihil correspōdet in re præter hominem & animal / & res prædicamentarias ut comparatiue intelliguntur: differunt autem nomina figmentorum & nomina secundo intellectorum: quia nominibus figmentorum in uoce uel in scripto licet nihil actu uel potestate sit aptum correspondere pręter res: est intelligibi

Pō sorticolarũ. Qualis pō. Tertia expō exterorum. Confutatio. Quarta expō. Qualis hæc pō Pō peripateticorum. Cōmento. xix.

le aliquid correspondere præter res:at nominibus secundo intellectorum correspondent res ipsæ cōparatiue intellectæ:& nihil actu uel potestate / uel ad imagiōem est aptum correspondere præter res ipsas. Ex his appa ret in quo differt hoc nomen hō in uoce uel scripto ab illo nomie species; homo enim in uoce significat cōmune quoddam uniuersale uel formam absolute:species significat hominem & equū ut comparatiue intelligunt ratione habita ad superiora / uel inferiora. Quid igitur sit secunda inten tio:quidue ens rationis uel intentionale:ex his modo patet·Hæc de titulo

¶Caput positionum tertium·

Pō exterorum. De disputatione exteri tenēt entia rationis esse in prædicamento:nō quidem uno de decem:quia illa sunt entia realia / & nihil est in aliquo illorū / nisi sit ens reale:sed entium rationis constituunt undecimum prędicamē tum:quod continet genera & spēs entium rationis:cuius figura est·

Generalissimum ens rationis· — prædicamentum entium rationis
Singulare — uniuersale
hoc singulare
Illud singulare
in quid — in quale
De pluribus nūo differentibus — spē drntibus — eēntialis
species — genus — dīa
accidentale
conuersim — non conuersim
proprium — accidens

¶Pro hac positione argui solet quia logica est uera scientia:igitur habet uerum subiectum / & ueram passionem / & ueram definitionem:sed uera passio est proprium:uera definitio constat ex uero genere & uera differē tia:igitur in logica sunt proprium / differentia / & genus prædicamentaria·Sed enim hæc non possunt esse entia realia:igitur sunt entia rationis.

Qualis pō· Hęc positio est noua:& inuenta ad ostentationē:nullus enim unq̄ peripateticorum hanc persensit:immo est contra Auerroē primo metaphy

Cōmento·xvii· sicę:ubi ait genus esse formam mediam inter potentiam & actum puros

Cōmento. xiiii· & duodecimo metaphysicæ idem sentit:igitur nullum ens ratiōis potest

Cōmento·xvii. eē genus.Præterea uniuersalia apud Auerroem primo metaphysicę sunt formæ:igitur entia rationis non sunt uniuersalia:& sic non possunt esse in prædicamento.Amplius fundamentū positionis falsum est. Primo qa

Cōmē·xxxvii. definitio est formæ uniuersalis ut septimo metaphycæ· igitur non est en

Cōmento. xliii· tis rationis.Secundo ibidem dicitur ꝙ genus est forma uniuersalis:diffe rentia autem particularis·Ex his accipitur ꝙ entis rationis non potest eē

uerum genus/nec uera dr̃a/nec uera definitio:& sic nõ pñt esse in pñto: Et licet possint negare authoritatẽ Auerrois/non pñt negare authoritatem Boetii & Simplicii:& nec pñt non accusare Aristotelem:qui nihil talis pñti meminit. Præterea fundamentũ eoꝝ friuolum est:qa oẽs peripatetici uolũt logicam eẽ organũ sciendi/& non sciam:& ꝑpterea oĩa hæc friuola sunt. Qui uero dixerunt entia rõis eẽ conceptus formales in mente:cogunẽ dicere entia rationis esse in pñtó qualitatis:cuius põis sunt sorticolæ:qui uolunt uniuersalia & entia rõis eẽ in pñto qualitatis/ut spẽs: qui aũt dicunt entia rõis eẽ conceptus obiectiuos/coguntur dicere illa eẽ in pñto:qualiter in illo sunt cõceptus obiectiui:uñ si conceptus obiectiui sint in pñto/entia rõis sunt in pñto/& si non sunt in pñto:nec entia rõis sunt in prædicamento:sunt igitur ordinanda ueluti cõceptus ipsi obiectiui. Istę pões sunt rectę:& cõsecuntur eaꝝ fundaméta:peccant uero in primis fundamentis ut uisum est:propterea de his satis. Secunda põ. Tertia positio. Quales pões.

¶Caput dilucidationis quartum.

Dilucidatio leuis est:& patet ex his:quæ in titulo diximus:entia.n.rõnis: cũ sint res secũdo itellectæ:& noĩa entiũ rõis cũ significent res ut secũdo intelligũtur:oportet dicere entia rõis ut sic in nullo esse pñto formaliter: quia ut sic nõ significãt res absolute:sed respectiue:cũ hoc tñ stat illa eẽ in pñto per idẽtitatem/quia uel significant illa quæ sunt in pñto si sumãtur in uoce uel in scripto:uel sunt illa quæ sunt in pñto:si sumantur in re spẽs.n.si sumitur in uoce aut scripto:significant res prædicamẽtarias:nõ quidem certi & determinati pñti. Sed oẽs res oĩum pñtoꝝ/quæ pñt ꝑ nomen spẽi significari:si sumunẽ in re:sũt idem ꝙ res ꝑdicamẽtarię diuersorum pñtoꝝ. Quare pñt dici esse in pñto uel per idemtitatẽ/uel ꝑ significationem:nunq̃ tñ pñt dici eẽ in pñto formaliter ut ipsa sunt. Spẽs enim & genus & cœtera id genus in nullo sunt pñto formaliter:bñ tamẽ sunt idem his/quæ sunt in prędicamentis:uel significant res prædicamentoꝝ. Hæc de dilucidatione satis.

¶Caput solutionum quintum.

His dilucidatis Ioannes ad primũ concedit posse eẽ ꝓcessum in infinitũ in accidẽtaliter ordinatis/sed ineẽtialiter ordinatis negandũ est:secũdũ tñ nr̃am dilucidationem cõcedo ad qđ deducit rõ:nõ.n.entia rõis sunt in pñto uno & certo:sed mõ quo diximus. Ad secundam dico ꝙ ens rõis est substãtia uel accidẽs per significationẽ/uel per idẽtitatem:& hoc sufficit dilucidationi. Ad tertiã dico ꝙ famosũ est nihil eẽ in pñto formaliter nisi ens reale:tñ pñt esse in pñto entia rõis ꝑ signĩoẽm uel ꝑ idẽtitatẽ:& sic ad rõem in cõtrariũ patet solõ:cõcludit.n.entia rõis non eẽ in pñto uno certo/& limitato. Hęc de ultĩa disputatiõe/deq; toto sexto sufficiant.

Finis sexti libri.

EIVSDEM AVGVSTINI NIPHI DI LVCIDARII METAPHYCARVM DISPVTATIONVM LIBER SEPTIMVS AD ENDEM MAGNANIMVM COMITEM ANDREAM CARAPHAM.

Præfatio.

Et de modo quo considerationes in hac scientia aguntur hactenus: nūc res agreditur q̄s considerare intendit in hac scientia in quibus accutissimas disputationes statuimus/ quas ut cœteras tibi recognoscēdas scribimus: quęso igit ut accurate legas nam si tibi uidebuntur neminem dubitabūt. Vale.

¶Prima disputatio est si inherentia est de essentia accidentis.

¶Caput primum dubitationum.

Quod inherentia non sit de essentia accidentis arguitur primo quia non est idem concessum & quęsitum: modo essentia accidentis est concessum q̄a pręcognoscitur: cū sit definitio: quę medium est in demōstratione illius: medium autem semper ante demonstrationem cognoscitur: at inherētia accidentis proprii ad subiectum demonstrat: igitur inherentia nec est essentia/nec de essentia. Secundo si sic: tunc dicendo accidēs inherens eēt nugatio: tenet argumentum: quia addere aliquid alicui: quod est de illius essentia est nugatio. In contrarium arguitur quia si inherentia non esset de essentia accidentis: esset substantia uel accidens: nō substantia ut patet nec accidens: quia tunc inhereret accidenti: & sic esset ꝓcessus in infinitū. Secundo Boetius dicit accidentis esse proprium & essentiale inherere: & sic questio est ambigua pro utraq; parte.

¶Caput tituli secundum.

Circa titulum debes scire q̄ sunt qui faciūt differentiam inter iesse & in-

herere:dicentes ipsum inesse competere formis substantialibus:quæ materiæ insunt:ipsum uero inherere competere accidentibus. Sed hæc differentia non est peripatetica. Boetius enim in prędicamentis ait dici de conuenire substantiis:esse in cōuenire accidentibus. Præterea secundo de anima. Auerroes uult ꝙ tam formæ substātiales/q̄ accidētia subiecto insint: licet differenter: Propterea aliter oportet dicere ꝙ uidelicet īherere est alicui inesse:cum quo non facit unum per se:aut clarius īherere est unio aliquorum ad aliqua ex qua non resultat unum per se: & sic tam formæ/q̄ accidentia insunt:uerum accidentia insunt inherenter hoc est secundum quid:formæ uero insunt simpliciter. Vlterius secundo debes scire ꝙ accidens potest sumi pro intentione/& pro re subiecta intentioni:pro intentione idem est ens rationis apud exteros:pro re uero subiecta intētioni diuiditur per nouem prædicamenta/ut in quantum/quale/& id genus: & dixi notanter pro intentione esse ens rationis:quia sic uolunt in uniuersalibus Porphyrii:licet hic uelint illam esse idem ꝙ inherentia. Vlterius tertio debes scire ꝙ inherentia ab exteris solet distingui:quoniam alia est actualis/alia aptitudinalis:inherentia actualis est unio aliquorum ineē existentiæ & singulari. Inherentia uero aptitudinalis est ipsoꝝ unibilium in potentia/& nō in actu:uel sub aliis uerbis inherentia aptitudinalis est ipsa accidentis dependentia/siue ipsius accidentis essentialis ordo secundū suam quiditatem ad subiectum secundum suam quiditatem:dico secundum eorum quiditates:quia hæc inherentia abstrahit abesse existentiæ. non autem abesse essentię. Immo hęc supponit ipsum esse essentiæ:& ꝓpterea est unio accidentis cū subiecto non secundum esse existentiæ/sed secundum esse essentiæ:hinc dant differentias:prima est quia actualis inherentia circunscribitur a demōe:quia demō abstrait ab existentia/& ab his quę rem consecuntur ut illa existit:alioquin non esset necessariorum: Secunda uero inherentia aptitudinalis non circunscribitur a demōe. Ex hac sequitur secunda differentia ꝙ actualis nō semper accidenti inest:at aptitudinalis semper inest:nam prima aut est existentia aut conditio propriæ existentię:modo non est de ratione accidentis semper inexistere alteri:sufficit enim ꝙ possit inesse. Sed hęc distinctio non est peripatetica:secundum enim peripateticos omnis inherentia est actualis:nam secūdum ipsos non magis inesse comperatur formis/q̄ inherere accidentibus:sed non sunt formæ nisi insint:igitur nō sūt accidentia nisi inhereant: Præterea q̄ essentiale est per se esse substantiæ:tam essentiale est alteri inherere accidenti:sed nō est substantia:quin per se sit:igitur non est accidens:qn alteri inhereat:multas alias rationes addemus: Propterea secundum peripateticos omnis inherentia est actualis:uerum iuxta nonnullos peripateticos/oportet dicere ꝙ hęc inherentia actualis est duplex secundum esse

Cōmento. iiii.

Confutatio.

Quæ secūdum peripateticos.

essentiæ:& secundum esse existentię. Prima quidem est unio aliquorum secundum esse essentię tantum:eo modo quo imaginamur albedinem secundum suam naturam & essentiam uniri substantiæ: ut enim in substantiis compositis concipimus formam secũdum sui naturam uniri materiæ acceptę secundum esse essentię sic ꝙ ex tali unione resultat quoddã compositum abstrahens ab omni singularitate/& existentia/quoddam modo cõmune/sic concipere possimus albedinem secũdum sui naturam uniri substantiæ ex cuius unione resultat quoddam cõmune compositũ secundum quid abstrahens ab hoc & ab illo composito secundum quid: hoc patet quia compositio & unio proportionari debẽt principiis unibilibus:quare ut potest ex materia & forma abstractis ab existentia & singularitate cõcipi unum cõmune compositum:quod nec est hoc:nec illud:sic potest ex albedine/& substantia concipi unum actuale compositũ secundum quid/quod non secundum esse existentiæ/sed secundum esse essentiæ erit cõe abstrahens ab hoc & ab illo.Secunda uero inherentia actualis quæ est secundum esse existentie/est singularium non abstrahentium ab existentia:hę differunt quia demonstratio non abstrahit a prima:at a secunda bene abstrahit:ꝙ demonstratio non abstrahat a prima/declarat quia Aristoteles & Auerroes in littera ut cõmento·iii. demõstrat accidẽs

Cõmẽto· xxxix esse inseparabile a substantia:amplius & primo physicoꝝ demonstrãt ꝙ intellectus quærens separationem passionum a subiectis quærit impossi-

Quæ auerroes. bile·Sed debes scire ꝙ hęc distinctio nõ est auerroica:quia secundũ Auerroem non datur compositum cõmune nec secũdum quid nec simpliciter: ut primo huius disputauimus: & si non datur tale cõmune & uniuersale compositum non possumus concipere talem unionẽ accidentis & subiecti secundum esse essentię/sicut nec concipimus unionem cõmunẽ formę/& materię secundum esse essentię:causa autem est quia uniuersalibus secundum Auerroem nihil correspondet in re pręter formas: ut homini nihil præter formam hominis:albo etiam nihil pręter albedinem. Est tñ hæc differentia ꝙ compositis uniuersalibus in uoce uel scripto correspõdent conceptiones quædam in mente secundum quas possumus compositum ipsum singulare ratione uniuersali concipere:& secũdum quas singularia cõposita possumus deffinire:& per quas de ipsis possumus quę-

Excerptũ auerroiicum· dam demonstrare/ut dictum est primo huius.Ex his sequitur ꝙ auerroice loquendo omnis inherentia est actualis/& nulla abstrait secũdum naturam ab existentia:licet ipsum inherens possit uniuersaliter concipi:nõ conceptione/cui correspondeat aliquid præter singulare/sed conceptiõe:

Quæ exteri de esse idem essentialiter. cui singulare correspondet/sed non hoc solum:quin aliud:& sic uocat cõceptio uniuersalis·Quarto debes scire ꝙ exteri faciũt differentiã inter eẽ de essentia/& esse idem eẽntialiter:nam quicquid est de essentia alicui9/

est essentialiter idem illi: non autem quicquid est essentialiter idem alicui est de essentia illius: propria enim passio est essentialiter idem subiecto: & tamen non est de illius essentia: propterea uolunt esse de essentia/nihil aliud esse q̄ de conceptu formali & quiditatiuo: at esse essentialiter idem est conuenire in eadem natura existente & singulari: quo fit ut prædicata primi modi sint de essentia eius cuius sunt: prædicata uero secundi modi sunt eadem essentialiter his: quorum sunt. Sed hæc expositio non est peripatetica: non enim uidetur ꝙ aliquid possit esse alicui essentialiter idem: & non esse de illius essentia. Primo quia cuilibet nomini & uerbo proprium correspondet denominatiuum & aduerbium: esse de essentia est uerbum: modo nõ uideo quod denominatiuum possit illi correspondere: nisi essentiale: & nec aliud aduerbium præter essentialiter: ab essentia enim inquit Boetius essentiale/ab esse de essentia eẽ idem essentialiter proficisci debet: igitur quicquid est de essentia alicuius est illi essentiale/& idem illi essentialiter: & econtra quicquid est alicui essentiale/uel idem essentialiter est de illius essentia. Propterea debes scire ꝙ forma/essentia/& quiditas idem sunt apud peripateticos: & maxime apud Auerroem: definitio uero sermo est explicatiuus quiditatis/formæ/& essentie: ut primo huius declarauimus ex opinione Auerrois hic: & propterea esse de essentia & esse de forma/& esse de quiditate alicuius est esse de definitione illius: ut diximus/esse essentiale: esse formale/esse quiditatiuum: est esse definitiuum: esse essentialiter/esse formaliter/esse quiditatiue est esse definitiue secundum peripateticos: quid igitur sit esse de essentia/& esse essentiale apud peripateticos patet: insuper etiam patet passionem non esse essentialem/ nec de essentia nec eandem essentialiter subiecto secũdum peripateticos. Sed subiectum & propria passio forte sunt eadem in subiecto: & differunt ratione siue definitione: hoc enim modo distinctionum utuntur peripatetici: & per hæc apparet confusiones in methaphysica esse multiplicatas ex hominibus: quorum studium fuit in destruendo ueritatem: & non in inueniendo: per hæc enim uerba ficta exterorum fiunt difficultates methaphysicæ: quæ uidentur in comprehensibiles: & tñ in re nihil sunt. Hæc de titulo.

Confutio.

Quæ peripatetici.

Comẽto. xlii. & xliii.

¶Caput secundum positionum.

Ad hanc quæstionem respondent exteri/ & per conclusiones: prima igitur conclusio eorum est ꝙ loquendo de accidente pro re subiecta intentioni: ut sic sit prima conclusio/ꝙ neutra inherentia est de essentia accidentis/ siue sit accidens absolutum / siue respectiuum. Secunda conclusio apud eos est ista ꝙ inherentia aptitudinalis est essentialiter idem accidẽti

Põ scoti in .iiii. sñiaꝝ .d.xii.q.i.

Prima cõclusio

Secunda.

sumpto pro re subiecta intentioni siue sit absolutum siue respectiuum. Tertia sumendo ut prius accidens pro re subiecta intentioni actualis inherentia non est idem essentialiter accidenti absoluto. Quarta conclusio loquendo de accidente ut prius pro re subiecta / inherentia actualis est idem essentiale accidenti respectiuo: hæc dicunt de accidente pro re subiecta: sed de accidente pro intentione nihil expresse habetur: & uidentur ut dixi uarii: nam in uniuersalibus exterorum princeps uoluit accidens sumptum pro intentione esse ens rationis: & ad hunc sensum adaptat definitionem Porphyrii: hic autem dicunt accidens pro intentione sumptũ esse ipsam accidentalitatẽ siue accidentiam / siue inherentiam: & hoc modo uelle uidentur esse rem conceptibilem. Et propterea iuxta ea quæ hic dicunt oportet dicere accidens pro intentione & inherens esse symnonyma / siue multiuoca: & ita potest poni. Quinta conclusio inherentia est symnonymum accidenti sumpto pro intentione / siue pro ratione conceptibili: & tunc iuxta hæc patent quinq; conclusiones: de quibus per ordinem disputandum est. Primam igitur deducunt quantum ad primam partem ꝙ uidelicet aptitudinalis inherentia non sit de essentia accidentis absoluti pro re subiecta sumpti: quia nullus respectus est de essentia absoluti: sed utraq; inherentia est formaliter respectus: aptitudinalis quidem est aptitudinalis respectus / siue ordo: actualis uero actualis respectus siue ordo: igitur neutra esse potest de essentia accidentis absoluti: maior uero est Aristotelis & Auerrois quarto huius cõmento. xxvi. Præterea iuniores ex auctoritate Aristotelis dicta in quarto inferant tale enthymema uidelicet si omnia essent uera: tunc omnia essent ad aliquid: quod habet pro impossibili: quæro igitur quid intelligit Aristotiles per esse ad aliquid / aut identice / aut formaliter: non identice intelligi potest quia non est illud impossibile: igitur formaliter: quare impossibile est absolutum esse formaliter ad aliquid. Sed si aptitudinalis inherentia est de essentia accidentis absoluti: tunc accidens absolutum esset formaliter ad aliquid: quod Aristoteles habet pro impossibili. Secunda pars de accidente respectiuo etiam probatur & supponunt in omni eo quod refertur esse assignare principium referendi, & fundamentum referendi / & quod ipsum refertur: uerbi causa pater per se primo refertur ad filium: pater quidem est: quod refertur: fundamentum siue subiectũ / est niphus / uel Iacobus principiũ siue ratio referendi est paternitas: tunc arguunt si inherentia sit de essentia accidentis respectiui: tunc de paternitatis essentia esset inherentia ad niphum: igitur paternitas illa formaliter refertur: & cum per suppositionem oportet in omni eo quod refertur dare aliquid præter relationem / ipsam qua refertur: oportet ut præter paternitatem detur inherentia qua refertur ad

Quarta:

Quinta.

Rões primę cõ.

niphum:igitur paternitas illa erit præter inherentiam illam qua refertur ad niphum ipsum; & si est præter inherentiam: relinquitur illam inherentiam non esse de essentia paternitatis: & hoc modo habetur intentū: Tertio communiter conclusionem probant: quia si de essentia accidentium est inherentia aptitudinalis: tunc quantum/quale/& id genus non erunt generalissima:deducunt quia inherentia est eiusdem rationis in omnibus illis: igitur potest abstrahi conceptus communis omnibus illis uniuocus inferior quidem conceptu entis: superior uero conceptibus illorum. Sed omnis talis est conceptus generis: & hoc modo habebunt genus superueniens. Præterea arguunt alii si inherentia esset de essentia accidentis: non posset accidens aliquod concipi sine habitudine ad subiectum: tenet consequentia: quia nihil potest essentialiter & per se concipi/sine his quæ sunt de eius essentia: consequens est falsum quia mathematicus concipit & considerat quantitates sine subiecto. Præterea ut dictum est demonstrator anteq̄ demonstret passionem considerat passionem sine subiecto: aliter frustra demonstraret: hæc pro prima conclusione. Secundam conclusionem deducunt iterum/primo quia nulla naturalis aptitudo essentialiter distinguitur ab eo: cuius est: modo inherentia aptitudinalis aptitudo est quædam ut patuit. Secundo nulla passio entitatiua distinguitur essentialiter ab eo quod continetur sub ente: cuius est illa passio: patet quia si non distinguitur passio ab ente in eo quod ens: nec hæc passio ab hoc ente in eo ꝙ hoc ens. Tertiam deducunt per medium catholicum: potest tamen deduci per medium naturale sic: accidens est quod potest in esse & ab esse præter subiecti corruptionem: igitur inherentia actualis non est de essentia accidentis nec idem realiter uel essentialiter illi: aliter non posset nisi in esse. Quartam deducunt primo & supponunt duas esse habitudines in relatiuis ipsis una est esse in: quæ est ipsa inherentia actualis: alia esse ad:quæ est habitudo ad terminum: modo arguunt habitudinem ad subiectum siue fundamentum esse idem realiter siue essentialiter / quia non potest relatio esse sine tali habitudine & propter hoc dicunt habitudinem ad terminū esse de essentia relatiui: ad subiectum uero uel fundamentum esse propriam passionem: causa est quia habitudo ad terminum est prior prima quia si relatio definitur: definitur per habitudinem ad terminum: & non ad fundamentum: ut patet in quinto huius; & in prædicamentis: præterea absolutum & respectiuum diuidunt ens:sed esse ad se est de essentia absoluti: igitur esse ad terminum est de essentia relatiui. Quintam conclusionē de mente eoꝝ facile est declarare nā accidere & inherere idem noīe & re uidentur ut dicunt: amplius accidentia & inherentia idem. Ex hac quinta conclusione sequitur esse duplicem accidentiam/alteram actualem/alte-

Deductio.ii.

Deductio.iii.

ram aptitudinalē: & de accidentia est dicendum apud eos ueluti de inhe-rentia: Hęc est eorum positio. Sed contra hanc positionem arguit Ioannes/ & præsertim contra tertiam primo sic illud quo aliquid formaliter est ens: est de essentia sui sed dependentia ad substantiam est illud quo accidēs est formaliter ens ut dicūt Ari. & Auer. in cōmento .ii. huius q̄ accidentis esse est in esse dicentes quia non est ens / nisi quia entis: modo illa particula quia: uidetur nota causa formalis. Secundo dicitur quarto huius q̄ ens dicitur de substantia & accidente ueluti sanum de sanis. Sed urina est sana per dependētiam ad animal ita q̄ ille ordo ad sanitatem in animali est ratio formalis sanitatis in urina: igitur & in accidente. Tertio si inherentia esset alia ab albedine inherente: tunc talis inherentia inhereret aut per se/ aut aliquo alio: si se ipsa: igitur standum est in prima. Si per aliud: dabitur processus in infinitum. Quarto respectus rei productæ ad productorem ipsum est idem essentialiter rei productæ: igitur respectus accidentis ad subiectum erit idem: deducitur quia respectus accidentis ad subiectum uidetur intimior accidenti: q̄ respectus rei productæ ad producens: quia accidens per subiectum definitur: non autem res producta per ipsum producens. Quinto si inherentia est alia ab accidente ut pote ab albedine: igitur potest esse sine isto respectu dependentiæ ad subiectum: & ita concipi & definiri sine isto respectu: contra philosophum. Sexto & ultimo si inherentia actualis est posterior accidēte: tunc non potest esse nisi illius propria passio: deducitur quia inmediate inest accidenti / modo omne inmediate inherens alicui uidetur esse illius propria passio: & ita oportet fateri actualem inherentiam esse propriam accidentis passionem: & per consequens erit idem realiter & essentialiter accidenti: hæc contra dictam conclusionem. Exteri enituntur soluere rationes hasce: nos uero enitemur replicare: quia positio ut dicemus non est peripatetica. Ad primam soluunt primo q̄ quando Aristoteles ait accidens non est nisi quia entis: illa particula quia redit causam: & potest redere causam formalem / & materialem / & omne genus causæ: & ita in proposito redit causam materialem: est enim sensus accidēs non est ens / nisi quia substantia est subiectum & materia eius. Sed hæc solutio stare non potest primo quia apari dicere possemus substantiales formas nō esse ens / nisi quia entis / deducitur quia causa materialis formarum / est illud ens / quod est materia: igitur formæ non sunt ens / nisi quia entis: tenet consequentia ab inferiori ad superius: secun dum regulā logicā sunt enim ens quia sunt huius entis: igitur nō sunt ens nisi quia entis: hoc autem non dicerent peripatetici. Secundo quia si accidens non est nisi quia entis prout illa particula quia dicit causam materialem: tunc substantia esset materia accidentis: sed secundum Aristo-

Rōes ioānis cō-tra sco. quas facit sco. contra se iiii. sniarū di. xii q. i. & anto. hic.

Solutiōes & replice.

Solō primæ.

Replica

telem habitudo formæ ad materiam est essentialis/& de essentia formæ ut patet secundo physicorum textu & igitur idem quod prius. Contra solutionem ad secundam est replicatum in primo & quarto huius: ideo nunc sufficit. Ad tertiam respondent concedendo inherentiam actualē accidenti ipsi inherere/alio quin albedo non esset formaliter inherens; & cum quæris de secunda inherentia: dicunt ꝙ illa non differt a prima; & propterea est status. Sed hæc solutio est euasio: sit enim albedo inherens; & inherentia qua inheret sit A; & quæro uel A est accidens uel nō: & certum est ꝙ apud eos oportet dicere ipsum A esse accidens: uel igitur inheret uel non: si non inheret: tunc erit contra eos: sit igitur inherentia qua inheret B: tūc arguo uel ipsum B est de essentia ipsius A: uel adhuc est accidens ipsi A: non curo siue actuale/siue aptitudinale. Si accidens/& accidentis definitio est in esse uel actu/uel aptitudine: igitur ipsum B inheret ipsi A: quod negarunt: si dicis ut fortasse credunt/ꝙ ipsum B est de essentia ipsius A; & ꝙ A perse inheret/& per nihil aliud; cum A sit accidens: tunc de essentia alicuius accidentis accepti pro re subiecta esset actualis inherentia: quod superius absolute negarunt: dicētes inherentiam actualem non esse idem essentialiter accidenti: ubi conclusio erat uniuersalis / & ille terminis accidenti secundum logicos stat distributiue. Secundo iis quæ sunt eiusdem generis atq; ratiōis quicquid perse competit uni competit omnibus. Sed albedo & sua inherentia sunt eiusdem rationis in accidente: quia ambæ conueniunt in ratione accidentis: igitur quicquid competit albedini per rationem accidentis: competit ipsi A inherentiæ per naturam accidentis. Sed albedini competit ut inhereat inherentia præter suam ipsius naturam: igitur ipsi A etiā idem competit per naturam accidentis: quare oportet dicere ipsum A inherere inherentia præter sui essentiam. Ad quartam concedunt respectum rei productæ ad deum esse idem realiter cum re producta; & negant habitudinem actualem accidentis ad subiectum esse idem accidenti: Vlterius negant magis debere esse idem illam habitudinem cum accidente: q̄ illum respectum cum re producta: & quando dicitur ꝙ magis deberet esse: quia accidens non potest definiri sine subiecto: igitur respectus ad subiectum est intimior accidenti q̄ respectus creaturæ ad deum: eo quia creatura potest definiri sine deo. Respondent ꝙ accidens definiri per subiectum non est quia respectus accidentis ad subiectum sit accidenti intimior q̄ sit respectus creaturæ ad deum ipsi creaturæ. Sed hoc est quia creatura habet esse magis per se subsistens: & hoc modo uī posse per se terminare actum intellectus sine omni alio; accidens uero cum sit forma subiecto inherens: non uidetur posse quietare per se intellectum / nisi cointelligatur subiectum/cuius est forma; igitur ponitur subiectum

Cōmento .xxvi

Solutio tertiæ.

Confutatio.

Solutio quartę.

in definitione accidentis: non quia ille respectus sit accidenti intimior: sed quia accidens est imperfectius. Sed hæc solutio stare non potest primo definitio explicat esse ut dicit Auerroes in hoc septimo comento.xlii igitur illud quod est intimius definitioni ipsi / est intimius essentiæ ipsi / cuius est illa definitio. Sed habitudo accidentis ipsius ad subiectum ipsum est definitioni ipsi intimior: q̄ sit habitudo creaturæ ad deum: igitur habitudo accidentis ad subiectum erit intimior essentiæ accidentis/q̄ habitudo creaturæ ad deum ipsi creaturæ. Secundo minus dependens ab aliquo in essentia / minus dependet ab illo in cognoscibilitate. Sed per exteros accidens minus dependet a subiecto: quia habitudo ad subiectum non est ita sibi intima: igitur minus in cognoscibilitate ab eodem dependebit. Tertio quæro propter quid accidens habet conceptum imperfectiorem conceptu creaturæ: aut quia sibi aliquid deficit: quod pertinet ad eius essentiam: aut quia sibi deficit aliquid quod consequitur essentiam: aut quia sibi deest aliquid accidentale: non enim audiui a philosophis aliquem conceptum posse esse imperfectum pluribus modis his. Si ponitur q͏̄ accidens habeat conceptum imperfectum: quia sibi deest aliquid quod pertinet ad quiditatem: primo hoc est impossibile: quia per eos habet uerum genus/& ueram differentiam. Secundo si accidenti deest aliquid quod pertinet ad quiditatem: & tale non supletur nisi per habitudinem ad subiectum: igitur habitudo ad subiectum spectat ad eius quiditatem: igitur nihil sibi deest quo ad quiditatem: si uero deest sibi aliquid quod consequitur quiditatem: ridiculum est: quia cui non deest quiditas ei non deest aliquid consequens quiditatem. Si uero quia sibi deest aliquid accidentale: tunc non propter hoc dicitur habere conceptum imperfectum/uel imperfecte definibile.

Replica

Solutio quintæ

Ad quitam dicunt q͏̄ respectus est posterior accidente: & tamen terminus est prior respectu & accidēte: ueluti solent exponere de respectu creaturæ ad deum: q͏̄ res quæ est creatura ipsa prior enim est respectu creatuæ ad deum: & tamen deus est prior respectu illo/& creatura: & concedunt q͏̄ potest intelligi accidens sine tali respectu/non tamen sine termino respectus intelligi potest intellectu quietatiuo. Sed hæc solutio non est intelligibilis: primo/ quia si accidens est prius ipso respectu ad subiectum/& non est prius ipso respectu/nisi quatenus est respectus: & non est respectus/nisi quatenus est ad subiectum: igitur non est prior illo respectu/nisi quatenus est respectus ad subiectum: igitur ex opposito/si accidens non est prius termino respectus: nō erit prior illo respectu ut in illū terminū. Secūdo mirū est q͏̄ accidens habeat oīa essentialia/& quiditatiua sine habitudine ad subiectū: & non possit per se sine sbtō definiri. Ad ultimam dico q͏̄ inherētia actualis est accidēs per accidens accidentis: & qd' nō inmediate

Replica.

inhæret accidenti cuius est/sed mediante propria passione illius. Contra hanc solutionem est replicatum/quia tunc esset processus in infinitum. Hæc de positionibus.

¶Caput quartum dilucidationis.

Pro dilucidatione disputationis primo debes scire q; simpliciter ens est substantia:accidens uero non est ens formaliter/propria & absoluta entitate. Hoc declaratum est primo huius disputatione prima de mente simplicii. Ex hoc sequitur q; ut substantia est simpliciter ens propria & formali entitate:& sic accidens non est nisi propria & essentiali habitudine ab substantiam. Secundo sequitur q; duplex est habitudo alia ad terminum/alia ad subiectũ/substantiam/siue causam: habitudo ad terminũ est tanq̃ ad suum cõsimultaneum:habitudo ad subiectũ siue ad causam/siue ad substantiam est ueluti ad suum prius. Et propterea habitudo in terminum est relatio prædicamentalis:habitudo in subiectũ/uel substãtiam/uel causam esse potest cuiuslibet accidentis. Tunc sit prima cõclusio habitudo actualis accidentis ad subiectũ/siue substantiam est formaliter & essentialiter ipsummet accidens/ut habitudo albi ad substãtiam est ipsamet albedo: & sic potius est eius essentia:q̃ sic dicenda de essentia. Secunda conclusio nullũ accidens potest aut definiri/aut abstrahi a subiecto. Primã conclusionem probo:primo per uerba Auerrois in hoc septimo ubi dicit q; definitio simpliciter non inuenitur nisi in substãtiis: & non accidentibus:quia accidentia sunt composita ex substantia & accidente: hoc autem non dicit: nisi quia uult accidens non esse nisi habitudinem ad substantiã. Præterea & dicit & diximus q; substantia est prior deffinitione cuiuslibet accidentis: quoniam necesse est ut substãtia accipiatur in deffinitione cuiuslibet accidentium: quoniam partes deffinitionis sunt illa per quæ constituuntur res: & quia accidentia constituũtur per substantias: necesse fuit ut acciperentur in deffinitionibus eorum hæc Auerroes:ecce quõmodo ambe conclusiones patent. Tertio Auerroes quarto phisicorum infert q; si prædicamentum quantitatis esset seperatum: tunc quantitas esset substantia seperata: quæ non ualet nisi quia habitudo ad subiectum est ipsummet accidens. Secundo principaliter probatur quia si accidens haberet esse formaliter circunscripta habitudine ad subiectum: tunc ens prædicaretur uniuoce de substantia & accidente: contra ea/quæ diximus primo & quarto huius. Secunda uero conclusio sequitur ex prima: cum enim esse accidentis sit alteri actu inherere. Tunc accidens nec deffiniri nec abstrahi potest a subiecto. Ex his sequitur genus & differentiam:quibus ipsum accidens definitur: nihil aliud dicere præter illam actualem habitudinem:qua accidẽs est ad substãtiam/siue qua est in subiecto:nam pro diuersis ratiõibus:quibus

Prima cõclusio.

Cõmẽto.xiiii.

Cõmẽto.iiii.

Cõmento.lx.

Dubitationes prima. — accidens est in subiecto: sumuntur genus & differentia. Sed contra hanc determinationem sunt non paucæ questiones. Prima quia tunc nullũ accidens posset esse abstractum: & sic non differret albedo & album. Secunda. — Secundo quia nullum accidens esset genus ad aliud: nec differentia: deduco quia genus & species æqualiter sunt ad substantiam & ad subiectum habitudo. Tertia. — Tertio tunc omne accidens esset circũcernens subiectum ut aquilum uel simum: & nullum est abiunctum a subiecto cõtra omnes. Quarta — Quarto tunc subiectum & accidens non facerent unũ per accidens: quia addendo subiectum non additur aliquid extra essentiam accidẽtis. Quinta — Quinto tũc accidens non defineretur per additionem: quia substantia esset de eius eẽntia: hoc est cõtra Aristotelem & Auerroem hic cõmentis. xvii. & . xix. Sexta — Sexto Aristoteles quarto physicorum textu comẽti. lviii. querit si esset spaciũ in quo non esset nisi sonus & color: an tale spacium esset uacuum: respondet quod si tale spacium nullum haberet corpus: & esset receptiuũ corporis esset uacuũ. Hæc Aristoteles: ubi patet quod ipse intelligit sonum & colorẽ sine corpore: igitur de ratione accidentis non est subiectum. Septima — Septimo intellectus potest intelligere albedinem sine A & sine B subiectis: & sic de cœteris: igitur potest intelligi & definiri sine subiecto. Octaua — Octauo uidetur hæc positio contra religionem: ut patet expresse de accidentibus illius diui sacramenti: cui sine dubio debemus assentire. Nona — Nono si ita esset tunc relationi æque intima esset habitudo ad subiectum / & ad fundamentũ sicut ad terminum: quod non uidetur rationale. Decima — Decimo tunc actualis inherentia & aptitudinalis non differrent: aut non esset nisi actualis tantum. Vndecima — Vndecimo tunc nullum accidens esset intensibile uel remissibile: deducitur quia omne accidens est habitudo ad suum subiectũ: modo talis habitudo nõ uidetur posse intendi nec remicti. Duodecima — Duodecimo tunc nullũ esset actiuũ uel passiuũ: quia quinto physicorum dicitur quod relatio non est de principiis actiuis uel passiuis. Quæ exteri de abstractione — Ad primum exteri fingunt triplicem abstractionem ueluti triplex est concretio: aliam quidem naturę a suppositis: aliam accidentis a subiecto: aliam relatiui a fundamento: quia contingit cointelligere naturam cum suppositis: accidens cũ subiecto / & relationẽ cũ fundamento: quare in substantia una est tantum abstractio uidelicet naturę a suppositis ut humanitas: in absolutis accidentibus / duas uidelicet accidentis a subiecto ut albedo: & naturæ a suppositis ut albedineitas: in relatiuis tres a subiecto quidem ut paternitas / a fundamento ut patrinitas / a suppositis ut quiditas patrinitatis: Hæc exteri. Sed hæc solutio est pura fictio. Confutatio — Primo quia ut Themistius & Auerroes dicũt primo physicorum abstrahere est intelligere quoddã prius non intellecto posteriori. Sed omne accidens est posterius subiecto: & oĩs relatio est posterior fundamento: igitur non potest abstrahi accidens absolutum a subiecto / nec relatio

a subiecto & fundamento: sed magis e contra subiectum potest abstrahi ab accidente: & fundamentum a relatione. Secundo subiectum & fundamentum idem sunt: quia fundamentum est subiectũ relationis quasi proximum: igitur in relatiuis una est abstractio a subiecto / & quæ est a fundamento. Propterea dicendum q; tam in substantia / q̃ in accidentibus absolutis / q̃ in relatiuis una tantum est abstractio uidelicet naturæ a suppositis: huius autem causa est: quia accidentia numerãtur principaliter propter subiecta: aut saltem concomitanter secundum exteros: igitur abstrahere accidens a subiectis / est abstrahere ipsum ab indiuiduis: quia p subiectum erat indiuiduũ: quare una tantum est in omnibus accidentibus abstractio: igitur cum abstrahitur accidens ab his uel illis subiectis: tũc abstrahitur a suppositis & aliquo modo a subiectis: non tñ potest abstrahi a subiecto cõmuniter sumpto: quod respicitur ab accidẽte cõiter sumpto unde album est concretum quia concernit hoc album / quod est nix: illud uero est cygnus: adhuc Margaritam: & id gen9: sed quia põt intelligi nõ intellecto cane / nec cygno / nec niue: sed respectu cõmunis subiecti quod est mixtum cõe cani / cygno / niui: & id genus: ideo potest abstrahi a suppositis abstrahendo ab indiuiduis sui subiecti primi & cõis subiectũ primum & cõmune: & hoc pacto differt album & albedo: nam album circũ cernit hoc album quod est canis / uel illud quod cygnus: albedo cõcernit subiectum cõmune quod est mixtum: & hoc ignorãt exteri. Per idem ad secundum dicitur enim accidens indiuiduũ quia concernit certum subiectum & indiuiduũ: dicitur accidens abstractum secundum spẽm: quia cõcernit subiectum secundum spẽm: dicitur accidens genus: quia concernit subiectum secundum genus ut quale est genus omnium qualiũ quia cõcernit substantiam: album spẽs: quia concernit substãtiam mistam: & sic usq; ad indiuidua. Ad tertiam dico q; omne accidẽs quod uis cõcenit subiectum: sed dr̃ aliquod cõcernens per excellentiam: quia concernit certum & constitutum subiectum atq; specificum ut aquilum ipsum nasum: masculum & fœmineum animal & id genus quædam dicũtur abiuncta accidentia: quia nõ specificum concernit subiectum: licet non possint absolui a subiecto ut album: quod licet non magis nasum cernat / q̃ pedem: tñ cõcernit mixtam substantiam: & sic patet differentia inter hæc. Ad quartam uno modo dici potest q; addendo accidenti subiectum primũ a quo nõ potest absolui ut aquilo nasum / & albo mixtum forsan nõ facit agregatum per accidens / sed unum per se: sed addendo subiectum cõmune ut albo hominem / aquilo animal est aggragatũ per accidẽs: uel melius dici potest q; dum additur accidentibus subiectum proprium & primum / fit agregatum per accidens ex parte subiectorum: non autem ex parte accidentium: hoc enim nasus aquilus est agregatum per accidens non

Solutio peripatetica.

Solutio secũdæ

Solutio tertiæ.

Solutio quartæ

ex parte aquili : sed ex parte nasi : qui non limitat sibi aquilum:& hoc fa
Solutio quintæ tis est. Ad quintam dici potest uno modo ꝙ quando accidens definitur per primum subiectum non est eius definitio per additamentũ:sed quando primum subiectum circumloquimur : tunc erit per additamentum : cõmuniter enim prima subiecta ignoramus : uel dicendum ꝙ additamentum potest dupliciter intelligi/uno modo pro eo quod est alterius prædicamenti: & sic omne accidens per additamentum definitur:quia per rem alterius generis : & nulla substantia definitur sic: quia semper per res sui generis ; alio modo additamentũ intelligitur pro eo quod nõ est de essentia : & sic accidens non definitur per additamentum:quando in eius definitione ponitur subiectum primum : nisi quando poneremus subiectũ
Solutio sextæ cõmune: & sic patet solutio. Ad sextam dico ꝙ imaginatur ibi sonum & colorem non intellecto corpore sensili ; ut aere uel aqua/& id genus : nõ autem non intellecta substantia quanta : quæ saltem est subiectum com-
Solõ septimæ mune soni & coloris ; & sic nihil habes bone cucullate. Ad septimã concedo ꝙ potest intelligere albedinẽ sine A & B subiectis & sic de singulis singularibus: nõ tamẽ sine subiecto cõmuni uidelicet substantia : ut di-
Solutio octauę ximus. Ad octauam de religione : bene dico ꝙ Ari. cogitur discordare a theologo ; unde Aristoteles uult actualem habitudinem esse ipsum accidens ; theologus cogitur dicere aptitudinalem inherentiam esse ipsum accidens : & sic negandus est Aeistoteles. Sed qui uolũt Aristotelem sentire cum theologis ; non bene dicunt ; propterea considera/quia funda-
Solutio.ix. menta sunt contraria. Ad nonam dico ꝙ relatiuis una & eadem est habitudo ad subiectum & ad fundamentum ; quia subiectum cum illo fundamento est primum subiectum relationis ut animal potens genuisse:& ulterius dico ꝙ habitudo relationis ad subiectum est prior q̃ habitudo relationis ad terminum ; quia illa sibi competit ut accidens est: habitudo ad terminum sibi competit ut relatiuum : prima non dicitur prædicamentalis : quia competit omnibus accidentibus. Secunda est prædicamentalis quæ uero est intimior. dici potest ut de genere & differentia : nam habi-
Solutio.x. tudo ad subiectum est ut genus : illa in terminum est ut differentia. Ad decimam secũdũ peripateticos oĩs inherentia est actualis respectu primi subiecti:& nulla ẽ aptitudinalis:actualis dico aut actualitate eẽntie aut actualitate subsistentiæ ; secundum theologos quædam est actualis/
Solutio.xi. quædam aptitudinalis. Ad undecimam concedunt consequens: sed uolunt subiectum secundum accidens intendi uel remicti: uel potest dici ꝙ accidens intenditur & remictitur: & conceditur ꝙ habitudo ad subiectũ potest intendi uel remicti : nõ autem habitudo in terminum ; quæ est re
Solutio.xii. latio. Ad duodecimam eodem modo : ꝙ nullum accidens est actiuũ uel passiuum ; sed subiectum propter accidens;uel concedo habitudinem ad

subiectum esse de principiis actiuis: non autem relationem: quæ est ha bitudo in terminum: de qua loquitur Aristoteles quinto physicorum. Sed adhuc occurres quia si albedo abstrahit ab hoc uel illo corpe misto: non autem a misto uniuersali: tunc daretur mistum uniuersale & cōpo/positum uniuersale: contra Auerroem. Replica. Dico ꝙ apud alios non est hoc impossibile; quia concedunt esse compositum uniuersale: & mistū uni uersale: apud Auerroem est dicendū ꝙ mistum a quo albedo non abstra hit est singulare: non tamen discrete tentum; sed confuse; oportet enim omnino qui ipsam albedinem intelligit aliquod mistum intelligere: quia uel parietem: uel lignum uel aliquod id genus: abstrahit tamen a subie cto: quia nec hoc oportet eum considerare si albedinem considerat: nec illud discrete: nec aliquod tale discrete. Hæc ad mentē Auerrois. Solutio Quærūt nonnulli nunquid demō abstrahat a singularibus existentibus. Si enim non abstrahit: tunc oīs inherentia actualis includit existentiā. Si abstrā/hit tunc pōt dari inherentia actualis actualitate eētiæ ut dictum est: & propterea mouetur hæc dubitatio. Dubitatio obi/ter an demō ab strahit ab exi/stētia Ioannes tenet ꝙ nō quia ut dicit lico niensis nō pōt sciri aliqua species: quin actu sit in indiuiduis: modo indiui duum includit existentiā. Pō ioannis. Exteri iuniores credūt monstrare contra Ioā/nem & probant ꝙ demonstaatio oīo abstrahit a singularibus primo de monstratio nō est singularium ut dr̄ in hoc septimo textu: & primo po steriorum: igitur abstrahit ab existentibus. Pō exterorū Secundo demō est passio/nis de subiecto & oīs passio fluit a principiis essentialibus subiecti/nul/lis singularibus consideratis: igitur abstrahit ab existentibus. Cōmento.liii. Tertio de monstratio abstrahit a cōtingentia/igitur ab existentia: quæ est radix cō tingentiæ: & propterea absolute contra Ioannē uolunt oēm demonstra/tionem abstrahere ab existentibus/existentiaqꝫ ipsa. Sed contra primo quia naturalis phūs demonstrat dentes anteriores esse acutos per hoc qa melius diuidunt cibum: & constat hoc esse contingens plerūqꝫ. Confutatio: Sed cō tingens non abstrahit ab existentia per eos igr̄ demonstratio nō abstra/hit ab existentia. Præterea dr̄ primo priorum ꝙ demonstrationes natu rales uersantur circa contingens prelūqꝫ: mathematicæ circa simpliciter necessarium: igitur non abstrahunt ab existētia. Tertio demonstratio non abstrahit ab his quæ sunt per se: igitur nec ab his quæ sunt de omni igitur nō a singularibus/quia de omni esse est qn̄ nihil subiecti est sume re de quo non prædicatur prædicatū: & sic non abstrahit a singularibus. Quarto demō non abstrahit ab uniuersalibus/sed uniuersale est unū de pluribus & in pluribus: igitur non abstrahit a singularibus. Potest igr̄ dici ꝙ demonstrationē abstrahere a singularibus/siue existentibus intel ligi solet bifariam: aut intentione prima; & sic intētione prima abstra hit a singularibus; quoniā intentione prima non considerat illa: nec qd̄ Solō uera.

demonstrat de illis demonstrat intentione prima: & potest intelligi intẽtentione secunda: & hoc pacto considerat demonstrator singularia: quia intentione prima considerando uniuersalia: & demonstrando de illis intentione prima id quod quæritur: intentione secunda considerat singularia/& existentia; & hoc pacto possent hæ duę positiones concordari. Hæc de dilucidatione.

¶Caput quintum solutionum.

His uisis: ad rationes in oppositum factas respondetur: ad primam dico ꝙ concessum est passionem alicui subiecto confuse sumpto inherere: imo esse inherentiam alicuius subiecti confuse sumpti: quæsitum autem est si inheret huic uel illi. Verbi causa concessum est habere tres esse alicuius figuræ: quæsitum est; si triangulo insit. Ad secundã dico ꝙ sicut non est nugatio dicere albedinem esse accidens: sic non est nugatio dicere albedinem inherere. Primum quidem non est nugatio quia non explicatur subiectum cui inheret: & sic nec secundum. Preterea dum dico hõ est animal non est nugatio: & tamen in hoĩe intelligitur animal: quia aĩal est uniuersalius hoĩe: sic dũ dico albedo inheret nõ est nugatio/quia inherens est uniuersalius albo/siue albedine: tunc ulterius ad rationes exterorum & aliorum factas tertio capitulo pro eorũ positionibus: ad primam: concedo nullum respectum ad terminũ esse de essentia/ uel essentiam absoluti: at respectus ad subiectum est aut de essentia/aut essentia absoluti accidentis: immo dico ꝙ nihil nisi deus est simpliciter absolutũ: quia omne citra deum est respectiuũ uel ad terminũ: uel ad causam: uel ad subiectum: uel ad fundamentum. Ad secundam dico ꝙ Aristoteles infert omnia esse ad aliquid relatione ad terminum: ut patet legẽtibus uerba eius: non aũt relatione ad subiectũ uel causam; quia ab omni respectu solus deus est absolutus. Ad tertiã dico ꝙ albũ est quod refertur ad subiectum: albedo est habitudo: qua albũ ad subiectũ refertur: & similiter dici põt in relationibus uel forte solum in relatiuis ad terminum oẽ quod est ad aliquid: est aliquid præter relationẽ: non aũt in aliis. Ad quartam negatur consequẽtia: quia habitudo non est unius rationis: cum.n. habitudo sit ad sbtũm: & subiecta non sint unius rationis: hac ratiõe nihil est cõmune uniuocum & genus ad.ix. prædicamẽta: unde si ratio eorũ ualeret; ens finitũ esset genus ad.x. prædicamenta: quia est minus ente: & uniuocum: igitur genus: & sic dico ꝙ illa habitudo ad subiectum est alterius rationis in quãto: & quali/& in cœteris: nam quantũ est ad substãtiam ut in materia: quale est ad substãtiam ut habet formã: & sic in cæteris id genus põt considerari differentia. Ad quintam dico ꝙ mathematicus nõ abstrahit a substantia: quia non potest considerare lineam: nisi in aliqua substantia/aut ligno/aut puluere/aut in aliquo tali; abstrahit tñ

Nota de abstractione mathematica.

a materia sensili: quia potest lineam considerare non in misto / nec in elemento: quia eam considerat in coelo: non tamen abstrahit a substantia: quia necessario oē quod cōsiderat / in aliquo s btō cōsiderat saltē cōfuse sūpto. Ad rōnē de passione: patuit solutio. Hæc de disputatiōe prima.

¶ Secunda disputatio est: si substantia sit tempore prior accidente.

¶ Caput obiectionum primum.

Quod non / solet argui: primo quia nulla substantia prior est motu coeli: quia æterno nihil est prius. Secundo quia tunc substātia esset tpe prior ipso tēpore: quod est ridiculum. Tertio tunc nullū accidens esset proprium: tenet argumentum quia nullum subiectum tempore præcedit accidens suū propriū: in oppositū est Ari. in textu: & Auer. cōmēto iiii. Rōnes antonii. Ratio io.

¶ Caput tituli secundum.

Substantia multifariā ab Aristotele inuenitur sumpta: in prædicamentis enim prædicamentariam substantiā diuidens: dixit substātiam esse bifariam: primā quidem: quæ proprie principaliter / & maxime substat: ut Socrates & Plato: & quæ cum in subiecto nullo sit de primis dī substantiis ut hō & animal: in libro de anima & in hoc septimo substantiam diuisit in materiam / formam / & compositū: sed breuibus ussia græcæ hic auditur ut distinguitur contra accidēs: & sic pro ea re: quę nec apta nata est alteri inherere / nec actu alicui inheret. Nā ens hic diuisum in substātiam & accidens uisus est primo diuidere. Quid uero sit accidens: disputatiōe patuit proxima: prius uero tpe sumitur hic ut in libro quarto physicorum: pro eo quod est in aliquo tpe: in quo non est aliud; quōmodo pater est prius tempore filio: quia aliquādo fuit pater: qñ non fuit filius in prædicamentis enim describens prius tpe hoc pacto sumptum inquit prius tempore est quo aliquid antiquius & uetustius alio dici solet quia nanq; plus est tpis / antiquius atq; uetustius dicitur Quinto uero huius capite de priori dixit ꝙ priora tempore sunt aut quia remotiora sunt a puncto præsentis tpis: ut troianum bellū prius tempore est persico bello: aut quia de futuris puncto p̄senti sunt propinquiora ueluti iouii ludi priores sunt ludis apollinis. Hoc. n. pacto ubiq; Ari. priora tpe describit: priora uero natura aliqñ describuntur ut quinto huius describit dicens priora natura eē quecunq; possunt sepatim / esse sine aliis: & alia nō sine ipsis quo pacto uniuersalius est prius nā minus uniuersali: aliqñ ꝑ his quæ sūt priora cāitate ut scdo phisicoꝝ sumit & in li. de s bā orbis. Quo pacto s btūm dicit eē prius: his quę sibi accidūt. Hæc de titulo.

Caput positionum tertium.

Reductio positionū in duas.

Pō auerrois Cōmento.iiii.

Replicę exteri.

Aliqui de disputatione tenent q̄ substantia sit prior tépore accidentibus: & hoc sumendo prius tpe ut in titulo est dictum. Alii prius tépore æqui uocant/sumentes prius tépore pro priori secundum seperationem. Primi tripartiti sunt: nam Auer. uult ꝑpositionē Ari. esse uerā de accidētibus generabilibus sed quoniā accidens generabile est duplex inseperabile & sepabile dicit q̄ sbstā cōposita est prior tpe accidēte sepabili de accidēte in seperabili dicit q̄ substātia cōposita est prior rōne materiæ. Cōtra hoc exteri arguunt primo quia Aristoteles probat in litera substantiam esse priorem tum quia prædicatur in quid: accidens uero in quale: tum quia substantia est ens simpliciter/accidens ens quia entis: modo hæc nō sunt uera de materia: nam nec materia prædicatur in quid: sed in quale secundum Aueroem: nec accidentia sunt entia quia sint materiæ. Secundo de eodem probat primitatem téporis cognitionis & definitionis: modo materia nō præcedit accidentia cognitione & definitione. Tertio aut hoc est uerum de materia secundum se: aut de materia sub forma: non de materia secundum se: quia illa non cadit sub tempore: si sub forma: tūc illa

Defensio ioan.

esset substantia composita. Quarto saltem de accidentibus cœli hoc stare non potest. Ioannes defendit Auerroem ab his & tu lege ipsum: sed potest dici q̄ eadem substantia composita est prior accidente tpe cognitione & definitione: non tñ eadem ratione: est enim substantia composita prior accidente tpe ratione materiæ/intelligendo accidētia propria & corruptibilia: intelligēdo accidentia seperabilia est prior illis ratione formæ. Amplius substantia composita est prior accidentibus cognitione & definitione ratione formæ: igitur in toto testu de substantia eadem loquitur: non autem sub eadem ratione: & sic substantia est prima quia p̄dicatur in quid & quia est ens simpliciter ratione formę: ratione uero materiæ est prior tempore: & sic patet solutio ad primam & secundam: aut forte Aristoteles per illa uerba quia substātia prædicatur in quid: & quia accidentia non sunt entia nisi quia entis: probat substantiam esse principale ens: non prius tpe ut patet. Ad tertiam uero dicitur q̄ ratione materiæ secundum se substantia composita pręcedit accidentia & licet materia secundum se non sit sub tpe: coexistit tempori: ad hunc enim sensum dicit Aristoteles motū cœli tpe præcedere alia omnia/& cœlum præcedere corruptibile tpe: satis enim est ut tempori coexistat sic igitur substantia composita est quæ pręcedit tpe accidentia propria: sed ratione materię. Ad quartam dicit Ioannes Auerroem esse locutum & Ari. in accidētibus corruptibilibus: unde egidius breuiter positionem Auerrois exponit: q̄ ipse uelit uerbum Aristotelis esse uerum de substātiis compositis nam substantiæ compositę pręcedunt tpe ea accidētia/quę sibi adueniūt

post compositionem ea uero quæ simul cum compositione adueniunt: substantia composita præcedit ex parte materiæ. Sed hæc positio Auerrois & Ioannis reuera potest tollerari: tamen habet non nihil difficilis: primo quia dispõnes nouę præcedunt substantiam composita tam secũdum ipsum q̃ secundum Auerroem & manent eadem apud eos: & sunt accidentia seperabilia. Præterea Aristotelis absolute uidetur loqui de oĩbus accidentibus: quia diuiso ente in substantiam & accidens: loquitur de omni accidente contra diuiso ad substantiam: potissimum cum iste liber sit uniuersalissimus: & ꝓpositiones uniuersalissime. Præterea est ex positio extorta: nam Aristotelis nullam fecit de materia mentionem: sed loquitur de substãtia absolute: & sic uidetur hæc expõ difficilis. Propter hæc alii secundi & tertii in idem ueniunt: uolunt enim propositionẽ esse ueram de substantia quatenus substantia: modo sufficit generi esse uerum de una specie: substantia enim est prior tpe quatenus substantia: qa deus est prior tempore accidente: unde secunda positio est ꝙ propositio Aristotelis est uera sensu reduplicatiuo: modo ad talem sufficit uerificatio pro uno: unde hæc est uera oĩs substantia tpe pręcedit accidentia: qa quędam substantia præcedit illa ut substantia ut deus ipse præcedit quatenus substantia. Tertii in idem cadunt: dicunt enim propositionẽ esse ueram per se: falsam per accidens: quia est uera per rationem generis: & falsa per rationem speciei: ut omne animal potest uidere per rationem generis: per rationem speciei falsa est de talpa / ut dictum est quinto huius: unde eadem propositio est uera per se quia ad sensum reduplicatiuũ: ut omne continuum est diuisibile in infinitum: quia ut quantum: est falsa per accidens ratione certi suppositi: quia de igne uel aliquo id genus & sic omnis substantia prior tempore est accidẽtibus ut substãtia: nõ tñ ut hæc uel illa. Contra tamen has obiciunt exteri primo quia non sequitur a substãtia est prior tempore accidente ut deus: igitur B substantia est prior accidente. Secundo quia deus non est in genere. Tertio saltem deus non præcedit ipsum tempus tpe: & sic secunda positio nulla. Cõtra tertiam quia si potest eadem propositio esse uera per se / & falsa per accidens: tũc necessariũ posset aliter se habere. Secũdo unde sit falsa per accidens aut ex parte subiecti: aut ex parte passionis: & non uidetur. Hæ rationes nõ ualent contra hos. Prima quidem non: quia enthymema debet esse sic A substantia uidelicet deus est prior accidente quatenus substantia: igitur B est prior tempore accidente quatenus substantia: & sic nulla est fallatia. Secunda minime quia per esse in genere intelligitur esse inferius: & non proprie. Ad tertiam dicerẽt ꝙ uerbum Aristotelis est uerũ de omnibus accidentibus corruptibilibus. Ad rationem contra tertiã: ad primam dico ꝙ præpositio dicitur eadem dupliciter secundũ materiã

Difficultas põnis auerrois.

Secunda põ.

Replice cõtra primam.

Replice cõtra

Defensio

& secũdum formam/dico q; eadem propõ dici põt uera & falsa quantũ ad identitatem materiæ:non aũt quantum ad identitatem formæ:hoc est quo ad eundem sensum:hęc enim propositio substantia præcedit accidẽs tpe/est uera:& hęc eadem secundum materiam est falsa : non tamen sub eodem sensu·Prima quidem est uera de substantia ut substantia: substantia enim pcedit accidens tpe ut substantia : falsa uero de hac uel illa substantia:quia A substantia non præcedit accidens tpe:nec B substãtia. Ad secundam dico q; est falsa exparte subiecti:non simpliciter/sed ut reseruati in suis inferioribus:& sic possunt tales pões defendi· Verum non sunt ad mentem Ari. quia Aristoteles loquitur de substãtia absolute:non·n· loquitur de substantia ut substantia:uel de propositione per se uel per accidens.

Põ exterorũ·

Exteri propter hæc supponunt tria:primum q; dum Aristoteles ait substantiam priorem esse tpe accidẽte:tempus sumit nõ ut in quarto phisicorum quatenus est passio motus:quia hæc primitas competit substantiæ ut consideratur a methaphysico/igitur substantiæ ut substantia est:modo substantia ut sic abstrahit a motu & tempore est enim tempus mẽsura motus & quietis & eorum dumtaxat quæ sunt sub motu & quiete·Ex hoc sequitur secunda suppositio q; tempus hic sumptum non accipitur pro mensura siue duratione successiua alia a rei ipsius essentia:quia cum talis mensura sit accidens : uerteretur questio de illa si uidelicet substantia præcederet durationem talem tẽpore/uel ne·Sic igitur ex his fieri potest una suppositio q; tempus non accipitur ut in quarto phisicorum:tum quia substantia ut hic consideratur abstrahit a tempore & motu:tum quia uerteretur quæstio de illo tpe· Tertia suppositio est q; prius tempore alio hic:accipitur ut dicitur in litera pro eo quod potest seperatim existere sine alio:& aliud non sine ipso : hoc autem (ut exponũt) est posse habere actualem existentiã atq; priorem & seperabilem ab alia quãtum est ex se : ita ut non sibi repugnet:cum non dependeat ab illo:uel qa non est necessario causa illius : propter duo enim aliquid potest absolui quantum est ex se ab aliquo:& quia non dependet ab illo : & quia non est necessaria causa illius:hac enim ratiõe aliquid nõ potest seperari ab alio: quia uel est illius necessaria causa ; ut sol non potest seperari a luce : quia lucis est necessaria causa:uel quia depẽdet ab illo:ut compositũ non potest apartibus seperari quia dependet ab illis: igitur per oppositum seperari potest aliquid ab aliquo & quia nõ est illius necessaria causa:& quia non dependet ab illo·

Cõclu.exterorũ

Tunc exteri dicunt duo primum q; loquendo de accidentibus seperabilibus substantia est prior accidentibus utroq; modo: & quia non est causa necessaria illorum:& quia quantum est ex se potest existere sine illis & sic substantia illis omnibus prior est natura sumendo prius natura pro seperabilitate·Secundo dicunt q; loquẽdo de accidenti-

bus propriis/& in seperabilibus substãtia est prior illis uno modo quia non dependet ab illis.sed potius econtra illa accidẽtia dependet a substãtia. Hæc exteri intelligunt summendo prius tempore ad sensum secundæ suppositionis:pro eo quod quantũ est ex se potest seperatim esse sine alio & non pro tpe proprie. Sed hæc positio acuta est & pulcra uerum est extorta aliquantulum:dum per esse sine alio:& aliud nõ sine substãtia uult seperabilitatem existẽtiæ:hoc enim ex textu non habetur:nec est necessarium de substantia omni:substantia enim naturalis nec põt propriis sine accidentibus existere:nec sine seperabilibus omnibus prorsus: ut physici textantur. Hac rõe expositio hæc non uidetur textui consona. Confutatio

¶ Caput dilucidationis quartum.

His uisis:nunc dilucidemus mentem Ari. sed primo debes scire ꝙ apud peripateticos esse sine alio sumitur interdum pro existere sine alio: quomodo dicitur quarto phisicorum uinum potest esse sine amphora& hoc pacto illud quod loco & subiecto seperari põt ab alio:dicitur posse esse sine illo. Alio modo pro habere essentiam independentem ab alio:ut dicitur duodecimo methaphysice ꝙ intelligentia põt esse sine orbe; nõ enim potest esse sine orbe:quia ipsa possit existere seperata loco & subiecto ab orbe:sed quia habet essentiam eius absolutã atq; independentẽ ab orbe; hinc sequitur ꝙ prius natura potest sumi dupliciter uno modo pro eo quod est prius seperabilitate:alio modo ꝑ eo quod est prius causalitate; ut in titulo notauimus:illud dicitur prius natura quantum ad seperabilitatem:quod potest existere per se aliis corruptis:illud autem causalitate: quod habet suũ esse independenter ab alio:& illud aliud dependenter ab ipso. Tunc dico primo ꝙ substantia non est prior tempore accidentibus; patet quia esse prius tempore est esse prius in aliqua mensura:ut in titulo notauimus. Secundo dico ꝙ sumendo prius nã pro priori seperabilitate non omnis substantia est prior natura accidẽte:patet quia saltẽ de substãtia naturali propositio esset falsa:quæ nec sine propriis: nec sine cõmunibus accidentibus esse potest. Tertio dico ꝙ sumendo prius natura pro eo quod est causalitate prius:sic omnis substantia est prior natura accidentibus quibusuis:probatur:quia semper substantia essentiam habet absolutam atq; ab illis independentem:sunt qui calumniantur hoc:quia A substantia non est prior causalitate omnibus accidentibus:quia non accidentibus ipsius B & propterea per accidentia tu debes intelligere eius cuius sunt accidentia:omnis enim substantia omnibus suis accidẽtibus causalitate prior est; ad hunc enim sensum loquitur Aristoteles. Animaduersione tamen dignum ꝙ Aristoteles proponit substantiam quadrifariam esse accidentibus priorem ut in græcis & latinis codicibus patet uidelicet Conclusiones

cognitione/definitione/tempore/ & natura:at in prosequendo tria tantum exponit:probat enim illam esse priorem natura/cognitione/& definitione:priorē quidem natura:quia esse pōt sine accidentibus: & accidentia nō sine ipsa:cæteræ prioritates suo loco dicentur:prioritatis autē tpis nihil meminit:propterea uel oportet dicere ipm fuisse mancum: uel ipsū prius tpe non esse hic sumptum in cōmuni usu:ut ipse docuit in prædicamentis:& in quinto huius:ipsum fuisse mancum nō dicerē: & propterea uī mihi ipsum accepisse prius tpe non in cōmuni usu / ut recte exteri hic dixerunt. Sed ut in textu exposuit pro eo quod pōt esse sine accidētibus: & accidentia non sine illo:insuper uī mihi ipsum accepisse esse sine aliis: non pro seperatione/ut exteri sumunt/sed pro habere essentiam indepēdentem/hoc est pro eo quod causalitate est prius:sic enim uerbū Ari. est cōmune oībus:& non est alienum ab usu eius alibi:aīaduerte ꝙ expositio Auerrois fortasse caderet ad sensum quo quis uellet capere prius tēpore secundum cōmunem usum:nam capiendo prius tpe pro priori secundū naturā/non curauit exponere:quia ex textu patet:& sic congregando illud quod Auerrois dixit:cum eo quod nos exposuimus/habetur utrūq; scilicet ꝙ substantia sit prior tempore accidente capiendo prius tempore secundum communem usum:& secundum ꝙ est idem ꝙ prius natura. Hæc de dilucidatione.

¶Caput solutionum quintum.

His uisis:ad rationes patet solutio:prima enim tollitur ꝙ substantia quę est cœlum præcedit motum causalitate: de qua loquimur. Secunda etiā quia substantia quæ est cœlum præcedit tempus causalitate per eandem rationem. Tertia etiam quia subiectum præcedit accidens propriū causalitate. Hæc de disputatione secunda.

¶Tertia disputatio si substantia omnibus accidentibus definitione prior sit.

¶Primum dubitationum caput.

Quod non arguunt:primo quia omne accidens propria habet genus & differētiam:igitur in illius definitione non cadit substantia:& sic substantia non est omnibus accidētibus prior definitione. Secundo nomen accidentis non significat substantiam:igitur in definitione accidentis nō debet poni substantia tenet enthymema/quia ratio quam nomen significat est rei definitio. Tertio si sic tūc erit nugatio dicere nasum simū:si in simi definitione ponatur nasus, patet explicatione nominis. Quarto ac

cidens potest esse sine subiecto : ut patet in eius definitione : est id quod adest : & abest præter subiecti corruptionem : igitur & definiri. Quinto non omnis substantia omni accidente definitione est prior:igitur propositio non est uniuersalis : antecedens declaratur quia ignis substantia non omni accidente definitione est prior : quia non accidente cœli : non enim accidens cœli per ignem definitur. Sexto si indefinitione accidentis caderet substantia:tunc subiectum & accidens non facerent unum per accidens : quia addendo substantiam/non adderetur aliquid extra essentiã accidentis. Septimo intellectus potest intelligere albedinem sine A & sine B subiectis & sic de singulis : igitur potest illam definire sine substantia : in contrarium est Aristoteles in litera ; ubi probat substantiam esse omni accidente priorem.

¶Caput tituli secundum.

Pro tituli expositione animaduertendum q; sicut prius causalitate id dicitur respectu alterius:quod esse potest per se sine illo:& illud non sine ipso: sic prius definitiõe omne illud dicet: quod definiri potest sine aliquo: & illud non sine ipso:ueluti animal prius homine definitiõe dicitur:quia potest animal definiri sine homine : & homo non sine animali:hoc est & homo non potest definiri:quin in eius definitione cadat animal. Ex his sequitur titulus:est enim sensus si in cuiusq; accidentis definitione cadat substantia/siue subiectum. Hæc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

De disputatione herculei ut habetur primo huius sola accidentia cognouerunt:& tunc isti coguntur dicere substantiam non cadere indefinitiõe accidẽtium: pro hac positione potest argui:quia omne quod ponitur in alicuius definitione est illo notius:at substantia non est accidẽte notior: sunt enim nobis primo nota accidentia substãtiis:ut primo posteriorum habetur. Sed hęc positio est cõfutata ab Aristotele primo huius:& ratio eius nulla est : quia tunc nullus effectus posset definiri per suas causas : omnis enim effectus est notior quo ad nos suis causis:ut habetur primo phisicorum:& propterea oportet dicere pro me & ipsis:q; id quod ponitur indefinitione alicuius sit notius nobis uel per se : uel per inuẽtionem: Modo licet causa per se non sit effectu notior:per inuentionem tamẽ potest effici notior in genere notitiæ propter quid : & hoc pacto substantia potest esse notior accidente nõ dico per se:sed per inuentionem/ per quã in genere notitiæ propter quid effici potest notior ipso accidẽte. Ioannes uero concedit substantiam esse accidentibus priorem definitione. Sed addit q; substantia est prior accidentibus definitione de articulata hoc est distincta per partes : quia non potest definiri accidens aliquod nisi in illius definitione cadat substantia dearticulate definita. Sed hæc expo-

Prima põ.
Confutatio.
Põ ioannis:

sitio non placet: quia tunc qui actu definiret aliquod accidens: semper oportet ut actu definite cognosceret substantiam: hoc autem est falsum stat enim me definire simum: & non de articulate atq; definite scire nasum: præterea si sic:oportet ut cum aliquod accidens definiretur:ut omnia cadentia in eius definitione: quæ sunt definibilia definirentur actu:

Pō exterorum. quod non credo. Exteri concedunt accidens definiri non posse quin in illius definitione cadat substantia: uerum dicunt duo primum q̃ indefinitione accidentis non cadat substantia tanq̃ de intellectu illius quiditatiuo. Secundo q̃ cadit in illius definitione substantia tanq̃ de intellectu illius quietatiuo. Primum probant quia si substantia poneretur indefinitione accidentis tanq̃ id quod est de illius essentia: tunc definiendo accidens per substantiam:definitio non esset per aditamentum: quod est con

Cōmento. xvii. & xix. tra Aristotelem & Auerroem hic. Secundum uero deducunt quia forma imperfecta:quæ imperfectum conceptum dicit: non potest quietatiue definiri/nisi ponatur in eius definitione illud:cuius ipsa est forma: sed accidens est forma imperfecta dicens conceptum imperfectum: igitur non potest quietatiue definiri nisi ponatur subiectum: cuius ipsa est forma. Hæc exteri: & licet contra hanc positionem disputatione prima sit

Confutatio confutatum: tamen nunc non est malum eadem melius repetere. Et primo arguo definitio rei est sermo nihil aliud explicans/nisi essentiam rei:

Cōmento. xlii. ut dicit Auerroes hic igitur omnis definitio erit completa: quæ complete explicat essentiam rei: & nihil prætermictit de his: quæ sunt de rei essentia. Sed per exteros accidens habet essentiam completam sine substantia: igitur illa definitio / quæ accidentis essentiam explicabit nihil prætermictens de illis quæ sunt illius essentiæ: erit completa: sed definitio completa quietat semper intellectum: igitur substantia nec de definitione quietatiua/nec quiditatiua erit ipsius accidentis. Secūdo quæro propter quid conceptus accidentis sine substantiæ conceptu sit imperfectus: aut quia sibi aliquid deficit quod pertinet ad eius essentiam:aut quia ipsum ratione habita ad substantiam est imperfectius: non quia sit imperfectius substantia: quia sic solus ipse deus habebit perfectum cocceptum nec quia sibi aliquid deficit: quod ad essentiam eius attinet: quia per eos substantia ipsa non est de essentia accidentis: quare accidens nullo pacto sine conceptu substantiæ habebit imperfectum conceptum. Ex his apparet error exterorum. Hæc nunc de positionibus sufficiant: nam disputatione prima sunt dicta quædam his utilia.

¶Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione primo debes scire q̃ indefinitione accidentis cadere subiectū siue substantiā pōt intelligi dupliciter: uno modo determinate ut lignum uel ignis / uel aliquod id genus. Alio modo confuse ad sensum

quo forticole utuntur q cadat aliqua substantia indefinitione accidentis: nulla tamen substantia in illius definitione cadat. Secundo debes scire q accidentia sunt in duplici genere/quædã sunt propria ut pote quæcunq; certum datum subiectum sibi limitant ut simitas/& aquilinitas/& id genus: quædam cõmunia: non quia subiectum non requirant: Sed quia subiectum determinatum non requirunt: licet requirãt subiectum aliquod confuse ut album, nam licet album nec A/nec B subiectum requirat: tamen requirit subiectum: ut A uel B uel C/uel aliquid idgenus: his suppositis dico primo q si loquimur de propriis accidẽtibus: in illorum definitione cadit substantia: & certa data substantia cadit: patet hoc inductione: nam indefinitione simí cadit substantia: & certa data substantia ut nasus: & etiam de aliis eodem modo. Si uero loquimur de accidentibus cõmunibus/dico secundo q indefinitione illorum cadit aliqua substantia confuse: nulla tamen substãtia determinate cadit: declaratur primo quia omne accidẽs de ratione eius formali ut disputatione prima patuit est alteri inherere: non potest aliquid intelligi alteri inherere/nisi id cui inherere intelligitur confuse uel distincte intelligatur: igitur conclusio. Secundo ut quarto huius determinatum est accidens omne non est ens nisi entitate substantiæ: dicitur enim ens de substantia & ·ix. prædicamentis ut sanum de sanis: igitur non potest definiri sine substantia. Tertio inherentia actualis secundũ peripateticos aut est ipsum accidẽs aut de eius essentia: igitur non potest definiri sine substantia: hæc pauca de dilucidatione: quoniam tota ista materia dependet ex dictis: tum prima disputatione quarti huius: tum prima disputatione septimi præsentis.

¶ Caput solutionum quintum.

His expositis: ad primam dicerem q aliquod habere genus proprium & differentiam propriam potest esse bifariam/aut absoluta: & hoc modo sola substantia hęc habet: aut respectiua: & hoc pacto omnia accidentia habent hæc: & non dico respectiua ad terminum: sed respectiua ad subiectum: Tunc dico q quæ habent genus & differentiam absoluta/possunt perse definiri: quæ uero illa habent respectiua: non possunt definiri sine termino respectus: & hoc modo sunt omnia accidentia. Ad secundum dico q nomen accidentis significat saltem secũdario sbãm/non dico hanc uel illam determinate: sed substantiam: & propterea definiri nõ potest sine substantia. Ad tertiam dico q dicendo nasum simum non est nugatio/sicut nec dicẽdo aĩal hoiem: quia nasus est ut genus simi: qđ per simũ cõtrahitur: sed dicendo simũ nasum: forte esset nugatio. Ad rõnem dico q nõ quotiẽs idẽ explicatur bis est nugatio: qa tunc dicendo aĩal hõ esset nugatio. Sed cũ idẽ explicatur bis necessario secũdum intellectum/

ut dicere gladiũ cultellũ.uel dici põt ꝙ dicendo nasum simũ:est nagatio secũdum quid ex parte simi:non aũt simplicite:rex utriusq; ut in illa animal homo:qua nugatione nihil prohibet ut utamur · Ad quartã dico ꝙ non potest accidens esse sine subiecto: & ad dictum Porphyrii dictũ est ꝙ accidens est quod põt ad esse & ab esse præter subiecti corruptionem: hoc est quod est prædicatum de subiecto nõ conuersim· Ad quitã dico ꝙ argumentum concludit uerũ:sed nõ contra sensum Aristotelis· Ari·enim uult substantiam oĩ accidente esse priorem hoc est accidens nõ posse definiri quin in illius definitione cadat sbã;& sic nihil ad rem· Ad sextã dico ꝙ facere unũ per accidens potest intelligi dupliciter: uel ita ꝙ unũ sit oĩo extra essentiam alterius:& sic non faciunt unum per accidẽs:uel quia sunt res diuersorum prædicamentoꝝ:& hoc pacto substantia & accidens possunt facere unum per accidens/etiam si substantia sit de essentia accidentis · Ad ultimam concedo ãtecedens/& nego consequentiam : ut non ualet non intelligo Socratem nec Platonem : igitur non intelligo hominem : stat enim me intelligere hominem ; & non Socratem / uel Platonem : ad rationes exterorum quære solutionem disputatione prima · Hæc de tertia disputatione·

¶Quarta disputatio si substantia cognitione præcedit accidentia.

Et arguitur quod non:quia quod cadit in sensibus/est prius cognitione eo/quod non cadit in sensibus·Sed accidentia cadunt in sensibus;substãtia autem non:igitur accidentia cognitione præcedunt substantiam· Secundo substantiã non cognoscitur nisi per cognitionem accidentium ut dicitur primo de anima textu & igitur accidentia cognitione præcedunt substantiam·In contrarium est Aristoteles in textu.

Cõmento.xi.

¶Caput tituli secundum·

Quid substantia sit: patuit:animaduerte tamen ꝙ substantiã potest sumi non nunq̃ pro forma/siue quiditate cuiusq; rei:quomodo solemus dicere substantiam hominis esse intellectũ:non nunq̃ pro subiecto cuiusq; accidentis : ad quem sensum concedimus albi substantiam esse corpus · Quid autem sit præcedere alterum cognitione : dicemus in dilucidatione . Hæc de titulo :

¶Caput positionum tertium.

Põ exteroꝝ & ioannis·

De ueritate non est dubium : omnes enim uolunt cum Aristotele substantiam præcedere accidens cognitione : sed de intellectu propositionis est non parua difficultas · Exteri/quos Ioannes imitatur/ distingunt/ nam substantiam ipsam præcedere accidentia cognitione est bifariam :

aut uia originis : aut uia perfectionis : illud dicitur esse prius cognitio ne uia originis ; cuius cognitio nobis primo occurrit : uia uero perfectio nis illud est prius cognitione / cuius cognitio est perfectior : atq; præ stabilior : tunc duas constituunt conclusiones. Prima subã non est pri mum accidentium cognitionẽ primitate gñationis siue originis:ut rõnes in primo capite indicant. Secunda est / sbã est primum omniũ entium co gnitione uia perfectionis:probant sic cognitio eius quod hẽt ꝑprie quod quid est uñ perfectior cognitione illius / quod non hẽt quod quid est. Sed sbã habet quod quid est:accidentia uero nõ igitur cognitio substãtiæ est perfectior. Et licet hæc põ sit uera in se:ad sensum uerboꝝ Ari. nõ facit / nec ad sensum Auerrois / nec expositoris / Ari. enim in textu ꝓbat sbãm ꝑcedere cognitione accidens / per hoc quia perfectius declarat illud cuius est substãtia:q̃ illud idem declaret accidens:& ponit exẽplum Auer. dicẽs nos nõ scire aliquod indiuiduũ substantiæ per aliquod accidẽs:nisi prius sciamus illud accidens quid sit aut quantũ. At patet põem hanc non con uenire uerbis Ari. nec alicuius alterius expositoris : propter hæc alii di cunt Ari. in textu formasse de sbã tres conclusiones indefinitas. Prima est sbã præcedit accidens tpe. Secunda substantia præcedit accidens defi nitione. Tertia sbã præcedit accidens cognitione:& uolunt istas indefini tas esse ueras:non tñ de eadem substantia. Prima est uera de sbã compo sita / respectu quidem accidentiũ / quæ sibi post compositionẽ adueniunt ratione cõpositionis:respectu uero accidentium / quæ sibi aduenĩũt cum compõe / uera est ratione materiæ:igitur prima conclusio uerificatur de substantia composita. Secunda uerificatur de sbã:quæ est subiectum ac cidentium:quæcunq; sit illa. Tertia de quiditate & definitione : quiditas enim substantiæ perfectius explicat id cuius est:q̃ accidens facit:& sic uo lunt textum esse intelligendum. Sed hæc solutio primo peccat:quia facit conclusiones particulares:quæ debent esse uniuersalissime:eo qa in libro uniuersalissimo tradũtur. Secundo peccat:quia adhuc uerba textus per hanc expõem non patent:ut legens literã uidere põt. Tertio peccat qa fa cit sermonẽ Ari. esse æquiuocum : eo quia uoluit Ari. de sbã non secun dum eadem rationem esse locutum. Hæc de positionibus.

Confutatio.

Põ sorticolarũ.

Confutatio.

¶Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione supponendum primo in toto hoc processu Aristotelẽ fuisse locutum semper de substantia uniuersali: declaratur : quia solum de uniuersalibus est scientia. Præterea in scientia uniuersalissima / de uni uersalibus est loquendum ; utrum uero de materia / forma / uel composi to fortasse non est curandum : forsitan enim in toto hoc processu loqui tur de substantia famosa : & hęc est composita: uerum post statim ipse sub distinguit. Secundo quidem suppono ꝙ substantiam uniuersalem

de qua loquitur in toto processu:pcedere accidentia cognitione/bifariam est aut comperando substantiã ad accidens:aut cõperando substantiam & accidens respectu primarum substãtantiarũ:quæ sunt indiuiduæ substantiæ. Et cõperando substantiam esse põt rursus bifariam/ aut ordine perfectionis/aut ordine generationis:ut exteri sub distingunt. Tũc dico q cõperando sbãm & accidens inter se:exteri bene dixerunt:quia substãtia præcedit accidens cognitione ordine pfectionis:non aũt ordine generationis:hæc uero res non ex textu est:quia adhunc sensum Ari. non loquitur:sed hæc est ratio:quia oẽ illud quod aliud præcedit secundũ perfectionem:illud etiã præcedit cognitione ordine perfectionis:modo substãtia est perfectius ens accidente:igitur sbã præcedit accidens cognitione uia perfectionis. Quod uero non uia generationis:dictum est. Secũda uero conclusio pro mente Ari. in textu/& pro mente Auerrois/& pro mẽte expositoris/est q comperando sbãm uniuersalem & accidens ad indiuidua substantiæ/substantia uniuersalis præcedit cognitione accidentia: declarat Ari. hanc/quia illud præcedit accidens cognitione respectu indiuiduæ substantiæ:quod essentialius & formalius/ac perfectius declarat indiuiduam sbãm:sed uniuersalis substantia/& uniuersaliter oẽ uniuersale substantiæ essentialius/formalius & perfectius declarat indiuiduam sbãm:q̃ illam declaret accidẽs:quia ut dicit Auerroes perfectius est scire Socratem quia sit homo, uel aĩal/q̃ scire ipsum quantus uel qualis sit: igitur substantia uniuersalis præcedit cognitiõe ipsum accidẽs respectũ indiuiduæ substãtiæ. Ex his sequitur Ari. nihil aliud uelle dum ait sbãm præcedere accidens cognitione:q̃ q uniuersalia substãtiæ essentialius & formalius declarent indiuidua substantiæ/q̃ illamet declarent accidẽtia. Quem quidem sensum plane Aueroes/& expositor dederunt:exteri uero/& Ioannes/circa uerba parum inspexerunt.

¶Caput solutionum quintum.

Solutiones rationum quasi patent:uerum occurrit dubitatio/si accidens perfectius cognoscatur q̃ substantia. Et uĩ q sic:id enim pfectius cognoscitur ab intellectu:cuius species recipitur in intellectu. Sed accidens est cuius species recipitur in ipso intellectu:non aũt sbã est cuius species recipitur in intellectu:igitur accidẽs perfectius sbã cognoscitur: maior nõ indiget probatione:quia unum quodq cognoscitur per rationem cognoscendi:& ita id perfectius: quod per propriam cognoscendi rationem cognoscitur. Quod uero accidens per propriam cognoscatur speciẽ:nemo dubitat:quia illius phantasma cadit in sensibus interioribus: igitur agẽs intellectus illius speciem abstrahit. Quod autem species substantiæ non recipiatur in intellectu:patet quia eius species nõ cadit in sensu:quia si sic species substantiæ posse: cognosci a sensu:uel sbã per illam speciẽ a sen

Dubitõ si sbã per ppriã spẽm cognoscitur

su cognosceretur. Circa istã dubitationem sunt uariæ solutiones: una est corum/qui uolunt cũ speciebus accidẽtium multiplicari speciem substã tiæ in sensibus omnibus dicunt tñ sensus substantiam per illius speciem nõ sentire/quia nullus sensus est ita altus ut illa specie uti possit ut ratione cognoscendi & repræsentandi/sed cum species deferẽtur ad intellectũ: qui est perfectissima uirtus oĩbus illis utentur ut rationibus repræsentã di & sic tam substantiam/q̃ accidentia poterit intelligere distincte & per proprias earũ species. Huius positiõis uidetur esse Auerrois in libro de anima secundo ubi non tantum uim hanc intellectui tribuit: sed dianoeticæ/siue cogitatiuæ:uult enim ꝙ cum species ille defluxerint ad dianoeticam siue cogitatiam usq;:illa utetur speciebus hisce ut ꝓpriis rationibus cognoscendi:& sic per illas dianoetica poterit illa oĩa distinctis rationibus cognoscere. Verũ si hæc sit Auerrois positio:uel ne/nunc nolo disputare:& tunc iuxta hanc positionem patet ꝙ minor dubitatiõis est falsa quantum ad illius secundam partem:quia substantia ipsa per propriã speciem cognosci potest:& eius species in intellectu recipitur. Sed obiciũt exteri sic/illud quod præsens intellectui per propriam speciem inmutat intellectum:eius absentia cum non mutat intellectum/potest cognosci: patet hoc de uisu:qui cum per propriam speciem inmutatur a lumine:cognoscit lumen qñ est absens ut in libro de anima secundo dicitur: igitur si intellectus potest cognoscere substantiam præsentem per eius propriã speciem/poterit illius absentiam cognoscere:quod nõ est ita:ut in illa sacratissima panis transustantione uidetur. Sed si hæc ratio ualeret probarem ꝙ uisus non cognosceret accidentia ipsius A oui:deducitur per hanc rationem quia absentia A oui non semper cognoscitur a uisu ut patet in his quæ de ouo agunt ioculatores:propterea pro me & ipsis/dici potest ꝙ quando agentia diuersorum effectuum ita sunt similia ut fere in nullo uideatur differentia:ex consimilitudine agentiũ:qui species illas agunt in sensus:cadit deceptio:& creditur speciem ipsius A oui uel substantiæ esse præsentem:eo quia species B oui uel B substantię est pręsens:quæ ab agente oĩo simili genita est:& sic non arguit substantiam non cognosci per propriam speciem/sed intellectum decipi:ueluti sensus decipitur circa multa:quæ per proprias cognoscit species. Nonnulli de mente expositoris crediderunt in intellectum non effici nisi unam speciem accidentis uidelicet eius quod in substantia erat:hæc autem species accidẽtis cum sit genita ab accidente uirtute substantię:simul & semel repræsentare hebet utrunq;/licet ordine quodam ex parte intellectus/primo quidẽ accidẽs: secundo substantiam: cuius illud erat accidens:& sic ab una eademq; speciæ duæ conceptiones fieri possunt/duarum uidelicet rerũ genere diuersarum:huius exemplum pulchrum est/de calore:calor enim ut calor nõ

Prima solõ.

Cõmento.lxiii.

Obiectio exterorum.

Cõfutatio & solutio.

Secunda solõ.

nisi calore generat:ut uero substantiæ cui coniũgitur instrumentum generat substantiam. Sic accidens phantasticum / ut accidens cognitionem accidentis generat:ut instrumentum substantiæ / cui conuigebatur / generat cognitionẽ substantiæ:ambasq; unicam per spẽm. Sed aduersus hanc obiciunt exteri sic / nulla species potest distincte repręsentare illud / quod est ipso perfectius / cuius est species:igitur spẽs accidentis non põt repręsentare substantiam:quę est perfectior accidente:cuius illa est species : cõsequentia patet per se:añcedens uero per exemplum probatur : quia spẽs albi remissi non potest repræsentare album intensum:quia tunc / quicũq; uideret remisse album / uideret intense album. Sed hæc ratio nulla est:maior enim debet sic sumi nulla species põt repræsentare aliquod perfectius eo cuius est species / in cuius uirtute non agit:modo adhũc sensum debet negari minor sub audienda:quia accidens imperfectius substantia agit illam speciem in uirtute substantiæ / & ut instrumentum substantiæ:exemplum eorum non est ad rem:quia albũ remissum non agit in uirtute albi intensi:sicut accidens agit in uirtute substantię. Et si dicas adhuc quia si species accidentis repręsentat substantiam:tunc in sacratissima illa transustantione represẽtaret absentiam substãtiæ:iam dictum est intellectũ decipi propter consimilitudinem agentium uirtute quorum species agitur. Nõnulli autem & de mente expositoris crediderunt substantiam nõ cognosci nisi per discursum ab accidentibus arguendo ab substantiam: ueluti medicus cognoscit morbi speciẽ per discursum a signis sensilibus. Sed contra hoc exteri obiciunt:quia tunc substantia imperfectius accidẽte cognosceretur:quod est contra Aristotelem in textu:& deducitur: quia notitia discursiua est imperfectior cognitiõe simplici. Dici potest pro his concedendo accidens pręcedere substantiam cognitione cõperando substantiam & accidens interse : Sed comperando hæc ambo ad indiuidua substantiæ / substantia uniuersalis præcedit accidens cognitione ut dictũ est:& sic hęc solutio nõ contradicit Aristoteli:iuxta igitͤ has pões ad dubium non uno modo dici potest:secundũ enim primas duas negatur minor:quia secundum primam substantia per propriam speciem cognoscitur. Secundum uero secundam substãtia cognoscitur per speciem cõem substantię & accidentis:secundum tertiam autem / cognitio substãtiæ est imperfectior cognitione accidentis comperando substãtiam ad accidens: Ad tertium autem comperãdo cognitio substãtiæ præcedit. Sed quia hæ solutiones non placent exteris:ideo aliter respondent uolũt enim ꝙ differt aliquod esse perfectius cognoscibile in se & absolute : & perfectius ab intellectu nostro cognoscibile:ueluti de uisili dicitur:est enim sol summe uisile in se:non tamen summe uisile ab oculis nostris. Et sic concedunt accidens esse perfectius a nobis cognoscibile:non autem absolute:substantia

Obiectio exterorum.

Solutio

Tertia solutio.

obiectio exterorum.

Defensio

Solõ exterorũ.

enim ut dicunt est perfectius cognoscibilis in se:& a nobis / sed non pro statu isto:dictum autem Ari. est uerum comperando substantiã ad accidens secundum cognitionem in se:non autem respectu nostri. Quicquid sit de positione Aristotelis hic:uidetur ꝙ hæc solutio non sit peripatetica: Primo quia si substãtia est in se summe cognoscibile:igitur ab intellectu nostro:deducitur quia intellectus ut Aristoteles dicit est oĩa fieri:unde & Auerroes in libro de generatiõe dicit intellectui humano nihil esse ignotum. Secundo cognoscibile est relatio aptitudinalis ad intellectũ nostrũ ueluti cognitum relatiuum actuale ad intellectum nostrum: igitur ut cognitum actuale relatiuum refertur ad intellectum nostrum / ita cognoscibile refertur potentialiter ad intellectum nostrum:ergo sicut nihil est cognitum:quin ab nostro cognoscatur intellectu / sic nihil est cognoscibile quin ab nostro sit aptum cognosci intellectu: igitur nihil est in se cognoscibile quin ab nostro intellectu & respectu nostri intellectus sit tale: cuius contrarium putant. Tertio si substantia est per se cognoscibilis quãtum ipsa est in se cognoscibilis / & non pro statu isto:igitur pro alio statu sed secundum eos alius status est dubius apud Ari. igitur dubium antecedens:& per consequens non est certum substãtiam esse perfectius cognoscibilem. Quod uero dicunt de uisili:nihil est:quia sol quantũ est uisilis tantum ab aliquo uisu uideri potest:nec est plus in se uisilis / q̃ ab aliquo uisu sit uideri aptus:quia licet uisus nocticoracis illum non uideat / quantũ est in se uisilis / oculus aquilæ forte uel alterius uidet ipsum quousq; ille sit uisilis. Ex his ad dubium dico ꝙ comperando substantiam & accidens inter se:accidens præcedit substantiam cognitione / quia prius a nobis cognoscitur / & per illius cognitionem deuenimus in cognitionem substantiæ secundum aliquam dictarum rationum comperando substãtiam & accidens ad tertium ut pote ad indiuidua substantiæ / substantia præcedit accidens cognitione:& sic ad rationes omnes patet solutio. Hęc de quarta disputatione.

Confutatio.

Cõmento xix.

Propria solõ.

¶ Quinta disputatio si forma sit prior materia : ipsoq; cõposito & magis ens utroq;.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod non sit prior composito / primo arguitur quia compositũ est per se:forma per accidens ut pars compositi. Secundo ꝙ non magis ens composito:quia compositum includit quicquid forma:& ultra illã addit materiæ perfectionem. Quod uero non sit magis ens materia : persuadetur: quia materia uidetur pluribus sub stare : igitur est magis substantia ; &

ita magis ens:ultimo q̄ nō sit prior materia:quia ubi forma ipsa esset materia prior:materia non posset esse sine forma:cōtrarium ab omnibus habetur:quia materia continuo eadem numero est sine hac/& sine hac forma:& ita sine forma·Sed contra hoc est textus & cōmentū.vii.

¶Caput tituli·

Pro titulo primo debes scire quod forma apud ueteres cōsueuit aliqñ accipi pro eo omni:quod aliud format/atq̧ perficit/& deducit:ad quē sensum Varro forte dixit deum esse formam mundi:& Auicenna intellectū agentem:qui arabice cholchodea dr̄ esse formam mundi inferioris : deus enim apud Varronē forma mundi dr̄ : non quia mundi sit pars/cōstitutiua:sed quia mundum sua mente format, cōficit/& gubernat: & ita forma a formando:similiter Cholchodea dr̄ forma horum omniū a formando:quia omnia hæc format præbendo his omnibus formas & perfectiones primas·Alio modo dicta est forma : quæ una cum materia compositum constituit:& hac ratione forma ab informando dicta esse: ad quem sensum animæ animalium formæ dicuntur/ut libro de anima patuit:forma uero hoc pacto sumpta appellatur græcæ ειδοσ species/aut idea:nō nunq̄ Μορφη latinæ forma:dicitur quidem forma quia informādo seperat & distinguit:species aūt /quia per ipsam esse habetur & cognitio: non nunq̄ logos dr̄:quæ ideo ratio appellatur quia illius tantū est per se definitio·Materia quæ græce est ὕλη latinæ materia: nō nunq̄ cōsueuit sumi pro subiecto/siue operationis/siue cōtemplationis:quo in sensu dicimus logicæ materiā esse syllogismum:carpentarii autē ligna: aliqñ pro partibus quantitatiuis:ad quem sensum Democritus dixit primā omniū materiam esse corpora athoma:& Ari. secundo physicoꝝ dictiones esse materiam orationis/& literas dictionis:interdum pro ea parte:quæ cum forma ipsum constituit compositū·In proposito materia est accepta hoc tertio modo:& forma secūdo modo·Compositum uero id appello:quod ex his constat:prius in disputatione audimus pro eo quod est prius perfectione:magis uero ens pro eo qđ est principalius ens.Hæc de titulo.

¶Caput positionum tertium·

Pō exterorū

Ad disputationem respondent exteri per conclusiones : prima est forma est prior materia & magis ens:quod quidem prior:patet quia actus simpliciter est potentia prior:potentia uero respectu eiusdem ut ix huius dicetur·Quod uero magis ens/patet : quia forma est materiæ perfectio at materia non est perfectio formæ·Secunda forma est prior composito:tū quia est prior materia/quæ compositum præcedit:tum quia ipsa est cōpositi principium. Tertia forma non est magis ens composito : probant quia compositum includit & formam & ultra uidelicet materiā·Sed pro intellectu Ari· dicunt. Quarto q̄ forma est prior & magis ens cōposito

per independentiam: quia minus dependet: hæc exteri. Sed istæ cõclusio nes non sunt intelligibiles: quia cum in prima dicit formam esse priorẽ materia & magis ens: quæritur quid per priorem uelint: aut perfectiõe/ aut tempore/aut natura/non tempore nec natura: tempore quidem nõ: quia forma & materia simul sunt: nec natura: quia forma & materia ipsa sunt sibi mutuo causæ ut dicitur secundo phisicorum & sic neutra illarũ alteram præcedit causalitate; quare nec natura. Si uero per priorem ipsi uelint secundum perfectionem: tunc idem erit dicere formã esse ipsa materia priorem; ꝙ esse illa magis ens: quod ipsi euitant. Secunda conclusio est æquiuoca: quia dum dicitur formam esse priorem composito: potest in uno sensu esse uera/& in alio falsa: & sic peccant per equiuocationem. Tertia conclusio est falsa: & contra Auerroem hic/& in libro de anima/ & in secundo phisicorum/& probatur supponendo de mente Ari. ꝙ per fectum in tantum sit in quantum potest operari: declaratur hæc in ultimo quarti libri meteororum. Præterea tertio de aía probat Aristoteles intellectum agentem præstabiliorẽ esse intellectu possibili per hoc quia eius operatio & modus operandi excellit opationem & modũ operandi intellectus possibilis ut patet per Auerroem ibi & Themistiũ & oẽs: tũc arguo quicquid operatur in participando forma est forma ipsa imperfectius: patet hæc quia quicquid operatur in participando aliquid: est participatione illius: & sic ipsum est tale participatiue: illud aũt tale per essentiam: & sic est maior clara: sed compositũ operatur participando forma secundum peripateticos oẽs: semper enim extimatur species mouens tertio phisicorum: & omne quod opatur: operatur ut in actu: & sic ratione formæ/& illius participatione: igitur forma est per essentiam perfecta: & cõpositum participando forma: & ita forma perfectior: hæc ratio est efficax omnibus bonis philosophis. Quarta conclusio: quæ ex uerbis eorum colligitur ad mentem Ari. est oío remota a mente Aristotelis quia Aristoteles sumit formam esse materia priorem & magis ens: & postea cõcludit formam esse priorem eo quod est ex utrisq; propter eãdem rationem. Modo ratio qua præcedit materiã est actualitas: igitur per hanc rationem præcedit forma ipsum compositum. Sed per actualitatem forma præcedebat materiam perfectione/& principalitate: igitur per hanc eãdem causam forma præcedet compositum perfectione & principalitate: & sic omnino extra sensum Aristotelis locuntur. Alii fingunt compositum esse perfectius forma pænes accessum ad summũ: qui fit per additionem partis gradualis ad partem gradualem formã uero esse perfectiorem composito per recessum a non gradu: & sic forma erit perfectior cõposito quia minorem includit imperfectionem: compositũ magis perfectum forma: quia maiorem includit perfectionem. Sed hæc positio non

Confutatio
Comento. xxx.
Cõmento. vii.
Comento. vii.
Cõmento. iiii.
Cõmento. xix.
Secunda põ.
Confutatio

conuenit uerbis Aristotelis hic:quia Ari. per eandem ratione dicit forma esse composito perfectiorem:qua dicit formam esse materia perfectiore: modo forma est ipsa materia perfectior utroq; modo : & quia minorem imperfectionem includit q ipsa materia:& quia maiorem perfectionem. Secundo suppono mihi formam esse totum ad materia perfectionale saltem:sicut aurum ad argentum:hoc nemo dubitat:nam forma est perfectior materia:igitur est totum perfectionale materiæ. Tunc arguo si totum est forma perfectior per inclusionem maioris perfectionis : hoc no esset/nisi quia compositum includeret ultra forma actuale materiæ perfectionem. Sed actualis hæc perfectio tota uirtualiter siue perfectionaliter continetur in forma:igitur copositum nulla aliam habet perfectione præter illam/quæ est formæ:& sic compositum non erit forma pfectius per inclusionem maioris perfectionis. Hæc de positionibus.

Caput dilucidationis quartum.

Prima suppo. Pro dilucidatione primo supponamus maiorem perfectione alicuius no attendi nisi pænes perfectionem opationis/saltem occasionaliter : quod addo pp̄ter calculatores/qui sunt in hac re diuersi:na alii pænes accessu ad summum/alii pænes recessum ab imo/alii pænes multitudinem graduum/alii aliter:oes tamen conueniunt formam esse denominanda perfectiorem altera/quæ perfectiorem operatione perficit:uel eandem perfectiori modo:cui supponi assentientes medici dicunt coæqualem temperationem esse perfectiorem qualibet inæquali. Secundo supponamus unu

Secunda. dici posse magis ens altero atq; principalius:quia minus dependet: declaratur quia peripatetici dicunt substantiam esse magis ens accidete/quod

Prima coclusio, non esset/nisi quia substantia minus dependet ab illo. His suppositis: sit prima conclusio/forma est materia prior perfectioe/& magis ens:declaratur/per ordinem:perfectione quide ipsa materia est prior: quia operatio formæ/est perfectior opatione materiæ / & modus operandi formæ perfectior modo operandi materiæ:patet per suppositione primam. Magis aute ens ipsa materia:quia principalius ens eo:quia licet forma dependeat a materia:& materia a forma:modus causandi formæ circa materia per minorem dependentiam habetur : quia forma a materia quasi ueluti a causa sine qua non dependet:at materia a forma depedet simpliciter se-

Comento. xiiii. cudum peripateticos:ut duodecimo metaphysicæ habetur & alibi. Secu-

Secunda, da conclusio pro mente etia Ari. in textu forma est perfectione prior composito & magis ens illo. Prima pars patet:quia licet una eademue sit formæ & compositi operatio:tn̄ forma per essentiam est operandi principiu at compositu participatiue. Sed magis perfectu dr̄ altero aut pænes pfectiorem operationem, aut pænes perfectiorem circa eandem modu operandi:igitur est perfectiori ipso composito. Secuda pars declaratur:quia

minus forma a composito dependet/q̄ compositū a forma ut oēs sciūt: igitur forma est magis ens cōposito/patet quia per suppositionē pænes hoc attenditur magnitudo entis. Hæc de dilucidatione.

¶Caput solutionum quintum.

Tunc ad rationes dici potest q̄ siue forma sit propter compositum/siue cōpositum propter formam/pænes illud non attenditur perfectio rei:ut patuit. Secundo additur/q̄ forma est propter compositū quo ad actum subsistendi:at compositū propter formā quo ad actū essentiæ atq; essendi ut dr̄ secundo de aīa:quia quod proprie est:actus est. Ad secundā dico q̄ siue addat materiam ip̄m cōpositum siue non:non pænes hoc attenditur rei perfectio:sed pænes qualitatem operationis: aut dr̄ q̄ licet cōpositum includat actualē perfectionem materiæ:non pp hoc dicitur absolute ipsa forma perfectior:nam licet hoc agregatum quod est deus & mundus includat actualem perfectionem mundi;quam deus non includit; tamen non dicitur absolute perfectius deo:quia deus illam mūdi perfectionem includit perfectionaliter:& sic est in proposito:hoc enim agregatū quod est materia & forma:licet addat actualē ipsius materiæ pfectionē:: non dicitur absolute forma perfectius:quia perfectio materiæ cōtinetur in forma perfectionaliter. Ad Tertiam dico consequentiam esse nullam; uel concedo cōsequens:quia stat formam:esse materia priorem pfectione uel/ magnitudine entitatis: quæ nō est illa prior tpe: quia nunq̄ fuit forma:quin tunc esset materia:nec econtra materia est aliqn̄: quin tūc sit forma:concederem tantum hac & hac & hac forma esse priorē/& posse materiam esse sine hac/& sine hac/sicq; de singulis diuisiue; non tñ sine forma:quia hoc non intelligitur nisi collectiue:de his tamen alibi. Hæc de quinta disputatione.

¶Sexta disputatio si materia sit ens;

¶Caput dubitationum primum.

Quod mataria non sit ens arguitur primo:quia subiectum generationis non est:ut quinto auscultationis physicæ dr̄. Sed materia subiectū est generationis:igitur non est. Secundo omnis generatio est ex non ente:oīs generatio est ex materia:igitur materia non est ens. Maior patet primo phisicorū:quia si generatio esset ex ente:tunc res esset anteq̄ generaretur Tertio materia non est ens simpliciter:igitur est nō ens:antecedens patet quia tūc esset per se intelligibilis. Quarto illud cuius forma est priuatio nō est ens: sed forma materiæ est priuatio ut dr̄ ab Auerroe secūdo physicæ auscultationis igitur materia non est ens; in cōtrariū est Aristoteles Cōmēto.xv.

in libro physicæ auscultationis:& in libro de generatiõe:probat enim ꝙ materia sit per se principium:itemq; in secũdo huius probat ꝙ est causa per se:& sic sequitur illam esse ens. Hæc de dubitationibus

¶Caput tituli secundum.

Quid sit materia:& quot modis capitur/disputatione proxima patuit. Ens uero ipsum quid sit:& quot modis dicatur:libro præsenti diximus:& quarto huius. Hæc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

Pō arnaldi De disputatione hac uariæ sunt positiones. Arnaldus & quidã alchimicorum dixerũt ꝙ materia, quæ græce est hyla/consueuit sumi apud philosophos non nunq̃ pro materia compositionis:& sic lapides & ligna sunt materiæ compositionis domus:interdum pro materia alterationis: quod est ipsum corrupendum:ueluti lignum est materia alterationis ignis: & panis est materia alterationis sanguinis:& id genus: & iuxta hoc dicunt duo primo quod sumendo materiam pro ipso corrupẽdo:sic materia est ens/non quidem in fine generationis. Sed ante generationẽ ipsam. Secundo dicunt ꝙ sumendo materiam pro materia compositionis:quæ dicitur subiectum:sic in naturalibus nulla est:sed in accidentalibus atq; artificialibus bene est ens.

Rō positionis Pro hac positione argui solet per uerba Ari. primo de gñatione:ubi dr̃ ꝙ generatio differt ab alteratiõe: quia gñatio ẽ trãsmutatio totius in totum/nullo sensili remanẽte:alteratio uero transmutatio est:sed remanente aliquo sensili. Præterea quinto physicæ auscultationis Ari. ponens differentiam inter generationem & motũ/dicit quod illud quod mouetur est:at quod generatur non est. modo quod generatur/nõ est nisi materia ut ubi exponit Auerroes:igitur materia sumpta ꝓ subiecto generationis non est ens/ut primo capite tactum est.

Obiectio exterorum. Sed cõtra exteri obiciunt/quia tunc oĩs generatio esset ex nihilo:deducunt quia in generationis momento nihil ipsius corrupendi remanet/nihil etiam rei generãde præfuit:igitur ex nihilo.

Solutio. Sed hæc ratio nulla est:& respõdeo per eoꝝ solutionem dicendo ꝙ productio siue fieri ex nihilo bifariam est:aut nullo præposito ut subiecto in quo & ex quo:aut nullo præposito ut termino a quo: Modo dico ꝙ non est impossibile immo necessariũ agens naturale agere aliquid ex nihilo/tanq̃ ex subiecto in quo:sed agere ex nihilo tanq̃ ex subiecto & termino/hoc solus deus potest:agens enim naturale semper supponit corrupedum si debeat generare nõ autem subiectũ.

Replicæ. Sed contra replicant/quia per præsentiã corrũpendi actio agentis naturalis potius impeditur:igitur sine præsentia illius cicius/& melius agit. Secũdo generatio non fit nisi per remotionem contrarii:igitur remoto corrũpendo generatio celerior fieret:igitur nõ est necessarium ipsum corrũpẽdum.

Solutio. Sed nec hæ replicæ ualent; ista enim positio supponit generationẽ

omnem esse suapte natura corruptionem/& omnem corruptionem esse generationē:nec potest huius reddi alia causa/nisi qa generatio est generatio/& corruptio est corruptio. Tunc ad rōnes ad primam cōcedo antecedens/& nego consequentiam:quia sine præsentia illius non generaret: quia non pōt generare/nisi corrūpat:eo quia oīs generatio est corruptio & sic licet impediatur:non propter hoc sine illo fieri posset. Et q̄ hæc solutio sit rationalior:patet:quia mobile per resistentiam medii impēditur: & tamen sine medio non potest fieri motus. Et propter hoc dici pōt q̄ sicut duplex est impediens in motu locali:scilicet resistens/& prohibēs: sic duplex potest esse ipsum corrumpendum:aut resistens/aut prohibens:& sic dico q̄ sine corrumpendo prohibente cicius fieret:non tamē fieri pōt sine corrumpendo resistente:per idem. Ad secundā dico q̄ generatio fit per remotionem contrarii prohibitiui:non aūt fieri potest/ nisi cōcurrat resistens:tale autem est ipsum corrumpendum:cuius resistētia est minor potentia actiua generantis:& sic rationes hæ nullæ sunt:hæc de defensione primæ positionis:uerum de rationibus contra ipsam:dicemus in dilucidatione. Plato uero in parmenide syllogismo parmenidis persuasit materiam esse non ens:& arguit sic/quicquid est præter ens/& præter unū: est multitudo & non ens. Sed materia est præter unum:quia præter ipsū deum:qui apud eum ponitur unitas:& præter ens/quia præter decē prædicamenta/quæ tantum sunt ens:igitur materia est nō est/& multitudo uidelicet dualitas:quæ magno puoue designatur. Quare iusta Platonis syllogismum oportet fateri materiam esse non ens. Pythagorici ordināntes rerum series duas fecerunt coordinationes/bonorum quidem/& malorum:& in ordine malorum posuerunt materiam & priuationem. Vnde & Aristoteles dicit q̄ semper machinatur ad maleficium: & sic iuxta hos materia est priuatio & malum. Hi sunt/qui materiam collocarunt sub non ente: naturales uero omnes materiam fecerunt ens/imo ens in actu & aliquod quattuor ælementorum:ut in libro phisicorum:dicitur/ & secundo de generatione:nam alii aerem/alii igem/alii aquam/& idgenus:Auicenna materiam dixit esse ens cum naturalibus & Aristotele/ amplius dixit cum Aristotele illam non esse aliquod quattuor ælementorum: uerum aduersus Aristotelem persuasit materiam esse corpus: corpus dico extra omnia ælementa/& omnia mista: quod ab omnibus illis est seperabile. Sed contra positionem naturalium & contra Auicennam nol oconterere tempus: quia copiose in libris physicorum est contradictum: & nos ibidem/& in libro de generatione. Hæc de positionibus.

Pō pythagoræ.

Pō naturalium

Pō auicennæ.

¶ Caput dilucidationis quartum.

Dilucidatio huius disputationis non est difficilis/quia omnes uolumus materiam esse ens/amplius & ipsam esse ens in potentia. Quod quidem

materia sit ens in potentia: Plato affirmat in Timæo / ubi ipsam uocat pandechen hoc est omni capacem: quia ut dicit est omnium formarũ receptaculum: præterea plotinus in libro de materia expresse materiam ponit inter entia: alcionus Platonicus in libro de doctrina Platonica asserit Platoné non dissensisse ab Aristotele de ipsa materia. Simplicius etiam & Themistius idem dicunt. Aristoteles materiam esse ens in potentia uactus fuit ex transmutatione; cum enim generatio ipsa non recipiatur in corrumpendo / nec in generante: conclusit esse quoddam medium subiectum utriusq; termini: quod ipse hylam apellauit. Vnde uis demonstrationis Aristotelis fuit in duabus propositionibus: quarum prima est q generatio sit motus / uel motui anexa. Secunda q in omni motu oportet intelligere subiectum / ut patet per definitionem motus. Ex his sequitur materiam esse ens subiectum in potentia. Nam ipsum corrumpendũ nõ potest esse subiectum: nec ipsum generans: igitur oportet esse tertium: tu uero lege uiam Aristotelis libro physicorum / nũc enim raptim sat est locum aperuisse. Sed quo nam modo ipsa materia sit ens in potentia: facile potest declarari: ubi animaduertendum est ens in potentia esse bifariam: aut in potentia obiectiua: ut rosa nunc: aut subiectiua ut superficies de albanda: uerum secundum Aristotelem qui non posuit creationé: idem est ens in potẽtia obiectiua / & subiectiua: materia enim ut respicit formam per agens ipsum deducibilem dicitur esse in potentia obiectiua: ut autem respicit agens absolute: ut sic est in potentia subiectiua: qua sit ab agente passiua. Cum enim forma sit obiectum & intentum agentis: materia ut respiciens illam possibilem deduci / dicitur esse in potentia obiectiua. Sed cum respiciat agens per potentiã passiuam: respectu agentis est in potentia subiectiua: materia igitur est ens / & ens in potentia quouis modo intelligendo. Ad hunc sensum iamblicus in libro de setta pythagorica Platonem cum Aristotele conciliat: nam ens apud Platoné potest sumi quémadmodum apud Aristotelem pro omni eo quod cõtra nihil distinguitur & sic materia sub ente continetur / & unitas / & dualitas / & omne quod non est nihil. Alio mõ pro ente diuiso in decem prædicamenta: quod qdé e prima proficiscitur unitate: & hoc pacto materia non est ens. nec ualet materia non est ens prædicamentarium / nec unum: igitur est nihil. Nam cadit sub multitudíe. hãc positioné etiã Aristoteles nõ negat. In quinto enim huius ita inquit per se autem ea dicuntur esse / quæ prædicamenti figuram significant: tot enim ipsum esse significat / quot modis ipsa dicuntur: præterea in hoc septimo ita inquit materiam aũt eam dico / quæ neq; est quid perse ipsam / neq; quantum / neq; aliud quicquã eorũ dr̃ / quibus ipsum ens definitur: ecce quo modo materiam non reponit sub ente prædicamentario; constat aũt apud Aristotelem ipsam nõ esse nihil; quo sit

Quo nã modo materia sit ĩ potentia.

Cõsiliũ pla. & aristo.

Tex. cõmé. xiiii

Tex. cõmé. viii.

ut Aristoteles ita cogatur dicere de ente/ueluti & Plato uidelicet q̧ duplex est ens simpliciter/quod contra nihil distinguitur: & quod in decẽ diuisum est prædicamenta: & hoc modo cogitur ponere materiam non ens:quia non ens prædicamentarium/& ens/quia non nihil: non igitur Plato aliud sentit ab Aristotele/ut recte iamblicus affirmat/& simplicius docet. Sed cum sit determinatum materiam esse ens/& quale natura ens: restaret disputare si materia hebet entitatem aliam a priuatione & forma/simpliciter absolutam/ac independentem/amplius de illius unitate/& alia multa: quæ quia in primo libro physicorum satis copiose disputauimus cõtra exteros:nunc uolumus prætermictere:ne uideamur implere libros inaniter. Hæc de dilucidatione. Lege textu cõmẽti. lviii. de re hac.

¶Caput solutionum quintum.

His expositis/ad rationes ad primam Auerroes ibi soluit q̧ Aristoteles inter motum & generationem hanc uult esse differentiam/q̧ subiectum motus sit ens in actu:subiectum uero generationis non sit in actu: sed solum in potentia. Et si replicares q̧ etiam subiectum:motus sit ens in potentia: quia motus est actus entis in potentia tanq̃ subiecti ut dicitur in definitione motus: dicerem q̧ motus est actus entis in potentia secundũ quid:quia non ad esse simpliciter: at generatio est actus entis in potentia simpliciter: quia materia est in potentia ad esse simpliciter/quod est substantia:uel dicerem q̧ motus est actus entis in potentia/& generatio actus entis in potentia. Sed differt quia motus est actus entis in potentia formaliter concomitanter uero entis in actu:quia licet mobile ut mobile sit in potentia/concomitatur tamen ipsum esse in actu: at generatio est actus entis in potentia & formaliter & concomitanter: quia subiectum generationis non debet esse actu/nec formaliter/nec concomitanter. Ad secundam concedo q̧ materia sit non ens actu:quia generatio est ex non ente actu: tñ cum hoc stat ipsam esse ens in potentia. Ad tertiam concedo materiam non esse ens simpliciter: quod idem est q̧ esse ens in actu: tamen est ens secundum quid/quia in potentia. Ad quartam soliti eramus exponere illum locum:intelligendo per priuationem/formam corporis:tamen dici potest q̧ priuatio est quasi forma materiæ: quia insepe rabilis a materia: nec intelligit aliter ut patet per uerba eius:per hæc ad rationes pro opinione Arnaldi: exteri dicunt generationem esse: mutationem totius in totum categorematice/non autem syncategorematice: quia mutatur totum in totum/non autem quælibet pars in quamlibet partem. Sed hæc solutio/an sit peripatetica: ignoro: propterea tutius dicerem uerba Aristotelis in primo de generatione hæc esse/cum autem totũ transmutatur/nullo sensili manente tanq̃ subiecto eodem:sed ueluti

exstirpe tota sanguis/uel ex aqua/aer/uel ex aere toto aqua:eiusmodi generatio erit/illius uero corruptio:Hæc Aristoteles:ubi patet ipsum uelle generationem esse trasmutationem totius in toto nullo sensili remanẽte tanq̃ subiecto eodem in actu. Modo licet materia maneat:non est sensile idem actu:ut patet per ea quæ dicit;& sic uerba Aristotelis nõ sunt cõtra determinata. Secunda eiusdem ratio soluta est:hæc pauca de entitate materiæ:nam diligentius in libro phisicæ auscultationis rem hanc reperies. Hactenus de sexta disputatione.

¶Septima disputatio si quod quid erat esse sit idem ei:cuius est quod quid erat esse.

¶Primum caput dubitationum.

Quod ipsum quod quid est non sit idem ei/cuius est quod quid est/arguitur/primo quia Aristoteles tertio de aĩa expresse ait esse carnis esse
Cõmento.ix. aliud a carne/& esse magnitudinis esse aliud a magnitudine: ubi Auerroes/& expositor/& Themistius/& Simplicius per carnis eẽ/& magnitudinis esse intelligunt quod quid est. Secundo Aristoteles in hoc septi
Cõmento.xli. mo ait non esse idem ipsum quod quid est/cũ eo cuius est quod quid est ĩ cõceptis cum materia ut patet per Auerroem ibidem. Tertio tũc ipsum quod quid est esset generabile/ueluti id cuius est quod quid est. Quarto si ipsum quod quid est: est idẽ cum eo cuius est: tũc ipsius quod quid
Cõmento.xxi. est esset quod quid est:& sic in infinitum:deducit consequentiam Auerroes huius septimi:uide. Quinto apud Auerroem ut dicemus sola forma
Cõmento.xl. est rei definitio:definitum uero compositum habens formam:ut patet in
Cõmento.ix. hoc septimo/& octauo methaphysicæ. Sed forma differt ab habente formam ueluti pars a toto:igitur quod quid est:& ipsum cuius est quod qd est:non sunt eadem:in oppositum sunt Aristoteles & Auerroes/ cõmento uicesimo/& uicesimo primo. Hæc de dubitationibus.

¶Caput tituli secundum.

Quod quid erat esse/siue quod quid est:quod grecæ est To Tí ηνεἶναι uniuscuiusq; rei propria est illius definitio. Definitio uero græce est horos latinæ finitio siue definitio:dicitur quidem finitio quia in ipsam stat cuiusq; rei definibilis resolutio:dicitur uero quod quid erat esse rei: quæ definitur:pro quãto est illi9 principiũ:quæ cũ ipm definitũ p̃cedat tanq̃ illius principiũ/iure quod quid erat esse dr̃/& per p̃teritũ/ut notaretur ordo prioritatis illius ad definitũ ipsa uero definitio siue ipm quod qd est/pōt interdũ sumi pro enuntiatione definitiua:ut in li. posteriorũ Ari.

enumerauit ipsam inter propositiones in mediatas: & potest sumi pro prædicato conuersim de definito secundum essentiam illius/ut in libro topicorum docet Aristoteles: hic autem audiatur pro prædicato definiti uæ enuntiationis. Hæc de titulo.

¶ Caput positionum tertium.

Quidam de mente expositoris/& de mente Egidii hic supponunt duo: quorum primum est ꝙ ipsum quod quid est substantia est per se dicta se cundum rationē. Secundum ꝙ solæ substantiæ habent quod quid est: primum deducunt ex definitione ipsius quod quid est/hoc pacto prædicata in quid sunt talia per rationē: quod quid est uel est collectū ex pdicatis in quid/uel ipsa pdicata inquid: igitur ipsum quod quid est substātia est per rationem. Secundum declaratur/quia sole substantiæ hn̄t intellectū completum per terminos sui generis: accidentia enim semper dependent ad subiectum: igitur solæ substātiæ hn̄t per se & proprie quod quid est. Ex his tenent tres conclusiones: quarū prima est ꝙ ipsum quod quid est idē est cū eo cuius est quod quid est/patet per philosophū in litera: Secū da in his quæ per accidens dicuntur: quod quid est non est idem cum eo cuius est: patet hæc conclusio per rationem Ioannis quia ea quæ dicūtur per accidens ut hō albus/non habent quod quid est: igitur ipsum quod quid est non est idem illlis: ueluti hyppocentaurus nulli est idem: quia nō est: uel per rationem Aristotelis in textu: si nanq; ipsum quod quid est hominis albi est idem illi per accidens dicto/uel hoc erit idē tam albo q̄ homini/uel albo/& non homini/uel homini & non albo: Non idē utrisq;: quia tunc illa essent eadem inter se: & sic non essent unum per accidens: si uero alteri illorum: quoduis ponatur/non erit idem alteri illorum: & sic non idem illi toti. Tertia conclusio ipsum quod quid est nō est idem singularibus/deducunt: quia singularium nullum est quod quid est/ nisi ratione speciei/igitur nullum esse potest illi idem. Hæc de mente Thomæ/& Egidii cōmuniter tenentur. Sed hiis obiciunt exteri & primo contra primam suppositionem. Secundo contra tertiam couclusionem. Contra suppositionem quidem/primo quia ipsum quod quid est per rationem est. Sed unum quodq; definibile formaliter est suo quod quid est: igitur unum quodq; definibile/erit per rationem: & hoc modo unum quodq; tale per solam considerationem intellectus erit tale. Secundo per uerba Aristotelis/quia ait ꝙ ipsum quod quid est/ dicitur substantia singuli. si igitur quod quid est substantia est secundū rōnem: tunc singulū esset ens rōnis. Tertio prior est rei ad rem identitas secūdū rem q̄ secundū rō nem: igitut hō anteq̄ consideretur ab intellectu est idē suo quod quid est. Quarto arguūt iuniores exteri / & syllogismus est principium demōis est reale definitio siue quod quid est: est principiū demōstrationis: igitur

Positio attributa tho. & egidii

Obiectiones exterorum.

est reale: minor nota est apud omnes: & maior multipliciter declaratur tum quia principiũ demonstrationis est causa scientiæ/quæ est effectus realis: tum secundo quia principiũ demõnis mouet uel saltem primarie terminat actum intellectus: quia ab eo mensuratur actus intelligendi: tũ per alias causas. Cõtra conclusionẽ uero primo quia quod quid est nõ est nisi substantiæ: sed singularia substãtiæ sunt maxĩe substãtiæ: igitur maxime illarum est quod quid est: & sic idẽ illis. Secundo accipio illud quod prima sbã addit speciei: uel facit unũ cũ illa natura speciei per se: uel per accidens/si per accidens/igitur substantiæ primæ non esset per se generatio: quia terminus esset agregatum per accidens. Si autem facit unũ per se cum natura illa specifica: tunc illius cõgregati ex natura specifica & illo addito indiuiduali erit per se definibile: quia per se ens Hęc exteri. Sed quicquid sit de ueritate rei in se: hæc duo in quibus exteri reprehendunt Thomã & Egidiũ: bene ĩtellecta sunt uerissima: nã ut ex uerbis doctissimi Egidii clare habetur illud collectũ quod est quod qd est/ut pote hoc collectum aĩal rationale: quod est quod quid est hominis fieri ab intellectu potest intelligi aut ꝙ intellectus faciat aĩal & ratiõale: aut quod intellectus colligat illa duo & faciat ea partes illius collecti. Primo modo nec Thomas nec Egidius diceret: nullus enĩ ita temere diceret ꝙ si definimus hominem per animal rationale/nos faciamus animal & rationale uel hominem esse animal rationale: nam siue colligamus illa siue nõ/in re sunt animal rationale/& hõ est animal rationale. Secundo modo oẽs dicerẽt: nam nisi nos diuisione & compositione ut docet Ari. illa colligeremus in unum/nunq̃ sciremus illud collectum animal rationale esse ipsius hominis quod quid est: & propterea sapide inquit Egidius aĩal rationale esse partes rationis: non quidẽ ꝙ fiant a ratione absolute: quia in re sunt: Sed a ratione fiunt partes definitiõis & ipsius quod quid est. Ex his sequitur esse paralogisimum sic arguere animal rationale sunt in re: igitur partes ipsius quod quid est nõ fiunt a ratione: quia aĩal rationale ut sunt partes rationis/colliguntur a ratiõe: & fiunt partes ipsius quod quid est a ratione. Albificans enim facit parietem albũ/non tñ parietem. Sic intellectus facit & animal rationale partes ipsius quod quid est/non tñ facit animal rationale secundo sequitur quod collectum illud animal rationale pro re pro qua sumuntur termini illi animal rationale/non fiunt a ratione/ sed ut sunt partes collecti/sunt a ratione. Tunc ad primam dico ꝙ maiorem quod ipsum quod quid est pro re significata non est a ratione / sed bene pro collecto significante: & hoc modo definibile non est ens suo quod quid est sumpto pro ipso collecto significante: sed pro ipso collecto significato: per idem ad uerba Aristotelis. Ad aliã concedo ꝙ prima identitas est rei ad rem: & de illa locuntur Thomas/& Egidius: cum enim dicunt

Defensio.

quod quid est esse idem & cuius est intelligunt ipsum quod quid est pro re significata ut dixi. Et per idē ad ultimā iuniorū/cōcedo enim pricipiū demonstrationis & ipsum quod quid est esse reale pro re significata/pro collecto significante est a ratione. Hæc de primo. Ad rationes cōtra secū dum dico q iniuxte contradicunt: quia fundamentum Thomę & Egidii est q omne indiuiduum substantiæ sit agregatū per accidens: & sic illius non est definitio nisi ratione speciei. Tūc ad primam dico q definitio cō petit substātiæ rōne qua substantia est & uniuersalis: modo primæ substantiæ non sunt maxime uniuersales: uel cōpetit substantię rōe qua sbā per se una: & quia nulla est p se una uerius ipsa specie: ideo soli speciei cō petit primo. Hęc enim est declaratio Ari. in textu. Ad secundā dico q in diuiduum per se generatur: & tñ est agregatum per accidens: quoniā mo tus est unus ratione termini formalis: & non rōne termini totalis: modo licet indiuiduum sit per accidens unum tñ forma eius est perse una: & ratione illius attenditur unitas generationis: & motus per se. Hæc dici pos sunt pro Thoma & Egidio/uerū quia nō dum patet dilucidatio: ideo ad pōem exterorum deueniamus. Exteri præmictunt quatuor distinctiōes: Pō exterorum. Prima est q idem pōt concipi distincte & confuse. Cōfuse quidem conci Prima distictio pitur aliquid cū per nomen significatur: distincte uero cum significatur per definitionem: uel sub aliis uerbis confuse aliquid significatur/ cū per unū significatur nomē: quod totū essentiale significat: distincte uero: cū per plura noīa significantia partes illius totius significati: ueluti illa res quæ est homo: cū significetur per hoc nomen homo: quod totū essentia le hoīs significat: confuse cōcipitur: cum uero illamet res significatur per aīal rationale: quæ significant partes illius: totius/distincte cōcipitur. Ex his sequitur quod definitio quodam modo resoluit mistū in ælementa: ut dicit Auerroes primo physicorum. Secunda distinctio est q sicut for Cōmento. v. ma pōt sumi dupliciter pro forma totius & forma partis/sic materia est Secunda duplex uidelicet totius/& partis: forma quidē partis est ut aīa rōalis: for ma totius hūanitas: materia partis altera pars hoīs: materia totius est hecheitas apud hos: quæ quia corresp̄nt formæ totius, & cōtrahit illā ad eē hoc: dr̄ materia totius: unde quemadmodū ex materia partis & forma cō ficitur compositū quoddā: sic ex forma totius & materia totius cōficitur indiuiduū quiditatiuū. Tertia distinctio est q eorū quæ sunt: quædā sūt Tertia p se quædā p accidēs: per se sunt. x. genera/& oēs spēs illorum/& oīa indiui dua: quæ sunt p se in gn̄e: per accñs sunt quæ includūt res diuersorum gene rū: siue uno/siue pluribus noībus appellātur: noīantur aūt uno noīe/ albū & nigrum: pluribus uero/hō albus/& lapis niger. Quarta distinctio Quart. est q definibilia quædam sunt per se prima ut spēs: quædā p se secunda: ut indiuidua specierum; quæ abstrahunt ab existentia & accidentibus;

quædam per accidens:ut quæ circumcernunt existentiam & accidentia. tunc tenent duas conclusiones prima est in his entibus quæ per se dicuntur siue sint substantiæ siue accidentia idem est quod quid est : & ipsum definibile·Secunda in his entibus quæ per accidens dicuntur siue sint substantiæ|siue accidentia:quod quid est non est idem cũ eo cuius est quod quid est.Primam deducunt per rationes in textu:Primo quidem quia singulum non uidetur aliud ab eius essentia:at definitio est essentia· Secundo quia si non esset idem rei:res nõ esset scibilis: quia semper in illa esset prætermissum aliquid rei. Tertio quia tunc nullum ens esset formaliter ens sua essentia/sine definitiõe:quia semper restaret aliquid/quo illa res esset·Quarto sit B quod quid est ipsius A/uel B includit p̄cise idẽ quod A/uel plus/uel minus:non minus uel plus:quia non esset proprium:igitur idem præcise:Secundam uero probant per hoc quia entia per accidẽs non habent quod quid est;igitur quod quid est in illis nec idẽ nec diuersum:& sic nõ idem.Hæc exteri : Iuniores methaphysici corrigũt exteros in his quattuor distinctiõibus:dicunt enĩ ꝙ prima distinctio est falsa : eo quia potius definitio dicit conceptum confusum:quia dicit conceptũ generis:per quem species confuse concipitur:species uero concipitur distincte in se.Sed in hoc nõ iuxte contradicunt:est·n·hæc distinctio Auerrois primo phisicorum:ubi ait quod definitio resoluit in partes:definitumue ro confundit partes:propterea dico ꝙ duplex est confusio subiectiua/& essentialis:definitum est confusum essentiale:quia totum essentiale reso lubile in partes essentiales:genus est confusum subiectiuũ/quia continet sub se plures partes:& sic species dum resoluitur in partes essentiales distincte concipitur:dum per nomen speciei concipitur:quod significat illud totum/confuse concipitur.Secundo corrigunt exteros in secũda dictione de illa duplici materia· Primo quia fundamẽtum distinctionis est falsum:nam materia & forma non sunt relatiua:cum sint res absolute ut ipsimet exteri fatentur:aliter materia nõ posset esse sine forma:quia esset relatiuum ad formam·Et licet secundo phisicorum dicatur materiam & formam dici ad aliquid & Auerroes dicat ꝙ sunt in capitulo relationis: per relationem intelligit determinationẽ siue habitudinem : ut patet per uerba eius illic:præterea si fundamentum esset uerum : tũc materia diceretur multifariam:nã alia esset materia opposita formæ partis/ alia formæ per se subsistenti/alia opposita quiditati:modo ab Aristotele non inuenimus materiam esse sumptam nisi pro materia partis/uel pro subiecto. Tertio mirabile est ꝙ materia sit proprietas indiuidualis:cum secundum peripateticos p̄ter materiam & formã in indiuiduo nihil est nisi accidens:de quo in quinto huius. Et certe in hoc iuxte reprehendunt : quia apud Auerroem forma partis & forma totius idẽ sunt ut patet septimo

Correptiões exterorum·

Cõmento·v.

Cõmento, xxvi

huius:ubi dicit ꝙ rectum & forma recti idē sunt:sic homo & forma hominis:modo homo est forma hominis / & forma hominis est homo / ut dicemus:reprehendunt præterea illos in tertia distintione:non quantum ad distinctionē / sed quantū ad applicationem:eo quia exteri uolūt albū esse aggregatum per accidens:cum tamen solam qualitatē significat ut dicitur in prædicamentis:& in hoc recte sentiunt quia Auerroes uoluit in quinto huius contra Auicennam ꝙ album solam qualitatem significat: licet supponat pro corpore / albedo uero significat qualitatem:tamen nō potest supponere pro corpore ut dicemus. Reprehendunt ultimo quartā distinctionem & iuxte / non quidem quantum ad membra:sed quo ad applicationem:primo quia indiuiduum abstrahere ab existentia est nō esse indiuiduum apud philosophos:nam abstrahere ab existentia est abstrahere a rōe contigentiæ:& sic est effici uniuersale. Præterea illa abstractio uel est per intellectum uel per aliquem sensuum. Si per intellectuū / igitur est uniuersalis:quia intellectus quicquid abstrahit: abstrahit ab hic & nunc:non per sensum:quia sensus omne quod comprehendit / cōprehēdit ut existens. Hæc ad exteros. Cōmēto. xxxvi Cōmento. xiiii.

¶Capur dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione utemur aliquibus distinctionibus exterorum: & aliter illas applicabimus. Prima igitur distinctio sit ꝙ idem potest concipi confuse:ut cum per nomen significans speciē significatur: & distincte: cum per nomina significantia partes speciei:ut pote genus & differentiam: patuit hæc ex dictis:Secunda distinctio est ꝙ entium:quædam sunt per se: quædam per accidens:per se sunt / quecunq; figuram alicuius decem prædicamentorum significant:ut dicit Aristoteles quinto huius ut homo & animal / in prædicamento substātiæ:album & color in prædicamēto qualis:per accidens uero quecunq; agregant naturas diuersorum generū ut hō albus / & hic homo / & id genus. Tertia distinctio est ꝙ definibilium: quoddam est per se primum: quoddam per se nō primum / quoddā per accidens:definibile per se primo est forma ut significatur per nomen speciei ut homo:& uniuersaliter omnis species:& album / & nigrum in genere qualis:& uniuersaliter omnis forma:quæ per nomē alicuius uniuersalis significatur:per se non primo est compositum habens formam:in genere substantiæ quidem est compositum humanum:in genere qualitatis non dicatur:quia illa composito quæ esset in illis est per accidens: & sic non est unū per se quod ex substantia & accidente fieret:per accidens autem est omne indiuiduum generis substātiæ. Sed occurres primo in quo differt species & compositum specificum ut hō & compositum humanū item non ne differt homo & humanitas:igitur homo est cōpositū. Tertio in quo differt albū / & albedo / & corpus albū:propterea sit. Quarta Distinctio pria Secunda. Tertia. Dubitatio. Solutio.

distinctio q nominũ uniuersaliũ:quæ significant aliquid cõmune:quædam significant cõmunem formam & nec significant indiuidua cõposita nec protenduntur siue supponunt pro indiuiduis compositis:ut albedo & humanitas:nõ enim hoc album est albedo:nec hic homo est humanitas:quædam significant cõmunem formam & non indiuidua composita:bene tamen protenduntur siue supponunt pro indiuiduis compositis:ut homo & album:nam hic homo est homo:& hoc albũ siue hoc corpus album est album:quædam significant non formas cõmunes:sed singularia sub conceptu confuso & supponunt pro illis ut in substãtia animal/corporeum/humanum & id genus:compositum enim humanum nihil significat nisi singularia licet sub quadam confusa ratione intelligẽdi. Ex his sequitur differentia horum : & patet quid sit definibile primũ & per se:est enim definibile primũ & per se species uel uniuersale siue forma ut significatur per nomen speciei cõmunis ut homo/& album/& id genus non autem humanitas uel albedo/nec humanum uel animale : definibile

Suppositio, per se non primo est singulare ut significatur per nomẽ cõmune: Definibile per accidens singulare ut significatur per nomen singulare. Quibus notatis/de mẽte peripateticorũ sit hæc suppositio uidelicet q quod quid est nihil aliud est nisi forma ut per nomina generis & differẽtiæ distincte significatur:patet hæc conclusio per distinctiones:ut dicemus in hoc septimo:nã declarabimus q materia non est pars ipsius quod quid est: sed solum apparens pars proprie enim definitionis siue ipsius quod quid est

Cõmento ·xxx· partes sunt partes formæ ut quinto huius dicitur & propterea forma ipsa uniuersalis quęuis ut per genus & differentiã explicatur:est quod quid

Prima cõclusio est:hæc suppositio pro nunc habeatur:quia postea probabitur· Tunc de mente Auerrois & Aristotelis sint istæ cõclusiones prima definibile per se primo & quod quid est eius idem sunt:& non differunt nisi per diuersum modum cõcipiendi:probatur per suppositionem:quia definibile est ipsa forma ut per nomen speciei uel generis/uel alicuius uniuersalis confuse concipitur definitio est ipsa forma ut per nomen generis & differentiæ distincte ac resolute cognoscitur:igitur definibile per se primo & qđ quid est idem sunt pænitus/& solum differunt secũdum diuersam rationem concipiendi·

Secunda. Secunda conclusio definibile per se nõ primo ut singulare compositum aprehensum confuse sub rõne uniuersalis differt a definitione siue ipso quod quid est ut oompositum hñs formam ab ipsa forma:probatur:quia tale definitum est habens formã : quod quid est uero

Tertia· est forma/ut dictum est:igitur differunt dicto modo · Tertia conclusio definibile per accidens ut compositũ singulare discrete aprehensum differt ab ipso quod quid est ut compositum habens formam a forma & ut agregatum per accidens ab altera parte:patet quia singulare singulariter

sumptum est compositum/ & cōgregans accidentia:igitur utroq; modo differt. Ex his sequitur ꝙ entia per accidens ut homo albus/ & id genus non habent quod quid est:nisi per accidens ratione alterius partis: & per consequens ipsum quod quid est non potest esse idem eis:nisi ratione partis. Sequitur secundo ꝙ in entibus per se ipsum quod quid est & definibile non sunt idem nisi primo modo:ut ex conclusionibus patet:utrum uero materia sit ps ipsius qd' qd est:postea dicetur. Hæc de dilucidatōe. Excerptum primum. Secundum.

¶ Caput solutionum quintum.

His dilucidatis ad primam dico ꝙ Aristoteles per carnem & magnitudinem intelligit compositum:quod est definibile per se non primum:ut patet per Auerroem ibidem:per idem ad secūdam loquitur enim de compositis quæ sunt definibilia per se non primo. Ad tertiam conceditur per accidens ratione indiuiduorum:in quibus est:non autem per se. Ad quartā dico ꝙ sequeretur illud:qñ nec re nec diuerso modo concipiendi differret; & propterea ipsius quod quid est non est rursus aliud quod quid est. Ad quītam patet solutio per dilucidationem:loquitur enim ipse de definibilibus per se non primo. Hæc de septima disputatione.

¶ Octaua disputatio si eadem specie ex semine & ex putri materia prodeant.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod non arguunt primo quia materiæ specie diuersæ arguunt formas specie diuersas. Sed materia seminalis & materia putris differunt specie: igitur & formæ ex his deducte. Secundo quæ casu prodeūt differunt specie ab his quæ per se fiūt. Sed quæ ex putri exoriūtur materia/casu prodeunt:quæ ex semine/sunt per se intenta:igitur differunt specie. Tertio alterationes differūt specie:ut alteratio ad formam ex semine productā: & alteratio ex putri materia:ut patet:igitur termini differūt specie; & sic formæ erunt diuersæ. In contrarium uř philosophus in textu qui dicit eadem fieri ex semine/ & sine semine. Hæc de dubitationibus.

¶ Caput tituli secundum.

Pro titulo debes scire ꝙ ea aīalia dicūtur ex semine oriri:quæcūq; ad sui generationē reqrunt pticulare agēs uniuocū:ut hō & equus/ & id genus: ut duodecimo huius colligitur:quæ uero generātur/ & nō ab agēte uniuoco: hæc dici possunt fieri ex putri materia/uel a casu/ut dicemus: est igitur quæstio si eadem specie animalia possunt fieri ex semine; & ab ipsa putri materia. Hæc pauca de titulo; Cōmento, xiii.

Caput positionum tertium.

Res ista est diligenter disputatata octauo libro phisicorum: ubi rationes
Cōmento.xlvi. Auerrois & opinionem eius explicaui: uerū nunc de hac disputatiōe quędam tangemus ad utilitatem audiētium. Euripedes itaq; poeta tragicus
Pō prima.
anaxagoræ physici auditor: ait in illa mundi confusione: q̄ cū terra mollis primum solis ardore densior euasisset: putredines nōnulle tenui contentæ pellicula excitatæ erant: quæ eruptæ tandē ab illa colluuie / uarias animalium formas æderent: quorum ea quæ maiorē calorē sortita essent in superiorem regionem uolatilia abierūt: sicciora autem & grauiora serpentia ac terrestria euaserunt animātia. Terra deinceps tum solis ardore: tum uentis arefacta mutua cōmistione sensuum perfectiora generātur: huius opinionis etiam empedocles clarissime esse dicitur: qui pariter cū euripide chaos fattitat: Ari. quoq; peripateticorum princeps in secundo politicorū libro hanc pōnem uī manifestissime profiteri: dū inq̄t putandum esse priscos illos homines siue ex terra genitos / siue corruptione aliqua seruatos simul: fuisse ignaros / & imprudentes: hanc opinionē in extremo defendit Auicenna: qui tenet omne idē aīal specie posse fieri ex se-
Primum funda mentū auicēnę. mine / & ex putrefactione: ut homines / & mures / & id genus. Pro hac positione sunt rationes: prima suimtur ex eo codicillo: quæm de diluuio cōscripsit. probauit enim Auicenna in illo libro posse ex cōcursu stellarum
Nota đ diluuio esse uniuersale diluuiū: ubi omne super terra diluit. Huius opiniōis sunt astronomi præcipue albumasar eo libro quem de cōiunctiōibus magnis cōscripsit: ubi ponit fuisse diluuium uniuersale super uniuersam terram: prouenisseq; a concursu Saturni & Iouis in quartadecima parte cancri: quæ coniunctio secundum eius supputationem præcessit diluuiū annis cc lxxxvii. licet apud haomarum præcesserit ānis cc lxxix. fuitq; tale diluuium uniuersale ante xp̄i genituram annis circiter tribus. M.ccclxxxi. diebus.cc.horis circiter. viii. & sic non tantum uniuersale diluuium esse possibile profitentur astronomi: sed fuisse de facto: tunc sic in hoc uniuersali diluuio omne genus diluit: uel igitur perpetuo remanserat: & hoc est contra sensum: uel fuit reparatum: & si reparatum: nō uidetur nisi ui stellarum / & non alio modo: quare oportet profiteri omne animal posse idē specie semine & putrefactione fieri. Illud uero de archa deridet Auicēna dicens q̄ si magna nauis non potest resistere fluctibus maris: quo nā pa-
Rōnes iuniorū cto tanto diluuio tam paruam archam credibile est conualuisse. Pro hac positione Iuniores solēt arguere primo quia quodlibet animal est ad ælementa inmediate resolubile; igitur ex ælemētis sine omni alio inmediate generabile. Secundo stellæ & ælemēta sufficiunt pro corruptiōe cuiusq; uiuentis: igitur pro generatione: non enim uidetur maior ratio de una q̄ de altera. Tertio quicquid potest uirtus inferior cū instrumento / potest

superior sine instrumento: igitur quicquid potest homo cum semine/possunt stelle sine semine. Quarto Hermes magnus in omni disciplinarũ genere ait/nullum esse in terra animal nec arenarum granum: quin proprium in cœlo non obtineat sydus subscitans ad eius incrementum: igitur unumquodq; fieri potest suo ab sydere: alias rationes lege in. viii. phi. propter rationes has fatetur Auicẽna omne idem animal specie posse semine & sine semine generari: qua ratione fatetur matricem siue uuluam non esse generationi necessariam/sed illi conuenientiorem: & hac ratione animalibus dixit fuisse tributa instrumenta generationis: concedit uero Auicenna facile hanc positionem/quia uult aliud esse agens creãs formas & aliud disponens: & propterea ait q; cum in materia est dispositio conueniens per actionem solis & stellarum inducta/tunc Colchodea creat formas: & sic potest idem animal fieri semine & sine semine ab eodem agente non autem eb eodem disponente. Sed contra hoc fundamẽtum obicic Aueroes in hoc septimo dicens/si aliud esset agens disponens & aliud generans formam: tunc generatum non esset unum in actu: cõsequentia tenet/quia sicut actio agentis debet terminari ad ens actu/ita actio disponentis debet terminari ad ens actu/aliter ambę essent ociosę: quare cũ sint duę actiones: igitur genitum esset duo in actu: & sic fundamentum Auicennę est falsum: primum etiam fundamentum de diluuio Aueroes refellit in libro Meteororum: ubi probat diluuium uniuersale per omnem terram non posse esse/quia nõ potest esse aliqua siue cõiũctio siue constellatio quę ęqualiter omnem terrã atq; omnem regionẽ respiciat: & uidetur ratio Auerois esse fundata in p̃ceptis Ptolomęi omnium mathematicorũ principis: qui in libro apotelesmatõ secũdo ponit effectus constellificationum cõtingere regionibus/ratione & cõcordia: quam regiones habent cum signo/ubi constellatio contingit: & iuniores addunt/uel cum signo in quo constellificatio accidit: uel cum illo configuratis de diametro uel quadrangulo: & sic illa coniũctio Saturni & Iouis in quartadecima parte cancri non portẽdebat diluuium nisi regionibus cancri: & regionbus capricorni/& regionibus arietis & libræ & sic non uniuersaliter omnibus regionibus: igitur non potuit uniuarsale omnibus regionibus diluuium portendere: Pręterea post diluuium constellificatio hęc non semel fuit/& tamẽ tale diluuium nõ est a nostris amplius obseruatum. Tertio Ptolomeus iubet in coniunctione esse obseruandum planetã fortiorem. modo Iupiter in cancro est fortior Saturno/& sic euentus sunt pro natura Iouis: modo constat Iouem potius tẽperiem/q̃ diluuium ominari: & propterea fundamentum Auicennę primum nullum est. Accedit q; nos catholici tenemus fuisse diluuium uniuersale: sed in illo fuisse hominum reparationem per archam Noę: nec

Secũ. fundamẽtum Auicennę

Obiectio Auer. cõtra fundamẽtum secundum Co. xxxi

Obiectionẽ cõtra primum

illud de archa est derisibile ut dicit Auicenna:quia sunt historiæ: quæ tra
dunt multos hominis illam uidisse in montibus armeniæ ut textatur al
bumasar:& forte hoc Ari.indicat in secūdo politicę dū dicit illos priscos
hoīes esse a putrefactione conseruatos/aut ex terra ortos:non enim asse
rit quod istorum fuit:sed indicat utrūq;:& sic potuerunt esse in archa cō
seruati:sed in libro de nostrarum calamitatū causis multa de diluuiis di
ximus:rationes addite a iunioribus:nullæ sunt:prima quidē deletur:quia
non eodem animal generatur:quo corrumpitur:quia corrumpitur quasi
ab infinitis causis:non autem ab infinitis generatur. Ad secūdam dico ꝙ
stelle sufficiunt cum ælementis corrupere:non autem generare:quia cor
ruptio potest fieri a pluribus:generatio non nisi ab uno. Ad tertiam secū
dum Ari. illa maior est falsa:nulla enim causa uniuersalis potest agere si
ne particulari & instrumentaria:dicitur tamen uniuersalis:quia per plu
ra instrumenta ad plura se extendit. Ad dictum hermetis dico ꝙ hermes
non uult sydus sufficere ad generationem sui comparis:sed facilius fieri
generationem a terreno agente uigēte sydere suo:ut diximus in eruditio
nibus astronomicis:& sic patet illud quod dixit:Auicenna de uitulo/esse
fabulam:cū ait ex nube cecidisse corpus uituli:illud enim si fuit/nō erat
capax uitæ bouis:non potuisset esse animal:hæc de positione Auicennæ:
Secūda pō auer roi attributa. de qua lege in octauo libro physicorū:quia alia quædā aduximus. Secun
da positio est ꝙ nullū idem animal specie possit semine & sine semine fie
ri:imo semper animal ex semine specie differt ab animali sine semine:hāc
positionem exteri Auerroi tribuunt:& non solū exteri/imo tota moder
nitas:mouentur autem ad dicendum:hanc esse positionē Auerrois / pro
Cōmento. xlvi. tanto quia rationes quas fecit octauo physicorum contra Auicennam ui
dentur uniuersales de omni generato: sunt enim illæ rationes duæ prima
est quia si homo idem specie semine & sine semine fieri possit:tunc homo
ex putri materia esset æquiuoce homo:quia ut addunt exteri unius natu
ræ unus specie est modus cōmunicandi. Secūda ratio eius est ꝙ si homo
idem specie semine & sine semine fieri possit:tunc una species posset casu
& per se fieri. Hæ sunt rationes:modo hæ rōes sunt uniuersales ad omne
animal:ut patet consideranti. Et hac rōne exteri credunt opinionē Auer
rois esse in extremo contrariam opinioni Auicennæ:ꝙ uidelicet nullum
idē specie animal pōt semine & sine semine generari:hæc sunt quę Auer
Obiectiones cō tra scdam posi. roi tribuunt. Deinde contra hanc fictam positionem arguunt primo cō
tra fundamentum:nā in accidentibus & substātiis unius naturæ possūt
Cōmento. xlii. esse plures modi cōmunicandi ut patet secundo cœli de calore:quem per
motum & lumen fieri posse ait:præterea de substantiis idem concedit: pa
Cōmento. lvi. tet de igne tertio cœli quem dicit posse fieri latione & alteratiōe:& gene
ratione ab igne etiam:præterea de impressionibus meteorologicis patet

ignem fieri sine igne:præterea de plantis sensu uidetur:ꝙ ipse orte a putrefactione terræ/alias per semen sibi similes agunt:præterea arguũt qa talia uidentur habere eandẽ opositionem specie/figuram/motũ / & oĩa propria accidentia eiusdem speciei:igitur oĩa sunt eiusdem speciei: ut mures & uespe/ & omnia talia:præterea contra Auerroem facit uerbũ Ari. in textu:& Auerrois.ubi dicitur ꝙ eadẽ ab arte & sine arte fieri possunt igitur eadem ex semine & sine semine:multa alia pro hac positione & cõtra hanc positionem diximus in libro octauo physicorum:quæ nũc omictimus/potius addentes:quæ tunc non diximus:& prætermictentes quę diximus:hæc exteri.Sed pace horum dixerim hæc sunt deliramenta nec unq̃ Auerroes/ nec usq̃ dixit hanc opinionem:sed solũ de homine reprobauit Auicennã:& de aliis animalibus perfectis:quæ sunt homini finitima:& ꝙ hæc non sit Auerrois positio:patet nã duodecimo libro methaphysicæ laudat Themistium:qui dixit eadem animalia posse generatione & putrefactiõe fieri:ut apes & uespe:idem potes legere huius septimi: cuius uerba omicto.Secundo huius amiratur Auicennã:qui ita dicat hominem fieri putrefactiõe sicut murem:& sic uelle uidetur murem eundẽ specie posse fieri semine & sine semine:aliter admiratio nulla esset: præterea Ioãnes gandauensis tam curiosus in doctrina huius expresse ait Ari. & Auerroem tenuisse medium:cõcludamus igitur exteros inique se se habuisse ad Auer.Quo uero mõ rões eius ualeãt de hoĩe & aĩalibus pfectis & non de aliis:in dilucidatione dicemus.Hæc de positionibus.

Cõmen.xxii. & xxiii.

Cõtra exteros

Cõmento. xviii

Cõmento.xxxi.

Cõmento.xv.

¶Capue dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione suppono primo ꝙ duplex est materia quæ ad generationem oẽm concurrit:compositionis/& alterationis:materia cõpositionis est una. generato & corrupto:de qua alibi:alterationis uero materia/ est ipsum corrumpendum:de cuius corruptione ipsum generandum generatur:uerbi causa semen in generatione hominis:ut dicitur primo phisicorum & panis in generatiõe sanguinis/& stuppa in generatiõe ignis. Secundo suppono ꝙ quanto aliquod generãdum est perfectius tanto in paucioribus alterationis materiis continetur:Contra uero quanto imperfectius/tanto a pluribus alterationis materiis generari potest.Ex hoc sequitur ꝙ homo & ea aĩalia quæ sunt homini finitima/fieri non possunt nisi ex una certa materia/tanq̃ ex corrumpendo:nam si quæ perfectiora sunt/in paucioribus continẽtur materiis:perfectissima non possunt nisi in una contineri:tunc de mente Ari. & Auerrois sint hæ cõclusiones/ prima homo & aĩalia perfecta:quæ homini sunt finitima ut æquus & bos & idgenus nõ possunt fieri nisi ex semine.Secunda oĩa aĩalia citra hominem & citra illa animalia homini finitima eadem possunt fieri ex semine & sine semine.Primam conclusionem probant rationes Auerrois: quarũ

Cõmento. lxii.

prima fuit q si homo uel aliquod tale posset ex semine & sine semine fieri: tūc illud animal esset æquiuoce tale: ut æquiuoce homo uel æquiuoce equus: hæc consequentia ualet supponendo talia non posse fieri nisi ab una materia alterationis: ut supposui: & sic si fieret sine semine: non esset illud: sed simile illi: & ita homo æquiuoce: per idem tenet secunda ratio: quæ erat q si homo uel aliquod animal perfectum posset sine semine generari: tunc eadem species esset casu hoc est sine semine / & per semen: qd' de perfectissimis speciebus est impossibile: quia illæ non possunt fieri nisi ab una materia alterationis specie. Secunda cōclusio patet: qa illa sunt imperfecta / & propterea continentur in pluribus materiis alterationis: de quarū corruptione fieri possunt: & propterea nō sequitur ut aliquod illorum fiat æquiuoce: quia in illis materiæ differunt specie: nec est impossibile in illis eandem speciem esse per semen & sine semine: quia sunt imp fectæ & possunt in uariis materiis contineri. Ex his apparet quā iniuxte exteri dicant fundanmentum positionis esse: quia unius naturæ est unus modus cōmunicandi: nunq̄ enim hoc uerbum legi in Auerroe: & si illud uolunt legere: nō est legendū nisi de hoīe & aīalibus sibi finitimis: quorū natura ob eorū perfectionē non est nisi uno mō cōmunicabilis & de una specie materiæ æducibilis: secus in aīalibus īperfectis: & per hæc apparet

Dubitatio solutio oīm cauillorum exterorū. Sed occurres utrum aīal genitum sine semine fiat casu: & uī q sic qa Auer. appellat illud eē casu. Sed cōtra est

Cōmento. xlvi. Auerroes octauo phisicorum. & in hoc septimo ubi dicit q nulla eadem

Cōmento. xxii. species naturalis fit casu: quia quod natura intendit / non fit casu: & pro hac parte arguitur omne casu factum est imperfectū & quasi monstruosum. Sed mus sine semine genitus non est imperfectus / nec monstruosus igitur non fit casu: & sic iuxta Auerrois positionem oportet dicere q nullū animal nec spēs aliqua potest casu fieri / sed bene in animali uel specie possunt non nulla casualia fieri præter naturam ut in homine bicipite / & in boue octipedo / & idgenus fiunt hæc casualia: tunc dico q Auerroes appellat hæc aīalia sine semine esse facta casu: quia ab agente ęquiuoco: ut pote a calore putredinali: non autem a casu simpliciter / & sine intētione. Sed dices quid est agens hæc intendens: respondet Ioannes agens hæc intendens esse motorem uniuersalem: qui dirigit illum putredinalem calorē. Sed hęc solutio nulla est: qa nec monstruositas esset casu: qa est intēta a cœlo ut docet Ptolomeus tertio libro apotolesmaton: propterea dicerem in materia putri esse aliquod ꝓportionale semini: in quo est uirtus similis seminariæ: & hæc intēdit ꝑse illud aīal: signū aūt qa respectu illius pñt etiā in aīalib9 cū semīe accidere mōstruositates. Hæc de dilucidatiōe.

¶ Caput solutionum quintum.

Tunc ad rationes; ad primā dico q diuersitas materię arguit diuersitatē

formæ/non quidem in materia alterationis:sed compositionis:in animalibus uero perfectis utraq; materia arguit differentiam formarum:ut diximus. Ad secūdam patet solutio:animal enim sine semine nō dicitur fieri casu/nisi large ut dictum est. Ad tertiam patet solutio/per dilucidationem. Hæc de octaua disputatione.

¶Disputatio nona si compositum per se primo generetur.

¶Caput dubitationum primum.

Quod non arguitur:primo quia totum generatur secūdum alteram partem:igitur non est primo:ut patet quinto physicæ auscultationis. Secundo forma per se primo generatur:igitur non compositum:antecedens patet primo quia generatio denominatur a forma:est enim generatio naturalis/quia est uia in naturam/quæ est forma. Secundo quia forma sola accipit esse post non esse. Tertio materia per se generatur:igitur compositum:antecedens uidetur Aristotelis in principio·viii·huius:etiam generatio est actus generabilis:igitur materiæ actus est in oppositū est Aristoteles hic & Auerroes Cōmento.xxii.

¶Caput tituli secundum

Pro tituli dilucidatione primo animaduersione dignum per compositū in proposito non esse audiendum oē congregatū ex quibusuis partibus: quia sic exercitus diceretur cōpositum. Sed ex duabus partibus/quarum altera est forma/& altera materia:nec ex oībus quibusuis talibus/qa nō ex forma accidētali & sbctō:tale·n·compositū nō generatur simpliciter:sed secundū qd:non.n·simpliciter albū fit. Sed corpus fit secundū albū:ut in libro de gñatione diximus:igr per cōpositū intelligendū est oē illud qd fit ex per se forā/& per se materia uere unū:atq; per se unum. Quali rōe equus fit ex uera forā & uera materia uere & p se unus in spē equi. Scdo aīaduersiōe dignū uerbū per se primo apud pipateticos esse aliqñ sūptū ut distinguitur cōtra secūdū partē:hoc est ut ualet ad secūdū se & qdlibet sui:iuxta illud·vi·phisicorum q; si aliqd mouetur ī aliquo tpe p se primo mouetur in tpe & in quolibet illius tpis:& iuxta illud lib. de sensu & sensili si aliqd p se primo calefit. Scdm se & qdlibet sui calefit. Secūdo aliqd dr cōpetere alicui per se primo/qa ipm includit aliquid in se: qd est pcisa illius cā:& hoc pacto definit per se primo Ari. in lib. posteriorum:ubi appellat hoc uniuersale: iuxta quē modum risibile per se primo hoī competit: qa hoī competit. & nō per aliā causam:sed quia hō includit pcisam illius cāsam ueluti rōnalem aīam;appellāt aūt exteri per se primo dictū primo

modo per se primum quantitatiuum. Secundo uero modo dictum per se quiditatiuũ: statuũt uero inter hæc tres differẽtias: prima quia per se primum quantitatiuum non stat cum esse tale secundum partem: at per se primum quiditatiuum stat cum esse tale per partem: homo enim per se primo quiditatiue est resibilis: & tamen per partem est talis: quia per rationalem animam. Secunda est ꝙ per se primum quantitatiuum remouetur ab eo cuius est / si remouetur a parte: non enim dicitur per se primo quantitatiue sanari homo / si oculus dumtaxat sanetur: at per se primum quiditatiuũ non remouetur ab eo cuius est si remouetur ab aliqua illius parte: dicitur enim homo per se primo quiditatiue resibilis / tam & si pes non sit resibilis. Tertia est ꝙ quicquid competit per se primo alicui quantitatiue in est ut passio homogenia ad subiectum homogenium: hoc est in est toti & partibus sub eadem denominatiõe: ut per se primo calefit A quantitatiue: quia ipsi A competit: & cuilibet parti ipsius A: quod autẽ in est per se primo quiditatiue alicui: non in est ut passio homogenia toti homogenio sed quasi ut passio etherogenia quia nõ in est illi / & cuilibet parti illius sub eadem denominatione. Ioannes uero addit ꝙ tertio modo dicitur aliquid per se primo tale: quoties ipsummet se ipso / & nullo alio causa est essendi tale præcisa / & adæquata: qua ratione dicitur ꝙ unitas est per se primo mensura: quia ratio mensuræ ipsi competit per se ipsam / & per nihil aliud: puncto etiam competit per se primo terminare lineã: quia se ipso illam terminat: est enim ipsum præcisa causa terminãdi. Tertio debes scire ꝙ generatio est quædam mutatio: omnis autẽ mutatio potest comperari ad duo uidelicet ad subiectum in quo est: & ad terminũ: ut declarat Auerrois in quinto phisicorum: terminus autem est aut qui terminat: aut quo terminatur generatio. Quarto debes scire ꝙ mutatio quædam est eiusdem denominationis cum termino: ueluti albatio cum albo uel albedine: quædã alterius denoĩationis ut gñatio cum albo uel albedine: mutatio quæ est eiusdem denominationis cum termino: nõ denominat terminum: non enim dicitur album albari: nec nigrum denigrari: Sed subiectum: dicitur enim corpus albari: corpus denigrari: & id genus mutatio uero alterius denominationis a termino indifferenter potest subiectum: & terminum denominare: nam generatur compositum siue forma / & generatur materia siue subiectum: ut patet primo physicorum. Ex his potes colligere titulum disputationis.

Cõmento. ix.

Capute positionum tertium.

Põ democriti empedoclis.

Democritus & empedocles dixerunt nec compositum nec formã generari: Sed seperata atq; disgregata congregari: quia apud hos generatio

non est nisi in ordinatorum ordinatio:corruptio autem ordinatorum in ordinatio:quare iuxta hos nec forma/nec compositum generabitur. Sed hęc pō reprobatur in libro de generatione/per hoc quia tunc nulla esset differentia inter alterationem/& generationem: & ex multis aliis. Post hos Themistius/Alexander/Auicenna/& oēs tenentes intellectū agentem esse formam a formando formas/dixerūt formas per se & proprie generari:composita autem participatione formarum fieri. Mouebantur autem primo quia generatio proprie & primo est ad esse. Sed id quod uere est/actus est:igitur forma principaliter generatur. Secūdo corruptio & generatio habēt fieri circa idem:sed corruptio est formæ principaliter: ut Auerroes uelle uidetur primo phisicorum. Tertio propter quod unū quodq; tale/& illud magis sed cōpositum generatur ob formam: igitur magis forma. Quarto illud principeliter generatur/quod extrahit de potentia ad actum. Sed foma sola extrahitur de potentia ad actum:& compositum ratione formæ:igitur forma per se principaliter generatur. Sed contra hanc positionem Auerroes arguit duodecimo metaphysicæ unica ratione/quia si forma per se fieret:tunc crearetur ex nihilo deducitur quia apud philosophos creatio est productio alicuius nulla parte illius præsupposita:igitur si forma per se fit: cum ipsa fiat nulla parte eius præsupposita tunc crearetur. Propterea compositum per se fit: quia aliqua eius parte supposita generatur:quoniam fit præsupposita materia/quæ est pars eius. Exteri uero breuibus tenent sex conclusiones/quarum prima est quod materia per se generatur & corrumpitur subiectiue. Secunda q̄ materia non generatur terminatiue. Tertia q̄ forma non generatur per se ut terminus qui. Quarta q̄ forma per se generatur ut terminus quo. Quinta q̄ compositum non generatur per se primo primitate quantitatiua. Sexta q̄ compositū per se primo generatur primitate quiditatiua. Has conclusiones facile deducunt. Primam quidem: quia materia est subiectum generationis & corruptionis:igitur per se subiectiue generatur. Secundo quia generatio est actus generabilis ut generabile:generabile ut generabile est materia: igitur materia per se subiectiue generatur. Tertio quia materia mutatur de non subiecto in subiectum: quia illa nunc est sub una forma:nunc sub alia:igitur nūc est subiectum unius: nunc alterius:igitur mutatur de non subiecto in subiectum. Quarto dicitur quinto phisicorum quod id quod generatur non est:ubi omnes intelligunt materiam esse id quod generatur/& quod non est. Secundam deducūt qa materia nō hēt materiā partē sui:igr̄ nō generatur ut terminus. Secundo quia oē quod generatur ut sic est possibile esse uel non esse ab intrinseco:materia nō est possibile eē uel nō esse ab intrinseco:qa tūc materia hēt materiā:possibile enim ab ītrinseco est rōe materię primo cœli

Confutatio.

Pō themi. alex. auicennæ.

Cōmēto.lxviii.

Confutatio

Cōmento. xviii

Pō exterorum.

Cōméto.xxiiii. Tertio materia est primum subiectum omnium generationum:igitur ipsa est ingenita:ratio est Aristotelis primo phisicorum. Tertia uero patet per distinctiones in titulo:nam quod generatur ut terminus qui:oportet habere materiam partem sui:at forma non habet materiam partem sui: igitur non generatur ut terminus qui. Quarta etiā patet quia terminus generationis qui formaliter est propter formam:& formaliter generatur ob formam:igitur forma est terminus formalis generatiōis:& terminus quo. Quinta cōclusio ex distinctionibus deducitur:quia illud generatur per se primo primitate quantitatiua:quod secundum se & quodlibet sui generatur:modo compositum non secundum quodlibet sui fit:quia non secundum materiam:igitur non per se primo quantitatiue generatur. Vltima uero cōclusio etiā ex dictis patet: quia illud generatur per se primo primitate quiditatiua:quod in se continet causam præcisam generatiōis. modo compositum continet causam præcisam generationis ut pote formam ipsam:igitur per se primo primitate quiditatiua generatur. Ioānes uero addit. Septimam conclusionē uidelicet ꝙ forma per se primo generatur perseitate quarti modi:hoc est quia ipsa est causa præcisa generationis. Et sic quasi ex toto sequitur exteros/licet utatur uerbis aliis. Sed re

Quale pō hoꝝ. uera conclusiones hæ non sunt falsæ:positio tamen uidetur in sufficiens: primo quia multum refert aliquid esse tale:& denominari tale: in anima enim est scientia:non tamen denominatur sciens. Amplius in re est ueritas & falsitas/non tamen res denominatur uera uel falsa:ut dicit ammonius. Et sic licet compositum generetur/forma generetur/& materia generetur:quodlibet suo modo:ex positione tamen hac non apparet quod horum sit denominandum generari proprie. Secūdo uidetur ꝙ si forma sit generationis terminus:& si compositum sit generatiōis terminus:nullum horū dicatur generari:deduco quia omne illud quo aliud dr̄ generari/ipsum non dicitur generari:ut quoniam albedine paries albus est:ipsa albedo nō dr̄ alba. Sed forma uel composito materia denominatur generari:igitur nec forma nec compositum dicere generari. Amplius generatio non debet denominari generari: sed forma est generatio: igitur non debet dici generari:maior apparet quia albificatio non albatur:nec calefactio calefit. Minor est Auerrois quinto physicorum ubi dicitur ꝙ calefactio & omnis motus est forma imperfecta. Quare forma uel compositū nec generari nec corrumpi denominabitur. Hæc de positionibus.

Cōmento ix.

¶Caput dilucidationis quartum.

Quoniam ut diximus refert aliquid esse tale:& denominari tale:ueluti in esse:& denoīari:ideo primo dicemus:cui in est gn̄ratio. Secūdo qd̄ illorū absolute est denominandū generari. Quantū ad primum debes scire ꝙ motus siue mutatio in est subiecto:& in ē termino ut patet qnto & sexto

phisicorum:est enim in subiecto tanq̃ in eo:cuius est actus:est in termino tanq̃ in genere ut dicitur quinto phisicorum. Secundo debes scire ꝙ generatio omnis est ad esse:esse uero duplex est existentiæ/& subsistentiæ: esse existentiæ est quo res est actu ens extra nihil atq; eius causas: esse subsistentię est ens in actu/quo res est extra nihil/& extra cās: & nec pars alterius/nec accidens alicui. Tunc sequitur ꝙ si cōsideretur generatio ut est ad esse existentiæ/est in forma: deducitur quia forma est quod uere est/atq; actus & ens est:si consideretur ut est ad esse subsistētiæ/est in cōposito:quia quod uere subsistit/compositum est:quia nullius est accidēs nullius est pars. Si uero consideretur generatio ut est in subiecto: est in materia prima: tunc sequitur ueritas primi ꝙ uidelicet generatio est in materia/in forma/& in composito:& ita secundum rem materia/forma & compositum uere generari uidentur. Materia quidem ut subiectū:forma ut terminus generationis quatenus generatio est ad esse existētiæ: cōpositum ut terminus generatiōis quatenus generatio est ad esse subsistētiæ:hec de primo. De secundo dico ꝙ simpliciter & absolute materia denominatur generari:forma uero & compositum non denominantur generari nisi improprie:deducitur:quia ut subiectum albationis proprie denominatur album:terminus uero non dicitur albus:albedo enim improprie dicitur alba:sic subiectum generationis proprie dicitur generari: terminus uero in ꝓprie ut albedo dicitur alba:& hoc dixit Auerroes in primo phisicorū ꝙ id proprie dicitur generari & uere qđ est materia & subiectum. Ex his apparet ꝙ forma & compositum sunt termini generationis:amplius ꝙ generatio est in forma & composito:non tamen debēt denominari genita uel generari. At in materia est generatio:& illa denominatur generari. Quod si Aristoteles appellet hæc generari: intelligi debet improprie:ueluti improprie albedo dicitur alba: hæc sunt quæ diximus in libro phisicorum & in duodecimo methaphisicæ:potest etiam dici non recedendo multum:ab his/ꝙ tam terminus/q̃ subiectum denominari potest generari:quia ut diximus in titulo disputatiōis / generari est mutatio alterius denominationis a termino: & sic tam subiectum q̃ terminus dici potest generari:principaliter tamē/& absolute subiectū denominatur generari/propter rationem dictam. Hæc de dilucidatione. Cōmento.ix.

¶Caput solutionum quintum.

Ad rationes concedo totum non generari per se primo pro ut generatio est ad esse existentiæ:tamē generatur per se primo ut est ad esse subsistētiæ. Ad secundā patet solutio:forma enim per se primo generatur ut generatio est ad esse existentiæ:non autem aliter. Ad tertiam patet solutio per dilucidationem. Hæc de disputatione nona.

¶Decima disputatio est si a forma seperata possit proficisci hoc aliquid.

¶ Caput dubitationum primum

Quod a forma seperata possit hoc aliquid proficisci:arguitur/primo q̄a forma in composita est principium generandi aliud compositum/ quod est hoc aliquid: igitur si per se seperata esset/idem ageret: deducitur primo de calore:quia calor tam coniunctus q̄ seperatus idem ageret. Secundo quia per eius seperationem nihil amictit:igitur adhuc potest idem agere. Secundo principaliter arguitur hoc aliquid uel fit ab agente particulari uel a forma seperata:non ab a gente particulari:quia illud non agit/ nisi mediantibus qualitatibus: quæ non agunt ſ bām:cū nihil agat perfectius se:igitur oportet dare agēs seperatū. Tertio aīal quod sponte fit ut mus/a quo generatur:non quidem est sine agente:igitur oportet ponere agens seperatum a quo generetur omne enim quod fit / ab uniuoco fit. Quarto rationalis anima fit a deo creāte:& est hoc aliqd:igitur a forma seperata potest aliquid proficisci: quod est hoc aliquid. In oppositum est Ari. & Auerroes in hoc septimo cōmento. xxxviii.&.xxxi.

¶Caput secundum tituli.

Forma seperata dici potest bifariam: aut per essentiam/aut per participationem: dicitur forma seperata per participationem uniuersale materiale/ut intellectum actu:ut patet primo methaphysicæ forma seperata per essentiam dicitur illa quæ per essentiā est ab ipsa materia eiusq̧ conditione pænitus abiuncta: qua ratione deus dicitur forma seperata: & quælibet intelligentia:formæ seperatæ per essentiam dicuntur uniuersalia ante rem:siue uniuersalia per essentiam:a Platone uero ideæ/ siue species seperatæ:formæ seperate per participationem dicuntur formæ in re: uel uniuersalia in re:quæ quidem ītellecte actu sunt uniuersalia post rem hoc aliquid uero dicitur indiuiduum substantiæ:dicitur quidem aliquid: quia est substantia:dicitur hoc/quia signatum:& ita dicitur hoc aliquid. indiuiduum uero accidentis dicitur hoc quale/ quale quidem/quia accidens:hoc uero quia demonstratum:uniuersalia substantiæ dicuntur quale quid:quid quidem:quia substātiæ:quale uero quia similitudines particularium:uniuersalia accidētium dicuntur quid quale:quid quia per modum substantiæ se habēt respectu suorū inferiorū:quale uero quia sunt accidentia. Hoc aliquid igitur est indiuiduū substantiæ ut Socra. & Pla. Hæc colliguntur ab Ari. in prædicamentis.

Cōmēto.xxvii.

Quid sit hoc aliquid

¶Caput positionum tertium.

Plato/quæm multi secuntur dixit a forma simpliciter seperata & per

essentiam abiuncta posse hoc aliquid & nouum perficisci ueluti a uero uniuoco ue agente: huius opinionis / ut narrat Themistius primo de anima capite.xxiii.duæ sunt rationes. Prima est generatio animalium sine agente:uidemus enim mures fieri:& non ab aliquo agente particulari:igitur oportet recurrere ad agens seperatum:quia nõ potest fieri ab aliquo accidente:quia omne quod fit debet fieri a sibi simili in genere & specie. Secundo quia animalia quæ fiunt:non uidentur unde possint fieri:nõ enim ab agentibus particularibus:cum generari possint illis non existentibus:nec a seminibus illorũ:quia omne quod fit/oportet ut fiat ab uniuoco. Modo semen non est uniuocum geniti ipsi:his duobus motiuis(ut dicit Themistius)Plato opinatus est hoc aliquid proficisci ab ipa forma seperata tanq̃ ab agente perse illius:utrum uero istud agẽs seperatum sit unum uel plura:& quæ sint ideæ apud Platonem alibi dicemus:hãc positionem sectatur Auicenna / Alexander / Themistius / & q̃ plures. Sed contra hanc positionem obicit Auerroes in hoc septimo tribus rationibus Prima si generatio fieret a forma seperata:tunc genitum fieret non præsupposita materia:probatur primo/quia nullum agens seperatũ in agẽdo dependet siue præsupponit materiam. Secundo quia genitum debet esse generanti simile:modo agens est seperatum:igitur & genitum:consequens autem est impossibile:quia ex nihilo nihil fit. Secũdo arguit pura forma non potest transmutare materiam / igitur pura forma non potest generare hoc aliquid:antecedens probatur quia omne transmutans materiam / transmutat per uirtutes materiales: modo forma seperata nullas habet uirtutes materiales. Tertio uel idem est disponens & generans / uel aliud:si idem:tunc cum disponens sit corpus:etiam agens erit corpus: & ita non forma seperata:si aliud: tunc genitum non esset unum in actu: deducitur quia actio generantis debet terminari ad ens actu: actio disponentis similiter debet terminari ad ens actu:igitur genitum erit duo in actu:hæ sunt rationes Auerrois quæ hoc pacto sunt colorandæ: non ut exteri inducunt / quorum studium est in contradicendo tantum. Sed his rationibus obiciunt exteri:contra primam quidem; quia assumit subiectum uidelicet q̃ agens inmateriale omne agat non pręsupposita materia. Hoc enim falsum est quia omne agens citra primum requirit materiam:in qua agit; & tamen datur aliquod agens in materiale præter primum: & sic falsa est propositio; & hoc modo ad formam rationis neganda est consequentia. Amplius non oportet semper agens esse simile in toto ipsi effectui: quia deus creat materiam / & formam & compositum:& tamen nulli illorum similis est. Contra secundam uero; quia etiam assumit falsum uidelicet q̃ in materiale non possit transmutare materiam. Primo quia quicquid potest causa secunda potest / & prima

Rões auer. contra põem pla.

Cõmento. xxxi

Cõmento. xxxi

Obiectiões exterorum.

sed secunde causæ possunt transmutare materiam:igitur & prima. Secũ do seperata forma mediante cœlo potest materiã transmutare:igitur potest transmutare cœlum mediũ:nihil enim agit in extremum: quin agat in mediũ. Sed tale corpus est materiale aliquo pacto:igitur contra ipsum

Cõmẽto. xviii. Cõmento. xxxi

Tertio Auerroes duodecimo methaphysice & hic a perte dicit cœlum in generatione aĩalium spontiuorũ dare aliquid loco seminis. Sed cœlũ est forma sine materia/igitur forma sine materia potest transmutare materiam. Quarto omne transmutans transmutat ut est in actu:igitur maxime in actu maxime transmutat. Sed forma seperata est maxime in actu: igitur maxime potest transmutare materiam. Cõtra tertiam obiciunt demum:concedendo posse unam partem geniti esse ab uno agente/& alteram ab altero:& genitum esse unũ. Primo quia materia est a deo per creationem:& forma ab agente:& tamen compositum est unum. Secũdo idẽ effectus numero est ab omnibus causis essentialiter ordinatis: & tamen est unus numero:igitur nõ oẽ quod fit a diuersis causis:est plura in actu

Põ exterorũ & maxĩe sco. ii. lĩ. sñiarũ. d. xviii. q. i.

propter hæc tenent exteri a forma seperata & pura forma posse fieri hoc aliquid:unde eorum positio consistit in quattuor conclusionibus. Prima forma seperata efficit oẽs formas uitales/& omnes animas. Secunda alterans ad animationes est cœlum. Tertia licet forma seperata formas illas producat:nõ tamen illas creat. Quarta cæteræ formæ inducuntur ab agentibus pticularibus ut ignis ab igne:aqua ab aqua: pro mẽte tñ Ari. dicũt Ar. uoluisse non esse necessarias ideas pticulares ad particulares generationes:non tamen negat unã cõmunem omnibus ut deum posse oẽs formas producere:hæc tenent de mente Ari. & omnium peripateticorum.

Deductio sco. in ii. lib. sñiarũ. di. xviii. q. i.

Primam deducũt:quia anima alicuius animalis inducitur in materia:uel igitur a uirtute seminis:uel a cœlo/uel ab aliqua forma seperata: non a uirtute seminali:quia nec semen/nec eius uirtus in momento generationis est:igitur non potest ab illa esse. Secundo imperfectius non potest agere perfectius se:sed semen est imperfectius animali:igitur nõ potest agere animal:nec per se/nec uirtute agentis:per se quidẽ non:quia est imperfectius:uirtute uero agentis minime:quia generans potest nõ esse: & in uirtute non entis nihil fit. Amplius uirtus generantis & semen sunt agentia accidẽtaliter ordinata: igitur potest esse generatio neutro illorũ cõcurrente. Ex hoc sequitur q forma seperata est illa quæ oẽs aĩas efficit:talis aũt non potest esse nisi deus:quia non datur alia apud peripateticos:intelligentia enim non agit nisi mediante cœlo:nec potest esse celũ: quia multa animalia sunt cœlo perfectiora. Secundam etiã deducũt: quia principium alteratiuum non potest esse semen:quia est uniformę: igitur non potest alterare ad difformæ. Secundo tũc ageret ad sui corruptionẽ:

Cõmento. lxii.

quia dum alteratur corrumpitur ut dicit Auerroes primo physicorum

igitur reccurrendum est ad uirtutẽ cœli:ut fecit Auerroes hic. Hæc enim uirtus est quæ efficit organorum difformitatem:& præparat corpus ad animarum productionem. Tertiã exponunt:quia creatio est alicuius nulla eius parte præsupposita:modo cum secundum Aristotelẽ non forma fit:sed compositum: sequitur ut illa non sit creatio:quia licet compositũ per se fiat:per hoc ꝙ terminus eius formalis inmediate est a deo:tamẽ nõ creatur:quia eius aliquid præsupponitur. Quartam uero manifestam relinquunt:quia formæ ælementorum uel mistorũ imperfectorũ sunt imperfectæ:ideo pro illis non oportet recurrere ad agentia superiora: hæc sunt quæ peripatetice afferunt. Sed hæc positio non est peripatetica. Primo quia Aristoteles in libro de generatione aĩalium. xvi. disputans quænam animæ ex semine traducantur/quæue deforis accedant: concludit oẽs animas ex semine traduci:solum autem intellectum deforis accedere: utitur autem ratione quia oĩs cuius operatio est cum materia omnis talis uenit de potentia materiæ:solius intellectus operatio est sine materia: ideo concludit solum intellectum deforis aduenire:præterea secundo phisicę auscultationis ait sic homo enim hominem generat ex materia & sol ubi Auerroes ait Aristotelem hoc dixisse contra eos: qui dicebant formas seperari & innuit ꝙ formæ naturales sũt in materia. Hæc Auerroes si igitur anime a deo sunt inmediate:& alterationes præuiæ sunt a sole/siue a cœlo:homo siue agentia particularia nihil facerent:& sic falsa est ꝓpositio Ari. dum dixit solem hominem ue generant hominẽ ex materia. ulterius contra hanc positionem opulentius cõtradicemus in disputatione proxima ubi rationes horum etiam soluemus:nunc uero de positionibus satis sit dictum.

Cõmento. xxxi

Decla. sco. in li. iiii. snĩarum di. xliii. & ĩ quoli. q. ultima.

Confutatio.

Cõmẽto. xxvii.

¶ Caput dilucidationis quattum.

De dilucidatione dico ꝙ aliter est loqui catholicæ/aliter peripatetice: peripatetice enim oportet supponere. Primo ꝙ omne alterãs corruptiue sit corpus declarauit enim Auerroes in libro de substantia orbis esse differentiam inter primum alterans/& primum mouens:quia primum mouens oportet esse incorporeum impartibile & indiuisibile: at primũ alterans esse corpus:eo quia primum alterans nõ alterat nisi per primas qualitates/qualitates aũt primę sunt calidum/humidum/frigidum/& siccũ & igitur alterans oportet esse quale aut actu aut uirtute:actu quidem ut ælementum uel ælementarium:uirtute ut mobile uel lucidũ: motu enim & lumine qualitates hæ effici possunt:igitur nihil põt esse alterãs apud peripateticos/quin sit aut ælementum/aut ęlementarium/aut cœlicum quod motu luce ue sit uirtute calidũ/frigidum/humidum & siccũ. Et sic nihil potest esse alterãs quin sit corpus. Et syllogismus eorum est omne qđ alterat:oportet alterare qualitatibus primis uel motu lumine ue quali

Dĩa ĩter catho. & peripateticos

Quid primum mouens quid ue primũ alterãs.

Syllo. peripate.

tates primas continentibus: omne autem quod qualitatibus primis alterat uel his quæ primas continent qualitates/est corpus: igitur oẽ alterans est corpus: peripatetici enim non cognouerunt aliud. Secundo peripatetice oportet sumerẽ nihil de nouo posse ex nihilo fieri: hoc deduxerũt propterea quia differt de nono fieri/& ab æterno/ut docet Auerroes in libro destructio destructionum & in octauo libro phisicorum: quia oẽ quod fit de nono: motu fit: oẽ aũt quod fit motu/oportet supponere materiam: in omni enim motu oportet intelligere materiã apud oẽs peripateticos: at quod fit productione ab æterno: non oportet motu fieri: & sic non oportet supponere materiã ideo cõcesserũt nihil posse fieri de nouo ex nihilo nulla materia/subiectoue præsupposito: sumpserunt autẽ istud per cõsensum oĩm qui de rebus naturalibus locuti sunt: & comprobauit Ari. hoc inductione. Hæc enim sunt duæ suppositiones peripatetecæ sine dubio. Ex his patet uis primæ rationis Auerrois: nam si agens seperatum agit aliquid: uel ipm agit alterando/uel ipm agit creando non alterãdo: quia per suppositionẽ nihil alterat nisi corpus: igitur agit ipsum creãdo: sed non creatione noua per secundã suppositionem: igitur creatione æterna. Sed omne quod æterna creatiõe creatur/est absolutũ a materia: nec est ælementum/nec ælementarium/sed uel cœlũ/uel aliqua substantia omnino seperata: igitur saltem habetur ꝙ non sit mixtum cum materia ut animal/& id genus: & sic habetur ꝙ fit non presupposita materia: & quod aliqua in parte sit simile agenti seperato: saltem in hoc quod non est mistum cum materia. Et sic responsiones eorũ nullæ sunt/quia Auerroes uult agens seperatum agere non supposita materia pro tanto quia non potest alerare/sed si agit non agit nisi creando ut dictum est: cessat etiam secundus cauillus: quia oportet saltẽ esse simile agenti seperato in parte: per idem tenet secunda ratio: pura enim forma materiam non põt transmutare alterando/quia omne alterans oportet esse corpus ut deduximus. Ad ciaullos ad primum diceret Auerroes illam propositionem non esse naturalem: quia causa superior non dicitur: quia possit agere sine particulari: sed quia ad plures effectus se se extendit: q̃ quæuis particularis. Ad secundam dico ꝙ male legerunt Auerroem/non enim est imaginandum formam seperatam trãsmutare materiã mediante cœlo tanq̃ medio delatiõis/eo modo quo diaphanum illuminatum fert colores oculis: sed intelligendũ est mediante cœlo tanq̃ suo corpore: quod ab illa forma seperata perficitur: eo pacto quo rõalis aĩa mediante suo corpore gignit/sentit/& id genus. Auerroes enim opinatur ex intelligentia & orbe fieri unũ per se/uiuens per se/intelligens per se/aĩal per se ut alibi declaraui: quod hunc mundum infernum alterat uariis motibus atq; luminibus: & sic non sequitur illam posse inmediate alterare cœlũ: sufficit enim

Quomõ ex nihilo nihil fit ap̃ philosophos.

Vires rõnum auerrois.

ut moueat cœlũ localiter/nam sic motu & lumine alterat hæc:& hoc nõ intellexerunt exteri. Ad tertiam dico q cœlũ potest alterare materiã:quia est quale ælementarium saltem uirtute/si nõ forma:nec huius oppositũ dicit Auerroes:uult enim q forma seperata tam ab ælemẽtariis uiribus: q̃ uirtualibus ælementariis uiribus nullo pacto possit materiam trãsmutare. Ad quartam dico q oẽ quod transmutat/transmutat ut est in actu formali tale uel in actu uirtuali tale:modo probatum est solum ælementum uel ælementarium esse in actu formali tale : cœlum uero per lumen & motum esse in actu uirtuali:nec aliud philosophi cognouerũt:& propterea non sequitur ut forma seperata possit transmutare materiã : quia licet sit in actu:non tamen est in actu formali talis/uel uirtuali talis:quale est transmutabile in potentia:ut supponunt peripatetici. De tertia ratione si idem sit generãs & dispones/disputaui in libro.xii.huius. Nunc uero supponendum est nihil posse esse generans:quin sit disponens & alterans:hoc deducitur:quia omne generans agit de nouo : & omne agens de nouo alterat uel mediante motu agit/ut supposuimus:igitur oẽ generans alterat uel disponit:utrum uero econtra omne disponens generet:sine dubio est uerum ad intellectum Auerrois:sed nunc non curo: quia sine hac propositione habet intentum Auerrois. Ex hoc sequitur q cũ oẽ generans disponat uel alterat:& nihil disponat uel alterat nisi corpus:igitur forma seperata non potest agere/uel generare:& sic habet propositũ Ad rationem primam nihil est quia philosophi posuerunt materiã ingenitam:& si forte creata est:non de nouo. Amplius cõcursus oĩum causarum est ad unum finem atq; ad unum ultimum effectum:& sic rationes Auerois sunt ualidæ suppositis principiis eius. Sed si loquimur catholicę oĩa hęc principia sunt falsa:primum enim falsum est q oẽ alterãs sit corpus sufficit enim alteranti ut sit actu tale uel uirtute tale: modo secundum catholicos cœlum est uirtute tale:quia lumine & motu: deus uirtute tale/quale oẽ factibile quia deus est uniuersalis causa continens in uirtute omnes causas particulares & uniuersales:& sic potest alterare/& facere omne quod fit a causis inferis. Amplius falsum est secundum fundamentum:quia deus potest de nouo facere aliquid ex nihilo nõ per motũ quia non oĩs noua productio est per motum. Et sic chatholice sentiendo rões illæ nullæ sunt. Sed exteri debuerũt cõfutare principia: & nõ tacere principia:& refellere cõclusiones. Hæc de dilucidatione:

Cõmento, xviii

Quæ catholici.

¶Caput solutionum quintum.

His dilucidatis ad primam dico q si in ãcedẽte intelligatur formã esse principium generandi quod generat:falsum est:est enim ratio generãdi: compositum uero quod generat:& sic non sequitur ipsam esse principiũ generandi:similiter calor nõ estprincipium generãdi:sed ratio generãdi.

calidū enim generat calor uero est ratio qua generat:dico ulterius ꝙ per seperationem amictit esse:quia eius seperatio a materia est eius non esse: & sic nec restat principiū/nec ratio agendi. Ad secūdā licet postea dispu tabimus:tamen nunc dicimus ꝙ qualitates actingunt formas substantia les:non quidem ut principalia agentia:sed ut instrumentariæ rōes agen di:ut dicemus. Ad tertiam patuit solutio disputatione octaua. Ad quar tam dico ꝙ dato ꝙ rationalis anima creetur : non tñ est hoc aliquid ; sed pars eius:quod est hoc aliquid. Hæc de decima disputatione.

❡ Vndecima disputatio si in materia rerum ge nerabiliū rōnes seminariæ præsint.

Quod ratiōnes seminarię pręsint/arguitur primo auctoritate Auerrois Cōmento.xv. octauo huius ubi habet ꝙ ex actu & potentia non fit unū:nisi per agēs extrahens ad actum:quod qdē non largitur ei multitudinem / sed perfe ctionem. Ex hoc apparet ꝙ p̄fuit in materia ratio quædā quæ seminaria dici potest. Secundo illud quod est in actu/nō ē aliud ab eo quod est in potentia:sed illud quod fuit in potentia est in actu:& nō sunt duo diuer sa ut inquit Auerroes illic:igitur forma quę est:præfuit. Sed in cōtrariū Cōmento, xxix est Ari. in textu præsenti & ubi dicit ꝙ ueluti domus fit tātum ab extra: sic quoq; ignis ipse:modo forma domus nihil habet reale præexistēs : igi tur nec ignis:hæc disputatio est difficilis/tum quia & ueteres & iuniores diuersa sentiunt:tum quia res ipsa habet rationes omni ex parte fortissi mas/auctores quoq; celeberrimos. Hæc de dubitationibus.

❡ Caput dilucidationis tituli secundum.

Pro intellectu tituli primo debes scire ꝙ materia:quam græci hylam di cunt aliquando accipitur pro omni materiali & sic omne agens hic infe rius materia dicitur:quia respectu formarum cœlestium sunt corporeę/ atq; passiue tantum:sic enim Ari. appellauit secundo de generatione agē tia particularia materias agentium cœlestium:& hoc pacto forte ueteres sensere cum dixerunt formas uenire de necessitate materiæ:quoniam ue niunt de necessitate agentium materialium:quæ dicuntur materiæ respe ctu corporum cœlestium:& hoc pacto non sumimus materiam: nam sic non differt ab agente materiali. Aliquando sumitur materia pro princi pio passiuo rei generandæ quæ dicitur prima atq; remota omnium for marum. Altera propinqua & secunda certi generis formarum subscepti ua:& hoc pacto sumitur materia in disputatione:ratio seminaria in pro posito a semine dicitur:quod græce est sperma:sperma autem esse potest a parte agentis : & a parte materiæ recipientis:a parte materiæ dicitur a nōnullis inchoatio formæ generandæ:ab aliis uia siue exordium : ab aliis

ratio seminaria:a parte agẽtis dicitur & ratio seminaria/& uirtus generatiua:disputatio nostra solum pestringitur ad rationes seminarias materiales/quæ dicuntur inchoationes formarum. Nam disputatione proxima tractabimus de inchoatione actiua/siue ratione seminaria actiua : & sic patebit totũ illud qđ addubitari solet de inchoatõibus. Hęc de titulo.

¶ Caput positionum tertium.

De disputatione quidem hac fuerunt positiões apud antiquos:anaxagoras claczomenius quodlibet esse in quolibet cõtendit / & propterea formas totaliter ab intra uenire sibi Ari. imponit:ita ut generatio rei nõ sit nisi illius formæ quæ latebat manifestatio:& sic non modo formas incobatas iuxta positionem huius uiri oportet concedere ; sed illas esse totas ab intra:ad extra uero non apparere propter indistinctionem/quã in materia rerum tenent:in hac opinione fuerunt anaximander/democritus:& in parte empedocles:hi.n. sunt qui generationẽ dixerũt esse formę latẽtis dilucidationem. Ari. uero in libro physicæ auscultationis refellit positionem hanc quia tunc essent rerum naturalium infinita principia : eo quia istæ formæ latentes principia sunt rerum naturalium & generatiõis illarum:& sunt infinitæ igitur infinita erunt rerum naturalium principia: quo fit ut res naturales ipse sint ignotæ:eo quia infinitum ut infinitũ est ignotum. Secundo ipsius totius quantitas sequitur partium quantitatẽ: quia quanto partes erunt plures/tanto totum erit maius:& quanto pauciores:tanto totum erit minus:igitur si partes erunt infinitæ: totum erit infinitum. Sed hoc non uidetur:nullum enim totũ quæ uidemus: est infinitum:igitur in nullo illorũ sunt partes infinitæ. Tertio magis ad rem obicit cum generatio apud anaxagorã sit formæ latentis extractio in lucem/atq; illarũ a tenebris materiaq; segregatio:aut hæc segregatio cessabit tandem:aut semper in infinitũ restant partes segregandæ:si cessabũt tandem:tunc non quodlibet esset inquolibet:si restant semper infinitæ segregandæ:tunc in magnitudine finita terminata ue partes æquales non remanebunt finitæ:sed infinitæ contra rationem finiti. Quarto omne qđ per segregationem diuiditur/restat minus. Sed uniuscuiusq; rei determinata est quantitas ad maximum & ad minimum:igitur nõ quodlibet est segregabile a quolibet. Quinto tunc data hac positione/ infinita erunt in infinitis infinities:ut in carne infinita erunt/& in illis adhuc infinita: & sic in quolibet erunt infinita infinities:quod non consonat: arguit etiã aristoteles in libro de generatione:quia hac positione data nihil simpliciter generaretur:deducit:quia per generationẽ simpliciter nihil acciperet esse simpliciter:quia omne quod accipit esse:præfuit: & sic generatio nõ differt ab alteratiõe:propterea Aristoteles de anaxagora ait ipsum ignorasse propriã uocem:quia enitebatur ponere differẽtiã inter generationẽ

Põ anaxagorę.

Obiectiões ari.

& alterationem:& tamen in dictis suis nihil aliud esse generationem q̄ alterationem profitebatur. Arguunt quoq; iuniores argumento & credūt demonstratiuo:quia ea data sequitur ut chaos illlud sit omnia ut hō:bos lapis/ignis/& quodlibet:deducūt quia forma qualibet ponit in specie/ & dat nomen & definitionem. Sed in illo chaos est forma hominis secundum esse & essentiā: igitur habebit nomē & definitionem hominis:& sic erit homo:eodem modo de aliis omnibus. Multa alia dici possunt: quæ tangentur in aliis positionibus. Sed hæc positio pace Aristotelis & alioꝝ dixerim potest dupliciter defendi/uel interpretando illā:aut tenendo ad uerbum ut iacet:eam:interpretes uolunt anaxagoram dum dixit quodlibet esse in quolibet non ad formas retulisse sed ad mundos: posuit enim anaxagoras tres mundos supremum uidelicet omnium angelicū ut Plato in phedro:huic proximum cœlicum. Tertium sub lunarem:hic quidē tenebrarum est mundus:ille lucis cœlicus autē ex luce tenebraue mixtus Vlterius ut Platonici tradunt/quodlibet quod est in uno horū/ est & in quouis alio in mundo sub lunari.ignis est:in cœlico sol:in angelico seraphina:tenet enim sol ad cœlicum seraphinaq; ad angelicū mūdum/ eam rationem:quam ignis ælementarius in sublunari tenet:rursus in sublunari aqua est:in cœlico luna:in āgelico uero cherubina:eiusq; cherubica puritas:est enim in hoc nostro sublunari mundo cherubina:aqua pura limpida atq; peruia:in cœlico luna:in āgelico cherubina:eius cherubica mēs: & in cœteris poteris idē inuenire:tūc ad rem uenio:anaxoras igitur dum dicit quodlibet esse in quolibet nō de formis in materia loquitur ut Ari. interpretatur:sed de mundis: quatenus quodlibet quod est in uno/est in tribus:hanc interpretationem picus noster sectatus est in septiformi sex dierum generatione:uerum quanq̄ hæc allegorica interpretatio reprehēdi non possit:si Aristoteli/Simplicio/& Themistio cæterisq; græcis credēdum est:nullatenus consona erit. Aristotelis enim ubiq; ut Themistius interpretatur:uerba anaxagoræ ad chaos retulit in quo oīa continentur: quod etiam non nunq̄ ab anaxagora migma hoc est miscella siue mistura appellatur:hāc miscellam Simplicius & Themistius Platonicos & peripateticos sentire uoluerunt:propterea græci oēs fere chaos anaxagoræ siue migma interpretantur illud quod Aristoteles appellat hylen:catholici abyssum:Plato pādochen siue omnicapax:homiomera siue similaria quæ in chaos contineri asserit anaxagoras/interpretantur inchōnes formarum:quas uetustissimus simeon tenebras abyssi ubiq; appellat:& qa in quolibet composito naturali est materia:in qua sunt omnes formæ inchoate:iure quodlibet esse in quolibet per inchoationem autumat anaxagoras:uerum quid sit hæc formarum inchoatio:in dilucidatione apparebit:ibi enim agnaxagoræ adhuc positionē dilucidabimus: hoc igr̄ pacto

Defensio pōis.

Qualis seraphina.

Qualis cherubina.

interpretando potest defendi anaxagoras:potest etiam defendi/respōden do ad rationes:ad primam dicendū nō esse impossibile esse infinita principia rerum naturalium numero specie uero finita: quæ quidem infinita numero cum locum non occupent:possunt esse in quolibet puncto materiæ:sed quia specie sunt finita:ideo non tollunt scientiam. Ad secundam diceret anaxagoras ꝙ quantitas totius sequitur quantitatem partium locum & distinctionem occupantiū:modo formæ istæ non dicūtur hoc pacto partes:propterea ex quātitate harum nec magnitudo nec paruitas habetur totius. Ad tertiā diceret anaxagoras ꝙ nunq̄ cessat talis extractio: & concederetur apud eum remanere partes siue formas infinitas/nō quidem locum occupantes/uel situm:sed in confuso:nec est impossibile infinitas partes in distinctas atq; confusas esse in magnitudine finita distincta atq; locū certū occupāte. Ad quartā diceret anaxagoras generationē non fieri per diuisionem quantitatiuam:quia sic est deuenire ad minimū naturale:sed per diuisionem æductiuā:quam generationem uocat: & sic non est uenire ad minimum:imo illud de quo aliquid hoc pacto generatur:corrupitur per generationem rei de nouo:& nō minoratur: ut credit Ari. Ad quintam anaxagoras concedet uno modo:& negabit alio modo dicet enim unam esse materiam siue chaos in omnibus:quod quidē actu est in alio atq; alio:potestate tn̄ est unum omniū:& sic dicet non esse impossibile infinita infinities esse in quolibet in potentia & confuse: non tn̄ distincte & occupatiue. Ad rationē libri de generatione responderet anaxagoras ꝙ generatio simpliciter non est illa:qua aliquid accipit esse simpliciter:quia omne quod generatur:præfuit. Sed illa qua aliquid accipit esse:quod est ens simpliciter puta substantia:alteratio uero: qua accipit esse aliquid quod est ens secundum quid ut accidens:& sic saluat differētiā generationis ab alteratione. Ad ultimam anaxagoras concedit illud chaos esse oīa:quia hō/equus/& quodlibet id genus:nō tn̄ denoīatur aliquod horū:quia denoīatio sumitur nō tantū ab eo qđ est sed ab eo quod apparet esse: apparet autem cū æditur in lucē:ædit᷑ uero in lucem:cū formę aquirūteē distinctū & sitū diuersum:& sic rōes istæ nō cogūt. Ex his sequitur in corruptione substantiali non perditur nomen & definitio:nec in generatiōe aquiritur: sed solum apparet perdi uel apparet aquiri: quia omne quod est actu nunc:præfuit:& quod nūc actu est/postea erit: sola autem differentia est propter tenebras & dilucidationem:hæc possunt dici pro anaxagora. Nec ista sunt concedenda/ut multi Iuniores credunt: quibus sufficit dicere contra hos/ꝙ Ari. reprobauit illos:non enim credimus magis Ari. ut dicit alexander:nisi quia eius positio inuenta est plus remota a contradictione:tn̄ ueteres bene interpretati forte non ita temulenter locuntur:ut ignari audiunt; hæc de anaxagora. Post hos inueni

Pō iuniorū peripateticorum. Iuniores peripateticos opinatos esse formas omnes cōtineri actu aliquo pacto in materia. Cum enim materia ipsa & sit in potētia ad oēs formas & sit apta recipere omnes formas/ atq; apetat illas oēs: necesse est ultra potentiam passiuam materiæ ponere aliquid formæ uel formas ipsas aliquo pacto actu præesse/ non modo in potentia passiua: sed in potentia formali/qua & apta sit oēs recipere formas:& qua appetat oēs formas: appetitus enim atq; aptitudo ratione formæ est:ait enim Auerroes q̄ materia appetit formam per illud quod habet de motu ad formā/ ut patet

Cōmēto. lxxxi. phisicorum primo per illud igitur quod materia habet de forma appetit & apta nata est recipere formas:per eius uero potētiam passiuam est subiectum formæ:potentia enim est ratione materiæ:aptitudo autem atq; appetitus sunt ratione formæ. Quod quidem formæ ipse aliquo pacto in actu formali præcedant/uidentur multa uerba peripateticorū ostendere:

Cōmento. lxxix Auerroes enim in primo physicæ auscultatiōis inquit si materia in sui natura esset formata:nō reciperet oēs formas:nisi ens generaretur ex ente:quemadmodum si in sui natura esset priuatio simpliciter: tunc oīo nihil generaretur ex ea. Ex his uerbis apparet priuationem ultra potētiam importare aliquid:& hoc nō potest esse/nisi sit forma uel aliquid formæ generandæ:præterea Ari. uult priuationē distingui a materia contra Pla

Cōmēto. lxvi. tonem:ut dicitur primo phisicorum : igitur priuatio ultra materiā dicit

Cōmento. lxii. aliquid formæ:præterea Auerroes primo physicorum inquit in spermate enim quod fit homo:non cessant partes spermatis recedere:& partes hominis fieri/donec forma hominis perficiatur. Ex his sequitur q̄ forma præfuit imperfecte sed:per generationē perficitur. Præterea Ari. primo

Cōmento, xliii. phisicorum & Auerroes & Themistius ibidem dicunt non quodlibet fieri ex quolibet:sed ex determinato determinatum:illud autem determinatum non potest esse materia:cum sit indeterminata atq; in diferēs ad oīa igitur oportet esse formæ quicq̄:quod est ante generationem:pro his solent fieri rōnes:prima quia si nihil formæ præesset: tunc generatio esset pura creatio:quia fieret forma nihilo eius præsupposito. Secundo tūc generatio non esset naturalis:probatur quia si esset naturalis: uel naturalitate principii passiui:uel naturalitate principii actiui siue formalis:nō naturalitate principii passiui:quia sic nō differt generatio naturalis a generatione artificiaria:in generatione enim artificiaria præsupponitur materia ipsa in qua forma recipitur/ueluti & in naturali:igitur oportet ut sit naturalis utroq; modo:aliter nulla esset differentia inter generationē naturalem/& artificiariam. Speciatim uero sic ponentes differūt. Nam alii

Dīa pōnum. posuerunt in cohationem unam omnium generalē ut formam corporis de genere substantiæ. Alii omnes formas esse incohatas secundum earū essentias non quidem in numero/sed in specie:essentiæ enim rerū in spē

habentur: sunt & alii modi qui cum sint omnino rudes: sunt prætereūdi. De primo modo aīaduertendum est ꝙ duplex est materiæ potentia alia quidē passiua: qua materia potest recipere omnes formas: quaue nec est quid / nec quale / nec quantum / nec aliud prædicamētorum: sed est quodlibet horum in potentia. Alia est potētia formalis: qua ipsa appetit & apta est recipere omnes formas: & hæc est incohatio generalis respectu omnium formarum: hanc uocat Auicenna in primo suę sufficientiæ libro capite secundo formas corporis coæternam materiæ: huius positiōis sunt Albertus / liconiensis / & uidetur opinio Auerrois secundo phisicorum de hac positione diximus multa in libro de generatione / in libro de substantia orbis / in duodecimo huius: nunc pro declaratiōe huius sufficiāt hæc. sed cōtra hanc positionē arguunt nōnulli iuniorum. Primo quærunt de forma quæ generatur / cuius sit actus / an materiæ: an illius formæ cōis: an utriusq; si materiæ: igitur frustra est forma illa: non formæ: quia tunc frustra esset materia: non utriusq;: quia tunc generatio esset motus: quia subiectum eius est in actu. Secūdo nō minus accidentia generantur, secū dum quid: q̄ substantiæ generētur simpliciter: sed pro generatione accidē tium nullū ponitur incohatiuū: igitur nec pro gñratione sbārum. Tertio forma specifica quæ incohatur in generica: aut est aliquid p̄ter formā genericā: aut nihil prorsus: si nihil prorsus: tunc talium formaꝝ nulla eēt generatio: eo quia nihil addit forma specifica ultra genericā p̄existentem. Si uero sit aliquid p̄ter genericā: tunc quantū ad illud qd' addit ultra illā non est incohata in illa: & sic non euitatur creatio. Amplius non saluatur differētia inter generationem naturalem / & artificiariam. Quarto si formæ specificæ incohantur in illa generica: tunc contraria essent in eodem: quod uidetur impossibile / & incohatiue / & perfecte. Quinto si dabitur istud incohatiuum: tunc daretur quintum ęlementum: quia compositum ex illa forma & prima materia: quod nullum ælementoꝝ est. Contra hāc positionem multas rōnes fecimus in libro de substantia orbis: & in libro de generatiōe: patauii etiam dum illic legebamus pueri nostri multas rationes mouerunt contra istam: uerum quia omnes illæ rationes / tunc a nobis fuerunt solutæ: & unusquisq; aptus ad philosophandum ex nostris dictis poterit illas leuiter delere: nunc non dignamur plura scribere: sat nobis erit soluere has per quas grauiores uiri credunt formam hanc elidere pro solutione igitur debes scire quod incohatiuum est duplex aliud dispositiuuum: aliud graduale: graduale incohatiuum est calor ut duo ad calorem ut octo: perfectius enim calor incohatur gradualiter in illo ut duo: dispositiuum uero bifariam est / aliud sui generis: aliud alterius generis: alterius generis est dispositio qualitatiua & quantitatiua respectu formarum substantialium; eiusdem generis est uege-

Prima pō.

Cōmento. xv.

Obiectiones iuniorum.

Excusatio

Quotuplex incohatiuum.

tatiuum respectu sensitiui / sensitiuum respectu intellectiui ut dictum est libro secundo de anima: omnium substantialium formarum commune est forma corporea de genere substantiæ. Tunc probabiliter tenemus ut semper tenuimus: formam illam: quę est habitus coęuus materiæ esse incohatiuum dispositiuum omnium formarum eiusdem generis cum formis substantialibus. Ad primã dico q̃ forma genita est actus primæ materiæ: & negatur q̃ frustra sit illa forma: quoniam forma est actus primæ materię: & tñ non frustra sunt dispositiones qualitatiuę & quantitatiuę in materia: sic dico q̃ licet forme specificę sint actus primę materię: tamen illa forma est necessaria ut incohactiuum dispositiuum: ueluti de cęteris dispositionibus cõcedimus. Ad secundã dico q̃ accidẽtia hñt incohatiua dispositiua alterius generis: remotum quidẽ talem formã cõem: propinquum uero formas substantiales subiectorũ: quia subiectũ accidentium non est nisi ens in actu per formam: hñt etiã incohatiuum eiusdẽ generis siue de genere acciendtiũ uidelicet dimẽsiões iterminatas: & hoc sufficit. Ad tertiã dico q̃ formæ quæ generantur sunt aliqd p̃ter illum habitũ siue illã formã: & conceditur q̃ nõ sunt incohate in illa gradualiter: ueluti caliditas ut octo incohatur ĩ caliditate ut duo: sed bene incohantur oẽs illæ in tali forma dispositiue: quia nisi materia esset p̃dispo sita hac forma: licet esset in potentia ad omnes: non tamen omnes esset recipere apta: nec appeteret illas. Vlterius euitatur creatio: quia creatio est formæ: cuius nulla forma eiusdem generis præcessit: mõ licet nihil formę specificæ præcessit: sufficit q̃ præcedat aliquid: quod actinet ad illã saltẽ secundum genus: etiam saluatur differentia inter generationem artificialem & naturalem: quia artificialis generatio per se non supponit incohatiuum / nec eiusdem / nec alterius generis: solum enim: hoc est per accidens: quatenus formę artificiales sunt accidẽtia: quæ reqrunt ens in actu: at naturalis generatio per se requirit incohactiuũ dispositiuũ ut dictum est. Ad quartam concedo omnia contraria esse incohatiue dispositiue in illa forma: non autem incohatiue gradualiter. Ad quintam nego consequẽtiam: quia ælementum est corpus in actu specifico: sed si uelint per ælemẽtum omne illud ex quo fit aliquid: concedo nec hoc repugnat Aristoteli: cum etiam ipsam materiam uocet ælementum: utrum uero hæc positio sit de mente Auerrois: uel ne: nõ multum curo: nam habemus præcipuos auctores non minores Auerroe: qui hanc positionem sentiunt: præterea ego alias declaraui hanc positionem posse stare cum rationibus & positionibus Auerrois: tu uero lege dicta nostra: & potes hoc tenere: hæc de prima positione. Alii imaginantur in materia duplex genus potentiæ: quia aliæ sunt potentiæ: quibus materia appetit formas / & ipsas est recipere apta: & hæ potentiæ sunt formales: quæ sunt specificæ essentiæ

Solõ rationũ

Secũda põ egi. & p̃ceptoris.

omnium formarum:ut essentia hominis/uel equi est potentia formalis/ quã ipsa materia appetit/uel est apta recipere omnes formas speciei equi: aliæ sunt potentiæ:quibus materia est potens esse subiectum omniũ formarum:& hæ sunt diuersæ:quia alia potentia potest esse subiectum formarum equi:& alia formarum hominis:hæ potentiæ dicuntur subiectiuæ:potentiæ istæ formales sunt incohactiones omnium formarum:hanc positionem uidetur sectari Egidius in multis locis. Et præceptor noster celeberrimus in suis quibusdam quęstionibus:mouentur autem isti:quia formæ fiunt:& omne quod fit componitur ex esse & essentia:igitur formæ componũtur ex esse & essentia:& cum essentia præcedat esse: igitur essentiæ formarum præcesserunt. Secũdo uniuersalia sunt æterna: & nõ secundũ esse:quia continuo esse fluit & refluit:igitur secundũ essentias: igitur essentiæ omnium formarum præcedunt. Ex his cõcedunt incohactiones essentiales omnium formarum:& si quæritur ab his: utrum his incohactionibus essentialibus correspondet aliquid pręter materiam & causas agentes:uel nihil præter materiam & causas agentes:respõdent ꝙ his respondet aliqd præter materiam & agentes causas:quod quidem nõ est esse existentiæ. Sed esse essentiæ:incohactioni enim omnium formaꝶ equi correspondet aliquod extra materiam & causas actiuas illius: quod quidem est ens essentiæ:nõ autem ens existentię:ut pote equus secundũ esse essentiæ:non autem equus secundum esse existentiæ:equus enim secundum esse essentiæ est aliquid præter materiam & causas agentes. Cõtra hanc positionem obiciunt iuniores exteri primo uel essentia talis est perfectibilis per actum eiusdem rationis cum ipsa:uel non: si non igitur frustra præcedit:est etiã cõtra eos/qui tenent formas componi ex esse & essentia. Quod non sit perfectibilis per actum essendi eiusdem rationis: deducunt quia essentia equi est perfectior esse existentiæ eiusdem:igitur non perficitur per esse existentiæ: antecedens probant primo quia illud esse essentię directe pertinet ad genus substãtiæ:esse existentiæ nõ pertinet ad genus illud:modo quod pertinet ad genus substantię est pfectius non pertinẽte ad idem genus. Secũdo quia nobilissima perfectio cõpetit cuiq; per suum proprium genus & suam propriam differentiã:quæ pertinent ad eius essentiam:& non ad eius esse. Tertio plus excedit homo potestate equum potestate:ꝗ actu homo hominem potestate:at homo potestate equum excedit per essentiam:homo uero actu excedit hominem potestate per existentiam: igitur esse existere non est perfectius essentia. Secundo principaliter in omni trãsmutatione est assignare terminũ formalẽ generatiõis:aut igitur terminus talis est forma generanda secũdũ essentiã:aut fořa generanda secũdũ existentiã:aut essentia formę sub existentia:nõ secundũ essentiã:quia quod capit esse secundũ aliquid sui:non

Obiectiones exterorum.

prçest in materia:igitur si forma est terminus generationis secundũ esse essentiç:secundum tale esse non prçfuit in materia:nec secundum esse exi stentiç:quia cum esse existentiç sit accidens:tunc talis generatio nõ esset per se ad substantiã:nec essentia sub existentia:quia aut sub ratione essen tiæ/aut sub ratione existentiç:si sub ratiõe essentiç:igitur essentia produ citur:& sic habetur intentum:si sub ratione existentiç:igitur accidens ter minat generationem:Prçterea forma sub existẽtia dicit unũ per accidẽs: quum sit agregatum ex substantia & accidente:igitur nõ est terminus ge nerationis per se præterea quod nõ est principium agendi non est princi pium & ratio terminandi. Sed existentia non est principium agendi : sed essentia siue natura:igitur essentia est terminus actionis. Tertio principa liter formç istæ secundũ esse essentiæ:quæ præcedũt in materia: aut sunt unitæ materiæ:aut seperatç:si seperatæ:igitur uẽ positio Platonis;si unitç igẽ reponunt materiam in specie : & sic ante genetationem hoĩs materia fuisset hõ:& sic de aliis. Amplius hõ per generationem nõ aquiret nomẽ & rationem:nec per corruptionẽ amictet nomen & rõem . Quarto illud quod aquiritur per generationem aut erit aliquid ꝑter illud quod ꝑfuit in materia:aut nihil aliud:si nihil aliud:tunc nulla esset generatio:si aliqd præter illud:tunc tale creabitur:quia erit ex nihilo sui : & sic non euitant creationem. Quinto omne continens uirtualiter perfectius continet uir tualiter imperfectius:sed agens cõtinet uirtualiter formam secundũ esse existentiæ:igitur secundum esse essentiæ:quod est imꝑfectius. Sexto for ma quæ secundũ esse essentiæ ꝑest materiæ/aut est corruptibilis secũdũ tale esse:aut non:si sic:igẽ secundũ tale esse est generabilis:aliter generabi le & corruptibile nõ conuertentur:si non:tunc idem numero poterit redi re:quia remanet in materia sub eadem aptitudine:& agens manet idem. Septimo tunc darentur incohactiones infinities infinitæ:qa in omni ma teria sunt oẽs specificæ incohactiones:& materiç sunt infinitç:he sunt rõ nes contra hanc positionem directæ:quia indirectæ possunt esse multæ.

Defensio: Quicquid sit de ueritate huius positionis:isti cauilli nulli sunt : ubi aĩad uertendum est:ꝙ ista põ uult uniuersalia realia nihil esse nisi tales inco hactiones essentiales:ut enim habent esse actu in suppositis dicuntur uni uersalia:ut uero continentur potestate in suis causis præcipue in materia dicuntur incohactiones. Secundo animaduersione dignum tales incoha ctiones non contineri in materia ut accidẽtia in ſ bctõ:nec ut formæ ꝑfi cientes in ꝑfectibili.Sed qa in illa cõtinẽtur oĩa indiuidua generabilia/in qbus ut in suppositis tales eẽntiç siue uniuersalia cõtinẽtur:& ꝑpea nõ in telligũtur sepatæ ab indiuiduis ut.n.materia potestate hẽt oẽs formas in diuiduales:sic potestate præhẽt uniuersales istas forãs mediãte cõtinẽtia illaꝝ indiuidualiũ. Tũc ad cauillos/ad primã dicerent ꝙ talis essentia est

perfectibilis per esse existentiæ:non quidem simpliciter: quia semper tale esse essentiæ est in aliquo esse existentiæ:quia uniuersalia sunt æterna in suis indiuiduis. Sed secundum quid:& tunc dato ꝙ essentia rei sit perfectior ipsius esse:adhuc potest perfici per esse secundum quid: non dico simpliciter. Ad secundam dico ꝙ terminus formalis est forma particularis quæ secundum particularem essentiam non præfuit: nec secundum particulare esse:sed præfuit secundum essentiam specificam. Tum in suppositis actualibus/tum in suppositis potentialibus in materia contentis: & hoc modo cessat omnis eorum cauillus:imo ipsi coguntur ponere hāc solutionem:qui tenēt essentiam esse naturam realem cuius unitas est minor unitate numerali: & maior unitate specifica: potest enim hæc ratio torqueri contra eos:quia quærerem ad quid terminatur generatio aut ad illam naturam:aut ad esse existentiæ illius naturæ: & arguatur ut prius: & propterea coguntur dicere ꝙ præcessit esse essentiæ specificum/ non autem particulare:quod contrahitur per esse existentiæ. Ad tertiam dico ꝙ istæ formæ sunt unitæ matæriæ in potentia ratione suppositorum: quę sunt in materia in potentia:& sic cessat ratio. Ad quartam rationem coguntur ipsi respondere ut nos:ideo dico quod erit idem & aliud:idem/ quia illi correspondens:aliud quomodo ens in actu aliud ab ente in potētia:& sic euitatur creatio. Ad quintam data ratione eorum:tūc natura cōmunis/quam dicunt essentiam contineretur uirtualiter in causis: & hoc modo oportet respondere pro nobis & ipsis:quod hæc propositio est uera:quando ambo illa sunt continebilia:modo nihil pōt contineri nisi producibile:natura illa siue essentia non est contineri apta:qa non est producibilis ut ipsi dicunt. Ad sextam etiā ipsi coguntur soluere qui ponūt essentiam esse naturam cōmunem:propterea dico ꝙ est æterna talis essentia:non autem redit idem numero:quia cōcurrit potentia respectiua materiæ:quæ in aduentu formæ particularis corrumpitur. Ad septimam negatur consequentia:quia incohationes infinitarum materiarum sunt nō numero sed specie differentes: sed species sunt quodam numero ut dicit Porphyrius. Ex his potest hæc positio defendi:imo dico ꝙ quæcunq; isti scribunt contra hanc positionem:coguntur ipsi etiā soluere/qui ponunt esse essentiæ esse naturam cōmunem/ esse uero existentiæ esse modū intrinsecum illius essentiæ:omnes enim rationes factæ contra positionem illā sunt contra eoꝝ positionē:nolo plures pōes narrare:quia cæteræ quæ ponuntur:non hn̄t colorē. Hæc de pōibus dicta sufficiant.

¶ Caput dilucidationis quartum

Pro dilucidatione:primo animaduersione dignū ꝙ omnis effectus in suis continetur causis:aliter ex quolibet efficeretur quodlibet: effectus uero in causis nihil aliud est q̄ suæ causæ; & ita effectus in causis non est sub

eſſentia propria.Sed ſub eſſentia ſuarum cauſarum:qua ratione latens di citur in illis:quatenus nõ eſt ſub propria eſſentia:dum uero eſt in ſe ipſo extra cauſas:patens dicitur:quia ſub proprio eſſe/propriaq; eſſentia alia a cauſis exiſtit:hinc forma dum producitur æduci atq; extrahi de poten tia materiæ dicitur:quatenus latebat ibi/eo quia in illa uti in cauſa conti nebatur:& non ſub eſſentia propria/magis autem ſecundum eſſentiam cauſæ·Secundo animaduerſione dignum ꝙ eſſe in potentia materię non eſt uno modo:quædam enim ſunt in potẽtia materiæ primo prima:& ſic ſunt omnia in potentia materię:& hoc pacto ex quolibet põt fieri quodli bet:quatenus in quolibet continetur materia:in cuius potentia primo pri ma continẽtur omnia:quædam ſunt in potentia materiæ determinata:ue luti in pane eſt potentia ſanguis:& hoc pacto non exquolibet fit quodli/ bet:ſed determinatum ex determinato:unde ut colligitur duodecimo hu/

Cõmento, xi ius forma poteſt intelligi in materia bifariam uno modo ſecundũ poten tiam materiæ primo primã:& hoc pacto formę nihil pręeſt/nec de diſpo ſitione formæ:ſed ſolum illius præſunt cauſæ tantũ:alio modo forma po teſt intelligi eſſe in materia pro ut præeſt in potentia propinqua quodã modo inclinata ad formam per qualitates naturales:& ſic dicitur hæc po tentia reſpectiua:& ſic licet nihil formæ præſit:præſunt tamen diſpoſitio

Cõmento: xviii nes formę·Tertio debes ſcire ut Auerroes duodecimo huius declarat ꝙ creatio apud philoſophos eſt productio alicuius nulla parte illius præſu poſita:hinc concludit ꝙ ſi forma per ſe fieret:talis crearetur : quia illius nulla pars præſupponeretur:compoſitum uero quod per ſe fit:non crea/ tur;quia eius aliqua pars pręſupponitur ut pote materia.Ex his apparet dilucidatio:cum enim quæritur utrum rõnes ſeminales materiæ præſint pro generatione formæ.Reſpondeo ꝙ ſi per rationes ſeminales intelligũ tur eſſentiæ formæ:quibus correſpondet aliquid præter eſſentias cauſa/ rum/& diſpoſitionum : ut ſic pro generationibus rerum non præſunt: rationes ſeminales : ſi autem intelligantur per tales rationes ſeminales cauſæ ipſæ ſiue diſpoſitiones propinquæ:ſic eſſentiæ formarum pręſunt: quia præſunt cauſæ & diſpoſitiones:quæ ſunt eſſentiæ formarum: & ita præſunt eſſentiæ omnium formarum:ſumendo tales eſſentias pro ut il/ lis nihil correſpondet præter cauſas illarum principales uel diſpoſitiuas: Et fortaſſe hoc uoluit dicere ſecunda poſitio : & anaxagoras : dum dixe runt eſſe omnium formarum incohationes : quæ ſunt omnium forma/ rum eſſentiæ: ſumpſerunt enim incohationes nõ pro rationibus & eſſen tiis quibus correſpondet aliquid præter diſpoſitiones & præter cauſas omnes : ſed ſumpſerunt eſſentias quatenus illis nihil aliud præter cau/ ſas principales & diſpoſitiuas correſpondet. Hæc de dilucidatione ipſa di cta pro nunc ſufficiant •

¶Caput solutionum quintum.

His dilucidatis ad rationes/ad primam dico q agens extrahit effectū de potentia materiæ:quatenus eius esse nō erat aliud q̄ esse materiæ:at agēs ita illū æducit:q facit ipsum esse extra potentiā materiæ:nec p̄bet ei multitudinem sed perfectionē:quoniā non efficit aliū p̄ter eum/q in materia continebatur:sed ip̄m perficit in actu. Ad secūdā dico q effectus in actu nō est alius ab eo quod est in potentia alietate termini:qa quod erat in potentia erit in termino:tñ est alius alietate essentiæ : quia in potentia talis effectus erat suæ causæ:in actu est per se in ꝓprio esse & essentia alia ab esse & essentia causæ. Hæc de undecima disputatione.

¶Duodecima disputatio si in causis agentibus præsint rōnes seminariæ rerum generandarū.

¶Caput dubitationum primum.

Quod nō præsint/arguo:Primo effectus æqualiter cōtinetur in materia & in agente:sed ante generationē ratio seminaria materialis erat solū ip̄a materia:igitur rō seminaria effectiua erit solū ipsum agens:igr̄ nihil præest præter causas agentes. Secundo agēs cōtinens effectū totaliter:non requirit rationē seminalē aliam ab ipso:sed cœlum cōtinet effectū totaliter: igitur non requirit aliquā aliā rationē seminalem præter cœlicam uirtutem:in contrariū est Ari. & Auerroes hoc septimo/& duodecimo huius ubi uolunt ante generationem cuiusq formæ præfuisse semē/in quo est ratio seminaria illius formæ:idem in libro de animalibus. Cōmento. xxxi Cōmento. xviii

¶Caput secundum tituli.

Pro tituli declaratione oportet declarare quid sit semen:quia a semine ratio seminalis dicta est:itaq apud exteros sic describitur semen est corpus imperfectum productum a generante:cuius forma intenta est ut ex ipso generetur simile aliquid generanti:causa autem est : quia natura primo procedit ascendendo de imperfecto ad perfectū ut a forma seminis usq ad formam sanguinis : e forma sanguinis usq ad formam embrionis : e forma embrionis tandem usq in formam speciei hominis uel equi. Contra uero procedit in corruptione:qa primo ex aīali ad cadauer : hinc ad æleměta tandē. Ex hoc seqtur semē esse corpus impfectū gr̄a alterius a generante productū. Sed hæc definitio est diminuta:primo qa nihil ponitur per qd notetur materia:quę est de essentia definitiōis uel illius pars apud exteros:aut saltē est necessaria ut deferēs essentiā:& hoc ait Auer. primo de anima:q qui dimictit materiam indefiniēdo: diminute definit

Quid semen secūdū exteros.

Cōfutatio definitiōis seminis.

Cómento. xvi. ut patet. præterea si semẽ ipsum est corpus imperfectũ: aut imperfectio ne generis: aut imperfectione speciei: si imperfectione generis: sic oẽ aĩal præter hominem erit corpus imperfectum: & sic male illud additur in de finitione seminis: non impefectione speciei: quia omne semen in specie se minis: cum habet oĩa requisita ad eius speciem est perfectũ in sua specie: & sic omnino male additur corpus imperfectum. Tertio cum ratio semi nalis dicatur a semine: tunc solum in uiuẽtibus essent rõnes seminales: & non in ælementis uel simplicibus aut mistis inanimatis: quod non est di-

Quid semen. cendum. Propterea aliter oportet dicere. Vbi aĩaduertendũ est semen pos se trifariã sumi: uno modo pro omni eo: in quo adest uirtus ꝓductiua ali cuius effectus: siue illud semen sit decisum uel productum ab agente par ticulari / siue nõ: & hoc pacto dispositio qualitatiua inducta in ligno a so le uel igne dicitur semen respectu ignis generandi. Secundo sumi potest pro quodam proportionali uero semini & sic corpusculũ illud in carne uacina est semen respectu apis generandæ: quod quidem productum est a calore solis & cæterarum stellarũ diffuso in aere uel aqua ut dicit Auer

Cómento. xviii roes duodecimo metaphisicæ libro. Tertio potest sumi pro corpore deci so ex superfluo alimenti in loco debito generationis: in quo est uirtus productiua eius quod est simile generãti. Semen primo mõ est oĩs dispo sitio qualitatiua in qua est uirtus effectiua alicuius corporis in certa spe cie constituti: & hoc pacto semen & ratio seminalis idẽ est: quia caliditas & siccitas inductæ in ligno ab igne est semen ad formam ignis generan dam: & hæc eadem est ratio seminalis. Semen secundo modo est corpus quoddam productum ab actione solis & cæterarum stellarũ: in quo resi det uirtus generatiua certi uiui: quod est simile saltẽ uirtualiter calori stel larum tunc uigenti. Tertio modo semen est corpus decisum a superfluo alimenti patris & matris producti in loco debito generationis in quo re sidet uirtus generatiua alicuius uiuentis similis iis equibus decisum est: tangitur corpus loco generis & formæ: tangitur a superfluo alimenti pa tris & matris siue principiorum agentium loco materiæ / & loco agentiũ producti in loco debito generationis tangitur ad expressionem maiorẽ: dicitur in quo residet uirtus alicuius uiuentis productiua loco causæ fina lis: & per similitudinem ad hoc semen: quod sperma appellant græci cæte ra semina dicuntur: hoc enim modo tangitur in libro de aĩalibus ab Ari. Ex his apparet quid sit ratio seminalis: si enim semẽ accipitur primo mo do: sic idem secundum rem est semen / & ratio seminalis: dispositio enim il la qualitatiua ut inducta ab agẽte est semẽ: ut instrumentũ agentis prin cipalis ad generationem ignis uel alicuius talis / dicitur ratio seminalis. Si uero semen sumatur secundo uel tertio modo uirtus illa / siue qualitas il la quę residet in spiritu generatiuo: qui est pars spiritualior & subtilior

totius corporis:dicitur ratio seminalis. Quid sit ratio seminalis/ & quid semen:modo patet. Hæc de titulo.

¶ Caput tertium positionum.

De disputatione Plato quæm secuntur Alexander Themistius Auicena algazel & alii plures dixit formas rerum induci totaliter ab extra: illasq; non contineri in agentibus particularibus:eo quia agētia particularia nō inducunt formas:sed solū disponunt. Et tunc iuxta hanc positionē oportet dicere nullam esse rationem seminalem primo qa in dispositione qualitatiua non in est uirtus generandi. Secundo quia nec in semine secundo uel tertio modo:solum enim in est uirtus disponendi ad inductionem formæ:uirtus autem generandi est in aīa mundi apud Platonē:quæ ab Auicenna dicitur cholchodea:a Themistio Alexādroue intellectus agens: ab aliis dicitur forma uniuersi:dicitur quidem aīa ab animando cūcta uiua: non autem ab in animando:dicitur forma a formando, non aūt ab informando:dicitur intellectus agens respectu intelligibilium. Sed cōtra hāc positionem non est nunc obiciedum:quia disputatione decima est obiectum per rationes Auerrois:nūc autem sufficit. Exteri uero concedunt semina:uerum de semine tenent istas conclusiones:prima semen nō ponitur ut principium actiuum actingens ultimam formam substantialē generandam. Secunda semen non agit ad dispositionem præuiam ut sufficiens principium actiuum alterationis:sed quasi ut instrumentum cœli. Tertia omnes animę in materia disposita inducuntur in mediate a deo. Quarta cæteræ formæ inanimatorum inducuntur ab agentibus earū. Ex his sequitur quinta conclusio q; non præsunt rationes seminales actiuæ:sed bene dispositiuæ:& si præsunt solum in formis in animatorū præsunt:has conclusiones per ordinem deducunt:primam quidē multifariā: & primo supponunt ab imperfectiori non posse effectum perfectiorem produci primo quia si non:tunc nulla esset uia ad probādum agens unū esse altero præstantius semper enim Ari. docuit illud per maximū in qd potest. Secundo omne quod est in ꝑducto est in producēte actu uel uirtute:igitur semper producens est perfectius uel saltem æque perfectum effectui. Tertio signetur effectus productus a semine & sit A: uel igitur A est ęquale semini:uel excedit semen:uel est minus: si minus uel æquale: habetur intentum:quod non concurrit actiue ad productionē animalis: si excedit:quæro de illa entitate qua excedit:utrū sit ab illomet uel ab alio non ab illomet: quia tunc contineretur in illo formaliter uel uirtualiter: & sic per illam entitatem A non excederet illud producens:igitur ab alio oportet illam esse: & hoc est propositū. Quarto oīs causa ęquiuoca est perfectior suo effectu:sed semen est causa æquiuoca respectu aīalis producti:igitur non potest esse illo impfectius. Quinto qn̄ ad eundē effectū

Pō exterorū

cócurrunt duæ causæ.f. uniuoca & æquiuoca:æquoca semp est nobilior effectu:igitur a fortiori quando sola æquiuoca concurrit:quare cū ad generationem aīalis solum semen concurrit:sequitur ꝙ semen deberet esse nobilius illo : quod est impossibile. Sexto nulla forma dare potest perfectius esse alicui:q̄ si illi se ipsam præberet formaliter. Sed si forma seminis daret esse materiæ/non daret esse nobilius animali: igitur non potest dare esse animalis. Septimo nullus effectus est sine per se causa efficiētie: sed in momento generationis semen non est secūdum Auerroem primo

Cómento.lxii

phisicorum:igitur non potest animal esse a semine:uel sub alia forma sumus in primo instanti geniti esse aīalis:uel igitur animal est a se/uel alio uel a nullo:& cum non possit esse a se nec anullo:igitur:ab alio : & non a semine:quia illud non est:igitur a motore seperato:hæc de prima conclusione eorum:multa alia dicunt:tn̄ ex solutione horum apparebit solutio cæterorum. Secundam uero deducunt primo quia agens uni formæ nō potest esse sufficiens principium actiuum effectus difformis. Tertiā uero deducūnt:quia animæ illæ non inducuntur a seminibus: nec a uirtute cœli:igitur a deo. Quarta cōclusio eorū patet:quia ignis productus quo ad qualitates secum productas est a qualitatibus ignis generantis : quo forma eius est a forma generantis:hoc autem esse potest pro tanto : quia forma generantis est aplicata materiæ:de qua debet deduci forma ignis:

Cōfutatio pōis

non sic forma aīalis generantis:hæc exteri de quæstione hac. Sed ꝙ hæc positio nec sit peripatetica:nec Platonica:declaratur:Platonica quidē non quia Plato concedit formas creari:isti dicunt tales formas fieri:non autē creari. Amplius Plato generatim oēs formas tenet deforis aduenire:isti

Optima ratio.

solum animas. Quod nō sit peripatetica declaratur. Primo quia Ari. xv. libro de animalibus:ubi disputat:quæ nam anima ex semīe/quæue deforis accedat:concludit solum intellectum deforis aduenire:igitur per exponentes sequitur:ꝙ intellectus deforis aduenit:& nihil nō intellectus deforis aduenit:& ita cæteræ animæ traducuntur ex semine ut ibi concludunt rationes eius. Secundo sequeretur ꝙ nullum uiuens uera generatione generaretur:quod licet de homine solet concedi:de aliis oēs negant:& deducitur enthimema:quia nullum generatū cuius forma per generationem non accipit esse:uere generatur:generatio enim est naturalis/quia uia est in naturam hoc est in formam ut dicit Ari. secundo phisicorū. Sed q̄dlibet uiuens præter hominē uera generatione generatur:igitur eius forma per generationem accipit esse:& per consequens non per productionem a deo. Tertio generatio secundum peripateticos est finis alterationis: sed omnis finis alterationis accipit esse per alterationem:in hoc enim concordant omnes peripatetici ꝙ terminus motus accipiat esse per motum:siue sit in trinsecus siue ex trinsecus:igitur tales formę erūt uere termini alte-

rationum:& sic non sunt a deó. Tertio formę uiuentium intēduntur ab agentibus naturalibus:aliter a casu pręter intentionem illorum fierent: & si intenduntur ab illis:igitur generantur:aliter frustrarentur fine inten eo:quia niterentur ad id quod nō est in posse eorum. Quarto omnis effe-ctus qui dependet in esse & cōseruatione ab aliquibus causis depēdet uel dependuit in generatione ab eisdem uel similibus: hęc recipitur ab omnibus peripateticis ubiq;:sed animę omnes pręter rationalem dependent in esse & conseruatione a materia dispositionibusq; materialibus:ita ut illis remotis amplius non sint:igitur dependent uel dependerunt ab his uel similibus in generatione. Quinto uel tales animę continentur in potētia in prima materia:uel pœnitus ab extra inducuntur. Si continentur in potentia in prima materia:igitur deus illas producens erit extrahens: quod est ridiculum apud peripateticos:nō enim credo hos esse ita rudes:cū acuti dicantur:ut hæc dicerent ad mentem peripateticorū. Si ab extra pœnitus inducuntur:inter dispositiones & has formas ordo erit accidentalis: disponent enim materiā ad has formas mere per accidens: declaratur/qa nec in his dispositionibus cōtinentur formæ aliquo pacto:nec formę cōtinent has dispositiones:& sic per accidens mediātibus talibus dispositionibus hę formę inducerentur. Sexto si tales formę oīo deforis accedunt: ut arguit Auerroes duodecimo huius:tunc istę propriissime crearentur: Cōmento.xviii probatur quia nihil harum supponitur nec actu nec potētia: igitur uera creatio. Septimo fortius omnis productio uel est ex ente uel ex non ente: si ex non ente simpliciter & pœnitus: a peripateticis dicitur creatio; si ex ente in potentia dicitur generatio:in hoc conueniunt oēs:tunc arguo uel istę formę fiunt ex non ente pœnitus:uel ex ente in potentia:in quo pręfuerunt saltem aliquo pacto:si ex oīo non ente:in quo nec actu nec potētia sunt:creabunt:ut patet per definitionē creationis:si ex eo in quo sunt in potentia:tunc generabuntur uera generatiōe:& nō productione/ quę est inmediate a deo:hę rationes recipiuntur leuiter a peripateticis:ab exteris uero captu erunt difficiles. Secunda conclusio etiā debet exponi: quia uel uolunt q; semen non concurrat ut principium alteratiuum particulare:uel q; non concurrat solum nullo alio concurrente. Si secundum: bene dicunt:non tamen:consonat ratiōibus eorum:ratio enim eorum uidetur probare q; nec concurrat ut particulare agens/uel disponens/nec aliquo pacto:nisi ut coadiuuās:at si uolunt ut semen non concurrat ad alterationem ut particulare alterans:contradicunt medicis:qui dicunt semen esse uirtualiter difformę: quia deciditur a superfluo alimenti omniū mēbrorum:& sic est particulare agens ad organizationem:cœlum uero est uniuersale agens:non tantum generationis/sed dispositionis/& omnis motus. Sed isti non curant contradicere oībus;quoniam eorum studium nō

est nisi in cõtradicẽdo. Tertia conclusio est directe contra Ari. in libro de sensu: ubi dicitur ꝙ nulla substantia est principium inmediatum alicuius actionis: & ideo concludit ꝙ ignis agit ut calidus: ut uero calidũ igneum ignem generat. Pręterea si forma ignis potest generare formam ignis inmediate solum suppositis dispositiõibus qualitatiuis & quãtitatiuis: tũc illamet forma si esset seperata posset ignem generare solum praexistentibus dispositionibus: quod quantum sit peripateticum: tu considera: & cõsequentia patet: quia per qualitates solum disponit: & per se generat: igĩ facta dispositione totali: poterit illa sic seperata generare eũdem ignem. Sed de his in libro de generatione. Hæc de positionibus.

¶Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione debes scire ꝙ in uero semine tria sunt forma substantialis seminis per quam semen est semẽ: spiritus gignitiuus: qui est subtilior pars seminis: & qualitas quædam: quæ est calor seminalis: hic uero calor est cœlestis / & est animalis: ut decisus ab animali ut animal est: calor iste est animalis: ut decisus ab animali quatenus est instrumẽtum stellarũ & solis est cœlestis: in semine quoq; ꝓporcionali huic uero ueluti in corpusculo illo: hęc tria sunt: uel his similia: adest forma illius substãtialis: adest spiritus gignitiuus: adest calor ille cœlestis proportionalis animali: in semine uero primo modo duo sunt / non secundum rem dicta: sed secundũ rationẽ / adest caliditas uel dispositio qualitatiua / ut qualitas est: & adest ratio instrumenti: quia illa qualitas inducta est qualitas / & est instrumẽtum ut qualitas qualitatem efficit: ut instrumentũ substantiæ efficit substantiam: tunc dico primo ꝙ sumendo rationes seminales pro quibus uis principiis actiuis: sic dantur rationes seminales remotæ: ex parte quidem agentis sunt primus motor & cœlũ: ex parte materię sunt ipsa materia: & hoc dixit Auerroes dudecimo huius ubi in calce cõmenti ait ꝙ oẽs formæ sunt potestatẽ in prima materia: & actu in primo motore. Si uero sumantur rationes seminales pro uirtutibus seminum actiuis: sic etiam cõcedimus illas esse uel in seminibus: uel in similibus his: in uero quidẽ semine uel illi proportionali ratio seminalis est forma substãtialis seminis: calor animalis residens in spiritu gignitiuo: & hę duę sunt in proportionali semini: in metaphorico semine ratio seminalis est ratio instrumentalitatis ut dictum est: igitur rationes seminales semper pręsunt generationi cuiusq; formę. Hęc de dilucidatione.

Cõmento. xviii

¶Caput solutionum quintum.

Nunc soluamus primo rationes exterorum: Secundo ad principales dicemus. Ad primam dico ꝙ ab imperfectiori potest produci perfectius nõ absolute: sed quatenus instrumentum est agentis principalis: forma enim seminis una cum calore animali ut instrumẽtum agentis particularis &

uniuersalis potest producere perfectius se. Ad rationes/ad primã dico ꝙ est aliqua uia: non tñ illa uia est eadem de instrumentis & de agentibus: principalibus: agens enim principale dr̃ altero perfectius: quia põt in ma ius per se: uel mediante aliquo instrumento: instrumentũ uero est perfe/ ctius quia põt in maius ut instrumentũ perfectioris agentis. Ad secundã dico ꝙ quicquid est in animali producto est in semine uirtualiter nõ prin cipaliter: sed uirtualiter instrumentaliter: & sic nõ oportet semen esse per fectius actualiter aĩali: sed sufficit ut sit æque perfectũ uirtualiter instru/ mentaliter: etiã dato ꝙ sit impfectius illo actualiter. Ad tertiam dico ꝙ A excedit semẽ quo ad actualem perfectionem: tñ non excedit illud quo ad uirtualem instrumentalẽ perfectionem: est enim semen instrumentũ agẽ tis æque perfecti uel perfectioris. Vlterius concedo ꝙ entitas qua A exce dit semen: continetur in semine uirtualiter non quidem principaliter/ sed instrumentaliter: & sic non sequitur semen esse absolute perfectius aiali genito: sed solum esse instrumentum agentis perfectioris uel ęque perfe/ cti. Ad quartã dico ꝙ causa ęquiuoca principalis est perfectior suo effe/ ctu. Sed causa æquiuoca instrumentaria: non est perfectior: sufficit enim illã esse instrumentũ agentis perfectioris: per idem. Ad quintam: si enim concurreret ęquiuoce principaliter ꝓculdubio haberet̃ intentũ. Ad sextã dico ꝙ antecedẽs est falsum: põt enim aliqua forma dare perfectius esse: ꝗ si ipsa esset forma materiæ: qñ est instrumentum perfectioris agentis: non tñ absolute: & hoc non possunt capere. Ad septimam dico ꝙ agens est duplex alterum requisitum profieri: alterum requisitum pro esse & conseruatione: agens requisitum profieri est semen ipsum: agens requi/ situm pro esse & cõseruatione est cœlum & primus motor: mediantibus dispositionibus qualitatiuis & quantitauis: dico ꝙ in primo instanti esse formæ aĩalis: hæc forma est: & quom quæritur uel a se: uel a nullo: uel ab aliquo: dico ꝙ in hoc primo instanti a nullo est effectiue: ab aliquo cõser uatiue: quia a cœlo & dispositionibus materialibus: nec est impossibile effectũ esse sine agente: a quo solũ infieri dependet: sufficit enim habere agens a quo dependet in conseruatione: hæc ad rationes primæ conclusio nis: ad rationes pro aliis conclusionibus/ patuit solutio in dilucidatiõe: di ximus enim ꝙ semen non est totale principium alteratiuũ sic ꝙ nullum aliud agens coucurrat: tñ est particulare principium alteratiuum uirtute oĩum membrorum: a quorum superfluitate deciditur: cœlũ uero est uni uersale principium alteratiuum: & si istud uolunt intelligere: erimus cũ eis: ratio uero pro tertia cõclusione nulla est: quia nulla sbã agit nisi per qualitates/ ut patet secundo de generatione: per hæc ad rationes principa les ad primam patet solutio: in materia enim erant duę incohactiones: pri ma & uniuersalis: & erat ipsamet materia proxima: & erat potẽtia respe/

ctiue sic ex parte agentis sunt duæ: remota quidem ipsa agentia: proxima uero rõ seminalis. Ad secundã dico q̃ cœlum continet omnes effectus to taliter: & propterea requirit rationem seminalem: qua contrahatur ad A uel B effectum. Hæc de duodecima disputatione.

¶ Tertiadecima disputatio si materia sit pars essentiæ siue quiditatis.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod nõ arguitur primo: quia quinto huius capitulo de causa dicitur q̃ partes definitionis sunt formæ: igitur materia nõ pertinet ad definitionẽ & ita nec ad qditatẽ. Præterea secundo Ari. ubiq̃ formã appellat quod quid est: igitur materia non pertinet ad quiditatẽ. Tertio in hoc septimo habetur q̃ aĩa est substãtia composita/species/& quod quid erat esse: & non materia: igitur ut prius: in contrariũ arguitur quia si materia nõ eẽt pars quiditatis substantiæ cõpositę: tunc materia non poneretur in illius definitione: cuius contrariũ habetur secundo phisicorũ q̃ naturalia nõ de
Cõmento. xvi finiuntur sine materia sensibili: & Auerroes primo de aĩa dicit q̃ qui di mictit materiam diminute accipit. Secundo si materia non esset pars qdi tatis substantiæ cõpositæ: tunc eius quiditas esset indiuisibilis: consequẽs est contra Ari. qui uult definitionẽ eẽ orationẽ longã. Tertio quiditas cu iuslibet est principiũ sufficiens eius cuius est quiditas quouis alio circũ scripto. Sed forma non sufficit sine materia ad esse compositi: igĩ non est eius quiditas. Et sic quæstio est ambigua pro utraq̃ parte.

¶ Caput tituli secundum.

Pro declaratiõe tituli: Primo animaduersione dignũ: q̃ essentia & quidi tas in proposito idem sunt: licet superius sit dictum q̃ essentia possit ca pi pro ente in potentia ad esse: tñ nunc idem est essentia & quiditas: non differunt nisi respectu: nam essentia dr̃ quatenus est principium illius cu ius est essendi: quiditas uero quatenus est principium definiẽdi. Quiditas uero est id quod per definitionẽ explicatur: est enim definitio sermo cer
Cõmento. xlii. tificatiuus quiditatis & essentię ut dicit Auerroes in hoc septimo: habens uero quiditatem est compositũ ex materia & forma apud peripateticos: hoc aũt secundũ rem est singulare: tñ ut concipitur ab intellectu/est uni uersale: non quidem ita ut suæ conceptioni correspondeat aliquid præter singularia: nihil enim ipsi composito uniuersali in mẽte uel in uoce uel in scripto correspondet præter singularia: tñ dr̃ uniuersale: quia concipitur sub quadam confusa in dr̃a ad hoc uel illud singulare: singulare uero est habẽs quiditatẽ & compositũ discrete sumptum: ut Socrates/uel Plato.

Ex his sequitur ꝙ proprie uniuersale est forma ut significatur per nomē generis/uel speciei:ut hō & animal:animatum uel uiuens/& mistū & id genus non sunt uniuersalia/sed cōposita uniuersaliter cōcepta:ut primo huius diximus:huius causa est/ut diximus & dicemus ꝙ uniuersalibus dum cōcipiuntur correspondet aliquid præter singularia:quia correspō- dent formę singulariū quę sunt uniuersalia in potentia primo huius. Ex his apparet titulus disputationis. Cōmēto. xxvii.

¶ Caput positionum tertium.

Sunt qui de disputatione uolunt ꝙ multum refert esse partē definitionis & partem quiditatis:dicunt enim ꝙ oēs quattuor causæ sunt partes definitionis/uel indefinitione ipsa debēt significari:non tñ sunt partes essentiæ uel quiditatis:quia non sunt causæ intrinsecæ/nisi duę tantū materia & forma. Quod aūt oēs causæ sint partes definitionis/uel indefinitione debent significari:declarant quia definitio est sermo dicens esse rei secundo posteriorū. Sed esse rei est ab oībus causis:igitur definitio rei debet eē per oēs causas. Secundo sciatur esse rei per formam tantū uel materiā & formam:& addatur scientia alia eiusdem/quæ est per finē & agēs: uel cū priori efficit maius:uel non:nō est dicendum ꝙ non:quia tunc sciētia per oēs causas non esset perfectior q̃ scientia per pauciores causas/cōtra oēs: si maior:igitur illæ causæ pertinent ad definitionē illius. Sed hęc pō non est peripatetica:primo quia tunc nihil definitiue sciretur:nisi in illius definitione ponerentur oēs causę:& sic oportet ponere deum & cœlū: & oēs causas a quibus dependet res:tenet consequentia per rationem horum:at falsitas consequentis nota est. Secundo hoc uī contra oēs: quia definitio est oratio cōstans ex genere & dfa ultima:sed causæ extrinsecæ non pñt explicari indefinitione/nec ut genus/nec ut dfa:igitur non possunt poni indefinitione. Tertio in hoc oēs conueniunt ꝙ partes definitionis debent esse partes rei. Sed causæ extrinsecę non sunt partes rei:igitur nec definitionis:& tūc per hęc ad rōes horum dico. Ad primam ꝙ definitio dicit esse rei:quia est sermo certificans esse siue rei essentiam:& dico ꝙ esse rei est ab omnibus causis dependenter/non aūt intrinsece nisi ab una tantū ut pote a forma secundū Auerroem:uel duabus materia uidelicet & forma apud alios:& sic solum per formam uel materiā & formā oportet definire:quia solum per formā uel per materiam & formam esse rei intrinsece est. Ad secundam dico ꝙ scientia quę est per formam tantū uel materiam & formā tantum est perfecta quiditatiue:cui nihil quiditatiue addi potest:non aūt perfecta simpliciter:& propterea addi potest: non quidē ad quiditatiuam cognitionē:sed ad cognitionem quatenus cognitio est. Exteri uero Thomas/& Egidius auctoritate Auiceunæ uoluerūt partē essentiæ atq; quiditatis esse tam materiam q̃ formā:& consequenter defi

Pría pō burlei

Cōfutatio

Solō rōnū primę pōnis.

Pō exterorū & thomę & egidii

nitioné perfectam esse:quę formã & materiam explicat:uel cuius partes sumũtur a materia & forma:unde Egidius in hoc septimo ait ꝙ materia & forma nõ ponuntur indefinitione actu: eo quia ptes definitionis sunt partes rationis:sed ponuntur per quãdam correspondentiam & quasi indirecte:quatenus ab his sumuntur partes rationis: quia nisi partibus rationis responderent partes rei:definitionis partes essent figmenta: & sic tenet Egidius ꝙ ipsa materia & ipsa forma ponuntur indefinitione non actu:sed indirecte/quatenus partes ratiõis quæ sunt genus & dfa/sumũtur per quãdam correspondentiã ab ipsis uidelicet materia & forma: hęc Egidius. Exteri tñ explicatius hanc positionem declarant:ubi debes scire apud eos/ꝙ materia potest sumi uno modo pro parte integrali quo mõ semi circulus est pars ĩtegralis circuli: & põt sumi pro pte essentiali:quo modo cũ forma cõponit̃ compositũ:si sumatur pro parte essentiali/ potest sumi uno modo incontracte:& quasi uniuersaliter. Secundo mõ contracte:& contracte potest ulterius sumi aut ut contrahitur ad singularitatem:aut ad existentiam:aut aliquod accidens præter necessariũ. Tunc dicunt ꝙ sumendo materiam pro parte integrali/non pertinet ad quiditatem directe:non enim semicirculus est pars quiditatis circuli: nec brachium pars quiditatis hominis:pertinet tñ hoc modo considerata aliquo pacto ad quiditaté saltem indirecte:uel per reductionem/eo qa quicquid est causa causę uidetur per reductioné esse cã causati. Si aũt sumatur pro parte essentiali/uel sumitur incontracte & uniuersaliter:& sic tenẽt ꝙ sit pars quiditatis speciei:& pertineat ad quiditatem specificam. Si cõtracte ad singularitatem est pertinens ad quiditatem indiuidui singularis distincti contra uniuersale/ut huius hominis:si contracte ad existentiã est pertinens ad quiditatem indiuidui existentis:si contracte ad accidens præter necessarium:nullius rei est pars quiditatiua. Ex his secuntur duo ꝙ materia est pars quiditatis specificæ:& pars quiditatis indiuidui: non tñ eadem ratione:est enim pars quiditatis specificæ ut incontracte sumitur & uniuersalis:indiuidui uero ut contracte:hæc exteri. Quod aũt materia sit

Rões pro põne. pars quiditatis specificæ:arguitur uerbis Ari. In octauo enim metaphisice/laudauit archytam tarentinum:qui definiebat per materiam & for-

Cõmento.vi. mam:& Auerroes idem uidetur sentire:præterea ibidem ait ꝙ ratio definitiua significat aliquid de aliquo:ubi oportet hoc quidem esse ut mate-

Cõmento.ix. riam:illud uero ut formam:ubi Auerroes inquit definitiones enim rerũ sunt ex materiis & formis:uerbi gratia cyphus qui definitur per hoc qđ est uas talis qualitatis siue talis formæ. Ari.quoqꝫ in quã pluribus locis huius septimi libri sæpe uult in definitionibus materiam esse addiciendã: unde inquit ꝙ parabula Socratis iunioris:quã consueuit dicere/nõ bene se habet superfluũ enim est auferre materiã aquiditatibus rerum: quarũ

quędam sunt hoc in hoc idest foȓa in materia:& alibi pluries:pro hac pte arguunt exteri primo eẽntia siue qditas cuiusq; rei est ratio intrinseca & sufficiens essendi rei/circũscripta quauis cã alia realiter differẽte. Sed forma nõ est sufficiens rõ essendi cõpositi:igitur nõ est essentia illius:minor patet:quia tunc materia supflueret. Secundo si ita eẽt:tunc cõpositũ esset incausatũ:deducitur:cuius eẽntia est incausata:ipm est simpliciter incausatũ. Sed forma quæ est essentia cõpositi est incausata intrinsece:igr̃ compositũ esset incausatũ:sed cum conclusio sit falsa:falsum erit formã esse essentiã cõpositi. Tertio si ita esset:tũc forma faceret cũ materia unũ per accidens:deducitur quia oĩs essentia cõpleta in specie cuicũq; unitur:facit unũ per accidens:sed essentia est cõpleta in specie:igitur addita materiæ facit unũ per accidẽs:quare forma quæ est essentia addita materię faceret cũ illa unũ per accidens. Quarto qcquid nec est quiditas/nec pars quiditatis/nec hñs quiditatem est nihil. Sed per te materia nõ est quiditas/nec pars qditatis/nec hñs quiditatem:igr̃ nihil. Quĩto datur materia uniuersalis:igr̃ est pars cõpositi uniuersalis:igitur est pars qditatis : añs primũ declaratur quia materiæ cõuenit facere per se unũ cũ forma. & nõ rõe huius uel illius materiæ:igr̃ rõe materiæ in uniuersali: cõsequentia tenet: qa qđ competit alicui per se:& non uni per alterũ/nec alteri per alterũ:cõpetit eis per uniuersale cõe:oĩbus materiis cõpetit facere per se unũ cũ forma:& nõ uni per alterã/nec alteri per alteram:igr̃ oĩbus illis per uniuersalẽ materiã. Sexto quicqd ponitur ĩdefinitione ſ bẽ mãlis:ptinet ad illius quiditatẽ:sed mã ponitur indefiõe ſ bẽ materialis ut patet sexto huius:& secũdo physicoꝝ:igitur pertinet ad eius quiditatẽ:cæteræ cõclusiones patent per similes rões:qa si materia specifice sũpta est pars quiditatis spẽi: mã cõtracte sumpta erit ps indiuidui:& qditatis pticularis: erit dico pro rõe pro qua cõtrahitur:qa si cõtrahitur per singularitatẽ:erit ps qditatis singularis:si per existentiã:erit ps quiditatis existẽtis. Sed hæc põ non uĩ pipatetica primo ꝓbatur tribus rõibus Auer. quaꝝ prima tangitur. vii. huius ubi sumit quiditatẽ esse principiũ per se essendi:tũc arguo quicqd est principiũ per se essendi cõpositi hñtis quiditatẽ est illius per se quiditas:sed sola forma est per se principiũ per se essendi:ut tertio huius textu mã uero est per se principiũ non essendi:definitur. n. forma ubiq; per eẽ principiũ per se essendi:mã uero per eẽ id quo res põt non esse:igr̃ per se principiũ essendi est foȓa:& ita sola foȓa erit essentia rei & qditas rei: unã rõ hęc colligitur. vii. huius partim/& ptim ubi dicit forma est ps:quę cũ fuerit est res:materia uero est illud:qđ cũ fuerit nõ est res. Et ita uis rõis est: per solam formam compositũ hẽt per se esse:per materiam nõ habet esse nisi per accidens/quia per illam habet per se non esse:igitur sola forma est rei essentia ; & materia solum per accidens pertinet ad essentiam ;

Cõmento. xx.

Cõmen. xxii. & liii.

Cõmento. xx.

Cõmen. xxxvii

Cōmēto.xxvii. quatenus per accidens pertinet ad esse. Secūda tangitur primo huius & est hæc: id nō est pars essentiæ & quiditatis: per qđ ipsum cōpositū definibile est sensibile: & nō intelligibile: sed per materiā cōpositū est sensibile
Cōmento. xcii. per formā uero ītelligibile: ut dī primo cœli & .xii. huius: igī per formā
Cōmēto.xiiii. definitur: & nō per materiam. Tertia tangitur eodē primo metaphysicę:
Cōmento. xviii & .xii. huius & est hæc: illud est principiū qditatis & essentiæ per se: quo
Cōmento.xiiii. ipm definibile participat per se uniuersalitate: sed forā participat uniuersalitate: materia singularitate: igitur per formā proprie & uere definitur cōpositum hn̄s forām. Quarta rō est alberti uidelicet illud nō est principium essentiæ & quiditatis: quod secundū se est singulare: eo quia essentia & quiditas est uniuersale: & rei uniuersalis singulare nō est pars. Sed materia est per se singulare: deducitur: quod est unum numero in sua specie: est per se singulare: sed materia pria est una numero in specie materię: quia si hæc materia est alia ab illa / est pp formam: uel accidentia / quibus determinatur ad diuersas formas: unde hæc ratio tāgitur duodecimo hu
Cōmento.xiiii. ius. Ioānes uult essentiam cuiusq; entis hn̄tis essentiam & quiditatē esse
Pō ioannis. formam: uerum tenet ꝙ id quod per se primo definitur sit compositū habens formam: & hoc quia apud ipsum homo in uniuersali: uel aīal nō est forma tantū. Sed cōpositū uniuersale ex uniuersali materia & uniuersali forma: concedit secundo ꝙ materia interdū ponitur: imo debet poni in definitione: nō quidē ut pars essentiæ definiti: sed ut pars definibilis; nec ualet est pars definibilis: igitur pars essentię / uel quiditatis: p̄termictitur tn̄ materia in propria forā: quia ponitur genus: quod loco eius habetur: uel saltem ab illa sumitur: quia aīal apud ipsum est quodam modo materia rōalis: totum enim præcedens est materia totius sequentis: & sic rationale est tota essentia hoīs: animal uero quatenus sumitur a materia: non est pars essentiæ: sed solum quatenus sumitur a forma generica: tu uero lege
Cōfutatio. Ioannem in multis locis. Sed hæc positio licet in parte sit Auerroica: non tamen est conueniens. Primo quia secundum Auerroem materia non est pars rei uniuersalis: est enim per se singularis in sua specie. Secūdo quicquid est pars definibilis est pars definitiōis: quia definitio est idem oībus modis cum per se primo definibili. Sed quicquid est pars definitiōis / est pars essentiæ: igī si mā est pars definiti erit pars essentię: præterea Auer.
Cōmento.xx. in hoc septimo ait ꝙ homo uniuersalis non est homo nisi secundum formam: igitur non per compositionem materiæ & formæ ut Ioānes dicit:
Cōmen.xxxvii. præterea in hoc septimo ait definitio est intentiōis uniuersalis / & formæ uniuersalis / & proprie idest primo & per se non congregati ex materia & forma. Vltimo primo huius declarauimus non dari cnmpositum uniuersale: cui quidem correspondeat aliquid prēter singularia: ut disputatione octaua uideri potest. Hæc de positionibus.

Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione debes scire: primo q̄ entium quædam sunt per se: quędam per accidens: per se sunt / quæcunq; subeunt figuram alicuius prædicamenti: ut in prædicamento substantiæ hō: in prædicamento qualitatis album / & id genus: per accidens uero quæcunq; nō subeunt figuram alicuius prædicamenti: sed plurium prædicamentoꝝ / ut hō albus / & id genus: entium per se ulterius: quædā sunt simpliciter absoluta ut substātiæ: quædam aut accidentia: aut aliquo pacto rationē accidentis uel alicuius respectus includentia: accidentia quidē ut albū / nigrū & id genus: includentia accidens uel aliquo pacto relationem ut natura / materia / forma / aīa / graue leue / & id genus: Tūc sit prima suppositio qditas siue essentia proprie non est entium per accidens: patet quia nullum illorū est ens per se: & sic nullius illorum esse potest essentia uel quiditas. Secunda quiditas uel essentia non est entium per se: quæ sunt accidentia: uel accidēs aut relationē in cludentia: patet quia quiditas est id quo res existit uel est ens ad se ut dicitur in litera: at nullum horū est ens simpliciter ad se: quin aliquo pacto uel secundum dici / uel secundū esse / sit ad aliud. Natura enim aliquo pacto est ad aliud: materia aliquo pacto ad aliud: anima similiter: & breuiter omne tale aliquo pacto est ad aliud. Tertia suppositio quiditas est solius substantiæ compositæ: deducitur quia sola substantia cōposita est ens per se & absolutū in certo genere collocata. Ex his sequitur q̄ in naturali sciētia multa definiuntur / ubi ponitur materia: multa ubi ponuntur omnes causę: multa ubi ponuntur genus & differentia tantū: causa est: quia quando definiuntur accidentia: uel effectus naturales: uel res respectiue aliquo pacto: tunc ponitur materia / interdum aliquæ causæ / interdum omnes: eo quia definitio non est absoluta entis absoluti: sed secundum conditiones rei. Quando uero definiuntur composita quæ sunt per se in genere / ut homo & animal & id genus: tūc solum per genus & differentiam definiuntur. Quarta suppositio est quod de mēte Auerrois triplex est definibile: aliud quidem per se primum: & hoc est forma ut significatur per nomen speciei uel generis de p̄dicamento substantiæ ut hō uel aīal / aut equus / & id genus: quodlibet enim horū forā est per nomen speciei significata: uel gn̄ris: aliud p se nō primo ut singulare significatū per nomen cōe: ueluti aīale / mistum / aīatum compositū ex aīa rōnali & corpore: & cætera id genus: quolibet enim singulare est: qa nō datur uniuersale cōpositum præter singularia: quia tn̄ significatur per nomē cōe: ideo uī eē uniuersale: aliud est per accn̄s: & est singulare ut significat̄ per nomē singulare ueluti Socrates & Pla. quę sunt singularia hoīs: aut hoc mistum / uel illud aīatum: quæ sunt singularia cōpositorum per nomē cōmune significatorū: hæc notauimus disputatiōe septia huius septimi. Ex.

Quot modis entia.

Prima suppositio quoꝝ est q̄ditas.

Quot modis definibile.

Excerptum.

his ſequitur ꝙ quæcunq; definitio eſt hoīs per ſe:eſt per accidens ſingula rium hoīs ut Socratis & Platonis:& eſt per ſe non primo cōpoſiti ex for ma hoīs & materia:ut aīalis humani:quæcunq; definitio eſt animalis hu-
Prima cōcluſio mani eſt ſingularium eiuſdem per accidens:his notatis & ſuppoſitis. Sit prima concluſio de mente peripateticoꝝ/ſumendo definitū per ſe primo ſic materia nec eſt pars eſſentię ſiue quiditatis illius:nec pars definiti hęc concluſio patet:qa definiti eſſentia & definitū ipſum per ſe primo eſt for ma ipa ut per nomen ſpeciei ſignificatur ut hō uel equus:mō materia nō
Secunda. eſt pars formę:igr̄ nec eſt pars eſſentiæ nec pars definiti. Secūda cōcluſio ſumendo definitū ſecundo uel tertio mō:materia nō eſt pars eſſentiæ ali cuius illoꝝ:ſed bene eſt pars definiti:patet quia eſſentia eſt forma : cuius materia nunq̄ eſt pars:definitū eſt hn̄s formā:cuius materia eſt pars:igr̄
Tertia. materia non eſt pars eſſentiæ:bene tn̄ pars rei quæ definitur. Tertia ma- teria cū ponitur indefinitione definiti per ſe primi:uel indefinitione cæte rorum:nō ſignificatur ut pars eſſentię. Sed ut deferēs eſſentiā/uel ut ps
Cōmēto.xxxiiii definiti:hæc cōcluſio eſt de mente Auerrois in hoc ſeptimo & probatur quia cū eſſentia definiti primo uel aliis modis ſit ſola forma:& forma nō poſſit eſſe ſine materia:relinquitur ꝙ ſi ponitur collocatur ut ſubiectum deferens formam:eo modo quo ſubiectum ponitur indefinitione acciden
Difficultas: tis. Sed occurrunt difficultates:quas tetigimus in libro deſtructio deſtru
prima. ctionum diſputatione quinta in ſolutione tertii dubii. Prima quando po nitur materia indefinitiōe definiti ſiue primo/ſiue aliis modis ſūpti: quæ
Secunda nā materia ponitur:utrū materia prima/uel materia ſignata. Secūda tūc definitio eſſet ſimplex & non orō lōga:quoniā forā eſt ſimplex/& unius
Tertia. cōceptus tantū:igr̄ non diceret genus & drām. Tertia tunc definitio ſ bē eēt per additamentū:quia mā cū additur:nō ponitur ut pars eſſentię: ſed
Quarta. ut ſubiectū eſſentię:igr̄ eſt additamentū. Quarto tunc mā non p̄dicaret̄ in qd de ipſo definito/nec eſſentialiter:ꝓbatur qa nō eſt eſſentia/ nec ps eſſentię/nec de eſſentia:hoc aūt ur̄ impoſſibile:qa ſaltē cōpoſito eſt ęque
Quinto. intrinſeca ſicut forma. Quinto dubitatur utrū definitio quę cōpetit defi nito per ſe primo:competat oībus definitis ſibi ſub ordinatis aliis modis ſūptis:ut utrū definitio quæ cōpetit homini:cōpetat aīali humano:& So crati:an alia definitio ſit hoīs:alia aīalis humani/alia Socratis:multę alię difficultates tanguntur in libro deſtructio deſtructionū loco allegato:& alia multa diximus diſputatiōe ſeptima huius libri ſeptimi:hæ nūc ſuffi-
Solutio. ciant. Ad primam Egidius credit ꝙ aīal rōnale:quod eſt definitio hoīs/
Quæ egidius. ſit cōpoſitum ex partibus rationis:ſed qa partes rōnis ſunt figmēta niſi ſumātur a partibus rei:& partes rei ſunt materia & forā:ideo uoluit aīal
Cōmento.xliii. ſumi a materia/rōale a forma:hæc ur̄ ſententia Auer. in hoc libro ſeptio circa finē cōmēti ubi uelle ur̄ ꝙ ultima drā ſit ſola rei forā:cętere ptes ſūt

ueluti a materia sumptæ:& tunc iuxta hanc positionem oportet dicere ꝙ materia quæ ponitur indefinitiōe cuiusuis definiti est genus:quod quidē licet non sit materia:tamen sumitur a materia:quia animal sumitur a sensitiuo quod est materia rationalis:similiter cum definitur animal & dicitur ꝙ est corpus uiuēs sensitiuum : genus quod est corpus uiuēs est materia sensitiui:quia uegetatiuum est materia sensitiui.Sed hæc solutio nō est Auerroica/licet possit esse recta:quia apud Auerroem genus non prædicaretur per se essentialiter de definito: deducitur quia apud ipsum materia non prædicatur per se essentialiter de definito: ut patet in hoc septimo/& octauo huius/& nono huius/& alibi:uult enim materiam prædicari solum per accidens necessario de definito:quia nō est de essentia illius.Aliter igitur dicō ꝙ materia non semper ponitur indefinitione: quia indefinitione definiti per se primi non necessario ponitur : quia ut dicet genus & differentia sunt partes formæ:non aūt sumpte a materia & forma:ponitur autem indefinitione definiti per se primo ut additum atq; subiectum essentiæ:ponitur in aliis ut pars definiti:sed siue sic siue sic ponatur:semper ponitur materia propria & specifica:quæ est conueniens formæ:quæ est essentia definiti. Ad secundam dico ꝙ definitum per se primo est forma sola:& definitio essentialis est sermo explicans omnes conceptus formæ:& omnes illius gradus. Sed quoniam forma specifica hēt omnes gradus:quibus constituit compositum:quia habet gradum specificum gradum genericum & id genus:ideo definitio quæ explicat omnes gradus tales/est oratio longa : genus enim & differentia non dicunt diuersas formas:sed diuersos gradus : quibus forma se habet ad cōpositū. Ad tertiam dico ꝙ definitio dr̄ per additamentum:qn̄ datur per aliquid alterius generis:mō licet in definitione substantiæ ponatur materia: quæ nō est de essentia:tn̄ non est alterius generis a forma/siue essentia : & sic non est per additamentū. Ad quartā Auerroes concedit:uult enim materiam & oē prædicatū sumptū a materia ꝑdicari per accidens necessario : quia non per se essentialiter. Ad rōnem dico ꝙ licet sit æque intrinseca cōposito:non tn̄ est pars essentiæ compositi. Ad quintam debes scire ꝙ definitū per se primo ꝑdicatur de definito per se nō primo: & de definito per accidens:& ideo quæcunq; definitio cōpetit definito per se primo cōpetit per se omnibus aliis:& econtra:est tamen hæc differentia ꝙ materia quæ ponitur indefinitione non est pars essentiæ definiti per se primo:nec pars definiti:at in ceteris:licet nō sit pars essentiæ : est pars definiti:quia qdlibet illoꝝ est cōpositū ex materia & forma. Et ita materia cū ponitur indefinitiōe definiti per se primo/ponitur ut deferens & subiectum essentiæ: cū ponitur indefinitione cæteroꝝ:ponitur ut deferēs essentiā/ & ut pars definiti:animaduerte tamē ꝙ etiā aliæ causæ adduntur indefinitionibus.

Confutatio

Cōmen. xxiii. & xxxiiii.

Cōmento. vi.

Cōmento. xii.

specierũ substantię ut patet in libro de aĩalibus:definiuntur enim per efficiens/finem/& materiam & formam:tamen sola forma est propria:cæteræ causæ adduntur extra essentiam:licet conueniant definitionibus pro quanto ab illis dependẽt definita:unde aliquid ponitur indefinitione ut essentia uel prædicatum sumptum ab essentia: ut forma & oẽ quod sumitur a forma: aliquid ut deferens essentiam/uel pars rei habentis essentiam ut materia:aliquid ut id e quo dependet essentia ut efficiens & finis: proprie tamen forma & prædicata formalia sunt de essentia. Et debes scire ut diximus ꝙ omnia hæc intelliguntur de entibus per se absolutis:quę sunt per se entia:cuiusmodi sunt substantiæ:nam accidentia nõ ꝓprie definiuntur:ut dicitur in textu. Item nec ea quæ includũt accidẽs uel respectum accidentalem ut materia/natura/& motor/& id genus: quoniã in accidentibus:uel his quæ accidens includunt:nõ est essentia:& propterea indefinitione illorum ponũtur interdum omnes causæ proximæ interdũ materia & forma/interdum accidens: nos autem locuti sumus in his:quibus proprie competit definitio:cuiusmodi sunt substãtiæ & species/substantiæ:hęc de dilucidatiõe dicta satis: tu uero collige dicta nostri in disputatione septima huius:& in libro destructionum loco superius allegato: & in primo huius disputatione octaua/ & habebis omnia de mente peripateticorum.

Quot modis aliqd ponit̃ indefinitione.

Limitatio dilucidationis.

¶Caput solutionum quintum.

His dilucidatis respondetur ad rationes exterorum:ad primã per auctoritates dico ꝙ Ari. uult materiã poni indefinitione:nunq̃ tñ dicit illã poni ut partẽ essentię interdũ enim põitur ut deferẽs essentiã ut dicit Auer. interdũ ut deferẽs:& ut pars definiti:& quantũ ad hoc laudat archytam: tunc ad rões ad primã dico ꝙ forma est sufficiens & per se causa essendi compositũ:quia materia est quo compositum non est: & negatur ꝙ sine materia compositum esse possit:quia concurrit per accidens & tanq̃ causa sine qua non:sine enim materia compositum non haberet essentiã: & sic ad formã negatur minor:ad probationẽ dico ꝙ materia nõ superfluit: quia licet non sit pars essentiæ/ est pars compositi/ & deferens essentiã Ioãnes dicit ꝙ forma est principium sufficiens in genere causę formalis: materia uero est principiũ in gñre causæ materialis:& in idẽ uenit. Ad secundam nego consequentiam:& concedo formã esse in trinsece in causatam:tñ dependet in esse & cõseruatione a materia ut a subiecto:& ꝓpterea cõpositũ est causatũ:unde qd' intrinsece est incausatũ/& nõ depẽdet ab aliquo:id cuius est eẽntia est incausatũ:non sic est in ꝓposito:qa licet foĩa sit ĩtrinsece incãta:tñ depẽdet:& ꝑpea cõpositũ est causatũ. Ad tertiã dico ꝙ eẽ cõpletũ in spẽ est dupliciter:uno mõ ꝙ ipm nullã hẽt partẽ quæ cõpleat ipsum in specie: & sic formæ ut homo & animal sunt com

plete in specie:alio modo q nec habent partem/nec dependeât ab aliquo & sic non sunt illa completa in specie:quia dependent a materia : tunc dico q illud quod est completum in specie secundo modo/cuicũq; unitur/ per accidens unitur:sed quod est completum primo modo potest per se uniri materiæ:equa dependet:& sic nõ cogit. Ad quartam dico q maior est insufficiens:oportet enim addere q nec sit deferens quiditatẽ:nec pars eius quod hebet quiditatem. Ad quintam dico q per materiã uniuersalẽ possumus intelligere materiam cõem pluribus materiis eiusdem speciei materiæ:& hoc pacto non datur materia uniuersalis:quia nõ est:nisi una tantũ materia in sua specie:ueluti una numero intelligentia in sua specie: Alio modo possumus ītelligere materiam uniuersalem materiam cõem per potentiam respicientem formam cõem/ut illam hominis:& non huius hominis:& sic concedo q datur materia uniuersalis:& est pars cõpositi uniuersalis/non quidẽ ita uniuersalis:ut illi in uoce uel in mente correspondeat aliquid prȩter singularia:sed ita uniuersale:quia cõcipitur uniuersaliter:& sic concedo q est pars compositi uniuersalis:non tamẽ pars essentiæ:quia ut dixi sola forma & prædicata formalia sunt de essentia compositi. Ad ultimũ patet solutio:indefinitione enim ponũtur interdũ oẽs causæ:& tñ secũdum eos sola forma & materia sunt de essentia:ppea debet limitari maior:q quicquid ponitur indefinitiõe pars ut pars essentialis est pertinens ad essentiam : aliter non oportet ; ponitur enim materia ut deferens essentiã:cæteræ causæ ponuntur ut necessariæ ad essentiam:quorum nullum ponitur ut pertinẽs ad essentiam:per hæc patet solutio ad oẽs alias rõnes factas pro parte nostra & contra partẽ nostram: ut patet. Animaduerte tamen q licet doctissimus expositor Thomas uideatur diuersus ab hac positione:quia tamen ipse raro aut nunq̃ dissentit a doctrina peripatetica:fuit enim ortus peripateticus:& omni studio peripateticus:& nunq̃ aliud uoluit nisi quod peripatetici:propterea sua positio potest reduci facile in bonũ:potest enim essentia capi dupliciter uno modo pro forma cuiusq; rei cõpositæ:qua illa dicitur esse per se & principaliter:& hoc pacto Thomas concederet materiam nõ esse partẽ essentiæ. Alio mõ capitur essentia pro entitate resultante ex partibus alicuius per se:& sic essentia est tertia entitas/& hoc pacto ait materiam esse partem essentiæ:sumit enim essentiã large pro omni resultante ex partibus: Auerroes autem sumpsit essentiam proprie pro eo quod est principium per se essendi/& nullo modo per accidens:sicut est forma:& sic non diuersa sentiunt. Et quod hæc sit positio expositoris:declaratur:uult enim ipse in hoc septimo & alibi q materia habeat duplicẽ gradũ unũ quo mã est mã:& aliũ a forã:per gradũ quo materia est mã/est pricipiũ indiuidui:p gradũ quẽ hẽt a forã est principiũ speciei & essentię. Et sic uelle uĩ ipse p Defensio.

essentiam entitatem resultantem ex compositione materiæ & formæ: siue resultet a materia quatenus est meteria: siue a materia rõne formæ: Auerroes aũt sumit essentiam pro eo quo res est per se & primo ratiõe sua: & sic sermo Auerrois est præxus: ille expositoris est fusus / atq; amplus: tñ recte considerando non differunt: hæc sunt de mente expositoris. Exteri non possunt cõuenire: quia ipsi uolũt naturæ materiæ respõdere propriã unitaté realem minoré unitate numerali: huic uero materiæ uolunt respõdere unitatem singularitatis per hecceitatem: & sic uolunt materiam esse per se partem essentiæ / & proprie / & stricte. Tu uero hæc considera. Hæc de tertiadecima disputatione.

¶ Quartadecima disputatio si singulare sit per se intelligibile a nobis.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod non / solet argui / primo quia quod quid est / est per se & primum obiectum intellectus. Singulare non habet quod quid est: tum quia esset definibile: tũ singulare / ut singulare dicit aliquod incõmunicabile: at qd' quid est / est cõmunicabile: igitur singulare non hẽt quod quid est. Secundo si singulare per se directe esset intelligibile aut per eandem specié / per quam intelligitur uniuersale: aut per aliam atq; aliã: non per eandé: quia nulla una species põt repræsentare sub ratiõe distincta & indistincta: mõ uniuersale est indistinctum: singulare distinctum: igitur una spẽs nõ põt illa representare: non per aliam atq; aliam: quia sicut per unum singulare causaretur species uniuersalis: ita & p quodlibet singulare causaretur species eiusdem uniuersalis: quo dato sequitur q̃ aut infinitæ species uniuersalis essent in intellectu: aut q̃ eadem species posset intendi in infinitum: cõsequens est falsum: igitur & añs: consequentia patet / quia species uniuersalis generatuur a specie singularis: igitur ut generatur ab uno singulari: ita a quolibet alio: sed cum talia possint ire in infinitum: sequitur q̃ talis species uniuersalis uel possit multiplicari in infinitum / uel salté inté di in infinitum. Tertio ut sensus ad obiectũ sensus: sic intellectus ad obiectum intellectus: igitur permutatim ut sensus ad intellectũ / sic obiectũ sensus ad obiectum intellectus: sed sensus non est intellectus: igitur obiectum sensus quod est singulare non est obiectum intellectus: & per cõsequens non potest intelligi. Quarto arguitur si intellectus per se & directe intelligeret singulare: tunc intellectus esset hic & singularis: tenet argumentum ut dicit Auerrois quia natura recipiens diuersatur per naturam

Cõmento.v. rei receptæ ut habetur tertio de anima: igitur si res recepta est singularis:

intellectus erit hic & singularis:& sic corruptibilis ut deducit Auerroes. Quinto nihil operatur potentia passiua/quin ad illam opationem cōcurrat potentia actiua sibi adequata:sed ipse intellectus possibilis & agens sunt potentiæ adequatę:igitur nihil potest intellectus possibilis :quin illud possit mediante intellectu agente:igitur nihil potest intelligere/quin abstrahatur ab intellectu agēte:sed omne quod abstrahitur ab intellectu agente/est uniuersale:igitur intellectus possibilis non pōt in singulare : in contrarium arguitur quia intellectus cōponit propositiões & enuntiationes singulares:igitur intelligit singularia:intellectus enim compositus supponit simplicem.Hæc de dubitationibus.

¶Caput secundum tituli.

Singulare in proposito sumitur pro indiuiduo/& indiuiduum pro singulari:indiuiduum autem dr̄ quasi indiuisum:indiuisiuū uero dr̄ uel quia non diuisibile in partes quantitatiuas actuales:quomodo athoma corpora dixit democritus esse indiuisa siue indiuidua:& singularia. Aut dr̄ qa indiuisibile est in partes diuersarum rōnum:& hoc pacto species dr̄ indiuiduum siue singulare ut patet primo phisicorum:aut quia indiuisibile in partes eiusdem rationis ut Socrates:qui nō diuiditur in plura supposita ut patet in proposito igitur sumitur singulare pro indiuisibili in partes eiusdē rōnis:de hoc enim quæritur si sit intelligibile a nobis.Quæ tn̄ dr̄a sit inter singulare & indiuiduū/superius notauimus.Hæc de titulo. Cōmento.v.

¶Caput positionum secundum.

De hac disputatiōe determinauimus ueritatē in libro primo huius disputatione.xi uerum quia exteri illam mouent:& non determinant peripatetice:uolumus illam in parte retractare. Exteri itaq̧ anteq̄ disputationē determinent:ponunt distinctiones:uerum de distinctionibus non eodem modo locuntur. Alii & antiquiores dicunt q̧ singulare triplex est : aliud abstrahens ab existentia & accidentibus:ut hic homo:qui nihil aliud prę ter naturam & singularitatem includit:aliud includēs singularitatem & existentiā:sed abstrahens ab accidentibus:ut hic homo existens:aliud qd' includit singularitatem/existentiam/& accidentia ut quantitatē tempus locum & id genus.Iuniores exteri distingūt q̧ duplex est singulare aliud signatum:aliud uagum:uagum est natura determinata proprietate indiuiduali uaga atq̧ indeterminata:ut aliquis homo/& aliquis æquus: quia concipitur natura in aliquo supposito indeterminate concepto:singulare signatum est ipsa natura determinata proprietate indiuiduali signata & determinata:ut Socrateitate uel Platoneitate : uelut hic homo/ Socrates uel Plato:subdistingunt singulare signatum;quia aliud est quod est unū per se:& sic nihil aliud est q̄ natura cum proprietate indiuiduali: quia natura & ꝓprietas indiuidualis se se hn̄t ut actus & potentia per se ; e qbus

Distinctiões exterorū de singulari.

Actiōis andre.

Iuniores.

fit per se unum:ut hic homo: aliud est quod est unũ per accidens : quod quidem non mõ naturam & proprietatẽ indiuidualem includit/sed accidentia materialia:ut locum/tẽpus/figuram/& id genus:hæc iuniores exteri. Secunda eorum distinctio est ꝙ intellectio quædã est abstractiua:& hæc abstrahit ab existentia respiciens solum rei quiditatẽ ut quiditas est: alia intuitiua:& hæc est rei existentis in propria existentia. Tertia distinctio apud eos est ꝙ obiectũ intellectus aliud est primo tale:aliud tale per partem. Primo tale est quod adequat intellectionem:ut ipsum totũ : per partem uero:quod non adequat intellectionem:ut partes totius:hõ enim adequat intellectionem: partes essentiales hominis seorsum nõ adequãt intellectionem. Iuniores exteri distingunt sic ꝙ aliquid esse intelligibile põt esse uel ex natura sui:uel ꝑ cõperationẽ ad intellectũ cognoscentẽ: aliquid enim est intelligibile per se quod non põt attingi ab intellectu ꝑꝑ improportionem ipsius ad obiectum : hę sunt distinctiones/quas exteri præsupponunt secundum eorum fundamẽta. Iuxta distinctiones has antiquiores exteri has ponunt conclusiones & primo ex parte singularis intelligibilis quarũ prima est : singulare quouis modo sumptũ per naturã eius est per se intelligibile. Secunda singulare quouis modo sumptum est primũ & totale intelligibile ex natura sua· Tertia singulare ut abstrahit ab existentia/& ab accidentibus:est per se intelligibile intelligibilitate abstractiua:singulare uero/ut includit existentiam uel accidentia/est per se intelligibile intellectione intuitiua:hæc ex parte rei singularis intelligibilis:ex parte uero nostri intellectus ponunt has cõclusiones:prima est singulare quouis mõ sumptum est ab intellectu nostro cõiuncto intellectione saltem abstractiua per se intelligibile. Secunda intellectus coniunctus nõ ꝑ se intelligit singulare sub ꝓpria rõe singularitatis: Tertia ĩtellectus cõiunctus intelligit singulare per lineã reflexã. Iuniores uero põnem hãc reducũt ad has cõclusiões:prima est ꝙ singulare quouis mõ sumptũ est ꝑ se intelligibile. Secũda singulare signatũ acceptũ sub propria rõne singularitatis non est intelligibile ab intellectu coniũcto hę duę sunt ex ꝑte rei Tertia singulare signatum intelligitur ab intellectu coniuncto reflexe· Quarta singulare uagum primo primitate originis per se & directe intelligitur ab intellectu coniuncto hæ aũt ex parte intellectus. Et ne sit confusio aduco rationes pro prima conclusione in qua ambo conueniunt uidelicet ꝙ singulare quouis modo sumptum est per se intelligibile· Prima est quia singulare quouis mõ sumptũ est uere ens:igitur uere intelligibile atqꝫ per se:tenet consequentia:quia intelligibilitas absolute sequitur entitatem:antecedens patet:quia singulare siue addat proprietatem singularem/siue existentiam/siue accidẽs nihil diminuit ab entitate:imo addit ad entitatem:igitur addit ad intelligibilitatẽ. Secũdo speciatim arguunt

Quotuplex intellectio·

Quotuplex obiectũ intellectus

Cõclusiones antiquiorũ exterorum:

Cõclu· iuniorũ

Rões cões exterorũ.

de singulari quod ultra naturam nihil addit nisi singularitatẽ:quia a tali singulari non excluditur intelligibilitas rõne inclusi in uniuersali superiori:quia tunc uniuersalia non essent per se intelligibilia:nec rõe singularitatis addite:quia tunc intelligentia nõ esset per se intelligibilis/nec deus: qui est singularissimus:igitur tale singulare est per se intelligibile : duæ aliæ conclusiones quæ ponũtur ex parte ipsius rei singularis/facile deducuntur:secunda quidem:quia ipsum singulare includit oĩa superiora : & ipsum a nullo illorũ includitur:igitur ipsum est primũ & totale intelligibile:cætera superiora quasi particialia eius intelligibilia . Tertia etiã constat:quia cũ ipsum singulare ut abstrahit ab existentia atq; accidẽtibus: sit per se intelligibile:& non intellectione intuitiua:quia abstrahit ab existentia:quæ requiritur ad intuitiuã intellectionẽ:igitur per se intelligibile erit intellectione abstractiua:ipsum uero ut includit existentiam: quoniã includit existentiam:qua res intelligitur intuitiue: intelligibile erit per se intuitiua intellectione:& sic patent tres ipse conclusiones/quæ sunt de intelligibilitate singularis ex parte ipsius. Prima conclusio quæ ponitur de intelligibilitate singularis ex parte nostra:nõ explicatur a iunioribus exteris:tamen apud oẽs conceditur:oẽs enim uolũt q̧ singulare quouis mõ sumptũ sit intelligibile per se ab intellectu nostro cõiuncto saltem intellectione abstractiua. Et hoc probant primo quia intellectus coniunctus per se cognoscit differentiam inter uniuersale & singulare:igitur cognoscit singulare. Secundo intellectus per inductionem discurrit a singularibus ad uniuersale:igitur per se cognoscit singularia Tertio intellectus imponit nomina rebus singularibus:igr̃ illas per se cognoscit. Quarto nos diligimus singularia & magis q̃ uniuersalia:igitur illa ĩtelligimus per se. Quinto uoluntas per se uult aliquem actũ singularem:igitur intellectus per se intelligit singulare. Sexto quicquid potest potentia inferior põt & superior:igitur cum sensus possit cognoscere singulare:intellectus per se & magis potest illud cognoscere Septimo species representat illud e quo gignitur. Sed generatur a singulari:igitur representat singulare : & ita p se intelligi potest . Vltimo intellectus habet distinctam memoriã suorũ actuum singularium; igitur illos cognouit per se:multas alias rões tetigimus libro primo huius disputatione.xi. Quod uero singulare sub propria ratione singularitatis non sit per se intelligibile : ut oẽs conueniunt : arguũt. Primo & potissime:quia si singulare sub propria ratione singularitatis per se intelligeretur ab intellectu coniuncto:posset cognosci ut distinguitur a quouis alio e quo ipsum distinguitur:hoc autem non uidetur:quia si hæc albedo ponatur in eodem loco & oĩbus aliis paribus : illa non cognoscitur sub ea unitate;sub qua distinguitur ab altera eiusdẽ speciei:iterũ hoc patet de duobus ouis ; quorũ nullũ intellectus aprehendit

ſub propria unitate:iterum patet de radiis:inter quos ĩtellectus minime diſcernit. Amplius per rationem:quia ſingularitas non eſt rõ mouẽdi:ſed natura cõis:igitur ſingulare ſub propria rõe ſingularitatis nõ poteſt per ſe intelligi ab intellectu coniuncto · Pænultimã cõclusionem uidelicet ꝙ ſingulare ſignatum intelligatur ab intellectu nr̃o reflexe probant: quia il lud quod intelligitur non per propriã ſpeciẽ:ſed per reflexionẽ potentiæ ad aliquod repreſentatiuũ illius:intelligitur reflexe·Sed intellectus cõiun ctus intelligendo ſingulare ſignatum / nõ intelligit ipſum per propriam ſpeciẽ immediate repręſentantẽ ipſum:ſed per reflexionẽ ad phantaſmata: igitur tale ſingulare reflexe intelligitur·Vltimam uero cõcluſionẽ de ſin gulari uago:declarant quia cognitio intellectualis ſequitur naturam: ſed agens naturale non primo intendit uniuerſale : quia tunc producto uni uerſali:ut pote corpore:non protenderet ulterius actionem:nec tale agẽs intendit ſingulare ſignatũ:quoniam producto tali ſingulari:adhuc ceſſa ret actio naturæ.Sed primo intendit producere naturã in aliquo ſuppoſi to:quod eſt indiuiduum uagum:igitur in productione intellectuali ſpẽs primo repręſentabit naturam in aliquo ſuppoſito indeterminate accepto ſecundo ipſam naturam in ſe · Tertio repręſentabit naturam ipſam mul tis circunſtantiis ſignatam relucentibus in phantaſmatibus & hoc eſt re flectere:& ita primũ cognitum primitate originis eſt ſingulare uagum· Secundũ eſt ipſa natura in ſe.Tertium eſt ſingulare ſignatũ:quod refle xe intelligitur: hæc exteri tenent.Sed hæc pace horum dixerim : q̃q̃ ſint topice dicta:nõ uidentur peripatetica:& primo ur̃ ꝙ prima diſtinctio de ſingulari ꝙ ſit triplex:nõ uidetur peripatetica:quia accipio ſingulare qd᷈ abſtrahit ab exiſtentia & ab omnibus accidentibus:& quæro quæ uirtus ipſum abſtrahit:uel eſt aliquis ſenſus:uel intellectus:ſi ſenſus igitur non abſtrahitur ab accidentibus:quoniam ſemper ſenſus cognoſcit rem per accidentia ſecundum eos:ſi eſt intellectus:tunc nõ peripatetice locuntur: quia intellectus quicquid abſtrahit : abſtrahit a materia & conditioni bus materiæ:modo cõditiones materiæ tertio de aĩa ſunt hic & nunc:igi tur intellectus abſtrahit ipſum ab hic & nũc: & ita a ſingularitate.Secũ do ſi ſingulare ut ſingulare abſtrahi poteſt ab intellectu ab exiſtentia & ab accidentibus:tunc de ipſo poſſet eſſe per ſe ſcientia:quod nunq̃ peripa tetici conceſſerunt:dicunt enim de ſingularibus poſſe eſſe ſcientiã:nõ tñ ut ſingularia:ſed per rões uniuerſales:in hoc enĩ Themiſtius / Auerroes / & Simplicius primo de aĩa conueniunt:& deducitur cõſequentia:quia in in illo priori ſingulare abſtrahit a contingentia quẽadmodum & uniuer ſale;igitur ut ſic eſt ſaltem incorruptibile:& ita de ipſo poteſt haberi ſciẽ tia ut ſic·Tertio abſtrahibile ſecundũ eos eſt aut uniuerſalius / aut prius ſecundũ cauſam·Sed hecceitas nõ eſt uniuerſalior exiſtentia: cũ exiſtẽtia

Confutatio

Cõmento·v:

sit modus essentiæ apud eos:& cõmunior singulari:nec causa existentiæ: imo uidetur existentia causa hecceitatis:quia nisi res existat:nõ est termi nus generationis:& ut res est terminus generationis:est singularis: & sic uidetur existentia esse causa singularitatis. Secũdo principaliter uidetur ꝙ singulare ut existens:nõ abstrahit ab accidẽtibus:quia ut arguebatur: uel ipsum ut sic abstrahitur per intellectum uel per sensum:non per sen- sum ut prius:quia sensus non abstrahit ab accidẽtibus:nec per intellectũ per eandem rõem:quia intellectus quicquid abstrahit:abstrahit ab hic & & nunc:igitur abstrahit ab existentia. Secũdo si intellectus abstrahit sin gulare ut existens a cæteris accidentibus:tũc notitia intuitiua intelligeret singulare contra eos:& deducitur:quia nihil abstrahitur ut existẽs: quin cognoscatur ut existens:sed quod cognoscitur ut existẽs:intuitiue cogno scitur per eos:igitur singulare pro statu isto ĩtuitiue cognosci posset:qđ ipsi negant expresse. Distinctio uero illa quæ dicit ꝙ singulare aliud est uagum:aliud signatum nisi reducatur ad regulã sorticolarum nulla est: sorticolæ enim concedũt aliquem terminũ supponere pro singularibus confuse:non autem pro singulari discrete: ut in illa cæsar ter debellauit teucrum:uolũt enim illum terminum teucrum supponere pro singulari bus teucri:non tñ discrete/sed confuse tantum:si igitur per singulare ua- gum uelint singulare in suppositione confusa:recte forte dicunt:uerũ ta le singulare sic acceptum est signatum:intelligitur tñ confuse tantũ: qđ non concederent:si aũt uelint per singulare uagum/singulare sumptum pro natura signata proprietate indiuiduali indeterminata:tunc proprie- tas indiuidualis posset sumi determinate/& indeterminate. Sed oẽ quod põt sumi determinate/& indeterminate: potest sumi cõmuniter & discre te:& oẽ quod potest sumi cõmuniter:potest concipi sub ratione alicuius uniuersalis:quare relinquitur proprietatẽ illã non esse ultimam drãm in diuidualem ex se hanc:præterea si illa proprietas potest cõcipi indetermi nate:potest concipi ut cõtracta:uel igr̃ se ipsa:uel alia proprietate adhuc determinatiori:non se ipsa:quia non magis per se ipsam cõciperetur nũc determinate q̃ ante determinationẽ: quia idem ad se semper habet eandẽ rationem & eundem modũ:si alia proprietate determinatiori: tũc illa eẽt contrahibilis per aliam hecceitatem:quod ipsi habẽt pro impossibili: uo luut enim proprietatem indiuidualem esse ultimũ determinãs in toto or dine:præterea sumatur illa proprietas uaga:qua natura cõtrahitur ad sin gulare uagũ:uel illa est ita determinata ut socrateitas:uel adhuc indeter- minatior. Si ita ut socratis proprietas:tunc cũ illa Socratis sit signata: & hæc erit signata:si indeterminatior:tunc erit contrahibilis per illã Socra tis:& sic hecceitas non erat ultima drã indiuidualis. ¶Hæc de distinctioni- bus ipsius singularis:ulterius principaliter obiciẽdum est contra distin-

ctionem de notitia datam : qa licet apud peripateticos duplex sit notitia intuitiua / & abstractiua:tñ non recte exponitur;quia si intuitiua notitia est rei solum ut existentis in propria existentia:tũc nihil intuitiue cognosceretur nisi quod per se existeret propria existentia:hoc auté falsum est: quia apud philosophos accidens potest intuitiue cognosci:& abstractiue & tñ apud ipsos nullum accidens habet proprium existere aliud ab existere sui subiecti:igitur nullũ posset intuitiue cognosci: ppea hæc distinctio debet intelligi ut declarauimus in primo huius disputatione·xi·& tu quęre illic. Tertio principaliter illa distinctio nõ est peripatetica uidelicet ꝙ aliquod potest esse per se ex natura sui intelligibile:quod non per comperationem ad intellectum cognoscentem:expresse enim Auerroes secundo huius reprobauit hoc;qa tũc esset aliquod ociosum in natura:fecisset enim aliquid natura suapte intelligibile & a nullo intellectu aprehenderetur·Secundo principaliter omne intelligibile est relatiuũ intellectus: igitur qcquid est per se intelligibile / ab aliquo intellectu est intelligibile: aliter relatiuum esset sine suo correlatiuo. Tertio si aliquid est per se intelligibile:hoc est uel quia potest per se mouere intellectũ / aut per se terminare actum intellectus:nunq̃ enim aliud inuenitur apud eos : ultra qcquid dicatur:dabitur aliquis intellectus:qui ab illo dato potest uel moueri:uel eius operatio terminari ab illo eodẽ:frustra enim est actiuũ:cui nõ correspondet propriũ passiuum : dicitur enim in tertio de aĩa in omni natura ubi est aliquid faciens esse aliqd ab illo paciens·Quarto intellectus possibilis est oĩa fieri / ut omnes græci / & Ari· dicunt:igitur nihil est intelligibile:quin illud intellectus posset intelligere:aliter non esset oĩa fieri:& ita illa distinctio non ur̃ peripatetica:hæc de distinctionibus. Nunc contradicamus conclusionibus:& primo contra primã surgamus: & per eadem principia syllogizemus:primo quod nõ est per se ens:nõ est per se intelligibile:sed singulare non est per se ens:igitur nec per se ĩtelligibile: maior est eoꝝ:minor declaratur qa qđ non est p se unũ:nõ est per se ens:sed singulare nõ est per se unũ:hoc tenet Boe· in libro Porphyrii:ubi uult qđlibet indiuiduũ esse agregatum per accidens:& secundo posteriorũ Ari. ait sub eadem specie esse differentias / nõ quidem secundũ sbã̄ / sed per accidens : ubi Philoponus ait hoc dixisse quia indiuiduum sub specie est agregatum per accidens:p̄terea constitutum a differentia accidentali est unum per accidens:sed secundũ peripateticos quodlibet indiuiduũ est cõstitutum a differentia accidentali:igitur quodlibet est unũ per accidens: igitur nullum illorũ est ens per se / nec per se intelligibile·Ex secunda ratione eorum arguitur sic:quod super addit naturę accidens solũ:illud nõ facit cum natura unũ per se:sed singulare addit naturæ accidens tãtum: inquit enim Boetius in libro Porphyrii:ꝙ species dicit totã substantiam

Cõmento prio.

Cõfutatio conclusionem

indiuidui: & indiuiduũ nihil addit nisi accidens ipsi naturæ: igitur cum natura non facit unum per se. Secundo si illud quod addit singulare ipsi naturæ non esset accidens: tũc indiuiduum ab indiuiduo nõ differret per accidentalem dr̃am contra Porphyriũ: qui ait ꝗ species differunt dr̃a faciente liaud: indiuidua uero differentia faciente alteratũ: & oẽs expoũnt ꝗ differunt per accidens: ulterius uidetur ꝗ conclusio quæ dicit ꝗ singulare quouis mõ sumptum sit per se intelligibile ab intellectu cõiuncto: & illa quæ dicit ꝗ non est intelligibile ab intellectu coniuncto sub rõe propria singularitatis: nõ possunt simul stare: & accipio rões eorum: prima sic quod est intelligibile ab intellectu coniuncto sub rõne qua differt ab eo quod non est ipsum: est per se intelligibile sub propria rõe: sed singulare est intelligibile ab intellectu coniuncto sub ea rõne/qua differt ab oĩbus uniuersalibus: quæ non sunt singularia: igitur singulare: est per se intelligibile sub propria rõe qua singulare: maior est per se nota: nihil enim potest cognosci ut differt ab alio: nisi sub propria rõe cognoscatur: nihil enim aliud est cognoscere aliquid sub propria rõne: nisi cognoscere illud ut differt ab omni eo quod non est ipsum: & quod cognoscitur ut differt ab omni eo: quod non est ipsum: cognoscitur sub ea rõe qua est tale: hanc oĩs aptus recipit. Minor aũt est eorum: uolunt enim ꝗ intellectus coniũctus cognoscat singulare per hoc quia cognoscit differentiã inter uniuersale & singulare: & sic cognoscit singulare sub ea rõe qua differt ab oĩbus uniuersalibus: & ita tota ratio patet. Secundo arguo per rõem eorum oẽ illud quod cognoscitur ab intellectu cõiuncto ut principium scientifici discursus/cognoscitur sub propria rõe: hæc est per se nota: aliter per confuse cognitum posset aliquid sub propria rõe cognosci: sed singulare per eos est principiũ scientifici discursus: igitur singulare est per se intelligibile sub propria rõe ab intellectu coniuncto. Tertia etiam per rationẽ eoꝝ arguo: omne illud cui intellectus distincta rõe imponit nomẽ cognoscit distincta rõe: hæc debet recipi: quia si imponere nomen alicui arguit per eos illud cognosci ab intellectu: imponere nomẽ sub certa ratione & distincta eidem est cognoscere illud distincta & propria ratiõe. Sed intellectus coniunctus imponit nomen singulari sub propria & distincta rõe: ut ipsi concedunt: igitur cognoscit singulare sub distincta ratione. Quarto per eorum rõem omne quod per se sub propria rõe appetitur & amatur: sub propria rõe intelligitur: sed singulare sub propria ratione appetitur & amatur: patet quia intellectus appetit & amat proprium actũ sciẽdi sub ea rõe qua est proprius & suus: igitur sub propria ratione illũ cognoscit. Quinto arguo etiam argumento eorũ: illud cuius est distincta memoria sub propria ratione cognitũ fuit: hæc est maior eorum: sed singularis est distincta memoria: igitur sub propria rõne cognoscitur; hæc

Pō sorticolaꝝ · ratio tota est eorum:& sic uidetur una cōclusio alteri contraria·Sorticolę uero parū differentes ab his dicunt/ꝙ intellectus coniunctus singulare per se intelligit:non aūt intelligit per se singulare. Prima probatur quia hoc per se intelligit demonstrato Socrate:hoc est singulare:igitur singulare per se intelligit·Secunda etiam probatur:quia non intelligit singulare sub ea rōe qua singulare/ut exteri deduxerunt:igitur nō intelligit per se singulare·Sed isti falluntur ut exteri·

Confutatio· Primo qa intellectus coniunctus cognoscit singulare ut differt ab omni alio singulari: & licet decipiat̃ de aliquibus:tñ hoc est per accidens:& ita per se cognoscit ipsum sub rōe singularis:per accidens uero potest ipsum non cognoscere: quatenus accidit unum esse idem uel simillimum alteri/ut superius dictū est·Secūdo etiam ad hoc ut aliquid cognoscatur per se sub propria rōe sufficit ut cognoscatur sub ea ratione:qua differt ab omni alio:quod est alterius rōis ab ipso:mō unum singulare nō est alterius rōis ab alio singulari:& ppea sufficit ut singulare cognoscatur sub ea rōne:qua differt ab uniuersali: a quo differt rōe:& hoc modo cognoscitur sub propria rōe:hoc enim sorticole & exteri non perceperunt:tunc anteq̃ ad dilucidationem ueniam/ad rationes factas pro oībus conclusionibus respōdeo/quicquid sit de ueritate conclusionum in se. Ad primam proprima cōclusione negatur aña: primo quia singulare est ens per accidens sicut unū per accidens·Secūdo quia includit materiam:quæ diminuit ab entitate:quia secundū Auerroē est id quo res tendit in non esse:igitur diminuit ab entitate:saltem in potentia:& si non in actu· Ad secundam dico ꝙ singulare proprie ut nūc loquimur includit materiam:& sic ultra formā quæ est uniuersale in potentia apud Auerroem addit principium non essendi:& ita minuit: dixi singulare proprie:quia loquendo large de singulari:sic aliquod in materiale est singulare ut deus:& hoc pacto non repugnat illud singulare p se intelligi:singularitas enim cōmuniter dicta non repugnat intellectioni. Ad rationes quæ probant singulare intelligi ab intellectu coniuncto:respondēt sectatores Thomæ:ut ipsimet exteri cōcedunt: ꝙ cōcludunt uerum:nam singulare est intelligibile ab intellectu coniuncto/sed per accidēs/hoc est non per naturā intellectus:sed uel per reflexionem ad phantasma:uel mediante sensu ut dicemus· Ad rōes quæ probant singulare nō posse intelligi sub ꝓpria rōne qua singulare:patet solutio:dato enim ꝙ singulare nō cognosceretur sub ea rōe:qua differt ab alio singulari: adhuc cognoscit̃ sub ꝓpria rōe:quia sub ea rōe qua differt ab uniuersali:Amplius rō eoꝝ nō argueret nisi ꝙ singulare p accidens qñq; non cognoscit̃ ut differt ab alio:tñ perse est cognoscibile ut differt ab alio: mō apud eos etiam qñq; stat unum esse tale per se:& falsum per accidens·Hæc de positionibus satis:quia primo huius fusius diximus·

¶ Caput dilucidationis quartum.

per essentiá apud oés peripateticos: igr talis natura intelligibilis erit per essentiá. Quod si sit intelligibilis per essentiá: frustra ponetur intellectus agens / ut deducit Auerroes tertio de aía & cósidera hanc rationé: quia nó est leuis. Tertio aut hic homo est homo participatione hois: aut homo est hó participatione huius hominis: aut idé est hó & hic homo: nó est hó participatione huius hominis: quia tunc nihil esset hó: nisi participatione huius hominis: & ita Plato esset hic hó participatione huius hominis: & sic de cœteris: nec hic homo est hó participatione hois: quia tunc daretur hó per essentiam / qui nó esset hic hó: nó enim idé est participans: & participatú: & sic esset idea Pla. non enim Plato per ideam aliud uoluit nisi hominé per essentiá: sed hoc est impossibile. igr pter operationé intellectus idem est hó & hic homo: & ita fictio est hæc pó. Quarto natura humana ante actú intellectus / est uniuersalis in potétia: igitur est actu singularis: tenet cósequentia: quia actus & potentia sunt opposita circa idé: igr si illa natura est uniuersalis potestate: actu erit singularis: & per cósequés nihil est pter operationé intellectus nisi singularia. Quinto actus & potétia sunt eiusdé gñris: imo circa idé numero ut dr tertio phisicorú: diuidút. n. quodlibet pdicamentú: & quálibet specié eiusdem pdicamenti: & qdlibet indiuiduú eiusdem. Sed actu uniuersales est per intellectú apud exteros: igr & potentia uniuersale etiá erit per intellectú & ita præter operationé itellectus nihil erit actu / nec potétia uniuersale: sed solú singulare. Sexto quicquid est in potentia ad aliquid pter operationé intellestus: qñq; deducetur ad actú pter operationé intellectus: tenet cósequentia qa actus potentiæ correspót secúdú eandé róem: igr si natura illa cóis pter operationem intellectus est potétia uniuersalis: qñq; deducetur ad actú uniuersalitatis sine opatione intellectus. Septimo qd' intelligitur nulla mutatióe facta in re: ante & post itellectióné est æqualiter unú / & æqualiter ens. Sed oís res intelligitur nulla mutatione facta in re: ut dr in libro de interpretatione: ubi habetur q pp nostrú intelligere nihil mutatur ex pte rei: igr ante & post intellectioné res erit æqualiter ens & æqualiter una: igr sicut post itellectioné erit uniuersalis una actu: ita ante: uel sicut ante erat actu singularis: ita post intellectioné: & per cósequens per intellectionem / nó redditur actu uniuersalis: demú cótra hanc positioné sunt uerba Themi. in primo de aía capite quarto: ubi uult uniuersale nihil esse in re nisi singulare. Sed si est: est mera nocio / idem Simplicius ibidé / & Philoponus & Alexander / & omnes græci. Sectatores uero Thomæ magis ad ueritatem accedentes: cum peripateticis uolunt bene in re esse naturam hominis: & huius hominis: dicunt tamen illam nunq esse unam uniuersalé: nisi per rationem: imaginantur enim duplicem conceptum: alterum formalem: qui generatur a singulari phantastico uirtute luminis: & alte-

Cómento. xviii

Pó sect atorum thomæ.

rum obiectiuũ per illum formalem representabilẽ. Primus est conceptus seu conceptio: qua cõcipitur hõ. Secundus est homo ut per illũ represen tatur. Ex his sequitur ꝙ hõ nunq̃ efficitur unus in pluribus: nisi per cõce ptum formalẽ eius cõcipiatur: igitur eius unitas cõis est per rationem/si ue conceptionem: quoniam non nisi dum cõcipitur. Secundo sequitur ꝙ Thomas parũ differt ab exteris: ambo enim cõceptum naturã esse unã: uerũ Thomas uult illam non esse unã: nisi dum per formalem cõceptum cõmuniter representatur. Exteri uero dicũt illã esse unam ante represen tationem: & per representationẽ uolunt effici unã actu uniuersalẽ. Ex his habes pões famosiores usq; ad annos nr̃os. Hæc de positionibus.

¶Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione supponendũ. Primo ꝙ res quæ intelligit̃ nihil aquirit per intellectionẽ: declaratur qa ut dr̃ quinto huius scibile refertur ad sciẽ tiam: nõ relatione scibilis ad sciam: sed relatiõe sciæ ad scibile: igitur eodẽ mõ intelligibile. Secundo colores nihil aquirũt aut deperdunt per hoc ꝙ uidentur ut dr̃ secũdo de anima: igitur nec intelligibilia per hoc ꝙ intelli guntur. Secũda suppositio res effici actu intellectas & uniuersales nõ est nisi nos illas actu intelligere uniuersaliter per rões reqresentatiuas uniuer sales: res esse in potentia intelligibiles nihil aliud est: q̃ nos esse in potẽtia ad rões uniuersales: quibus illas uniuersaliter intelligimus: hæc deducitur ex prima: & patet per simile in coloribus: quia colores efficiuntur actu ui siles: quia in nobis fiunt rões actu representantes illos: potẽtia uero quia in nobis sunt sensus ipsi rões illas potentes recipere. Tertia suppõ aliquid dr̃ actu uniuersale uel potentia uniuersale/actu & potentia existẽtibus in nobis: patet ex dictis: quia actu uniuersalia erũt aliqua: q̃n in nobis erũt rões illorum actu repñ̃sentantes: potestate uero per hoc quia in nobis adest intellectus potẽtiæ potens illas rões recipere. Quarta suppositio rões istę in nobis esse nõ possunt: nisi moueamur a rebus: patet duodecimo huius: quia intelligire nostrũ causatur a rebus: intelligere dei est causa rerum: igitur nisi tales rationes causentur in nobis a rebus: nunq̃ erũt actu in no bis. Tunc dico de mente peripateticorum uniuersalia actu & uniuersalia potentia sunt formæ rerum singulariũ: probatur auctoritatibus Auer. primo methaphysice: & duodecimo huius & probatur rõe illa sunt uni uersalia actu & potestate rõe quorũ singularia in nobis agũt rões cogno scẽdi uniuersales: sed singularia agunt in nobis rationes cognoscendi uni uersaliter propter formas: & rões cognoscendi singulariter propter ma teriam ut dictum est in libro cœli & in xii metaphysice: igitur formę erũt uniuersalia actu & potestate. Secunda conclusio formæ sunt uniuersales actu & potentia quando in nobis sunt rationes cognoscendi actu uel po tentiæ: patet ex suppositionibus: quia res dr̃ actu uel potentia uniuersalis

[Right margin notes: Prima suppõ. — Cõmento.lx. — Secunda. — Tertia. — Quarta. — Cõmento.li. — Prima cõclu. — Cõmẽto.xxvii. — Cõmento.vi. — Cõmento.xiiii. — Secunda.]

Excerptum ex parte nostra:non ex parte rei. Ex his sequitur formas singulariũ esse actu uniuersales:quando in nobis sunt rationes repræsentantes illa uniuersaliter : potestate uero quia in nobis est intellectus tantum agens & possibilis. Tertia uniuersalia sunt actu & potestate aliquid præter singularia extra animam:probatur quia uniuersalia sunt formę:singularia sũt composita ex materia & forma:igitur uniuersalia sunt pręter singularia: eo modo quo formæ sunt præter composita. Vltima conclusio uniuersalia actu & potestate sunt aliquid in rebus:patet quia formæ singalarium sunt aliquid in rebus singularibus:sed uniuersalia sunt formę igitur sunt aliquid in rebus. Sed occurres primo quia si uniuersalia sunt formæ : tũc non prædicarentur de singularibus. Secundo si uniuersalia sint formæ. tunc de cõpositis non esset scientia:qa nullũ esset uniuersale. Tertio quid de Platone & Aristotele an differunt:de his quęstiõibus & aliis pluribus in libro primo & in hoc septimo/ & alibi per sæpe diximus:nũc uero hęc pauca sufficiant:ne uideamur inanes. Ad primã dico ꝙ formę ꝑdicantur de singularibus & de cõpositis:qñ significãtur per nomen gñris & spẽi: ut forma hõis qñ per nomen hõis significatur:& forma animalis quãdo per hoc nomen aĩal:qñ significantur per nõia partiũ:tũc non ꝑdicantur. Ad secũdam dico ꝙ oẽ compositũ est singulare: uerum quædã cõposita possunt significari per nomina cõia ut mixtum/aĩale/humanũ & id genus:quædã solum per nõia discreta ut Socrates & Pla. tunc dico ꝙ de cõpositis significatis per nomina cõia bene potest haberi scĩa: nõ aũt de significatis per nõia discreta. De consilio Platonis & Ari. multa diximus in libris de aĩa: & maxime in primo in expõe illius textus aĩal uniuersale aut nihil est aut posterius est : ibi enim enarraui multas opiniones. Nũc omicto:& alia uia uidentur posse cõcordari:ubi aĩaduertendũ est ꝙ Ari. nõ obicit sensui Platonis ut recte docet Ammonius in libro de interꝑtatione/ & sæpe Simp. sed male interpretãtibus uerba illius: ut xenocrati/ & aliis. Ari. igitur probauit uniuersalia nõ posse esse seperata simpliciter secundum esse existentiæ a singularibus:ut Xenocrates interpretabatur. Plato enim formas dixit esse uniuersalia:& quia formæ sunt aliæ a cõpositis singularibus:dixit illas esse ideas seperatas:hãc seperationẽ Xenocrates & alii intellexerũt secundũ esse existẽtiæ:& cõtra hoc procedũt rões Ari. uerum Pla. nõ intellexit sic:sed ꝙ formæ sunt seperatæ a singularibus & seperatiõe qua forma differt a cõposito cuius est forma:& hoc nõ negaret Ari. Aristoteles igr̃ recte obicit: quia cõtra malos interpretres. Plato bene dixit:quia recte interpretãdo nihil aliud uoluit q̃ id quod sensit Aristoteles. Hæc de dilucidatione.

Tertia. — Quarta. — Dubitationes — Solutio — Cõcordia platonis & ari.

¶ Caput solutionum quintum.

Ex his apparet solutio ad oẽs rões quę probant dari naturã cõem & unã

alia unitate a singularitate: oẽs enim concedunt quia forma cõpositi singularis est alia a singulari cõpositi / & eius unitas alia ab unitate compositi: nam unitas formæ est specifica: & per quã compositũ reponitur in specie: unitas compositi singularis est per materiam: & per quam est unũ numero: ut diximus sæpe in hoc libro; hinc apparet aliam esse unitatem hominis & huius hominis: quia homo est unus secundum formam: hic homo secundum materiam: uel secundũ formam hanc: quæ addit adhuc aliquid, ut dictum est in disputatiõe de principio indiuiduationis: per idẽ apparet solutio ad rationes primi capitis: rationes uero nostræ quæ probant non dari naturam cõmunem aliam a singulari: sumunt naturam cõmunẽ pro forma totius ex materia & forma resultante: ut exteri sumũt; & sic rationes cogunt: uerum quia aliqui afficiuntur doctrina sorticolarum: aliqui doctrina Thomæ / ad illas per ordinem dicamus: & primo ad primam dicerent sorticolæ ꝙ naturæ humanæ repugnat intelligi ut uniuersale: quia nulla natura humana est apta intelligi ut uniuersale: bene tamen potest intelligi natura humana ut uniuersale: & conceditur ꝙ natura humana præter operationẽ intellectus a natura singulari est alia: quia hæc uel illa natura humana ab hac uel illa natura singulari est alia: nõ tamen alia a natura singulari: quia non alia a se ipsa: hæc solutio patet his: qui norunt sorticolarum suppositiones. Iuxta Thomã dici potest ꝙ naturam humanam posse intelligi ut uniuelsale / est bifariam uel potentia & aptitudine in natura humana: uel potentia & aptitudine in nobis. Primo modo negatur: ipsa enim ut diximus per intellectionem nõ uariatur de singulari ad uniuersale: nec aliquo pacto propter nostrum intelligere. Secundo modo conceditur: quia nos per conceptum formalẽ in nobis de nouo occurrentem possumus naturam humanam intelligere ut uniuersale. Ex hoc non sequitur ex parte rei esse differentiã: sed ex parte nostra: quia per unum conceptum formalem possumus intelligere naturã humanam ut uniuersale: & per alium ut singulare: & sic conceptus quibus illa intelligimus differunt: non autem obiecta. Ad secundam sorticolæ negarent ꝙ natura coloris est ratio formalis obiectiua uisus: sed bene concederent ꝙ ratio formalis obiectiua uisus est natura coloris: & consequẽter negarent hunc colorem differre a colore sed bene hunc colorem a colore esse alium uel differre: ut patet in eorum suppositionibus: uel iuxta alios dicitur ꝙ color est obiectum siue ratio obiectiua uisus: nullus tamen color est obiectum: ex hoc non sequitur ꝙ hic color differt ex natura rei a colore: sed bene concederent ꝙ color differt ab hoc colore: quia hic uel ille color differt ab hoc colore: iuxta Tho. dicerẽ ꝙ extra aĩam nec color / nec hic color est rõ obiectiua uisus: bene tñ color est in re aliqd: qđ per cõceptũ formalẽ coloris in nobis de nouo occurrentẽ / potest itelligi

ut ratio forālis obiectiua uiſus:& in re eſt aliquid quod p cōceptū formalem coloris poteſt intelligi non ut ratio formalis:hæc autē ſunt ex parte diuerſorum conceptuum in nobis: non autem ex parte rei ut diximus. Ad tertiam dico ꝙ quāuis unum indiuiduum non ſit menſura omnium indiuiduorum eiuſdem generis/uel eiuſdem ſpeciei: quia tunc eſſet menſura ſui; unum tamen indiuiduum poteſt eſſe menſura indiuiduorum alterius generis/uel plurium indiuiduorum eiuſdem ſpeciei:& hoc ſufficit. Ad quartam dicerēt ſorticolę indiuidua comparari in aliqua reali nā: in nulla tñ reali compari. Tho. uero diceret ꝙ circūſcripta opatione intellectus indiuidua non comperantur in aliquo:bene tñ ex parte noſtra pōt eſſe conceptus quidā:quo repreſentari pōt aliquid in quo ſunt compabilia.& alii cōceptus:qui repreſentāt res cōperabiles:& ſic in rerum natura non eſt aliqua diſtinctio. Ad quintā dicendū ꝙ circunſcripto omni actu intellectus: Socrates & Plato ſunt ſimiles & conueniētes:plus ſe ipſis: uel per eorum animas: non tamen ſunt ſimiles una ſimilitudine: ſed pluribus:& propterea non oportet dari unum in quo ſunt ſimilia: ſed plura: quibus ſunt ſimiles. Ad ſextam nego conſequentiam: quia omnis unitas realis poteſt eſſe numeralis/& tamen differentia poteſt eſſe ſpecifica: & ratio quia hæc non ſunt oppoſita:& dies ſaltem ſequitur ꝙ erat aliquod differens ſpecie ab alio. Sed omne differens ſpecie realiter eſt unum realiter:igitur ſequitur ut prius:concedo ꝙ omne differens ſpecie realiter eſt unum realiter:quia Socrates differens ſpecie ab equo eſt unum ſpecie realiter:ſed non per aliquod cōmune reale:ſed per ſuam animam realem:uel per ſuam naturam realem. Ad ſeptimā dico ꝙ differentia numeralis permictit unitatē ſpecificam:quia ſtat aliqua differre numero:quę ſunt eiuſdem ſpeciei:non tñ ſunt eiuſdem ſpeciei per aliquod cōmune præter operationem intellectus:ſed per plura una præter operationē intellectus:unde Socrates & Plato ſunt eiuſdē ſpeciei realiter:non una unitate reali: ſed ſuis propriis unitatibus & naturis/ſiue formis realibus:& per idem. Ad octauam patet ſolutio. Ad nonam concedo ꝙ Socrates & Plato habent quædam realia quibus differunt: & quædam realia quibus conueniunt præter operationem intellectus. Sed illa non ſunt diuerſa: his enim met quibus differunt numero realiter:his ipſis conueniūt ſpecie realiter: quia differentia numeralis & conuenientia ſpecifica non ſunt oppoſita: & ita illa quibus differunt realiter numero: eſſe poſſunt quibus conueniunt ſpecie:non tamen per eadem poſſunt differre numero/& conuenire numero. Ad decimā dici poteſt ꝙ natura intendit ſingulare: nullum tamen ſingulare intendit:ut ignis intendit ignē:nullū tñ ignē intendit:uel iuxta Tho. dico ꝙ intendit ſingulare nō diſcrete tentū:ſed confuſe:& idē eſt:ad auctoritates Auer. dico ꝙ p nām ubiq; ipē itelligit forām:nā forā:eēntia

quiditas & natura idem est : imo Auerroes septimo metaphysicæ dcit q indiuiduo non est substātia nisi materia & forma pariculares : ex quibus componitur:ad anctoritatem primi phisicorum dico q genus & dr̄a explicant formam compositi;quia sumūtur ab eadem forma:& ppea sunt partes rei & præcedunt rem in esse:eo mō quo forma præcedit compositum:rōnes Platonis ex dilucidatione sunt solutæ. Ex his apparet solutio oīum rationum:& ita de tota decimaseptima disputatione. Cōmento. xliiii

Decimaoctaua disputatio si formalis differentia partium dissimilarium eiusdem animalis sit propter formas substantiales.

¶Caput dubitationum primum.

Quod formalis differentia partium dissimilariū eiusdem aīalis sit propter formas sbāles:arguo:quia uel partes illæ differunt solis ppriis accidentibus:uel accidentibus & formis sbālibus:si formis & accidētibus:habetur intentum;nō propriis accidentibus solis:quia ex dr̄a propriorū accidentium/propriarūq; opationum arguitur dr̄a formarum:aliter nunq̄ posset argui dr̄a specifica formarum : nec philosophi inuenerunt aliam regulā uenandi rerum formas:& illarum distinctiones:unde uidemus q partes dissimilares differunt ope/figuris/cōplexionibus/& cæteris propriis accidētibus:igr̄ formis: In cōtrariū arguitur:qa ubiq; Ari. in libro de aīa:& in hoc.vii.ait manū ascisam eē ęquiuoce manū:igr̄ non hēt aliā formam p̄ter illam totius:& sic qō est ambigua.

¶Caput tituli secundum.

Animalis ut dicitur primo de historia aīalium partes:aliæ sunt similares: quæ græcæ dicuntur homiomera siue homogenię. Aliæ dissimilares:quę græcæ dicnntur eterogeniæ:dicuntur illæ similares:quia simili nōie/ similiq; ratione appellantur:ut partes carnis:aut partes ossis/& cæteræ id genus:quęlibet enim pars carnis nomine & definitione carnis appellatur caro:& quælibet pars ossis nomine & definitione ossis os nuncupatur : dicuntur autem hæ dissimilares:quia dissimili nomine & dissimili rōne dicuntur:ut sunt caro & os respectu animalis:alio enim nomine aliaq; definitione dr̄ caro/& alia os:dnr̄ etiā officiare/siue organicæ/siue instrumētariæ:qa ad diuersa opa aīalis deseruiūt:disputatio itaq; nr̄a nō de similaribus est: qa nemo dubitare debet uniuersam carnem & singulam illius partē esse eiusdē formę: pprea de ptibus dissimilarib9 uertitur qō:supponit aūt disputatio unū uidelicet ptes dissimilares differre formaliter / & inter se/& ab uniuerso:ut medici sentiūt:sed qa dr̄a formalis pōt esse per

formas accidentales/ueluti duę canes/quarũ altera nigra:altera alba est formaliter differunt:& põt esse per formas substãtiales/ueluti equus & hõ:propcerea disputatio supponens partes illas differre formaliter:quærit si hæc dña formales sit ꝓpter formas substãtiales/qđ est quærere si p eandẽ formã caro sit caro:& os os:an per aliã atq; aliã. Hęc de titulo

¶ Caput positionum tertium.

Circa hanc disputationẽ multæ sunt positiones/& multa argumenta & difficultates:de quibus uberrime in primo de generatione & corruptiõe libro in cõmento nostræ interpretationis.lxxvii.dictũ est:nunc uero quędam dicamus:& breuibus/quibus fieri põt: ne uideamur eadem pluries repetere:ut uẽtosi agunt. Thomas itaq; discipulus eius Egidius uoluerũt in cõposito quouis non esse nisi unam tãtum formam:in animali uero & homine nullam aliã præter rõalem/& consequenter tenent distinctionẽ partiũ dissimilarium formalẽ non esse per formas substantiales/sed accidentales:quia forma substantialis per quam caro est caro nõ differt substantialiter a forma/per quã os est os:nec forma per quã sbãliter neruus differt substantialiter ab ea per quam carthilago est carthilago. Sed oĩa membra sunt talia ab unica forma totius:pro hac põe argui solet multifariã/sed ad præsens arguitur primo quia pluralitas nõ est ponenda sine necessitate. Sed nulla est necessitas ponendi tot formas: igitur non sunt. Secundo maior apparet differentia in potentiis animæ/q̃ in potẽtiis corporis/ut in uidere & audire/& id genus. Sed propter illã differentiã non ponũtur tales partiales formæ in anima sensitiua:igitur nec in mixto corporio. Tertio diuersa specie non possunt continuari. Sed animal est unũ uere continuum:igitur non habet partes differentes specie: Quarto ex diuersis numero non fit unũ numero:igitur nec ex diuersis specie potest fieri unum animal specie. Quinto diuiso uerme quælibet pars eius uiuit/ ut patet:uel igĩ est una anima specie in utraq; eius parte:uel ulterius. Si primum:tunc ante diuisionem erat una in omnibus illius partibus:si plures: tunc uermis diuisus erit plura aĩalia specie. Sexto aĩal est uerius ens ælemento:igitur uerius unum:sed ælementum est unum ab una tantum forma:igitur animal erit unum ab una tantum forma. Septimo ex pluribus existentibus in actu non fit unum per se/ut dicitur secũdo de anima:igitur non possunt membra specie differre:plures ratiões sunt dictæ primo de generatione loco superius allegato. Sed exteri obiciunt primo de digito absciso:quia uel manet illamet forma:quæ præfuit:uel noua generatur: si manet:igitur in toto habuit aliã formã & a toto/& a cæteris partibus: si non manet:igitur digitus uera generatione genitus est:qđ est impossibile. Primo quia omnẽ generationem pręcessit alteratio:sed hic solus motus localis ꝓcessit:ut diuisio:igitur nõ uera generatione generatur. Secũ

Põ thomæ.

Cõmento.vii.

Obiectiones exterorum.

do quia hæc generatio esset subitaria contra Auerroem primo phisicorũ ubi uult oẽm generationẽ esse successiuã saltem pp alterationem præuiã. Tertio una forma mixti non uidetur posse informare tot diuersa & repugnãtia mixta. Sed in corpore aĩalis sunt tales mixtiones diuersæ & repugnantes: igitur oportet ponere tot formas. Quarto in generetione aĩalis sunt multæ mutatiões cõpletæ / per quarum singulam fit certum mẽbrũ ut dicitur in libro de animalibus: ut cor prius / deinde cerebrũ / & cætera. Sed oĩs mutatio cõpleta habet propriam formã & propriũ terminũ : ut oẽs sciunt / igitur in generatione cordis est forma per quam est cor : & in generatione cerebri similiter: & sic differunt specie. Quinto arguunt medici diuerse tẽperationes arguunt diuersas formas. Sed p dissimilares habent diuersas temperatiões: igitur diuersas formas. Sexto pro hac parte uidetur facere Auerroes. xii. huius / & septimo phisicorum. Propter hæc exteri in mixtis animatis tenent præter animam / per quam uiuens est animatum formam mixtionis / quã corporis appellant: & ultra hanc tot formas partiales / quot sunt partes dissimilares: uerbi causa in homine ultra rationalem animã / per quam homo est homo : ponunt formã mixtionis quæ dicitur corporis / & mixtionis: corporis quidem: quia per illã homo est corpus; mixtionis uero / quia uirtualiter cõtinet formas ælemẽtarias: & quia per illam homo est mixtum quoddam: ultra uero hanc : tribuunt omnibus partibus dissimilaribus tot foãs substantiales / quot sunt partes dissimili nomine & rõe ductæ: hęc exteri. Quicqd sit de probabilitate positionis: arguo contra hanc põem ex dictis eorum: primo sic quia non est ponenda pluralitas sine necessitate. Hæc est eorũ maior contra Auicẽnam & Auerroẽ de formis ælementorũ. Sed plures esse tales formas nulla est necessitas. Primo nõ cogit experientia: quia maxime esset pp diuersitatem complexionũ & accidentiũ: & operationum: cõplexionum quidẽ non: quia una forma ultima potest tot diuersa per eos informare : igitur diuersitas cõplexionum non arguit drãm formarum: aliter non põt una forma ultima esse omnium illorũ: accidentium minime per idem: quia si accidens proprium diuersum argueret diuersam formam: tunc nõ potest esse una ultima forma tot diuersoꝶ secundũ accidens: nec propter drãm operationum: quia una forma per diuersa instrumenta põt diuersas operationes exercere: ut sensibilis aĩa. Secũdo nec cogit illas: ratio ut propter euitandam contradictionem: utpote quia tunc digitus ascisus esset digitus sine alteratione præuia: quia si sic esset pars lacertæ quę est animal nõ potuisset fieri animal per solam diuisionem: quare nulla est hæc ratio. Secundo arguitur ex secunda eorum rõe cõtra illosmet sic: quælibet forma substantialis est nata constituere suppositum per se subsistens in genere substantiæ; hæc est maior eorum contra Auerroem & Auicennam de for

Cõmento. lxii.

Cõmento. ii.
Cõmento. lix.
Põ exterorũ.

Confutatio.

Rões sumptæ ex li. sñiaꝶ. ii. d. xv. q. i.

mis ælementorum. Sed in composito animato utpote aiali sunt duæ formæ totales apud eos utpote aia: & forma mixtionis siue corporis: quarũ quælibet est forma substantialis: igitur quælibet harum est nata cõstituere animal in specie atq; supposito in esse per se subsistenti: & ita in omni animato essent plura supposita: quod licet non esset impossibile secundũ diuersas materias: tñ est impossibile secundũ eandem materiam: ut est in pposito: in omni enim puncto materiæ ubi est aia: est mixtio: igitur duo supposita secundum eandem materiam. Et breuiter ratio hæc cõsistit in hoc q data põe horum: sequeretur in eodem animato esse duo supposita per se subsistentia secundum eandem partem materiæ: quod ipsi reputãt ĩpossibile: & consequentia patet per nũc dicta. Tertio assũmo aliam eoꝝ maiorem oẽm substantiam corporalẽ consequitur quãtitas/quæ est propria passio substantiæ corporiæ: hæc est maior eorũ: sed forma mixti cũ materia: constituit substantiam corporiã atq; compositã: igitur ipsam cõsequitur propria quantitas: ueluti passio propria. Amplius rationalis aia cum materia etiam cõstituit substantiam compositam per eandem rõem: igitur talem substantiã cõsequitur etiam propria quantitas: & ita in uno subiecto erunt plures quantitates/uidelicet alia mixti/ alia composita ex anima & materia: & sic uel duo corpora erũt simul: uel cõpositio illa erit quædam iuxta positio: hæc est tota ratio eoꝝ. Quarto arguo per rationẽ eorum: si una forma non potest esse tot diuersorum: ut sumunt ipsi: tũc partes dissimilares plantarum differrent formis substantialibus contra theophrastum: & oẽs qui scribũt libros de plantis: tenet argumentũ per rationem eoꝝ. Quinto si duæ formæ totalis possunt esse in eadem materia: uel æque ultime: & hoc est contra Auerroem in libro de substantia orbis/ubi ait unum subiectum non posse habere plus una forma specifica

Cõmento. lxix. & ultima nec intensa nec remissa. Amplius primo phisicoꝝ habet Auer. q si materia habet formam propriã uidelicet ultimã & specificam: nullã aliam recipit. Sic igitur patet duas formas ultimas totales non posse esse in eadẽ materia: nec possunt esse ordinatæ/quia si pcederet forma mixti: tunc subiectũ recipiẽs aiam esset in actu: & ita ut infert Auerroes primo

Cõmento. lxix. phisicorum generatio esset alteratio: quia subiectũ esset ens in actu imo plus in actu: q̃ quoduis ælementum: sed ælementũ nõ ptest esse subiectũ generationis: ut probat Ari. ubiq;: igitur nec mixtum. Et sic ex eorum rationibus põt positio eoꝝ refelli. Hęc pauca de positionibus.

¶ Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione dico q istud est problema neutrũ pro qualibet parte substentabile: nec uideo demonstrationes. Dico tamen pro dilucidatione quattuor: primum est: q nulla est necessitas ponendi formam mixtionis aliam a forma ultima: quia non debet necessario poni ut aiatum ponatur

in genere corporis:quia pari rõe debuiſſet poni in ælementis:quia quodli bet illorum eſt corpus : nec ut euitetur creatio:ob quod Albertus poſuit formam corporis generalem:quia cum non ponatur in ælementis:ælemẽ ta crearentur:nec ut per illam diſponatur materia quantitatiue/& qualitatiue:quia materia ſufficit recipere formam ultimã per formas diſſimilarium partium:& illarum diſpoſitiones:nec ad euitandam reſolutionem uſq; ad materiam primam:quia ſufficiunt formę diſſimilares/& illarum diſpoſitiones:quas ponunt:nec ut ſaluentur uirtutes ælemẽtorum in illa tanq̃ in medio:quia ſatis illæ ſaluari poſſunt in ultima forma:quæ eſt aĩa tanq̃ in perfectiſſima totius forma. Aliter unum quodq; mixtũ eſſet bis mixtum/ſemel per ultimam formam:ſemel per illam : igitur hæc forma non eſt neceſſaria. Secundum eſt ꝙ formæ diſſimilares poni poſſunt nõ quidẽ ut media receptiua ultimæ formæ ut exteri fingunt:qa non poſſet euitari quin generatio eſſet alteratio:illud enim eſt mediũ receptiuũ : qđ eſt ratio recipiendi recipiens:modo tales formæ non poſſunt poni tanq̃ rationes recipiendi recipientes:quia tunc generatio ultimę formæ eſſet alteratio/ut deductum eſt : quia ſubiectum eſſet plus in actu q̃ quodlibet ælementorũ. Tertium eſt ꝙ poſſunt concedi præexiſtere in materia tanq̃ medium diſpoſitiuum atq; determinatiuum materiæ:cum enim materia ſit apta recipere omnes formas in differenter per tales formas diſpoſitiones illarum diſponitur atq; determinatur ad rõnalem aĩam/uel aliã talẽ. Quartũ dicendũ eſt ꝙ tales poni poſſunt/quatenus ex illis reſultat una cõis diſpoſitio:quæ eſt medium diſpoſitiuum atq; determinatiuũ ultimę formæ:non aũt quatenus ex illis reſultat una ſubſtantialis forma mixti: patet hæc cõcluſio de mente oĩum medicorũ:multa alia dici pñt in dilucidatione quæ:quia ſunt explicata in libro de generatione:Hæc ſatis.

¶Caput ſolutionum quintum.

His diſputatis:ad rationem pro opinione expoſitoris. Ad primã dico ꝙ duplex eſt neceſſitas prima euitandæ reſolutionis uſq; ad materiã primã: quæ contradicit oĩbus ſenſibus:Secunda & diſponẽdi materiam atq; illã determinandi:ut dictum eſt. Ad ſecundam dico ꝙ illa ratio concludit ſi formæ partiales ponerẽtur pp diuerſitatem oppoſitionum:ut uolũt exteri:non enim poſſunt euitare:quin ſenſibilis anima eſſet plures animæ:ſed illa ponitur ob duplicem neceſſitatem dictam:ob quã non ponuntur plures ſenſibiles animæ. Ad tertiam dico ꝙ diuerſa ſpecie non poſſunt continuari:quando alterum non præponeretur ut diſpoſitio ad alterum:modo formæ partium oẽs prępouuntur ut diſpoſitiones ad ultimam formam: & propterea ab ultima forma eſt unitas/& continuatio:& hoc non pñt euitare exteri. Ad quartam dico ꝙ ex diuerſis uel ſpecie uel numero non fit unum numero:quando unum ad alterum nõ ordinatur: nec ambo ad

tertium:modo sic in proposito est:oẽs enim illæ ordinantur ut dispositiones ad ultimam formam· Ad quintam de uerme dici potest ut dictum est in libro de anima:ꝙ nõ est impossibile formam fieri per solam diuisionẽ: quando potentia proxima in materia cõtineretur. Ad sextam dico ꝙ aial est uerius ens & uerius unum ælemẽto:quia cæterę formæ præcedunt nõ dantes esse principaliter:sed ut disponẽtes ad ultimã principaliter : a qua est unitas compositi. Ad septimã dico ꝙ ex pluribus existentibus in actu quorũ quodlibet recipitur in materia per se:& non ut dispositio ad aliud non fit unum:modo oẽs illę formę recipiuntur ut dispositiões ad ultimã

Replica fortis· formam:Sed replicabis acute : utrum caro sit caro propter eius formam an propter animam ultimam:si propter formã carnis:igitur illæ formæ præcedunt ut dent esse : & non tantum ut dispositiones ad ultimam formam:si nõ est caro propter eius formam:tunc aliqua forma esset in ma

Solutio. teria apta constituere indiuiduum in specie:& illud nõ cõstitueret. Dico probabiliter ꝙ illa forma dat illi esse carnis:uerum principaliter non est ut det esse:sed ut disponat materiam ad ultimam formã:unde principaliter disponit/& ex consequenti dat esse:& sic nõ habet impossibile: multa alia possent dubitari:quæ omicto:rationes uero factæ contra exteros ualent tum quia sunt ex eorum dictis:non aũt ex meis:tum quia ponũt tales formas ultima constituere materias sub tali esse:ut patet legẽti uerba eorum·Hæc de disputatione decimaoctaua sufficiant nunc·

¶Decimanona disputatio si totum dicat formaliter aliquam entitatem realiter distinctam a partibus.

¶Caput dubitationum primum·

Quod totum dicat formaliter aliquam entitatẽ realiter distinctã apertibus arguitur multipliciter·Primo quia si non:tũc totũ non esset notius

Te. cõmen. iiii. suis partibus:quod est contra Ari· in prologo auscultationis physicæ:& deducitur:quia nihil esse potest se ipso notius. Secundo tunc idem constitueret se ipsum:quod est impossibile:& deducitur:quia demonstratis oĩbus partibus alicuius totius/uerum est ꝙ istæ partes constituũt illud totum: & illæmet partes sunt illudmet totum: igitur idem constitueret se· Tertio partes sunt priores toto:igitur partes non sunt totum:& ita oportet illud dicere tertiam entitatem·Quarto partes sunt in toto:totum non est in toto:igitur partes non sunt suum totum:& sic addit tertiũ. Quinto si partes sunt suum totum:tunc materia & forma hominis essent hõ: & ita materia esset hõ ; & forma esset homo:probatur ultima cõsequẽtia

per simile quia ualet Socrates & Plato pugnant:igitur Socra. pugnat:& Plato pugnat : & sic ualet materia & forma sunt hō:igr̃ materia est hō: & forma est hō. Sexto tunc homo esset æternus : deducitur enthymema expositorię/hoc pacto/hæc demōstratis materia & forma sunt æterna:hæc illismet ostensis/sunt homo:igitur hō est æternus.Septimo si materia & forma Socratis essent socrates:tunc materia & forma uiderēt:tenet quia Socrates uidet. Octauo tunc A & B augerentur:& tñ B ipsum diminueretur:deducit̃ dato ꝙ A B sunt duæ medietates alicuius totius : & ꝙ A augeatur/& B diminuatur:sintq; mediætates ipsius C augeatur tamen A plus q̃ B ipsum minuatur:& patet consequentia: per idē posset deduci idem esse album & non album:idem quadratum & nō quadratū: Amplius aliqua esse æqualia uidelicet A & B/& tamen nō esse æquale A ipsi B : adhuc paria esse imparia : & multa alia per similes casus deduci possunt:sed quia eadem radice oēs cessant:omictimus. In contrarium argui solet quia si totum adderet dictam entitatem:tunc esset processus in infinitū:deducitur quia ex illa entitate/& suis partibus resultaret adhuc quarta:& ex illa & suis partibus resultaret quinta:& sic de infinitis.Secūdo si sic:tunc ab aliquibus posset tolli aliqđ pondus:quæ adhuc tantundem ponderarent:deducitur quia si ab A & B partibus unius libræ resultat C libra distincta ab illis:diuidantur illa:patet C tolli:& tamē A B diuisa adhuc tantundem ponderarent : & sic disputatio est ambigua pro utraq; parte. Hæc de dubitationibus.

¶Caput tituli secundum

Totum apud peripateticos interdum accipitur pro ente perfecto : & sic definitur tertio phisicorum / totum est extra quod nihil est. Totum hoc modo sorticolæ appellant categorematicū/quatenus est p̄dicatiuum tantum;& solum aparte p̄dicati ut dicunt:interdum pro omni:iuxta illud libri cœli totū & oē idem:& taliter totum dictum nūcupant sorticolæ totum symcategorematice hoc est distributiuum/uel significatiuum: quia solū a parte subiecti distribuit pro singula parte. Ex his sequitur error sorticolarū:qui dicunt totum aparte subiecti teneri symcategorematicę/ aparte prædicati teneri categorematicæ:quia ut ille terminus oē potest teneri symcategorematicę utraq; ex parte:licet solū a parte subiecti reddat propositionē uniuersalem/sic & totum utraq; ex parte teneri pōt etiam si sumatur symcategorematicæ. Amplius ut id quod est naturale prædicatum potest poni utraq; ex parte:sic totū categorematice utraq; ex parte teneri potest.Nos uero in disputatiōe accipimus totū categorematicæ pro ente perfecto ex partibus cōposito : quia ex solutione ista : pōt solui de toto symcategorematicæ:quoniā quælibet pars est totū categorematicæ. Secundo animaduertendum totum categorematicæ in disputatione

Totū quot modis.

Cōtra sorticolas de toto.

Quot tota.

sumptum esse multiplex/aliud accidente ut corpus album:aliud uniuersalitate/ut animal respectu specierum:aliud definitiõe ut species: quæ ex genere & differentia constat:aliud essentia/ut compositum ex materia & forma:aliud potestate/ut rationalis anima continens plures uirtutes/ & mixtum continens plura ælementa: Aliud quantitate/ut totum integrale siue quantitatiuum reducuntur autem omnia ad duo: quia totum est aut cuius partes habent ordinem essentialem aut cuius partes habent ordinẽ accidentalem & quouis modo sumptũ intelligitur in disputatiõe. Quid uero sit realiter distingui:disputationibus quinti & quarti huius patuit: nec oportet repetere. Hæc de titulo.

¶Caput positionum quartum.

In hac disputatione sunt duo magni uiri contrarii ex toto. Auicenna uidelicet & Aue. Auicenna nanq; in suæ metaphysice libro tertio capite quarto absolute dixit omne totum distingui a singulis partibus & ab oïbus simul sumptis:ut de denario declarat:& capite secundo de anima & copore Auerroes uero primo physicorum tenuit nullum totum distingui a suis partibus:sed omne totum esse suas partes collectiue sumptas:ut dicemus & ita positiones sunt contrariæ. Pro prima positione arguitur multifariã primo humanitas quę est totum/nec est materia/nec est forma:igitur nõ est materia & forma/tenet enthymema/quia ad ueritatem copulatiuæ requitur ueritas utriusq; partis. Secundo terminus generationis est totum: partes simul sumpte non sunt terminus generationis: igitur totũ differt a suis partibus simul sumptis. Minor ꝓbatur/quia terminus generationis debet esse ens unũ & absolutũ:partes uero simul sumpte non sunt ens absolutum per se unũ:addunt enim relationem. Tertio quod prius natura capit esse est aliud ab eo quod capit esse per ipsum: sed cõpositum per se sumit esse:partes uero ratione compositi:quia ut dicitur septimo huius materia & forma nõ generãtur nisi quatenus sunt partes cõpositi. Quarto constituens differt realiter a constituto:sed partes simul sumpte cõstituunt totum:igitur differunt realiter a toto. Quinto in corruptione hominis aliquid substantialiter corrũpitur:& non materia/nec forma: quia ambæ sunt æternæ: igitur tertia entitas. Sexto arguit Ioãnes causæ per se & essentiales alicuius distingũtur essentialiter & realiter a causato: sed materia & forma sunt per se & essentiales causæ totius: igitur totũ dicit quid realiter distinctum ab illis. Septimo totum est quædam relatio: uel igitur fundatur in materia:uel in forma:uel in tertio ex illis resultante:nõ in materia uel forma:quia nullum illorum est totũ:igitur in tertio. Octauo compositum differt a partibus utpote a materia seorsum/& a forma seorsum:uel differt a materia ratione formæ: uel ratione tertiæ entitatis addite utrisq;:si ratione formæ:tunc totum nõ differt a materia; nisi dr̃a

Põ auicenne.

Põ auerrois.
Cõmento. xvii.
Rões ꝓ auicen.

formæ:quod est impossibile:igitur ratióe tertiæ entitatis. Nono si mate/ria & forma sunt eadem realiter ipsi composito:tunc essent eadem reali/ter inter se:per primum principium geometriæ. Decimo illa nõ sunt idẽ de quorum uno uere aliquid affirmatur:quod uere negatur ab altero:sed de toto uerificatur esse per se causatum a materia & forma:,de quibus nõ uerificatur esse causatum. Amplius de materia & forma simul sumptis uerum est dicere istas cõstituere totũ:de toto nõ est illud uerum. Adhuc totum est aliquid:materia & forma non sunt aliquid:præterea risibile dr̃ de homine:& nõ de materia & forma simul sumptis. Vndecimo si partes sunt suũ totum:tunc oẽs partes uniuersi essent unũ numero:& sic redde retur põ parmenidis. Duodecimo tunc substantia & accidẽs esset unum numero:quia Socrates albus est unum numero:sed Socrates & albedo si mul sumpti sunt Socrates:igitur sunt unũ numero. Tertiodecimo tunc quatuor essent mille/& simplicia essent cõposita:& deductio patet. Pro positione Auerrois sunt rationes/prima nihil differt ab aliquo realiter: nisi includat aliquid reale distinctum ab illo. Sed totum nihil p̃ter partes eius includit:nec aliquid quod non sit in partibus:quia si quid esset:illud esset unio:sed unio est relatio:modo relatio non est de rõe absoluti. Secũ/do si totum differt a partibus/uel se ipso:uel aliquo alio:nõ se ipso: quia tunc per singulum illius:nec aliquo alio:quia nõ uidetur quid esset illud: esset enim substantia uel accidens:& non potest esse accidẽs:quia tunc ac cidente solum differret:& ita non per se:& si substantia:uel materia / uel forma/uel composito:& nullum potest dici. Tertio si totum diceret illã tertiam entitatem ultra partes; tunc definitio non diceret totam essentiã definiti quia solum dicit materiã & formã:uel genus & drãm: & non ter tium. Quarto si sic:tunc forma uniretur materiæ mediante illa tertia en/titate. Quinto tũc ternarius esset quaternarius:qa ultra tres unitates ad/deret quartam resultantem ex illis:quæ addita illis facit quaternarium:& sic uidentur ambæ illæ positiones cõtrarię probabiles. Sunt autem inter has extremas positiones mediæ; exteri quidem tenent primo ꝙ cõpositũ essentiale ut illud quod fit ex materia & forma/dicat formaliter entitatẽ distinctam realiter a suis partibus probãt primo quia entitates partium possunt existere sine entitate totius:igitur differũt ab illo realiter:antece dens apparet per uerba Ari. qui expresse hoc dicit de illa syllaba ab. Se/cundo materia & forma quę sunt causæ intrinsecæ compositi aliquid cau sant:& nõ altera alterã:quia principia nõ sunt ex alterutris; igr̃ tertium; & per consequens differt illud ab illis. Secundo dicũt ꝙ illa tertia entitas est absoluta:tum quia generatio non est per se ad relationem; tum quia absoluta principia non causant relationẽ/nec sunt partes relationis. Ter tio tunc oĩa composita essent eiusdem generis:quia omnis talis respectus

Rões pro parte auerrois.

Põ exterorum.

esset unius generis. Quarto oē compositū esset formaliter respectiuum. Quinto tunc nullū compositū esset per se unū: dicūt tertio ꝙ talis tertia entitas est forma totius/siue quiditas uel essentia: addūt ꝙ talis forma totius non est superueniens formæ partis/nec medium uniens materiā formæ ad constituēdū compositū: nec aliqua forma ultra illā partis materiā perficiens: & ppea est forma qua suppositum est ens quiditatiue secundū rem diuersa a forma partis: hæc exteri: hæc aūt pō media dicitur: quia nō loqtur expresse nisi de toto eēntiali. Propter qđ nōnulli uolūt in cœteris totis non dari tertiā entitatem aliam a partibus. Sed siue hęc pō sit media siue extrema: uideturq; sit oīo irrationalis & cōtra eos. Primo sic qa apud ipsos distinctio realis est inter rem & rem: & res apud illos est essentia cū existentia: hæc enim facit distinctioné realé: tunc arguo si totū diceret tertiam entitaté realem secundū rem distinctā a partibus simul sumptis: tūc illa tertia entitas esset res: & ita includeret existentiam aliā a partibus: qđ nec ipsi concedunt: nec est auditū. Secundo quecūq; sunt eadem formaliter: sunt eadem realiter: quia per eos identitas formalis infert realé sed totum & partes sunt eadem formaliter: quia partes per eos sunt de essentia & formali ratione totius: igitur erunt eadé realiter. Tertio quecunq; differunt realiter apud peripateticos: differūt aut secundū rem subiecti: aut secūdū rem definitionis: sed hæc non dn̄t scd̄m rem subiecti: quia cuicūq; subiecto inest totū: illi eadem in sunt partes simul sumpte: & de quouis p̄dicatur totum: de illo eadem & partes simul sumpte: igitur nō dn̄t secundum rem subiecti: nec secūdū rem definitionis: qa partes apud ipsos sunt de definitione totius: atq; de illius essentia. Cucullati huius sectæ cōsuetuerunt dicere totū esse idem formaliter partibus: quia eius definitio formalis est per partes: & esse idem realiter partibus: at partes dn̄t realiter a toto & formaliter ab illo: quatenus totū nō est de rōe partium: licet partes sint de rōe totius: & sic saluant ordiné in distinctionibus. Sed hęc euitatio est de fictionibus cōsuetis apud eos: quia saltē sequitur ptes simul sumptas nō differre secundū rem a toto deduco: totū per eos non differt secundum rem a partibus: quia non potest esse sine illis: nec ptes simul sumpte possunt esse sine toto: igitur saltem partes simul sumpte erūt eędem secūdum rem toti: p̄terea si partes simul sumpte dn̄t a toto: uel secundū rem existentiæ: uel secundū rem essentiæ & naturæ: si secundū rem essentiæ & naturæ: tunc solum ex natura rei dn̄t: contra eos: qui uolūt expresse ptes differre non tantū ex natura rei: sed realiter: si secundū rem existentiæ: igr̄ ptes simul sumpte possent existere sine toto: qđ est impossibile apud oēs: Vlterius illud qđ dicūt de forma totius est expresse contra Auer. in hoc septimo ubi expresse ait formā recti/& ipsum rectū idem esse: & sic uult formam totius & formā partis esse unā eandéue. Præterea arguitur rōe:

Confutatio. (margin, beside "totis non dari tertiā entitatem…")

Quæ cucullati. (margin, beside "de definitione totius…")

Confutatio. (margin, beside "sint de rōe totius…")

Cōmen. xxxvi. (margin, beside "septimo ubi expresse…")

quia hac data:tunc materia esset forma uel formale quoddam:quod non concederem:& deduco/quicquid est de essentia formæ/est forma uel formale eius:cuius illa est forma:hæc patet/quia quicquid est de essentia alicuius:est de formali conceptu illius:& sic est de formali conceptu eius:cuius illud est forma:sed materia est de essentia formæ totius:igitur est formale ipsius totius/uel illius forma:quod est ridiculum. Secundo cuilibet formæ apud peripateticos opponitur priuatio:nec unq̄ aliter legi in eorꝫ doctrina. Sed forma totius est forma:igitur sibi opponitur priuatio: sed opposita tam contrarie q̄ priuatiue sunt/quæ apta sunt fieri circa idē subiectum apud peripateticos:igr̄ forma totius & eius priuatio sunt aptæ fieri circa idem subiectū: sed omnis priuatio est apta fieri circa materiā: igitur forma totius circa materiam est apta fieri. Sed quæcūq; forma est apta fieri circa materiam/est forma partis:quæ cum materia componere potest compositum:igitur forma totius est forma partis: & ita propositum. Tertio Aristoteles ubiq; diuidit substātiam in materiam/& formā: & in compositum ex illis:igitur compositū non est forma: quia nullum diuidens est suum cōdiuidens. Quarto apud Auerroem materia non est pars formæ:materia est pars illius tertiæ entitatis:igitur illa tertia entitas non est forma:amplius apud Auerroem materia non est pars essentiæ/nec quiditatis:forma totius est essentia & quiditas:igitur materia nō est pars formæ totius:& ita forma totius nō est aliud q̄ forma partis. Quinto apud Auerroem forma totius est uniuersale ut explicatur per nomen generis/uel speciei/uel alicuius quinq; uniuersalium:sed forma partis est uniuersale/ut dictum fuit:igitur apud eum idē est forma partis/ & forma totius. Sexto forma totius apud ipsum nō differt a forma partis/ nisi quia illa intelligitur & significatur per nomen prædicabile de compositis singularibus ut per hoc nomen homo/uel animal: forma uero partis ut significatur ac intelligitur per nomen de nullo composito prædicabile ut per hoc nomen rationalis anima uel sensitiua: igitur idem est ratiōalis anima & homo:idē sensibilis anima/& animal & sic forma partis & forma totius idē sunt:hæc enim esse de mente Auer. uolui indicare propter proteruos. Ioannes uero in quæstionibus aliter mediat / distinguit enim de distinctione reali:quia aliqua dici possunt distingui realiter distinctione seperationis:ut quæcunq; loco & s bctō differunt:uel distinctione idētitatis:ut quæcunq; sunt diuersę res:ueluti subiectum & accidens sunt diuersæ res:non tamen distinctæ loco & subiecto:tunc tenet duo. Primum ꝙ compositum dicit tertiam entitatem additam partibus secundum rem distinctam distinctione identitatis:quia sunt diuersæ res:ut rationes pro positione Auicennæ cogūt. Secundum est ꝙ illa tertia entitas non est distincta a partibus simul sumptis distinctiōe sepationis:quia nō possunt Pō ioannis

loco & subiecto seperari:& ita concedit Ioannes totum dicere quid aliud & totum a partibus simul sumptis:non quidem secũdum distinctionem seperationis : sed secundum distinctionem identitatis rei ad rem. Pro opinione Ioãnis faciũt auctoritates prima est Aristotelis in libro de anima

Comento.ii. & Auerrois ibidem ubi distingunt substantiam in materiam & formã & compositũ:& aiunt compositum esse tertium: quod est ex his. Amplius

Comento.v. Auerroes tertio de anima in solutione secũdæ quæstionis ita inquit & est manifestum q materia & forma copulantur ad inuicem:ita q congregatum ex eis sit unicum:& maxime intellectus materialis/& intentio intellecta in actu:qd.n.cõponitur ex eis/non est aliquod tertiũ aliud ab eis: sicut est de aliis compositis ex materia & forma:hęc Auerroes:quibus nihil clarius pro Ioanne. Præterea quinto metaphysicæ Aristoteles dicit q bis

Comento.xix. tria non sunt sex:sed semel sex sunt sex:ut patet per Auerroem ibidẽ hoc

Comento.xv. uero non esset:si totum esset suæ partes:Præterea octauo huius textu & dicunt Aristoteles & Auerroes q quæ non sunt unũ sicut aceruus / oportet ponere aliam causam unitatis ubi patet ipsum indicare tertiam entitatem;Præterea primo physice auscultationis Aristoteles ait non ualere illud parmenidis q si infinitũ est inmobile secundũ totum/q esset inmo-

Comẽto.xxiiii. bile secundum partes:quia ut dicit ibi Auerroes stat totũ quiescere & singula parte moueri:igitur totũ est aliud a partibus. Præterea in hoc septimo dicitur q syllaba Ba distinguitur ab A & B:quia manentibus A & B

Comento.lx. corrumpitur Ba: ubi Auerroes ait quia ex illis fit aliquod additum aliud a componentibus:ut syllaba/quæ fit ex literis:syllaba enim nõ est literæ: ex quibus fit:sed est aliquid additũ literis: & similiter caro nõ est terra & ignis ex quibus componitur/sed est aliquod aliud additum. Et ex comẽto accipitur hæc rõ p Ioãne:quia si ex materia & forma nihil aliud resultaret nisi materia & forma simul sumptæ:tunc in corruptione nihil aliud remaneret:consequens est falsum:ut dicit:quia tunc nulla esset differẽtia inter aceruum & compositum essentiale:& sic ueluti post aceruum nõ remanet nisi partes:quæ præerant:sic post corruptione compositi per se:solum partes quę præerãt remanerent:quod est contra sensum:igitur oportet in corrumptione compositi per se corrumpi aliquid præter partes:hęc

Cõfutatio positionis io: pro Ioanne. Sed hæc positio auctoritates habet contra se. Primo expresse primo physicorũ ubi Auerroes clare dicit totum non esse aliud q̃ sint suæ

Comento.xvii. partes simul: præterea Themi. auctor præcipuus in primo phisicorũ in expositione dicti texus:cum Auerroe ita inquit quãuis enim singulæ diuerse sint ab eo uniuerso:quod continet: oẽs tamen efficiuntur illud uni-

Comẽto.xxxix uersum:hæc Thęmistius:equo accepit Auerroes:amplius in hoc septimo inquit uniuersaliter intendebat q ens eiusdem speciei scilicet q esse totius

Comẽto.xlviii. est esse partium comento uero ait & uniuersaliter omnis natura congre-

gata ex duabus naturis conuenientibus/necesse est ut sit de natura com ponentium. Rursus quarto physicorum ait totum nihil aliud esse nisi suas partes. Præterea secundo de anima & Themistius ibidem dicunt quod sicut oculus & pupilla sunt unum: ita corpus & anima sunt unum animal. Præterea distinctio rerum non potest haberi nisi per distinctionem accidentium uel operationum. Sed nulla competit toti: quin etiam partibus collectiue competat: igitur totum est partes collectiue. Hæc de positionibus dicta sufficiunt.

Comento. xliii.
Textu & comẽ ento.x.

¶ Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione: primo sumamus ex logicis/& sorticolis quod omnis terminus pluralis pluraliter tẽtus/sub copulatiõe significat suũ significatũ ut patet primo elenchorum: uerum in significando suum significatũ sub copulatione/potest teneri diuisiue/& potest teneri collectiue: ut docet ibi dem Aristoteles tenetur quidem diuisiue: quando propositio cuius est subiectum uel prædicatum exponitur per unam copulatiuam: uerbi causa homines uiuunt: exponitur sic homo uiuit/& homo uiuit: similiter isti student: exponitur quia iste studet: & iste studet. Tenetur uero collectiue: quando exponitur propositio cuius ipse est subiectum uel prædicatum per unam catogoricam de extremo copulato/ut isti ferunt lapidem: quia iste & iste ferunt lapidem: quæ est una categorica de subiecto copu lato. Similiter potest dici de illo termino omnes in plurali ut dicit Aristo teles/potest nanque teneri diuisiue & collectiue eodem modo. Ex his sequi tur quod a propositiõe de subiecto uel prædicato plurali diuisiue tento licet inferre duas cathegoricas illi correspondentes per notam copulationis cõ iunctas: ut ex ista duo homines currunt/ualet igitur istę currit: & ille cur rit: ex propositione uero de subiecto uel prædicato plurali collectiue tento non licet inferre duas cathegoricas: sed unam de extremo copulato: non enim sequitur isti sunt duo: igitur iste est duo: & iste est duo: sed quod iste & iste sunt duo: hæc enim ex primo elenchorum in paralogisimo diui sionis & compositionis colliguntur: quæ oportet supponere in disputatione: quia Auerroes & omnes græci quæstionem hanc non soluunt nisi logice. His distinctionibus pmissis sit prima suppsoitio totũ non est suę partes diuisiue tentæ: probatur quia si totum esset suæ partes diuisiue ten tæ: tunc homo esset materia: & homo esset forma: tenet consequentia per suppositiones: quia ex propositione de extremo plurali diuisiue tento licet inferre duas categoricas illa correspondentes: similiter e contra si partes essent suum totum diuisiue/eodem modo sequeretur. Secũda suppositio partes sunt suum totum collectiue: & suum totum est suæ partes col

Terminus pluralis quot mõis teneri põt.
Excerpt9 sorti.
Suppõnes pria
Secunda

lectiue: declaratur quia materia & forma sunt totum: hæc medietas lineæ & illa sunt linea: & sic de omnibus totis: igitur partes sunt suum totum: Hæc suppositio est de mente Themistii: & Auerrois ubiq;: his suppositionibus stantibus: dico duo pro dilucidatione: primum: totum cuius partes sunt essentialiter ordinatæ: dicit additum & tertium ultra partes patet quia dicit illum ordinem essentialem: qui est aliquid ultra partes. Secundum totum cuius partes nõ sunt essentialiter ordinatæ: nihil dicit præter partes: patet quia unio partium illius est ipsemet partes unitæ: at unio partium essentialiter ordinatarum / non est illæ partes unitæ præcise: sed ultra addit ordinem essentialem: qui est aliquid præter partes unitas. Prima conclusio est pro mente Auerrois in hoc septimo: & pro authoritatibus factis ad partem Ioannis: & tertio de anima. Secunda est pro mente Aristotelis & Auerrois in libro de anima: ubi animal dicit esse nihil aliud q̃ animam & corpus: & de mente Auerrois hic ubi uelle uidetur: totum accidentale non addere tertium ultra partes ut de aceruo qui nihil dicit præter partes unitas: hoc enim uerum est: quia totum accidentale quouis modo sumptum ultra partes non dicit ordinem essentialem. Ex his sequitur ꝙ siue totum addat tertium: siue non: semper est suæ partes collectiue: quia illud tertium non est substantia absoluta: ut exteri finxerũt: sed ut dixi omnes suæ partes collectiue & nõ diuisiue tente & hæc est pulcra dilucidatio multum cõsonans doctrine Aristotelis & Auerrois in pluribus locis ut patere potest bene speculantibus eorum dicta in eorum libris. Hæc de dilucidatione.

Cométo.lx.

Cométo. xxxix & xlviii.

ℂ Caput solutionum quintum.

His uisis ad rõnes pro Auicenna respõdetur: ad primam concedo ꝙ totũ quod est humanitas siue homo non est materia / neq; est forma: tamen est materia & forma: & ambæ illæ partes diuisiue sunt uere: tamen cum illis stat una categorica de extremo copulato: ut dictum est. Ad secundam nego minorem: quia partes collectiue sumptæ sunt terminus generationis: tamen nulla illarum est terminus generationis & ulterius dico ꝙ partes collectiue sumptæ sunt per se unum: propter additionem tercii: quod dicebamus esse ordinem essentialem. Ad tertiam dico ꝙ simul est totum & suę partes collectiue sumptæ: tamen totum capit prius esse partibus diuisiue sumptis: ueluti partes collectiue sumptæ prius sumunt esse partibus diuisiue tentis: ut dictum est. Ad quartam dico ꝙ partes simul sumptæ constituunt compositum / non quidem collectiue tentæ: sed diuisiue: & hoc modo partes collectiue tentæ differunt secundum rem a partibus diuisiue tentis per additionem ordinis essentialis ultra partes: qui ordo

essentialis non est illæ partes. Ad quintam illa ratio de homine est diffici lis: quia dubium est apud aliquos an ratiōalis aīa maneat post mortem: unde Auerroes hanc rationem parui faceret: qui nihil post mortem rema nere fateť præter ælementa & materiam: tñ dici potest ꝙ in corruptione hominis corrumpitur homo: qui erat suæ partes collectiue: restant autē partes diuisiue: & sic non restat homo: unde corpus & aīa collectiue corrū puntur: tamen nec anima nec corpus diuisiue corrumpitur: sed de his in libro de intellectu. Ad Sextam dico ꝙ totum est suæ partes collectiue: & non relatio: dico tamen totum ultra suas partes diuisiue tentas addere re/ lationem: utpote ordinē essentialem: qui est aliud ab illis: & iste ordo est subiectiue in partibus collectiue sumptis: in nulla tñ parte subiectiue est: & si quæritur de fundamento talis ordinis: dici pōt ꝙ sunt dispositiones qualitatiue / & quātitatiue: quibus forma est in materia. Ad septimā dico ꝙ totū differt ab oībus partibus diuisiue per oēs partes collectiue: & etiā per alterā partem: & sic differt alia dr̄a q̄ sit formę ad materiam. Ad octa uam dico ꝙ si materia & forma essent eædem realiter toti diuisiue: essent eadē inter se: sed quia sunt illi eadem collectiue: nihil sequitur. Ad decimā dico ꝙ arguit totum esse aliud q̄ sint suæ partes diuisiue: non autē colle/ ctiue: quia quicquid toti competit: partibus etiam competit collectiue. Ad undecimā concedo ꝙ oēs partes uniuersi collectiue sunt unum numero: non tñ omnia diuisiue sunt unum numero: Per idem ad duodecimā / & concedo ad tertiadecimam ꝙ quattuor sunt mille: quia hæc sunt mille: & hæc sunt quattuor: igitur quattuor sunt mille: ueluti conceditur ꝙ unum in actu est plura in potentia: per hæc eadem possunt solui oēs rōnes pri/ mi capitis: ut patet recte intelligenti: rationes exterorum nullæ sunt. Ad primam dico ꝙ partes diuisiue possunt existere sine toto: non autem col/ lectiue. Ad secundam dico ꝙ meteria & forma diuisiue sunt causæ totius: quod est materia & forma collectiue: nec est hoc impossibile: in causis & causatis intrinsecis. Ad rōes quæ probant illā tertiā entitatem esse sbām absolutā. Ad primam dico ꝙ generatio non est ad illud tertiū additū: sed ad totū: quod est suæ ptes collectiue. Ad secundā nego cōsequentiā: quia composita non differunt per illū ordinē: sed quia unū est suæ ptes unius generis: & aliud aliæ ptes alterius gn̄ris. Ad tertiā dico ꝙ partes diuisiue causant totum: quod est partes collectiue ut dictū est. Ad quartam nega tur consequentia: quia cōpositum est per se unū absolutum pp formam unam absolutam. Amplius partes collectiue non sunt respectus: sed sbā. Quibus oībus patet ea / quæ Auer. primo phisicoꝝ auctoritate Themi. Comento, xvii. dixit: hanc enim qōem logice oēs græci soluerunt: & Auerroes sectās grę cos illā logice soluit: & ita pōt reduci Auicenna ad bonum sensum: quia cum dicit totum esse aliud a partibus: forte loquitur de toto per se: cuius

partes dicunt ordinem eſſentialem:& ſic per illud tercium intelligit ordinem:quoniam eſt aliud quid apartibus : aut poteſt dici ꝙ loquitur de partibus copulatiue ſumptis diuiſiue tentis:ſic enim totum non eſt ſuæ partes:quia ſic homo eſſet materia & eſſet forma : nõ autem negaſſet totum eſſe partes collectiue. Auerroes uero quando dicit totum eſſe ſuas partes: intelligit collectiue:& ubi dicit totum per ſe & eſſentiale dicere tertium : recte dicit:quia per tertium non intellexit tertium reſultans/ſed ordinem eſſentialem: qui eſt aliquid additum partibus diuiſiue tentis: ubi uero ait totum eſſe aliud a partibus : ſumit partes diuiſiue: amplius ubi ait totũ non addere tertium:loquitur de toto per accidens:cuius partes non dicũt ordinem eſſentialem:& hoc modo poſſunt conſiliari poſitiones utrorũ : & auctoritates cõtrariæ Auerrois & Ari. Hęc de ultima diſputatione libri ſeptimi dicta ſufficiant : & ita de toto ſeptimo.

Finit liber ſeptimus.

EIVSDEM AVGVSTINI NYPHI DILVCIDARII METAPHYSICARVM DISPVTATIONVM LIBER OCTAVVS AD EVNDEM MAGNANIMVM COMITEM SEVERITANVM ANDREAM CARAPHAM.

Præfatio.

m

I Andrea Comes magnanime atq; diſertiſſime legiſti diſputationes quas in ſeptimo conflauimus & cum Ari. in hoc octauo de ſubſtantia agat modo fere phiſico deq; ente ut in decem genera prima diuiditur has etiã diſputationes dilucidamus quas rogo nõ raptim ſed accurate perlegas nã ſi illas laudaueris eas inter felices reponam. Vale.

¶ Prima disputatio si in motu alteratio nis permanere oporteat idem subiectũ Simpliciter sub utroq; termino.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod maneat idem subiectũ simpliciter: arguitur primo per uerba Ari. in textu idem per Aristotelem & Auerroem primo de generatione: idem quinto physicorum: idem duodecimo huius: in contrarium arguitur per Auerroem & Aristotelem: qui sexto physicorum uolunt alterationis finẽ esse generationẽ: sed in generatione non manet idem subiectũ simpliciter: igitur nec in alteratione. Hæc pauca de dubitationibus. Comento.xx. Textu & comẽto.vii. Textu & comẽto.vii.

¶ Caput tituli secundum.

Quid alteratio sit. quinto physicæ auscultatiõis est dictum: motus enim ad qualitatem alteratio est: ueluti ad ubi/est latio ad quantitatem/ est auctio: unde alteratio est motus. cuius finis proprius & essentialis est qualitas: dico finis proprius/ & essentialis: qa alterationis finis põt esse substãtia nõ tñ proprius/ & essentialis: subiectum uero qđ græci hypocimenon appellãt: id est uel de quo aliud dicitur/ ut pdicatum: uel in quo aliud est. subiectũ igitur alterationis illud est: in quo alteratio est: manere uero idẽ simpliciter sub utroq; termĩo est sub termino a quo: & sub termĩo ad quẽ uariari nõ quidẽ quo ad nomen atq; definitionẽ/ sed semp hr̃e idẽ nomẽ/ atq; candem definitionem: quo mõ idem Socra. scđm idem nomen/ eandemue definitionẽ sit nunc grãmaticus: nũc ignarus grãmaticæ. Quærit igitur disputatio si idem subiectũ simpliciter scđm idem nomẽ / eandẽue definitionem maneat sub utroq; alterationis termino. Hæc de titulo.

¶ Caput positionum tertium.

Exteri de disputatiõe breuibus dicunt alterationem bifariam dici: alterã quidem puram: quę hac rõe pura dicitur/ quia gñatione nõ est ad mixta: ceu de albatio: qua corpus sine suæ substantiæ corruptione aut gñatione dealbatur. Alterã uero impurã: quę ideo impura appellatur: quia gñationi est admixta: ueluti ælementoꝝ alteratio: cuius finis est gñatio. Tũc dicunt ꝙ si loquimur de pura alteratione: sic in alteratione idẽ simpliciter subiectũ manet sub utroq; alterationis termino: ut apparet in dealbatõe: in qua idem hõ specie/ & numero dealbatur. Sin aũt loquimur in alterõe impura: dicunt ꝙ subiectũ non manet idẽ sub utroq; termino: uerum hoc est per accidens: non per se quoniã non cõpetit alterationi hoc quatenus alteratio: sed quatenus est præuia dispositio ad generationem: hæc exteri. Et licet hæc positio sit probabilis: non tamen est Auerroica: quoniam secundũ Ari. & Auer. in libro de generatione secundo nõ potest fieri alte-

ratio in ſecundis qualitatibus: quin fiat in primis: & propterea dicuntur ſecundæ qualitates. Sed non poteſt fieri alteratio in primis qualitatibus: quin fiat etiam in formis ſubſtantiariis: ut tertio cœli probat Auerroes igitur nõ poteſt albari quicquam: quin aliquod ſubſtantiarium uarietur nomine & definitione in parte: uel in toto: quare hæc poſitio non eſt peripatetica. Hæc uolo ſufficiant de poſitionibus.

Comento. lxvii

Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione igitur: primo debes ſcire: ꝙ alteratio bifariam dr̃: alia enim eſt pfectiua: qua nihil abicitur a ſubſtantia rei: ut illuminatio/ & id genus: alia corruptiua: quę rurſus ſub diuiditur: quia alia eſt prima: dicta quidem prima: quia in primis fit qualitatibus: ut calefactio: & id genus: alia ſecũda: dicta ſecũda/ qa in ſecũdis conſtat qualitatibus: ut dealbatio: tunc apud Auerroẽ dicendũ primo ꝙ in alteratione perfectiua manet idẽ ſubiectũ ſimpliciter ſub utroq; termino: atq; nulla ſubſtantia corrũpitur nec remictitur: hæc patet omnibus: dicendum ſecundo ꝙ in alteratione ſecunda idem ſubiectũ ſimpliciter manet ſub utroq; termino: non aũt ita ut nihil ſubſtentiæ corrũpatur aut remictatur: quia ut dictũ eſt non põt eſſe alteratio in ſecundis qualitatibus: quin ſit in primis: & nõ põt in primis eſſe: quin ſit aut ſubſtãtiæ alicuius ælemẽtariæ corruptio: aut eiuſdẽ aliqua remiſſio: tñ licet in ælementis fiat aliqua aut corruptio aut remiſſio: fit infra latitudinem diſpoſitionũ: quibus eadem forma mixti cõſeruatur in materia: & propterea manet idem ſubiectũ ſimpliciter ſecundũ nomen & definitionem ſumptam a principali forma: dicendũ tertio ꝙ in alteratione prima ſubiectum uariatur aut ſecundum generationẽ uel corruptionem: aut ſecundũ intenſionem uel remiſſionẽ: hęc patet tertio cœli & ſecundo de anima ubi dicitur ꝙ ælementum purũ alterari non poteſt. Hæc de dilucidatione.

Cõmento. lxvii
Comento. cxv.

Caput quintum ſolutionum.

Ad rationem patet ſolutio: probat enim idem ſubiectũ manere in alteratione ſecũda: uel in alteratione perfectiua: cũ quo tñ ſtat in alteratiõe prima poſſe ſubiectũ uariari aut ſecundũ ſbãm: aut ſecundũ remiſſionem uel intenſionem. Hæc de prima diſputatione.

Diſputatio ſecunda ſi menſtruũ fæmellæ ad generationem concurrat actiue.

Caput dubitationum primum.

Quod menſtruũ fæmellæ ad generationẽ non actiue cõcurrat: arguitur primo per uerba Ari. in textu: ubi ait ſanguinem menſtruum hõis eſſe

causam ut materiam:ut mouenté uero semen:igitur menstruũ concurrit passiue: & Auerroes in illius partis inquit si quæsierimus causam hoís: quæ est causa materialis:nõ oportet quærere causam remotã: ut quatuor ælementa:quæ sunt causæ remotæ:sed oportet quærere materiã propriã: ut est sanguis menstruus. Secundo tunc idem esset in actu & in potentia Nam menstruũ illud ex ea parte:qua materia:esset in potentia:ex ea parte qua agens:esset in actu. Tertio si menstruũ cõcurreret actiue: tũc matrix siue uulua frustra illud foras eiceret/ tanq̃ superfluum. Modo uidemus uuluã illud uomere/ut uiri semen ad se traheret: igitur nõ cõcurrit aliquo pacto. In contrarium sunt medici:& potissimũ Galenus in libro de semine: qa ut dicũt nisi menstruũ cõcurreret actiue ad generationem embrionis:nõ magis esset mater prolis/ q̃ alterius aĩalis ex illo materialiter geniti. Hæc de dubitationibus. Comento.xii.

¶ Caput tituli secundum.

Quid menstruum sit:libro de generatione aĩalium Ari. declarat: attñ in proposito animaduersione dignum/mẽstruum esse bifariã/ aliud quidẽ purum:qd guttam/siue semen fæmellæ appellant:hoc purũ esse fatētur: quia ad hoc ut formã suscipiat:ampliori alteratione nõ eget: propter qđ ultima concoctione quasi constitutũ/album cernitur in colore. Aliud uero impurum:quod per excellentiam menstruũ dicunt: quia oĩ mense pro decursu lunę fluit:tãq̃ mulieris ex purgamentũ. hoc impurũ & cõmixtũ esse uolunt:quia ad hoc ut formam subscipiat: alteratione cõcoctioneue ulterius indiget:propter quod sanguineum & rubrum conspicitur: illud quidẽ cõcubitus tpe fluit:ut mulieris matrix aperiatur:& semẽ uiri degluciat:hoc uero omni mense iuxta motum lunæ. Amplius utrunq; materia est generationis:uerum primũ nulla eget ulterius concoctione ut formã subscipiat. Secundum & alteratione & cõcoctione egeret: patet igitur in disputatione quid per menstruũ sit intelligendum: nã licet utroq; modo sumptum in disputatione locũ habet: proprie tñ per menstruũ guctam intelligunt:quæ tempore cõcubitus fluit obdelectationem:fæmella in oĩ aĩalium genere:in quo uidere est marem & fæminã:ea est:quæ semen maris intra se recipit:ut dicitur in libro de gñatione animalium:hæc est:quæ post partum mater appellatur; ueluti mas pater. Actiue uero in gñatione cõcurrere/est cooperari ut principium unde motus ad aliquẽ effectũ: ad quem altera causa cooperatur:ceu sol & hõ ad hominis generationem effectiue concurrunt:quia sole cooperante ad hoís gñationẽ: hõ cõcurrit ad illũ ut principiũ unde motus. Hæc de titulo.

¶ Caput positionum tertium.

Et licet hæc disputatio non sit metaphysica:spectat enim ad librũ de aĩalibus:tamen quia exteri illam hic perscrutantur:nos ipsam uolumus per

tractare:& raptim:propter qđ primo uidendæ sunt duæ positiones extreme Galeni uidelicet:& Auerrois:deinde proximo(ut consueuimus) capite opinionem Aristotelis dilucidabimus. Galenus itaq; in eo libro/quem de spermate hoc est de semine inscripsit/uoluit tam uiri q̄ femellæ semen ad generationé/& materialiter/& effectiue cócurrere: non tamen secundum easdé partes:nam secundum partes crassas atq; corpulentiores: materialiter cócurrit:secundú partes tenuiores atq; spirituales/ effectiue.

Pó galeni

Róes scoti in·iii sníaꝝ.di.iiii·q·i· & in quolibeto .q.xv.

Pro hac póne arguit exterorú principes in multis locis : primo quia semina amborum sunt essentialiter eiusdem speciei : neutrúq; eorum orbatú est atq; occasionatum:igitur sunt eiusdem potentię actiuæ:tenet cósequétia:quia formas eiusdé speciei aptæ sunt cósequi potétię & uirtutes eiusdé speciei. Secundo causæ productiuæ seminú amború uiri uidelicet & fæmellæ sunt oés essentialiter similes:materia quoq; similis/finis etiá idem: igitur ambo specie eadem:tenet argumentum/quia oís uarietas in forma sequitur uarietaté agentis/aut meteriæ ut colligitur septimo & nono huius. Tertio in temperatissima fæmella in iuuentutis ætate perfectius de quoqui pót superfluum sanguinis alimentú in semen cóuertendum q̄ in melancolico mare in ætate senili:sed hic mas producere pót semen prolificum sui similis generatiuum:igitur & femella. Quarto quia dato opposito:non cótingeret fætum matri in colore aut in particularis mébri dispositione merito spiritus densi a matre assimilari:quod est cótra sensum/liuia enim nostra filia in naso & oculis angelellæ uxori pœnitus per similis est:consequentia deducitur quia si nullus spiritus in semen fæmellæ inclusus efficit generationé:nullus etiá efficit particularem similitudiné in genito. Quinto si genitum assimilat́ matri:non pót esse quia menstruú ad formationé cócurrat passiue:igitur concurrit actiue; antecedens apparet primo qa nó apparet unde menstruú/qđ est materia cóis gñrationis fætus dispositionem contraxit/equa generetur membrú cú tali dispositione matri per simili·Secundo quia talis effectus est positiuus : igitur eidé correspondet agens per se illius productiuú·Sed huiusmodi non est spiritus seminis uiri/eo quia illum effectum nó naturaliter intendit:igitur spiritus est in semine femellæ. Tertio plerúq; cótigit fætum matri esse per similem:patri uero dissimilem:aut patri minus similem q̄ matri/ aut e contra/tam essentialiter q̄ accidentaliter ; sicut asinus ex equa generat mulú per oía magis similem asino:& canis ex uulpe femina generat aíal per oía magis similem uulpi:& uir magis paruus curuus ex muliere alba magis recta filium generat album magnum matri similem ; arguitur igitur ut prius sic talis similitudo fætus ad matrem est effectus particularis positiuus:igitur eidem correspódet particularis causa per se illius productiua : sed talis causa nó est nisi spiritus in semine matris:igitur ut prius. Ex his

Excerpta

perſpicuum eſt primo de mente Galeni in fæmella uerum ſemen genera/ri:quod græci ſperma dicunt/& prolificum: & ab ea in coitu emicti; & quod illud non eſt de genere menſtrui. Secundo perſpicuum eſt unde in fœtu ſexus contingat uarietas; contingit enim interdum fieri fœtum maſculum:quandoq; fœmineum: eo quia cõtingit ſemen maris in tranſmutando materiam generationis prædominari ſemini fæmellæ: tunc enim maſculus fit:contingit autem interdum e contra: & hoc accidit propterea quia materia generationis magis eſt diſpoſita ut recipiat impreſſionem ſeminis fæmellæ q̃ maſculi/uel propter imbeccillitatem ſeminis maris / aut propter utrunq;: & tunc producetur fæmella/quod ſi contingerit huiuſmodi ſemina in potentiis ſuis æquata eſſe/generabitur hermophroditus. Tertio patet cauſa ſimilitudinis & diuerſitatis fœtus ad parentes:interdum patribus enim aſſimilantur in ſexu:in complexione:in moribus:in figura:& in cœteris id genus:ut cum ſemen uiri ſuper ſemen fæmellæ: uel eius menſtruum perfecte optinuerit; interdum contra fœtus omnino matri aſſimilatur:ut cum ſemen fæmellæ optinuerit ſuper illud uiri: non nunq̃ remiſſe utriuſq; tenet ſimilitudinem ut cum ſemina ſuis potentiis æquata uel fere æquata ſunt: aliquando uero neutri eorum fœtus ſimilis eſt; ut cum utriuſq; ſemen debile fuerit: aut cum menſtruum ad coloris figuræue ſuſceptionem male affectum fuerit: contingit præterea non nunq̃ in colore uni aſſimilari; in figura aut magnitudine alteri; eo quia maris ſemen contingit potentius eſſe ad colorandum:illud fæmellæ ad recipendum magnitudinem:hæc de mente Galeni. Sed ut mihi uidetur fundamenta quibus Galenus mouetur: ſunt duo. Primum quia mas & fœmina ſunt unius ſpeciei:igitur eiuſdem potentiæ. Secundo quia fœtus poteſt matri interdum aſſimilari:igitur in ſemine fæmellæ eſt uirtus productiua ſimilitudinis; & ſic concurrit actiue: addunt quoq; exteri & tertium quia mater diligit filium/& magis q̃ pater:ut octauo ethicorũ; igitur eſt opus matris; ut deducitur quarto ethicorum. Sed hæ rationes ſunt ambiguæ:prima quidem quia ſi eſſet uera;tunc fæmella ſine concurſu uiri poſſet fœtum cõcipere:deducitur primo ab Auerroe in quoliget; quia in fæmella eſt uirtus actiua/& uirtus materialis per Galenum; igitur poteſt concipere:cum in illa ſint omnia requiſita:eſt enim menſtruũ: quod eſt materia fœtus:eſt & ſemen fæmellæ:quod eſt cauſa effectrix:eſt & in ſemine uirtus formatiua: igitur omnia requiſita. Secundo ad idem cum uirtus productiua ſeminalis in ſemine fœmellæ ſit eiuſdũ ſpeciei cũ uirtute ſeminali in ſemine uiri. ſequitur q; illa intenſa: erit ad plus aucta uirtus productiua:ſit igitur uirtus productiua cuiuſdam uiri ut duo; & illa fæmellæ ut quattuor; & uolo q; illa fæmellæ uirtute ætatis & bonitate regiminis/ & beneficio medici creſcat ad duo plus; erit & tuuc tota

Excerpta

Primum.

Secundum

Tertium

ut sex:sed agregatũ ex utrisq; erat ut sex:igitur cum illa mulieris erat aucta ad sex:non erit necessaria illa uiri:igitur põt mulier sine concursu uiri concipere. Exterorum princeps intendens euitare hanc rõem/ait semẽ patris & semen matris ambo cõcurrere actiue:sed ideo requirũtur ambo quia non secundũ ordinẽ eundẽ concurrunt: nam semen patris principalius:illud matris minus principaliter occurrit. Sed hæc solutio non sapit naturalẽ philosophiã. Primo quia uel principale & minus principale tollunt conuenientiã speciei:uel stant cũ identitate specifica:si tollunt rõem speciei:tunc ratio exterorũ & Galeni nulla est:quæ dixit potentias in semine patris & matris esse eiusdem speciei: patet.n.hoc fundamentum esse falsum/& erroneum:Si uero stant cum identitate specifica:tũc principale & minus principale erunt ueluti magis & minus:quæ quinto phisicorũ sunt unius speciei & rationis. Sed ipsum minus per crementum põt fieri æquale ad magis:igitur ipsum minus principale põt fieri æquale ad principale:& ita semen fæmellæ potest crescere ad æquale agregato ex utroq; semine:& ita stabit ratio ut supra. Secundo si semen uiri concurrit principalius:uel hoc est quia secundum gradum concurrit intensius: uel quia secundum essentiam cõcurrit perfectius: si secundum gradum concurrit intensius/tunc contingit secundum gradum concurrere remissius:& cõtingit semen fæmellæ secundum gradum cõcurrere intensius:& sic redit ratio ut supra:si secundum essentiam concurrit perfectius:tunc cõcurrit secundũ rõem speciei diuersam:& quoniã potentia sequitur essentiã: tũc potentia sequens illam essentiam erit alterius ratiõis:& sic tollitur primũ fundamentum eorum:quod procedebat de potentiis:præterea principaliter ad idem:si pars crassa secundum Galenũ concurrit materialiter:subtilis effectiue: tunc non essent eiusdem speciei: quia passiuum & actiuum apud ipsos differunt specie. Secundum uero fundamentum:quod processit ex similitudine:etiam deletur:quia contingit non nunq̃ filios assimilari auis/& non nunq̃ pro auis/& attauis/non nunq̃ patruis/ uel auunculis:constat autem semina horum non concurrere effectiue ad generationem filiorum:igitur per hoc q; natus matri est similis:non debet inferri illam concurrere effectiue. Tertium etiam fundamentum friuolum est: quia multi amant filios aliorum patrum credentes illos esse sibi filios: & tamen non effecerunt aliquid ad illorum generationem: & hoc modo Aristoteles nono ethicorum assignat causam quare matres diligunt magis filios q̃ patres:& inquit & ob hoc matres filios magis amant:nam laboriosior est partus:& magis sciunt esse suos hos: & hoc modo rationes nullæ: præterea arguit Auerroes secundo quoliget quia semen mulieris interdum ad generationem non cõcurrit:igitur non est ut dicit Galenus: antecedens deducit quia experimento clare patet mulierem impregnari

In quolibeto.q.xv.

Solutio.

Replicæ.

absq; hoc q; spermatizet:ait enim se inquisiuisse a pluribus mulierib9 se impregnatas fuisse absq; seminis proprii emissione:immo sibi displicuit coitus:cũ fuissent uiolatæ:& iuramento suæ uicinæ aprobat Auer. q; fuit impregnata in balneo in quo mali hoies coiuerunt:cum essent balneati in illo:hæc cõtra Galenũ. Auerroes uero fidus sacerdos Ari. in extremã opinionem eruditur. Voluit enim primo semen mulieris nõ necessario cõcurrere ad generationẽ:& ita nec materialiter/nec effectiue necessario cõcurrit. Secundo dicit q; utile est ad generationẽ/eo quia pp expulsionẽ talis guctæ mulier uehementius in coitu oblectatur:quo fit ut uiri semen auidius in matricẽ fæmellæ/attrahatur. Secũdo utilis est:quia illa gutta pellitur ad os matricis:qua redditur lubricum ac irroratũ: & ita semẽ maris ad matricis concauum facilius labitur. Tertio utilis est:quia cũ gucta illa semini ui ricõmixta est:ipm reddit subtilius:& sic pparat ut melius in materia gñrationis hoc est in menstruo profundatur. Tertio uolunt de mente Auer. partẽ corpulentã seminis uiri non cõcurrere materialiter ad gñationem imo ut deducit apponensis in suo consiliatorio:semen quo ad eius corpulentã partẽ efficitur pars cõstitutiua embrionis:cõuertitur.n. in spiritũ:at spiritus ille efficitur embrionis pars:& ad hũc sensum põt cõcurrere materialiter. Quod aũt pars seminis crassa nõnullo concurrat ad gñationẽ:primũ sugnum est quia gallina postq̃ ouum cõcepit:& cũ testa dura perfecit:si gallus cum ea cocat:facit ouum prolificũ:constat aũt partẽ seminis crassam corticẽ durum nõ penetrare:sed solũ spirituosam. Secundum signũ est q; pisciũ quidam sunt:quoꝝ fœmina in aqua emictit oua: & tunc sequitur masculus:qui super illa oua emissa eicit sperma:& ita illa contanguntur ab illo spermate emisso:& reduntur prolifica. Sed hęc põ non est intelligibilis pace horum dixerim:quia si potest fieri conceptio sine gucta uel spermate mulieris:tunc quæro ex quo fiunt membra corporis:non quidem ex parte corpulenta seminis uiri:quia esset cõtra tertium eorum:igitur oportet fæmellam aliquid in generatione prębere quod est semen/uel aliquid loco seminis:& sic falsa est prima Auerrois conclusio. Secundo non est certum ex uerbis Aristotelis partem corporiam seminis nullatenus concurrere:immo signum illud de ouis legitur in contrarium in græcis codicibus:habetur enim q; si gallus coit anteq̃ cortex fuerit durus: reduntur oua prolifica: & hoc modo dubia est tertia conclusio. Hæc de positionibus.

Põ auerrois. *Primã cõclusio* *Secunda.* *Tertia.* *Confutatio.*

¶Capuc dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione sumamus primo q; non potest fieri generatio/nec corporis fœtus formatio nisi fẽmella in coitu tribuat aliquid: deducit secundũ Ari. qa a muliere deciditur sanguis mẽstruus: qui in mulierũ testiculis dealbat:cõuertiturq; uersu s n aturam spmatis:estq; ueluti mãmũda

& præparata conuersioni in membra quę dicuntur spermatica:& propte
rea ait Aristoteles sperma mulieris non esse uerum sperma:sed quasi simi
le. Amplius dicit sperma uiri se se habere ad illud fæmellæ ut coagulũ in
lacte:igr̃ non põt fieri gñatio nisi mulier aliquid emictat. Secũdo sumo
ꝙ licet semen uiri habeat ptes crassas & tenues: effectiue nõ format de san
guine menstruo corpus foetus nisi quo ad partes tenues:qa ptes seminis
crassæ aut euanescunt:aut conuertuntur in tenues ueluti fit in coagulo:
nisi enim coagulũ cõuertatur in tenue:nõ põt coagulare: Ex his apparet
dilucidatio:dicendũ.n.primo de mẽte Ari. ꝙ sine semine mulieris uel pro
portionali semini nulla tenus fieri põt gñatio:deduco qa nõ põt fieri gña
tio:nisi mẽbra formentur. Membra non formãtur ex crassa seminis uiri
pte:igr̃ formãtur ex semine fæmellæ uel ex sanguine menstruo loco semi
nis:& hæc uŕ cõclusio contra Auer. qa uoluit posse fieri cõceptionẽ mu-
liere nihil emictente. Secundo dicendũ ꝙ sine semine uiri nullatenus per
naturã fieri põt cõceptio:deduco: qa menstruũ uel materia nõ mouet se:
igr̃ est necessaria aliqua uirtus formatiua:hæc nõ põt esse nisi sit in spiri
tuosa seminis uiri parte:igr̃ est necessaria spirituosa pars seminis: & quo
niam illa resoluitur/nisi crassa cõuertatur in illã:nunq̃ fieret cõceptio:igr̃
sunt necessariæ ambæ ptes. Tertio dicendũ ꝙ scd̃m opinionẽ Ari. semen
uiri solũ effectiue cõcurrit ad cõceptionẽ:deduco quia si cõcurreret mate
rialiter:concurreret scd̃m illius partẽ crassam:sed scd̃m illã nõ concurrit:
quia illa aut euanescit:aut conuertitur in spiritualẽ partẽ: igr̃ solũ effecti
ue cõcurrit. Quarto dicendũ ꝙ sanguis mẽstruus mulieris siue sit semẽ/
siue sit loco seminis:cõcurrit mere materialiter:deduco qa ex illo tanq̃ ex
materia formantur mẽbra spermatica a uirtute & spiritu deciso a patre:
igr̃ mere materialiter cõcurrit:hæc de mente Ari. Verũ inter Galenũ &
Ari. põt poni quoddã consiliũ:ubi debes scire ꝙ in semine uiri:& in men-
struo mulieris sunt nõnullæ qualitates ælemẽtariæ ut calidũ / frigidũ &
id genus:& nõnulle spiritales uim ælemẽti nõ subeuntes / ut formatiua/
assimilatiua/& id genus:spiritales sunt ut artes:ælementariæ sunt instru
menta:ut dŕ duodecimo huius. Propterea spiritales illæ qualitates princi
pes siue primæ dicũtur:cœteræ instrumentariæ/siue secundæ: tũc potest
poni consilium:ꝙ qñ Galenus ait ambo illa semina concurrere effectiue:
potuit intelligere quo ad qualitates ælementarias/instrumẽtariasue:quã-
do uero Aristoteles dixit semen uiri effectiue:& illud mulieris materiali-
ter cõcurrere:intellexit quo ad qualitates principales: an uero sit istud cõ
siliũ de mente Galeni:relinquo midicis. Hæc de dilucidatione.

Cõsilium inter galenũ & ari.

Comento. xviii

¶ Capuc solutionum quintum.

Sunt qui & Galenum & Ari. enituntur defendere:& hãc utriusq; partis
defensionẽ arbitrãtur esse disputatõis dilucidationẽ:nos uero mentẽ Ari.

dilucidauimus:& illã defendẽdo respõdemus ad primã rõem Galeni dico q̧ licet illa semina sint forte sc̄dm rõem primam eiusdẽ speciei:tñ dispositiue & accidẽtaliter dr̄nt specie:ut de mare & femina dr̄ decimo huius:& qa accidẽtaliter specie dr̄nt:ideo pñt secundũ potentias alterius rõnis ad eundem effectũ concurrere:hoc apparet in exẽplo : nã oĩa mẽbra sunt eiusdẽ speciei essentialiter:quia tñ dr̄nt specie accidentaliter:ppea subeunt potentias specie distinctas:& per idẽ ad secundã & tertiã:nã licet oẽs causæ sint essentialiter similes:sunt tñ accidentaliter dissimiles: similiter in tẽperata muliere non sic perfecte dequoquitur sperma/sicut in melancholico potẽte generare:quia nõ hẽt in se tẽperamẽtũ ueri spermatis:sicut licet iecinoris tẽperatio sic robustior q̃ illa testium:nũq̃ tñ generare poterit sperma. Ad rõnem de similitudine:iam patet qualiter reduci põt cõtra Galenum. dictũ est enim aliquẽ effectũ positiuũ inmediate pẽdere ab aliquo agente positiuo:aliquẽ pendere ex impedimento agentis : cũ enim agens impeditur:facit interdũ quod nõ intẽdit:ut patet in alchimia:Propterea dici põt q̧ causa similitudinis põt esse dispositio materiæ:est enim mẽstruum ita mulieris in potẽtia passiua:ut semẽ in potẽtia actiua:spermate:igr̄ imbecilli existente formare nõ potente materiã ad sui simile/ex impedimento format illud ad matris similitudinem eo quia menstruũ est magis matris q̃ patris similitudinis receptiuũ.Simili.rõe de aliis similitudinibus dici põt: sæpe enim nascit̄ masculus cũ neuo uel stigmate matris:hoc enim nõ ob aliud est:nisi quia menstruũ qđ est materia cõis : & deciditur a materia iã toti distributa:in qua particulares membrorũ dispões aliquatenus impressæ sunt:poterit hæc materia ab hoc agente esse solũ taliter disponenda ut matri in hac particulari dispositione uidelicet in stigmate assimiletur:& per idem ad quintã patet solutio:rões aũt factæ capite primo sunt pro dilucidatione : hæc pauca de hac disputatione:quia res hæc est tractata pp exteros:qui materiam hanc tetigerunt : licet obiter propter exemplũ Aristotelis.Et de secunda disputatione satis.

¶Tertia disputatio si in corruptione simpliciter fiat resolutio oĩm formarum substantialiũ usq; ad primam materiam.

¶Caput dubitationum primum.

Quod in corruptiõe simpliciter non fit resolutio oĩum formarũ sbãlium usq; ad primã materiã ; arguit̄ primo qa uel in eodẽ instãti materia esset sub forma corrupti:quo esset sub forã generati:uel alio atq; alio momento ; si eodem in momento;tunc duo cõtraria essent simul in eodem;si alio

atq; alio: tunc materia posset aliquo tẽpore esse sine forma: probatur q̃a inter quæuis duo momenta / cadit tempus medium. Secũdo in corruptione non abicitur forma corporeitatis: igitur non fit resolutio simpliciter: antecedens probatur primo quia agẽs naturale nõ abicit a materia: cbua aliquid generat / nisi formas illas: quæ formæ generãde sunt incompossibiles: sed forma corporis stat cum oibus formis: ut cum ælementariis: cũ mixtis: & cum animatis: igitur non abicitur a materia. Secundo patiens physicam actionem est corpus. Sed corrũpendum in instanti corruptionis patitur physicam actionem igitur est corpus: & non corporeitate noua: igitur corporeitate ueteri: & ita manet eadem numero sub utroq; termino corruptionis. Tertio principaliter anima & corporeitas nõ sunt eadem: igitur non fit resolutio usq; ad primam materiam: deduco consequẽtiam: quia si sint formæ diuersæ: non possunt eadem & una corruptione corrumpi: quia unus motus est ad unum terminum: quare oportet alterã prius altera corrumpi: & sic in corruptione substantiali alterius nõ fit resolutio uniuersalis omnium: antecedens uero deduco quia si anima & corporeitas esset idem: tunc ex anima & corpore nõ fieret realis compositio: ex non distinctis enim secundum rem non potest compositio cõfici realis. Quarto principaliter arguitur q̃ si fieret resolutio ad usq; primã materiam: tunc aut daretur uacuum: aut motus subitarius: quorum utrunq; est a perte contra philosophos: & deducitur enthymema: quia sit materia prædisposita quantitate pedali pro anima rationali recipienda: & quæratur si materia illa in instanti inductionis eundem occupet locum / quem prius occupabat: uel non: si non: cum nullum aliud corpus possit naturaliter poni illum locum occupare: dabitur igitur locus priuatus corpore: & ita uacuum: si uero locũ occupat: cũ in illa materia corrupta sit quãtitas p̃existens / ex quo per te facta est resolutio usq; ad primam materiã: sitq; alia de nouo inducta / ut ponitur sequitur q̃ motus quo p̱ducta est hæc quantitas est solum pro hoc instanti: cum in mediate ante hoc nõ fuerit: & cum sit motus proprie dictus / quia ad quantitatem: igitur motus subitarius in contrariũ uidetur Ari. ait enim in textu dupliciter enim hoc fit ex hoc: aut quia principium erit: aut quia ex resoluto in principiũ: idẽ

Comento. xi. Auerroes in eiusdẽ textus: Præterea Ari. postea ita ait & quæcunq; itaq; sic trãsmutãtur ad inuicem: ad materiam oportet redire / ut si ex mortuo

Comento. xiiii. animal in materiam primã: idem & Auerroes illius textus: & sic quæstio est ambigua: Hæc de dubitationibus.

¶ Caput tituli secundum.

De corruptiõe quid sit. Corruptio & generatio simpliciter mutationes sunt in substantia: quæq; simpliciter dicuntur: quia terminantur ad ens simpliciter: quod est substãtia: quę uero sunt in accidentibus: tales dicũtur secundũ quid: quia termi-

nantur ad ens secundũ quid:quod est accidens:hæc ex calce huius octaui colligi possunt:uel dici potest illam esse corruptionẽ simpliciter:per quã simpliciter corruptum perdit nomẽ & definitionem:cũ enim homo simpliciter corrumpitur:homo dicetur simpliciter nõ esse:unde ualet homo est corruptus/igitur homo simpliciter non est : dicitur autem corruptio secundum quid:per quam non perditur nomen simpliciter: sed secundũ quid nõ enim pro hoc ꝙ homo desinit esse albus:desinit esse simpliciter: sed bene secundum quid:& hoc colligi potest primo phisicorum & alibi : corruptio enim simpliciter(ut dicitur illic) est in qua perditur nomen & definitio:corruptio uero secundum quid:in qua neq; nomen/neq; definitio simpliciter perditur. Resolutio uero generatim est reductio siue diuisio rei in partes:equibus componitur : hanc tamen sub diuiserunt exteri : quia alia est physica:ueluti mixti in ælementa:& ælemẽti in materiam & formam:alia metaphysica/ut speciei in conceptus reales generis & differentiæ:alia logica ut confuse cogniti in distincte cognita : at naturalis resolutio alia est accidentium:alia substantiarum:resolutio accidentium est nullum accidentium quæ præfuerunt remanere:resolutio substantiarum est nullam substantiarum ingenito remanere præter materiam primam: Quid uero sit materia prima:septimo libro dictum est:hæc igitur est disputatio si in corruptione simpliciter aliqua forma substantialis maneat: earum quæ præfuerunt.Hæc de titulo.

Comen.iiii.

Comento.lxiii. & lxix

De resolutione

¶Capuc tertium positionum.

Thomas uir magnus in oĩbus locis : in quibus de re hac loqtur uoluit in corruptiõe simpliciter nullã formam sbãlem remanere: & ppea sbãlium formaꝝ fieri resolutionẽ usq; ad primã materiã:huius põis fundamentũ est:qa in uno composito siue simplici/siue mixto una dũtaxat est forma sbãlis:per quam illud cõpositum hẽt simpliciter esse:quare cũ per corruptionẽ simplr̃:perdatur esse simplr̃:pdetur pculdubio forã illa unica : per quã cõpositũ illud habebat simplr̃ esse:& ita fiet resolõ usq; ad primã materiã:pro hac põe ur̃ facere definitio gñationis & corruptiõis:dr̃ enim in libro de gñatione gñatio siue corruptio est mutatio totius in totũ nullo sensili remanẽte:pterea in septimo huius/& alibi accipitur ꝙ manus scperata/dr̃ æquiuoce:igr̃ fit resolutio dicta:idẽ in scdo lib. de aĩa expresse & a textu & a comento nõ semel colligitur. Exteri uoluerunt resolutionem fieri ad usq; primã materiã bifariam intelligi posse : uno modo subitarie momentarieue:hoc est eo momẽto/quo cõpositum ipm corrũpi simpliciter dr̃:alio modo temporarie:quia non eodem momento:quo cõpositum corrumpi dicitur : sed per interuallũ temporis eo usq; quo usq; fit totalis corruptio . Secundo accipiunt disputationem posse intelligi de mixtis:& de simplicibus:tunc dicunt tria : primum ꝙ si loquimur de resolutione

Põ thomæ.

Comẽto. xxxix & xxxv.& lvi.

Põ exterorũ.

in simplicibus corporibus : sic in corruptione simpliciter fit resolutio ex parte formarum ipsarum substantialium subitaria/deducunt quia in talibus corporibus unica est forma/per quam unũquodq; illorum habet simpliciter esse:& ideo arguitur si in corruptione talium nõ fieret resolõ usq; in primã materiam exparte formarum substãtialium: hoc esset quia remaneret ingenerato aliqua forma quę fuit in corrupto:Sed hoc esse nõ potest:quia uel esset forma corrupti:& hoc non:quia si illa maneret: corruptum maneret:qa manente forma substantiali rei manet res:uel fuisset in materia cum forma corrupti:& minime esse potest:qa sic fuissent plures formæ substantiales in simplicibus:igitur in corruptiõe talium fit ex parte formarũ substantialium resolutio usq; ad primã materiã.Secundũ in corruptione mixtorũ non fit resolutio ex parte formarũ substantialiũ subitaria:sed bene tẽporaria. Quod quidẽ non fiat subitaria resolutio:eo declarat/quia in quolibet mixto ultra specificam formã / ponunt formã mixtionis:per quã mixtum est mixtũ:hanc faciunt formã corporis/quia per hanc reponitur mixtum in genere corporis & mixti:& quia hæc forma est: propterea oportet dice illam in corruptiõe mixtorum remanere/ & non ea momẽto corrũpi:quo perditur forma specifica mixti.Praterea aliam ob causam non fit subitaria resolutio:quia in mixto dissimilari/ut in hoĩe sunt plures formæ dissimilariũ partium:ut ossis/carnis/ & cœterarum id genus:hæ enim non eo momẽto corrumpũtur/ quo forma specifica totalis corrũpitur:& hac rõe ẽt nõ momentaria fit resolutio:Quod uero fiat temporaria tandem:eo patet quia licet remanent illæ formæ:uel forma mixti/quia tamen nõ cessat corruptio tota nisi fiat resolutio usq; ad primam materiam:hac ratione oportet fieri resolutionem omnium saltem temporariam. Tertium eorũ est ꝙ si loquimur de resolutione indifferenti ad momentariã/& temporariam/sic in oĩ corruptiõe simpliciter fit resolutio ex parte formarum substantialium adusq; primam materiam : deduci potest:quia in corruptione mistorum fit resolutio temporaria: in corruptione simplicium fit resolutio momentaria:igitur in omni corruptione cuiusuis compositi fit resolutio ad usq; primam materiã:hæc de mẽte exterorum.Sed hæc positio tota fundatur in illo de forma mixtionis : quia enim datur quædam forma mixtionis præter formam ultimã : hac ratione negant in mixtis resolutionem subitariam. Sed obiciamus cõtra pro ea quæ in libro proximo dicta sunt:& quæramus si hæc mixtiõis forma sit aliquid præter ælementa:uel est ipsamet æleměta collectiue: ueluti totũ est suæ partes collectiue:nõ est ipsamet ælemẽta collectiue:qa exteri non ponunt ælementa actu formali remanere in mixto:igitur est forma præter ælementa uirtute & potestate illa continens:& hoc ipsi aperte fatentur ; modo contra hoc non aliis rationibus contradicamus ; nisi illis:

Confutatio.

quibus utitur exterorum princeps contra opinionẽ Auerrois de mixtione. Primo sic quælibet forma substantialis est nata constituere suppositũ per se subsistens in genere substantiæ: igitur si sint plures formæ substantiales in mixto uidelicet forma mixtionis: & forma propria: quælibet constituet suppositum: & ita in omni mixto essent plura supposita: quia ibi erit soppositum hominis: & suppositum mixti: quorum quodlibet est natum per se subsistere: uigoratur hæc ratio potissimum: quia ratio principis exterorũ est de forma ælementaria: modo forma mixtionis est actualior & perfectior illa ælementi: quia continet omnes illas: & est minus cõmunis: igitur est apta constituere suppositum actualius: & magis subsistere aptum. Secundo per eiusdem rationem omnẽ substantiam coporiã consequitur quantitas: quæ est propria passio substantiæ corporeæ: hæc maior eius est: addo minorem nostram: Sed forma mixtionis cum materia constituit substantiam compositam & corpoream: igitur ipsam cõsequitur propria quantitas/ sicut passio propria: sed eadem propria passio ut dicit non est plurium subiectorum: igitur in uno subiecto erunt plures quantitates; uel alia hominis: & alia mixti: & hoc modo composito hæc erit iuxta positio: hæc est ratio illius. Tertio arguo ratione Auerrois forma mixtionis est perfectior & actualior forma ælementi; sed forma ælementi non potest esse in subiecto in quo est aliqua alia forma/ nisi remictatur: ut patet tertio cœli: igitur forma mixti non potest esse in subiecto/ in quo est aliqua alia forma/ nisi remictatur: at tale consequens est impossibile & ita antecedens/ ex quo sequitur. Quarto oĩs forma substãtialis perficiens materiam/ constituit compositum in esse simpliciter: declaratur quia accidentaria forma perficiens subiectum/ constituit illud in esse secundum quid: igitur substantialis perficiens materiam/ constituit compositum in esse simpliciter: esse enim substantiale est esse simpliciter: ut septimo huius dictum est; Sed forma mixtionis per hos perficit materiam: igitur constituit compositum in esse simpliciter; tunc ultra/ sed omne adueniens post esse simpliciter est accidens; igitur omne adue. post formam mixtionis erit accidens: quod est impossibile & contra eos; Quinto forma ultima & specifica est pfectior forma mixtionis; ut oẽs concedunt: igitur continet oẽm rem/ quam illa mixtionis cõtinet: igr̃ frustra forma mixtionis dabitur: aliter formæ ælementoꝝ continebuntur in ultima forma: & in forma mixtionis: & ita bis cõtinebũtur: hæc sunt sufficientia contra exteros. Auicenna uero ultra formam mixti ultimã/ ponit ælementarias formas; & ante illas in omni cõposito formã corporeitatis materiæ coæternã: hic enim uir imaginatur in mixto ultra formã ultimã esse ælementarias formas: in simplicibus aũt ultre formã propriã esse in materia formã corporis: per quã cõpositũ oẽ est corpus: quæ qdẽ forma

Sumunť rõnes istæ .ii. lib. sñiaꝝ dist. xv:

Comento. lxiii.

Põ auicennæ.

eſt materiæ coęua ingenita & incorruptibilis/ueluti eſt ipſa materia: cui coæua eſt: cuius poſitionis fuerunt Albertus/linconienſis/& auicebron: fundamēta hoꝝ in libro de ſubſtantia orbis per grantur. Ex his oportet dicere ad hoꝝ mentem in nulla corruptione ſimpliciter fieri ſbālium formarum ad uſq; primā materiam reſolutionē deducitur qa in corruptiōe mixtorū remanent ęlemētarie formæ: & fora corporis cōis: in corruptiōe aūt ſimplicium remanet poſt corruptionē forma corporis cōis: igitur in nulla corruptiōe ſimpliciter fieri pōt reſolutio uſq; ad primā materiam: quin ſaltem remaneat coæuum illud materiæ. Contra hanc pōem multa obiecimus in ſeptimo libro huius: tñ obiciunt nūc primo per uerba Auerrois primo phiſicorum: ait enim ꝙ ſi materia hr̄et aliquam formam ſibi coæternam: tūc nullam aliā poſſet recipere: Præterea Ari. in hoc ſeptimo ait materiam non eſſe quid/nec quale/nec quantū: at ſi forma aliqua eſt ſibi coæterna: materia eſſet quid: & ſic ſubiectum gn̄ationis eſſet in actu. Tertio eſſe equum/& eſſe corpus idem eſt ut omnes credunt: igitur per unāmet formam equus eſt equus/& corpus: igitur præter formam equi nulla eſt corporis forma coæterna materiæ. Quarto nulla eſt aliqua forma diſtincta correſpōdens aliis prædicatis eſſentialibus: igitur nec aliqua eſſe poteſt correſpondens corpori: tenet argumētum: quia nulla apparet potior ratio: qua debeat corpori correſpōdere: & non aliis. Quinto omne aduenìens alicui: quod per ſe exiſtit: & eſt independens: eſt accidens: conſtitutum ex materia & illo coæuo per ſe exiſtit: & eſt independens: igitur omne aduenìens poſt illud erit accidēs. Minor declaratur quia omne prius & incorruptibile: quod a nullo dependet poſteriori: eſt per ſe exiſtens/& independens: tale eſt illud compoſitum: eſt enim prius omnibus aliis: & ſimpliciter a nullo dependens. Sexto ſi talis forma eſt a materia inſeperabilis: materia prima non poſſet naturali ratione cognoſci: quod eſt contra Ariſtotelem in primo phiſicorum: & deducitur/quia materia non cognoſcitur ratione naturali: niſi per tranſmutationem ſubſtantialē: igitur cum non poſſit tranſmutari ab illa forma: quæ eſt ab ea inſeperabilis: ratione naturali non poterit cognoſci. Septimo tūc aliquod eſſet in genere: quod in nulla eſſet ſpecie: deducitur quia accipio compoſitum ex materia & forma corporis in illo priori: in quo compoſitum illud præcedit omnē formam aliam: patet tale compoſitum eſſe in genere: & tamen in nulla eſt ſpecie. Octauo ſol & luna conueniunt in genere corporis: & differunt ſpecie inter ſe: igitur oportet ponere in ſole duas formas: per quaꝝ unam ſit corpus: & per alteram ſol: tenet argumentum per rationem Auicennę: per quod probat illam eſſe cōmunem in oībus generabilibus. Sed an iſtę rōes cogant: & quid probent: in libro de ſubſtantia orbis diſputauimus: nunc aūt uolumus hæc ſufficere: Hæc de poſitionibus.

Obiectiones

Comento. lxiii. & lxix.

Caput dilucidationis quartum.

Quod gradus sint partes intrinsece ac essentiales formæ intensibilis/arguitur primo gradus sunt partes formæ gradualis/ut cõmuniter dr: uel igitur partes quantitatiue uel subiectiue uel essentiales; non sunt partes quantitatiue:quia forma gradualis non est quanta/nec totum quantitatiuum/ut per se patet:igitur gradus non possunt esse partes quantitatiue: nec possunt esse partes subiectiue:quoniam forma gradualis nõ est totũ uniuersale ad gradus:igitur sunt pertes essentiales:est enim triplex pars/ ut accipitur primo phisicorum/quia aut quãtitatiua/siue integralis: aut essentialis/ut genus & dfa respectu definibilis/& materia & forma respectu cõpositi:aut subiectiua/ut species respectu uniuersalis. Quare cum gradus nõ sint ptes integrales/nec subiectiue/& sunt partes: igitur erũt partes essentiales. Secũdo impossibile est aliquã formã cõmunicare se alicui secũdum magis & minus:nisi in sua essentia habeat gradus: Alioquin oĩa participantia illa participarent ipsa secundũ eundũ gradũ; sed forma

Comento.v.

de qua queritur :cõmunicat se alicui secũdum magis & minus: igitur in sua essentia hẽt gradus. Tertio eo modo gradus coueniũt formæ gradua li:quomodo illi conuenit ratio contrarietatis : quoniã hr̃e cõtrariũ infert gradus:sed cõtrarietatis ratio competit rõe essentie:igitur rõe essentie cõ petit formæ graduali gradus:& sic uidetur pars illius essentialis. Quarto sub alia forma sic : forma gradualis contrariatur formę graduali essen tialiter per eius essentiam:forma gradualis contrariatur formæ graduali per partes graduales:igitur partes graduales sunt essentia: & sic essentia est totũ:& gradus sunt partes essentie:in cõtrarium arguitur per textũ : dicitur enim in textu formas esse sicut numeros:sed numerus est indiui duus secundũ essentiam:& igr̃ oĩs forma. Secundo si gradus ptineret ad essentiã:tũc albedo remissa nõ esset pfecta in spẽ albedinis deducitur/qa sibi dificeret aliqd:qd̃ pertineret ad eius essentiã. Hæc de dubitatiõibus.

¶ Caput tituli secundum.

Quid sit gradus:qõe proxima diximus:& illud nobis sufficiat:nã descri ptiones/quæ ponuntur de gradu/sunt infinite:oẽs enim locuntur cõfor miter de ipso/ueluti & de intensione:& ppea illa quæ diximus : uolumus nunc sufficere:quia particulares põnes patebunt ppriis locis. Partes tot modis dicũtur:quot dr̃ totum:dicitur aũt totũ aut secundũ sensum siue integrale/siue quantitatiuũ:aut uniuersale:aut essentiale:& hęc tria tota narrat Auer. primo physice auscultationis:addunt nõnulli totũ potesta tiuum/cuiusmodi est aĩa:quæ continet plures potestates:unde intellectũ Ari. uocat partem animæ:& certũ est illum non esse partem animæ/nisi potestatiuã/quatenus est illius potestas. Exteri addunt totum unitiuũ: qd̃ uidelicet continet plures perfectiones graduales sub unitate essentie : ut albedo ut octo:hæc unae essñtia existens unit pfectões oẽs graduales: Quare tot modis & partes dicentur:Aliæ quidem integrales:alie subiecti ue/ut spẽs generis:alie eẽntiales/ut genus & dr̃a definitiõis : & materia & forma cõpositi:alie potestatiue ut potẽtie ac uirtutes:quæ ab una eẽn tia fluũt:alie pfectionales:ut gradus eiusdẽ formæ:Hæc de titulo.

Quot modis partes: Comento. v. Anto. andre. est

¶ Caput positionum tertium.

De ista disputatione innumerę sunt põẽs:uerũ nos famosiores ptractabi mus:ne nimia prolixitate/pclara ingenia cõfundamus. Nõnulli exteroꝝ & acuti senserũt gradus alicuius formę eẽ indiuiduales dr̃as illius formę: quibus illa indiuiduatur:quas hecceitates uocant. Qua ratione sequitur gradum esse de indiuidui essentia/atq; intra illius conceptum positiue/ tanq̃ illius partem constitutiuam quatenus singulare est. Secundo se quitur tot esse in una forma intensibili indiuidua / quot sunt in illa gra dus assignabiles : ut in caliditate ut tria/sunt tria caliditatis indiuidua: & tres hecceitates siue differẽtiæ indiuiduales. Tertio etiam sequitur unam

Põ boneti.

formam perfecte intensam esse unum quoddam totum ex pluribus indiuiduis eiusdem speciei unitiue agregatum : est enim idem gradus formæ & hecceitas siue indiuidualis differētia formæ:tunc per hæc patet ad quęstionem/ꝙ uidelicet gradus sunt partes essentiales non formæ specificę/sed formæ indiuiduæ/ex quibus una cum natura constituuntur singularia speciei : singulares uero formæ quæ per tales gradus constituuntur : sunt partes unitiue formę cōplete:quæ intenditur uel remictitur:hæc isti.

Confutatio

Sed hæc pō dissentit ab eorum principe:& a ueritate: ab eorum principe quidem:nam cum in qualibet forma cōpleta/uel intensibili tot sint indiuidua/quot gradus apud istos:tunc uel indiuiduū graduale aquiritur subito/uel in tempore:non in tempore:quoniam tunc in quolibet illorum essent plura indiuidua:& sic in infinitum:& deducitur consequentia:quoniam omne quod successiue aquiritur:non aquiritur/nisi per successionē plurium partium gradualium secundum eorum principem:si subito:tūc intensio formæ non esset motus continuus contra eorum principē in secundo libro sententiarum:ubi aperte tenet intentionem oēm atq; alterationem omnem esse motum continuum & successiuum: & consequentia patet:quoniam quodlibet illorum aquireretur subito:& totum simul:Preterea in libro primo eorum princeps comperat intensionē formę ipsi infinito:unde inquit quia infinitum non est quasi attributū uel passio entis/siue eius de quo dicitur:sed dicit modum intrinsecum illius entitatis:itaq; cum dico ens infinitum:non habeo conceptum quasi per accidens ex subiecto & passione:sed cōceptum per se subiecti/in certo gradu perfectionis scilicet infinitatis:sicut albedo intensa/non dicit conceptū per accidēs sicut albedo uisibilis:imo intensio dicit gradum intrinsecū albedinis inse: ecce quo modo gradum siue intensionem uult esse formæ modum intrinsecum:quemadmodū infinitudinem entis ipsius:cuius est:idē sentit ubiq; eorum princeps.Sed modus intrinsecus alicuius non est illius differentia indiuidualis/nec illius hecceitas:igitur hæc positio dissentit ab eorū principe.Quod autem dissentiat a ueritate:arguitur:quoniam gradus formę ut diximus est pars formæ:at pars formæ nō est dīa indiuidualis formę: præterea pō hæc de principio indiuiduationis est confutata quinto libro: quare non est peripatetica.Alii periciores huius sectæ dixerūt gradū esse perfectionem partialem formæ:imaginantur enim formam intensibilē esse quoddam totum perfectionale unitiue cōtinens portiones perfectionis formæ:qua ratione forma ipsa est secundum essentiā indiuisibilis : secundum tamen perfectionem est gradualiter diuisibilis. Ex hoc dicunt hecceitatem esse gradum essentiæ:gradum uero formæ esse gradū perfectionis formæ:& quoniā forma secundum sui essentiam est prior forma secundum sui perfectionem:ideo hecceitas est prior gradu: tūc ad dispu-

Distin. ii. q. ix.

Distin. iii. q. i.

Pō anto. andre.

tationem uolunt gradus non esse partes essentiales: sed perfectionales: quoniam nõ sunt partes formæ/ut est forma: sed ut est perfectio quedã. Sed hæc positio uĩ ambigua/quoniam ex hac positione sequitur ꝙ tunc gradus caliditatis non esset caliditas formaliter: quoniã tales gradus non sunt de essentia caliditatis secundum istos: igitur non essent caliditas: hoc est falsum. Primo quoniam tunc calefactio non terminaretur formaliter ad caliditatem: sed ad aliquod quod nõ esset formaliter caliditas: terminaretur enim ad gradum: qui non esset formaliter caliditas. Secundo si gradus non esset formaliter caliditas: quæritur utrum sit aliquod absolutũ: uel relatio siue respectus: non respectus: quoniam tunc calefactio esset ad respectum: uel caliditas cõponeretur ex respectibus: si autem gradus est ens absolutum: tunc erit in aliquo genere: & non uidetur esse nisi in genere qualitatis: & cũ nihil sit in genere quin sit in aliqua eius specie: tũc gradus erit in specie qualitatis: & nõ uidetur rationabile illum esse nisi in specie tertia qualitatis: igitur tandem oportet dicere gradum caliditatis esse caliditatem/& gradum albedinis esse albedinem/& in cœteris similiter. Tertio si gradus formæ non esset ipsa forma formaliter/tũc dissimilitudo non posset fundari inmediate in duabus qualitatibus eiusdem speciei: & ita supra duas caliditates eiusdem speciei non posset fundari dissimilitudo: quod est contra Aristotelẽ in prædicamentis: & deducitur argumẽtum: quoniã dissimilitudo non fundatur in qualitatibus eiusdẽ speciei/nisi ratione diuersoruum graduũ: nam ubi & qualitas & gradus essent similes: nõ esset dissimilitudo: sed similitudo. Vltimo ex hac põe non habemus an gradus differunt ab ipsa forma secũdum rem: uel inter se: & quo modo differunt: & propterea adhuc oportet ulterius disquirere. Alii gradus formæ uoluerunt esse indiuisibilia formæ: ueluti puncta lineæ: & ita quemadmodũ nec tempus ex momentis: nec linea ex punctis cõponitur: sic nec qualitas ex gradibus: sed sicut momenta terminant & copulãt partes tpis: & puncta partes lineæ: sic gradus terminant & copulant partes qualitatis: & propterea nullus gradus est alio intensior/uel remissior: sed solum ratione latitudinis/quam terminat: dr̃ enim gradus ut octo intensior gradu ut quatuor: non quia plures partes intensiuas habet: est enim simpliciter indiuisibilis: sed quia intensiorẽ latitudinẽ terminat: fundamẽtum positionis est: quia gradualis qualitas est quantitas pfectionalis: igitur ut in quantitate dimensiua sunt partes/& termini siue puncta: sic in quantitate intensiua debent esse ptes & puncta siue termini: termini intẽsiue quantitatis gradus dicuntur: partes aũt qualitates quæ in terminos hosce terminantur: persuadent uero positionẽ quoniam si gradus essent partes qualitatis: tunc in latitudine uniformiter difformi nõ posset assignari gradus intẽsissimus/sicut nec pars intẽsissima: hoc est cõtra cõmu

Obiectiones.

Põ. p. V. & tho. berdnardin in libro de ꝓportionibus.

niter calculantes:igitur gradus nō possunt esse partes latitudinis:sed ter

Confutatio

mini illius/uel partium eius.Et licet hęc positio de gradibus bene fingat tamen adhuc restat quæstio si partes graduales/quæ per gradus terminantur:sint partes essentiales formæ intensibilis:an partes quantitatiue: & quæ:& sic quæstio restat adhuc dubia.Præterea secundum peripateticos indiuisibilia non sunt nisi in potentia:& sic isti gradus non erunt nisi

Pō petri.M.

secundum rationem atq; mētem:ut disputauimus sexto phisicorum.Alii dixerunt gradus in forma intensibili nullos esse actu:sed potestate:dicūt enim ꝙ quemadmodū in quanto nō sunt partes actu diuisæ:sed potestate diuisibiles: sic in qualitate quæ est pfectionalis quantitas nō sunt actu gradus:sed potestate:fundamentum positionis est : quia intensio formæ incipit & desinit per terminos exclusiuos:& totus motus est unus & cōtinuus:igitur in forma/quæ hoc motu acquiritur:non sunt partes actu di

Iuniores thom.

uise:sed potestate.Quidam sectatores Thomæ fingūt quasi idem ꝙ gradus sit ipsa forma quæ aquiritur:imaginantur enim gradum esse ipsam formam aliter atq; aliter sese habentem:uerbi causa agat ignis per remotionem de præsenti in A lignū:tunc in aliquo tpe inmediate post hoc causabit in ligno calorem remisissimum:& hic dicetur primus gradus:& qa lignum per aliquod tempus quiescit sub illo remisissimo calore : iterum ignis aget in lignum calorem illum reddendo perfectiorem:sub quo iteq; quiescet lignū:& hic est secūdus gradus:& sic usq; ad summū:quare gradus ipsi sunt ipsamet forma aliter atq; aliter se habens:& per consequens quantum ad hoc non uidentur differre a primis:quia utriq; uidētur uelle gradus nō eē actu diuisos in tota foꝛa:sed solū potestate:sed oēs hæ pōes sunt cōtra peripateticos/ut dicemus:ideo de positionibus hactenus.

¶Caput dilucidationis quartum.

Prima suppō.

Pro dilucidatione supponamus.Primum gradus formę esse minima formæ:hoc ex proxima disputatione deductum sit quoniam gradus formę:

Secunda.

partes actuales:formæ:& minima formæ eadē sunt. Secūdo accipiamus hæc minima esse actu distincta inter se/formāq; ipsam gradualē esse hęc minima collectiue sumpta:caliditas enim ut octo est octo minima caliditatis collectiue sumpta:& hæc ipsa minima collectiue sumpta sunt caliditas ut octo:hoc patet ex his:quæ Auerroes/& omnes calculatores dicūt/ ꝙ intensio formæ fit per additionem partis gradualis ad partē gradua-

Dilucidatio.

lem utraq; remanente in actu:quod postea dicemus.Ex his facile patet dilucidatio.Nam cum gradus sint partes formæ gradualis:& partes essentiales/ut dictum est in titulo sint bifariæ/alie quidem quæ sunt diuersaꝝ rationum/ueluti genus & dr̄a respectu definitionis:& materia & forma respectu compositi naturalis:& mēbra respectu aīalis: quæ dissimilares partes dicuntur:alie uero essentiales quia essentiam aliquam cōstituunt :

ijtre gradus erunt partes essentiales:non quidem diuersarum rationum: sed quia essentiam constituunt eandem secundum rõem:sunt formæ partes actuales eiusdem rõis/siue similares:pro quanto quelibet illarum est forma:omnis enim gradus caliditatis est caliditas:igitur gradus sunt partes essentiales similares. Sed hæc dilucidatio adhuc latet:quia si actu sunt tales gradus in forma. Tunc forma non erit una numero infine motus: immo tot numero quot gradus:præterea tunc plura accidentia numero differentia erunt in eodem subiecto:qđ est contra ea:quę diximus in quinto huius. Secũdo dubitatur utrum quilibet gradus aquiratur subito/uel in tempore:si in tpe:igitur adhuc habet partes actuales:si subito: igitur omne agens esset æquale:quia nullũ unica actione posset agere nisi unũ gradum formæ in subiecto. Tertio dubitatur quia data hac põne agens corrumpens aliquam totã latitudinem/tardius corrumperet summam q̃ remissam:quoniã summa habet perfectius esse in subiecto q̃ remissa:igitur fortius & lõgiori tpe resistet corrumpenti. Quarto si omnes gradus formæ sunt eiusdem rõis:& agens est æqualiter oĩum productiuum:quare magis producitur unus q̃ alter. Quinto unus gradus est altero perfectior:igr̃ inter illos est ordo per se ac essentialis. Sexto si gradus sunt minima formæ:igitur erunt indiuisibiles. Septimo si gradus erunt in actu in ipsa forma:tunc latitudo non erit composita ex gradibus:uel tunc latitudo esse posset infinita:quoniam agens potest infinita minima producere in diuersis subiectis:igitur in eodem:nõ enim est maior ratio. Octauo utrum ultimus gradus sit intensior primo:uidetur ꝙ non quia quodlibet minimum cuilibet minimo est ęquale ex alio uidetur ꝙ sic/ quia ab illo tota latitudo denominatur ut octo:a primo uero ut unum. Nono dubitatur quia tunc quelibet latitudo esset uniformis/quoniam in prima parte erit unum minimum in gradu:& in secunda unũ:& sic in qualibet parte usq; ad ultimã semper erit unum:ergo quelibet erit uniformis. Sed põt dilucidatio saluari. Ad primam dico totam formam ex illis minimis esse unam unitate rationis:quatenus una ratio saluatur in omnibus illis: amplius & unitate finis:quatenus ordinantur oẽs ille partes in unam ultimã uniuersa igitur forma est una duplici ratione:utpote quia una ratio saluatur in oĩbus:& quia oẽs in unam ordinantur rõe quidem prima/albedo tua ut unum & mea ut duo erunt una forma:defectu secundæ rõnis hoc est/quia non ordinantur ambe ad unam ultimam/nõ dr̃ una simpliciter erunt igitur gradus formæ partes actuales formæ:eiusdem rationis/atq; similares:ceu quelibet pars quanti est quanta: sic quilibet gradus caliditatis est caliditas igitur erunt partes actuales eiusdem rõnis ac simílares: per idem ad secundum:non enim est remotum plura accidentia partialia quæ unum numero totale componunt:esse in eodẽ subiecto numero: sed

Dubitationes Prima.

Secunda.

Tertia

Quarta

Quinta

Sexta

Septima:

Octaua.

Nona.

Solõ dubitati.

de accidentibus totalibus illud est impossibile:uel dicẽdum formam esse unã actu:plures tamen potestate:quatenus est diuisibilis in partes actuales eiusdem rationis siue similares quę dicuntur gradus:ut de quãtitate dicitur:tu uero quęre alibi. Ad secundam nõnulli ex doctrina expositoris dixerunt singulum gradum aquiri in tempore:imaginãtur enim ignem in primo instanti in quo aproximatus est calefactibili ipsum primo calefacere per remotionem de præsenti:hoc pacto nunc non calefacit;& inmediate post hoc sic. Quia non datur primum mutatum esse sexto physicorũ:

Prima solutio.

& ita in aliquo tpe inmediate post hoc ignis causat in ligno aliquid caloris/utpote calorem remisissimum:& iuxta hoc habetur dña inter actionẽ agentis debilis/& fortioris:quia licet ambo inmediate post hoc instans/quod est præsens remississimum agant calorẽ:tamen in minori tpe inmediate post hoc magnus ignis agit calorem illum/q̃ paruus : & istũ uolũt esse primum gradum caloris:& postea lignũ per aliquod tẽpus quiescit sub hoc primo gradu : qui est calor remisissimus ac minimus : & interea disponitur per raritatem uel alio modo ad hoc quod istemet calor efficiatur perfectior:& in ultimo instanti tpis fit perfectior ille calor : qui ut sic & ut est in potentia ad ulteriorem perfectionem dr̃ esse secũdus gradus : & sic successiue donec perueniatur ad summũ: qui ut sic consideratus cũ negatione potentiæ ad maiorem perfectionẽ dr̃ summus gradus. Sed hæc solutio friuola est;quoniam qua rõe subcessiua & cõtinua est dispositiua alteratio tota:eadem rõne omnis alteratio: igitur si agens calorem/nunq̃ cessat disponere ad calorem:eadem rõe nunq̃ cessat calefacere:igitur tota calefactio erit continua. Præterea inductio gradus apud eos est finis præcedentis remissionis:& oĩs finis uult esse indiuisibile sexto physicorum. Sed quia hæc res in proxima disputatione retractabitur:nũc dico gradũ oẽm fieri subito in subiecto:& sic totalis alteratio erit successiua;non aũt continua/ut dicemus:& negatur omne agens esse æquale: quoniã agens pollens & debile non differunt pænes effectum primo productũ/ ut isti credunt:quoniã ab utroq; semper primũ productũ æquecito ꝑducitur: quia subito : Sed penes multitudinẽ effectiuũ productoꝝ in æquali tpe : nam agẽs pollens erit:quod in æquali tpe producit plura minima formæ atq; subiecti generandi:q̃ produceret agens debile : omne enim agens est quod ad passum habet proportionem maioris in æqualitatis : quare si in minori tpe plura producit:erit pollens:si aũt in maiori:erit debile:uel forte differunt pænes quantitatem effectus unica actiorem producti ut sequenti disputatiõe colligetur. Ad tertiam dico ꝙ cicius corrũpit summã: cuius signum est:quia si aliquod agens in instanti quod est præsens aplicetur alicui summe calido:nunc illud erit primo non summũ:quia ut sæpem:huius rõem assignant calculatores quoniã gradus ultimo ꝑductus

Confutatio.

Comẽto.xxxii.

Propria solõ.

Ad tertiam.

est minus fixus:quia quanto materia est aliqua forma magis priuata:tanto magis illam appetit;indigentia enim causa appetitus est:& quanto minus illam appetit:tanto minus perfecte hēt eē in subiecto:at cum gradus summus ultimo inductus:cum nō sit talis:quo materia maxime caret: & quem non maxime appetit:ideo est minus fixus:& consequentur primo corruptibilis:agens igitur corrumpens aplicatū calido ut octo: corrūpit ultimū:quia ille præcœteris est minus fixus. Ad quartā nōnulli dixerūt agens potens producere oēs gradus octo æqualiter/magis producere A q̄ B gradum; quatenus determinatur a cœlo:ut enim potētia motiua indifferens ad producēdum A uel B motum:utpote indextrum & sinistrū: determinatur ab appetitu ad producendum motū indextrum: sic agens ęquepotens oēs gradus producere determinatur ad producendum A uel B ab ipso cœlo:quod cœlū licet sit agens uniuersale:tamē contractū per certum illius statum ac constellationem redditur particulare simpliciter: uel dici potest ꝙ eorum quæ sunt per se reddi pōt ratio ordinis:at gradus tales ordinem non habent nisi per accidens:& ideo nō pōt reddi causa ordinis:& sic A produxit/& non B:quia passum illos simul recipere nō potest:& quia accidit A prius esse productum:nō enim pōt reddi causa quare auus meus domicius Nyphus præcessit me:nisi ex incidēti: ut octauo huius dicetur. Ad quintā dico ꝙ quilibet gradus cuilibet est per se ęqualis quicquid uelint calculatores:quoniam quilibet est minimum in gradu bene tamen ultimus erit perfectior per accidēs:quatenus cœteros supponit:& sic præsuppositiue unus est altero perfectior:absolute aūt oēs sunt æquales:& sic negatur ordo essentialis inter illos. Ad sextam dico gradus esse indiuisibiles in partes actuales:sunt tamen diuisibiles quātitatiue uel gradualiter in partes potētiales:ut de minimis solet dici:nam gradus formæ & partes similares actuales formæ eædem sunt:ut dictū est. Ad septimam nego consequentiam:tota enim latitudo octo constat gradibus:cū enim subiectum recipiat formā/ut illā appetens:tandiu durat appetitus: q̄diu dicitur priuata:& e contra:& tot gradus recipit:quot appetit: & ad quot est potentia:& quia ad octo cessat appetitus subiecti:& priuatio:& potentia:ut calculatores accipiunt:ideo latitudo constat octo gradibus/ & non pluribus. Ad rationem uero negatur iterum consequentia: licet enim unum agens posset producere infinitos gradus diuisim in diuersis subiectis: non tñ in uno potest plures producere q̄ octo: quia quodlibet subiectum pōt appetere semper aliū gradum ultra gradum usq; ad octo: nullum tamē appetit plures octo:quia ad illum stat perfecta assimilatio: & ad illum cessat priuatio/potentia/& appetitus. Ad octauā patet solutio:oīs enim gradus per se omni gradui perse est æqualis: pręsuppositiue octauus est intēsior:& ꝓpterea ab eo est totius latitudinis denominatio.

Ad quartam.

Ad quintam.

Ad sextam.

Ad septimam.

Ad octauam

Ad nonam. Ad nonã negatur argumẽtũ:respectu.n.unius minimi subiecti fortasse omnis latitudo est uniformis:at considerata extensione subiecti:põt esse aliqua uniformis:& aliqua difformis:uniformis quidem si quodlibet minimum subiecti est æqualiter quale; difformis autem; si non quodlibet subiecti minimum erit æqualiter quale:ut superius dictum est. Ex iis patet quales partes sint gradus ipsius formæ:non enim sunt partes essentiales diuersarum rationum siue dissimilares quare erunt partes essentiales eiusdem rationis siue similares quæq; non indocte dicuntur partes quantitatiue perfectionales,actuales:quæ ita sunt formæ intensibilis; sicut partes actuales quanti ipsius:est enim forma quantitas quędam perfectionalis.Hæc de dilucidatione.

Quæ ptes gradus sint:

Caput solutionum quintum.

His elucidatis:ad primam patet solutio:partes enim graduales sunt essentiales:& quantitatiue:quantitatiue quidem perfectionales:essentiales uero eiusdem rationis:ut dictum est. Ad secundam dico q aliquam formã habere gradus secundum essentiam posse intelligi bifariam:aut secundũ essentiã quia respectu eorum:de quibus prædicatur essentialiter:uel quibus inest essentialiter:& sic nulla forma habet gradus: albedo enim respectu huius uel illius albedinis non habet gradus:cũ illis comparetur mere quiditatiue ac indiuisibiliter:aut respectu eorum:quibus competit per accidẽs: utpote respectu ligni uel corporis quæ sunt illius subiecta:& sic forma intensibilis habet gradus secundũ essentiam:ut dicemus in decimo huius. Ad tertiam dici potest q duplex est cõtrarietas:metaphysica:& physica: metaphysica est secundum essentias formarum:& hæc nõ requirit gradus: alia est physica:quæ est respectu subiecti:cui repugnanter in sunt formę: & hæc requirit gradus: & sic soluitur argumẽtum; & per idem ad aliam formam. Hæc de sexta disputatione.

Septima disputatio si intensio formæ sit motus continuus.

Caput dubitationum primum.

Quod intensio formæ sit motus continuus/arguitur primo quia omnis motus est continuus:at intensio formæ est motus in formam:igr intẽsio formæ est continua:maior probatur primo ex definitione motus; inquit enim Auer. tertio physicorum ex defenitione motus colligi cõtinuitatẽ. Secundo ante omnem motum est motus:igitur oĩs motus est unus & cõtinuus.antecedens est Ari. & Auerrois sexto phisicorum; ubi ex propria intentione uerificant hãc propositionem in omni specie motus. Tertio si

Comento.vi.

Cométo.lix.

motus non esset unus & continuus:tunc motus aliquis esset in instanti: & ultra sequitur in eodem nunc esse motum & quietem:ut arguit Ari·in sexto physicorum.Quarto omne agens citius agit in partem propinquã q̃ in remotam:igitur oĩs motus est unus & cõtinuus: antecedens est Ari· in sexto & Auerrois.Quinto si non omnis motus esset unus & cõtinuus: Cométo·xlviii· tunc motus daretur primum contra Aristotelem sexto phisicorũ per totum.Sexto si motus non esset unus & continuus: tunc nullo toto motu pars aliqua esset prior:quod est contra Ari· qui probat in sexto primam medietatem esse priorem toto motu: quia motus est unus & continuus: sic igitur omnis motus est unus & cõtinuus:& cũ intensio formæ sit motus:relinquitur intensionem esse unam & cõtinuã· Secundo prinpaciliter arguitur alteratio & auctio sunt motus continui:igitur intensio: quoniã intensio formę est alteratio quædam in formam & auctio eiusdẽ· Tertio remissio formæ est motus continuus/ut calculatores supponunt: igitur & intensio:quoniam intensio unius contrarii est remissio alterius:& econtra·Quarto una intensio formæ est altera uelocior: igitur intẽsio est una & continua:omne enim uelox est in tempore. Quinto intẽsio uelocitatis in motu naturali:& remissio in motu uiolento est una & cõtinua: quoniã motus naturalis & uiolentus est unus & continuus:igitur & intensio uelocitatis·Sexto si intensio non esset motus cõtinuus:tunc esset dabile minimum in gradu:consequentia tenet/apud oẽs:& consequens est impossibile:qa sit dẽ sit illud remisissima uisio:siue minima uisio:quę sit causata a uisibili quodam in tãta distantia in quanta sufficit causare minimã illã uisionem. Tunc arguo ꝙ si hæc daretur;tunc rei permanentis daretur ultimum:quod deduco supponendo in hoc instãti quod est præsens in quo primo est illa minima uisio:illud uisibile elongari ab oculis: tũc illud erit ultimum:deduco quia in illo erit:& inmediate post illud non erit: igitur illud fuit ultimum.Septimo raritas continue intenditur: igitur alicuius formæ intensio est cõtinua:antecedens probatur quia ptes eius corporis: quod ratefit:continuo magis ac magis distant inter se per motũ localem ipsarũ partium:igitur raritas talis corporis cõtinuo intenditur: aliquod enim rarius esse nihil aliud est q̃ partes eius magis ac magis distare·Octauo intensio luminis in medio est una & cõtinua:igitur aliqua intensio est una & continua:anš probatur ponendo per casum ꝙ aliquod luminosum alicui parti medii illuminabilis aproximetur per negationẽ de præsenti: tunc arguo in quolibet instanti temporis mensurantis aproximationem illius luminosi pars illa est magis lucida q̃ erat:igitur talis intensio est cõtinua & una ratio patet quia sicut aproximatio est una & cõtinua:ita illuminatio erit una & continua.Nono si intensio non esset una & continua: tunc agens naturale aproximatũ passo bene affecto nõ ageret:deducitur

quia uel postq̄ agens cœpit agere:cōtinuo per totū tempus aget:uel desistet ab actione:si continuo agit formā intendendo:tunc intensio erit una & continua:si desistet ab actione:tunc sequitur dictū absurdum. Decimo intensionem non unā esse & continuā contradicit sensibus:quilibet enim experitur postq̄ sensit calorem in manu si in eadem aproximatiōe teneat manum ad ignem:illam continuo magis calefieri:in contrarium sunt peripatetici oēs:qui tenent intēsionem formæ bene esse motum successiuū: non tñ unum & continuū. Hæc de dubitationibus.

Caput tituli secundum.

Quid intensio. Pro declaratione tituli debes scire duplicem esse formæ generationē / alteram per quam forma ipsa dr̄ absolute esse:alteram per quā non dicitur absolute esse:sed qua dicitur esse maior uel intensior q̄ erat. Prima dicitur generatio absoluta:quia per ipsam forma absolute hēt esse post nō esse. Secunda dicitur generatio comperatiua:quia per illam dr̄ forma esse maior q̄ erat. Quare intensio formę est generatio comperatiua formæ:siue motus formæ:quo ipā dicitur maior ac maior q̄ prius erat. Remissio aūt dr̄ generatio formæ:per quam forma dr̄ minor ac minor: q̄ erat. Ex his patet omnem intensionē formę supponere illius generationem:& oēm remissionem supponere illius esse:accipitur autem continuū in proposito: ut distinguitur cōtra diuisum ac interpollatum. Diuisus enim motus dr̄ inter cuius partes cadit quies. Continuus aūt cuius partes copulantur ad unum cōem terminum uidelicet ad unum mutatū esse:siue ad unum cōe momentum. Quærit igitur disputatio si intēsio formæ siue generatio cōparatiua formæ sit motus unus ac cōtinuus / inter cuius partes nulla intersit quies:imo quæ copulentur ad unū terminū cōem. Hęc de titulo.

Marginal notes: Quid remissio · Excerptum · Quid cōtinuū: · Intellectus qōis

Caput positionum tertium.

Prima pō. De disputatione sensere nōnulli & de mēte expositoris totius formæ intēsionem non esse unam & continuam:sed partialem cuius partis intensionem uolunt esse continuam & unam:totam autem esse successiuam / nō tamen unam ac cōtinuam. Dicitur aūt forma tota qua habita cessat priuatio / potentia & appetitus subiecti ad illam:qualem calculatores dicūt esse caliditatem ut octo:hæc enim dicitur tota:quia totā potentiā ac priuationem / totūq; appetitum subiecti ad illam tollit:partialis forma dicitur:quæ partem potentiæ / priuationis / ac appetitus tollit:ut una pars illius actualis:quæ dicitur gradus formæ:uolunt igitur generationem cuiusq; gradus:quę dici pōt partialis intensio:quatenus in illa semper aliqd præsupponitur / & aliquid fit maius q̄ erat:esse unā & continuā: totā uero intensionem totius formæ esse successiuā / sed non unam & continuā.

Marginal notes: Quid tota fořa quidue přialis.

Modus dicēdi. Modus aūt est:ut sumatur ignis / & signetur primum instans aproximationis alicui calefactibili:siue accipitur in quo nō aproximetur per affir-

mationē:sed sic q in illo non / & inmediate post illud sic:certū est q ignis in illo incipiet agere per negationem : quare inmediate post illud aget in ligno aliquid caloris / utpote calorem remissimum : non tamen illum egit subito:quia illum citius ageret fortior ignis:q̄ debilior:& hoc modo in tempore: hæc igitur generatio huius caloris dicitur prima intensio : & est continua: quia in tempore uno:deinde cessat ignis agere & lignum pati donec iterum secunda intensione ab eodem agente in idem lignum generetur tantundem caloris : & iterum quiete interposita faciat tertiam partem caloris/quousq tota sit aquisita. Quo in casu patet particularem intensionem / quæ est unius gradus : generationem esse continuam / & unam : totam uero intensionem esse successiuam / non tamen unam & continuam : quatenus quies interponitur. Sed hæc positio est friuola : quoniam quæro propter quid particularis intensio est motus continuus & unus : totalis non:aut hoc est quia agens prius disponit : & postea generat : aut quia prima est diuisibilis in infinitū: si quia agens prius dispo nit : tunc intensio illa particularis erit finis prioris alterationis dispositi ue : sed omnis finis est indiuisibilis/ ut dicitur sexto phisicorum : semper enim terminus est indiuisibilis ex ea parte qua est terminus:igr̄ talis parti cularis intensio erit indiuisibilis: si quia prima est diuisibilis:tūc magis to ta intensio erit una & continua:quoniam forma est magis diuisibilis:præ terea pars formæ est eiusdem speciei cum tota forma:uel igitur pars for mæ est continuo motu aquisibilis per naturam formæ : aut per naturam agentis illam:aut subiecti recipientis:non per naturam formæ:quia cū to ta forma & illius pars sint eiusdem speciei:eadem ratione erit de tota / ut de parte:non per rationē agentis:quoniā agens aut est potentius post primam actionē:aut æquipotens:quare si motu cōtinuo potuit partē primā generare:igitur & oēs:quia ad omnes cōparatur secundū tandē rōem:nec ex parte subiecti recipiētis:quoniā subiectū per aquisitionem primæ ptis magis est aptū residuū recipere:igr̄ ex parte subiecti erit aut æqualis causa:aut maior generationis residui:ultimo si prima pars formæ motu con tinuo & in tpe aquireretur:tunc esset ex partibus actualibus infinitis/ut deducetur contra proximam pōem. Alii & fere oēs calculatores dixerunt oēm formæ intensionē esse unam ac continuā imaginantur enim formā aliquā. V.g. caliditatē primo gñatione absoluta generari quo ad primū minimum deinde illi intensionē cōtinuam addi:uerbi causa in hoc instāti qđ est præsens caliditatis unum gradum induci in ligno: & in eodem per negationem incipere illius intensionem:ut si A sit primū instās esse calidi tatis:tunc in A non est illius intensio:& in mediate post A in toto tempo re illi A instanti continuo usq ad finem erit intensio:quare tota intensio est una & continua ; licet generationis formæ sit dare primum. Sed hæc

Confutatio. Comēto. xxxiii Pō gregorii in primo íñiag. Confutatio

positio non est peripatetica. Primo accipio primum minimum: uel aquiritur in tempore: uel in instanti: si in tempore: igitur non erit primũ: omne enim primum & ultimum uult esse in indiuisibili temporis sexto phisicorum: si in istanti: uel igitur in eodem instanti est remissio formæ illi contrariæ: uel in toto tempore præcedenti primum instans illius formæ forma contraria remicctebatur: si in instanti: igr̃ remissio non erit continua: immo indiuisibilis: & apari nec intensio: si in tempore præcedenti sit remissio formæ contrariæ: & in primo non esse illius gradus formæ contrarie sit illius minimi generatio: tunc corruptio unius contrarii nõ esset generatio alterius: non enim ita cito sicut forma cõtraria inciperet corrũpi: altera sibi contraria inciperet generari secundum hunc casum: quare oportet dicere illud minimum generari in tempore: sicut gradus oppositus corrumpitur in tempore. Secundo aut primum minimum formæ intendende aquiritur subito quia est generatio: & totum residuum nõ: quia totius residui aquisitio est motus: aut quia primum & residuum differũt natura. Ex parte enim agentis: & subiecti nulla potest poni differẽtia: est enim agens idem: & subiectum idem in prima & totali aquisitione: igitur esse nõ potest differentia nisi quia aquisitio primi gradus est generatio: cœterorum aũt est motus: sed non est aquisitio subitaria primi gradus: quia illa est generatio: cœterorum temporaria: quia est motus: quoniam ambæ uidentur generationes: prima quidem absoluta: secunda uero comparatiua: prima ex non esse formę ad esse: secunda ex non tanta forma ad tantam formam: igitur utraq; est ex priuatione in formam: item utraq; est ab eodem agente: & utraq; in eodem subiecto secundum quid in potẽtia: igitur aquisitio primi gradus erit generatio: & cuiuslibet cœterorũ: nec dici potest prima generatio & secunda motus: quia primus gradus/ & secundus differunt natura: ambo enim sunt partes eiusdem formæ similares atq; eiusdem rationis. Quare sicut primi gradus aquisitio erit generatio: ita cuiuslibet cœterorum. Tertio uolo ꝙ producto primo gradu caliditas: calefaciens desistat ab actione per horam: deinde iterum agat uel incipiat agere totum residuum caliditatis: uel igitur illius nouæ caliditatis generande dabitur primũ/uel nõ: si non: igitur nõ cuiuslibet rei permanentis generande daretur primum/contra regulas octaui libri phisicorum: si sic: & tale auget siue intẽdit primum gradum iam productum: & non nisi subito: quia tale primum subito fit per eos: igitur aliqua intensio alicuius formæ: non erit motus unus & continuus: Et de positionibus hactenus dicta sufficiant.

Caput dilucidationis quartum.

Põ peripatetica Auerroes/Thomas/Simplicius/Themistius & omnes boni peripatetici

arbitrantur hoc modo nullius formæ intensionẽ esse motum continuũ & unum : sed esse quasi compositum ex pluribus motibus / pluribusq; quietibus: quatenus semper inter partes motus quies intercidit: uerbi causa: in intensione caliditatis in primo instanti aproximationis ipsum calefaciens producit in ligno primum gradum caliditatis : qua generatione caliditas dicitur absolute generata: uel in primo instanti aproximationis agit tam perfectam caliditatem: quam potest: postea mobile per tempus quiescit sub prima forma producta donec iterũ calefaciens secundo producat tantam uel minorem uel maiorem in eodem ligno priorem augendo / & hoc modo usq; ad finem; & ut de intensione caliditatis dicunt : ita de intensione cuiusq; formæ uolunt esse intelligendum. Ad cuius dilucidationem accipio primo trifariam esse qualitatem intensibilem apud calculatores alia quidem est gradualiter diuisibilis. Sed nec in subiecto diuisibili: nec habens contrarium: ut habitus atq; animæ uirtutes tertio ethicorum; hæ enim gradu diuisibiles sunt / & intensibiles: at neq; sunt in subiecto diuisibili: nec habent contrarium: alia est gradu diuisibilis: & est in subiecto diuisibili: contrariũ tamen non habet: ut lumen / uisio: & quęuis sensatio: lumen enim in perspicuo est diuisibili: sensatio in organo: alia est gradu diuisibilis: in subiecto diuisibili : & habens contrarium : ut primæ qualitates ælementorum: & secundæ ex illis resultantes: huius generis reductiue sunt uelocitas in motu & tarditas: item dimẽsio: licet modo quodam æquiuoco dicantur intensibiles. Secũdo accipio nullam qualitatem intensibilem esse diuisibilem in infinitas partes actuales: immo calculatores dixerunt cuiusq; talis partes esse octo / quas gradus appellant : hoc enim numero contenti sunt : & probatur partes tales actuales non posse esse infinitas: quoniam quælibet qualitas talis esset infinita : quoniam cõstaret ex partibus infinitis: quarum quælibet esse aliquante perfectionis: igitur tota qualitas erit infinite perfecta: & infinite. Ex hac suppositione sequitur esse dabile minimum / & maximum in gradu per affirmationẽ apud peripateticos : deducitur : quia cum qualitas sit diuisibilis in partes actuales finitas: deueniendum est ad minimam: qua minor esse non potest: & ad maximam: qua maior esse non potest. Tertio accipio nullam talem formam esse producibilem sub minori gradu q̃ sit eius minimum : probatur quia si sub tanta quantitate siue gradu forma est producibilis: sub quãto esse potest: probatur quia generatio est ad esse: igitur sub quãto esse potest sub tanto est producibilis: quare cum nõ possit esse sub minori gradu minimo: igitur nec gñrari poterit sub minori. Ex hac suppositione sequitur intensionẽ per singulo instanti tpis mensurantis illã non fieri posse sub minori q̃ sit unus gradus: quoniã intensio est generatio posterioris partis formæ: & auctio prioris: quando enim caliditas intẽditur;

Triplex qualitas.
Prima suppõ:
Secunda suppõ
Excerptum.
Tertia suppõ.
Excerptum.

supra priorem formam generatur posterior: quare omnis intensio quædam est generatio saltem posterioris gradus: sed generatio esse non potest formæ sub minori gradu q̄ sit minimus per suppositionem: igitur nec formæ intensio potest fieri in quolibet instanti per minus minimo.

Quarta suppó. Quarta suppositio licet forma non sit producibilis sub minori gradu q̄ sit minimus: est producibilis sub maiori: non tamen sub maiori maximo. Prima pars patuit: quoniam minimum potens esse: est minimum in generatione ac productione. Secunda iterum patet quoniam minimum agēs est quod minimum habet excessum supra passum: & per consequens minus minimo producere non potest: at si agens excedat passum per plus q̄ per minimum supra pari resistentia producet plus: & hoc modo patet secunda pars. Tertia constat: quia quod non est possibile esse: nō est producibile: at maius maximo nō esse possibile esse: igitur nec producibile: his sumptis sit.

Prima cōclusio Prima conclusio omnis intēsio siue auctio cuiusuis formæ totalis est motus successiuus: ꝓbatur quia una pars aquiritur prius: & alia posterius: & nullæ duæ simul: igitur est motus successiuus: aliter ita cito sicut aquireretur illius una pars: omnes simul aquirerētur: dicitur autem in conclusione totius formæ siue totalis: quia quicquid sit de parte illius: tota forma intensibilis simul aquiri nō potest in subiecto aliquo: nisi aut illud nullius esset resistentie: aut agens esset infinitum.

Secunda cōclu. Secunda ex parte gradus nulla intensio totalis formæ est motus continuus e principio usq̧ in infinem: probatur quia si esset motus continuus: tunc in quolibet instā ti temporis mensurantis illum motum erit forma intensior q̄ prius erat: uel igitur in quolibet instanti erit intensior plusq̄ erat per minimum: aut per minus: aut per maius: non per minus minimo: quia per quartam nulla forma est generabilis per minus minimo: & per illius excerptū nec intēsibilis est per minus minimo: si autem in quolibet instāti erit semper maior ac maior per minimum: uel plus: cum in illo tempore instātia sint infinita: in fine tota forma erit infinita: quoniā in fine in subiecto erunt producta infinita minima: & ita infinita erit forma per secuudam suppositionem: hanc rationem nō modo olfecit

Comēto. xxiii. Auerroes octauo phisicorum dum probauit auctionem non esse motum continuum: sed expressit: intulit enim ꝙ si auctio esset motus cōtinuus: tunc in fine quantitas aucta esset infinita: quod ualet per fundamenta hic declarata.

Tertia conclu. Tertia ex parte extēsionis subiecti nulla intensio totalis est motus continuus: probatur quoniā sicut agens nō potest agere unica actione formam quantūlibet minorē: nec passum quantūlibet minorē recipere: sic ip̄m agens unica actione nō pōt agere in passum quātūlibet minus: & sic oportet ut sua potētia nō se extēdat in minus minimo/nec in maius maxīo. Quare nec ex p̄te gradus nec extēsionis subiecti intēsio esse pōt motus unus & cōtinuus. Et q̄a est

successiuus: igitur erit totalis intensio composita ex pluribus motibus: pluribusq; quietibus. Quarta conclusio partialis intensio fit in instanti: uerbi gratia sit generatus nũc unus gradus caloris: dico q̄ si debet prior gradus intendi: in instãti debet generari in eodẽ subiecto ad minus unus alius gradus: probatur quia ille secundus gradus/uel generatur in tempore: uel instanti: si in instanti: igitur particularis intensio fit in instanti: quod uolebam: si in tempore: igitur una eius pars in parte una temporis: & altera in altera: igitur generatio formæ posset esse minus q̄ per minimum: quod est cõtra omnia dicta: quare oportet dicere q̄ quemadmodũ generatio primi gradus siue minimi primi est subitaria: sic generatio secũdi: at generatio secundi est primi intensio: igitur intensio ipsa particularis est momentaria: & generatio tertii est intensio totius prioris agregati ex primo & secundo: & est etiam in instanti: & hoc modo de quarto usq; ad finem: igitur licet quælibet intensio particularis sit subitaria: tota est successiua: quoniam inter instantia semper cadit tempus: hanc rationem tangit Auerroes tertio physicorum arguens si augumentum siue alteratio esset motus simpliciter continuus & unus: tunc secundum quodlibet minimum tempus sensibile mẽsurante auctionem & alterationem/esset assignare minimam partem formę sensibilem: habet cõsequens tanq̄ impossibile: quare concludit auctionem & alteratiõe non esse unum & continuum motum: sed compositum ex pluribus motibus/pluribusq; quietibus. Nũc de modo intẽsionis agamus: & primo de qualitatibus gradualiter diuisibilibus: quæ sunt in subiecto diuisibili: & habent contrarium: sunt autem istæ aut primæ ælementariæ: aut secundæ mixtorum: secundę augentur intensione primarum: ideo de intensione primarum agamus: nam de intensione secundarum erit dictum: sapor enim intenditur ex intẽsione caliditatis ac humiditatis: primæ autem nullarum aliarum priorũ intensione pręsupposita intenduntur: quare de intensione harũ dicamus: accipiatur igitur agens aliquod utpote calefaciens: quod excedat resistentiam passi saltem minimo excessu: quo sufficit agere; probauimus enim illum esse dabilem in libro cœli: & notanter dico q̄ excedat passum: quia ubi nõ excederet: actio nulla esset ab ęqualibus.n.non prouenit actio: tũc in primo instanti aplicationis huius agẽtis ad passum producit in ligno tantam caliditatem: quantam potuit: nõ tamen minorem minima: & illã in prima parte subiecti: quæ est minima siue tanta in quãtam potuit idẽ agens: in eodemq; instanti contrariam abiecit: ita ut hoc instans sit primum aplicationis: primũ esse formę intendẽde siue producẽde: & primũ nõ esse formæ contrariæ: hęc igitur prima productio appellatur absoluta generatio formæ: qua ipsa simpliciter nunc primo est post non esse: tunc dico q̄ facta hac productione: uel illud agens remanet pręcise ęquipotẽs:

Quarta cõclu.

Comẽto.vi.

Modus intẽsionis.

De qualitatib9 primis.

uel augebitur aliqua ex causa: minus enim remanere non potest; si rema/neret æquale: adhuc uel passum est unius minimi/utpote pedale: uel plurium/utpote bipedum: uel tripedum: si pedale: tunc dictum agens æquipotens in dicto pedali eundē calorē cōtinuo cōseruabit: sin aūt subiectū est magnum, V.g. tripedum & agens ex actione auctum: tunc agēs illud producta prima caliditate: & interposita quiete tam actionis q̄ passionis: in secundum subiecti pedale aliam producet caliditatem/& priorem intēdet: ita ut in secundo instanti priori per tempus mediato contrariā expellet a secundo pedali subiecti: & in eodem cōtrariam remictet in primo pedali ad duo: & priorem intendet ultra ad unum: ita ut sit ut duo: & omnia hæc in secundo instanti illi priori mediato per tempus certum: in tertio instanti introducet unam tantam caliditatē in tertio pede subiecti: quantam in secundo illius: & primam in primo pede intēdet supra priorem ad unum: & secundam iterum ad unum: ita ut prima sit ut tria in primo pede: secunda ut duo in secundo pede: tertia sit ut unum in tertio pede: & ita de cœteris usq; in finem: si subiectum est magnum/& agens ex actione semper restet æquale: in primo instāti in primo pedali producet unum: & in secundo in pede secundo secundū: & in tertio in tertio pede tertium nullum illorum intendendo usq; in finem latitudinis: at si subiectum est pedale & agens ex actione auctum: in primo instanti in illo remictit contrarium ad unum: & introducit de forma unum: & in secundo remictet cōtrarium ad duo: & auget priorem ad duo/& sic semper quiete interposita usq; ad finem proficiscetur: huius interpollationis causa est dicta: quoniam forma nec est diuisibilis in minora minimis: nec producibilis per minora minimis: quibus patet intensionem semper esse generationem: quoniam respectu prioris est intensio: respectu nouæ generatio; Prima enim formæ generatio non est intensio: sed illius absoluta productio: itemq; & contrarii remissio: at secunda eiusdem generatio est prioris intensio: & contrarii etiam remissio: hæc de qualitatibus diuisibilibus/in subiecto diuisibili/& habentibus contrarium. Et de luminis intensione ac qualitatū diuisibilium non habentium contrarium auctione agamus: luminosum igitur ut sol in ultimo instanti temporis mensurantis eius accessum ad perspicuum producit in illo unum gradum luminis: deinde & si cōtinuo sol moueatur: tunc per aliquod tēpus nō producet maius lumen/nec extēsiue nec intēsiue: & in ultimo instāti illius motus causat lumē minimū extēsiue secūdā partē perspicui illuminādo: qua minorē nō posset per se illuminare: & in ipsomet instāti secūdo prius lumē in p̄te prius illuminata intendet: donec cōpleat̄ illuminatio tota gradualiter/& extēsiue/cā aūt est & q̄a nō quælibet aproximatio sufficit ad illuminādū: & q̄a intēsio lumīs fieri nō pōt p̄ minus minimo. De habituū intēsione agamus: & dicimus

De intensiōe luminis.

De intensione habituū.

ꝙ habitus & uirtutes augētur ex frequentatis actibus tertio ethicorum: oportet enim imaginari ꝙ quemadmodum nō oēs guttæ cauant lapidē: octauo physicorum:sed ultima uirtute cœterarum:sic non omnes: actus habitum augent:sed ultimus uirtute cœterorum. Et de auctione magnitudinis eodē modo est dicendum. Tum quia auctio uel est generatio formæ in pluri materia q̄ erat:uel finis illius: igitur particularis auctio erit subitaria:ac per minima:tum quia dimēsio ut est forma naturalis: nō est diuisibilis in infinitum in partes actuales:quare oportet imaginari uniēs ipsum sub certa dimensione productum prima actione ab aīa augeri per minimū:ita ut prima auctiōe relinquatur maius q̄ erat per minimum: & in secunda iterum plusq̄ erat per minimum:& sic usq; in statum: qua rōe tota auctio licet sit successiua:non est continua: quod Auerroes octauo physicorum probat:nam si in quolibet instanti uniens esset auctum:in fine temporis esset infinitum:probatur quia nō potest esse auctum per minus q̄ sit minimum: cum forma non sit diuisibilis per minora minimo: igitur in quolibet instanti erit auctum per minimum:sed infinita sunt instantia in illo tempore:igitur in fine erunt in uniente minima infinita: & ita erit in infinitum auctum:hæc Auerroes. Simili ratione de uelocitatis intensione est dicendum in motu locali ipso naturali:nam si uelocitas cōtinuo intenderetur: tunc in quolibet instanti temporis mensurantis motum naturalem esset maior:& cum non possit esse maior minus q̄ per minimum:cum uelocitas sit forma naturalis:& nulla forma naturalis est diuisibilis in minora minimis:igitur si in quolibet instāti esset maior: tunc in quolibet instanti erit maior per unum gradum minimum: & cum instātia sint infinita:igitur in fine motus uelocitas erit infinita: sic igitur ut de lumine est dicendum: ꝙ in motu a uirtute mobilis & medii aquiritur unus gradus uelocitatis:deinde mobile mouetur certo tempore: in cuius ultimo producit secundum gradum uelocitatis priorem augendo: & sic usq; in finem:& huius causa est:quia uelocitas est quædam forma naturalis:quæ nō est aquisibilis per partes minores/ & minores in infinitū:ut cœteræ formæ naturales:Erit igitur ex omnibus iis conclusio hæc ꝙ nulla intensio est motus continuus/ & unus:qua ratione euenit/ ut nec ipsa remissio nec tarditas /nec diminutio sit motus continuus & unus. Hæc de dilucidatione dicta sufficiant.

Comento.xxiii. De actione. Comento. xxiii De intentiōe uelocitatis

¶Caput solutionum quintum.

His sufficienter elucidatis ad primam negatur maior. Ad rationem primā quæ probat maiorem dico ꝙ tertio physicorum definitur motus in eo ꝙ motus:& conceditur de ratione motus uniuersalis esse continuitatē non autem de ratione huius uel illius motus in specie: ut ibidem dicit Auerroes. Aliquid enim competit alicui per rationem generis:quod non

possunt esse in eodem subiecto:potestate bene: modo forma intensa est plures partes graduales potestate: non actu: quia ex priori & posteriori fit una numero forma:quæ continet plura numero potestate: non actu. Ad nonam negatur assumptum:& dico ꝙ de tali compositione loquendo quanto forma est compositior:tanto est perfectior:& quãuis simplicitas sit perfectio simpliciter:nõ tamen omne simplex perfectius est quolibet composito:immo aliquando econtra aliquod compositũ perfectius est hoc uel illo simplici:ut homo perfectior est sua materia: & quodlibet compositum utraqꝫ sui parte. Ad decimam dico ꝙ generatio positiua & intensio sunt mutationes disperate:at generatio comparatiua: & intensio idem est:ut sæpe diximus. Ad undecimam dico ꝙ inter indiuidua eiusdẽ rationis non est ordo essentialis accipiendo essentiam primo modo:quoniam omnia sunt eiusdem essentiæ secundum primam rationem; tamen inter aliqua indiuidua eiusdem rationis potest esse ordo essentialis secundum essentiam secũdo modo:quia unum potest esse imperfectius altero: & hoc sufficit. Ad duodecimam dico ꝙ si per naturam intelligis essentiã resultantem ex partibus alterius rationis:illud additum nõ est essentiale naturæ:sed differentia est essentiale quid naturæ/ut sic: si uero per naturam intelligis essentiam secundo mõ:dico ꝙ illud additũ est essentiale naturæ:quia ex priori & posteriori resultat essentia maior. Ad tertiãdecimã nego cõsequentiam:quia non quælibet addictio alicuius similis in specie faciens:cum eo cui additur unum indiuiduũ illius speciei:sufficit ad intẽsionem:sed oportet ultra hoc ꝙ additum & illud cui additur sint in eodẽ puncto subiecti primo:ita ut ex illis nihil maius fiat extẽsiue:& sic cessat de quantitate ratio:in substantialibus autẽ formis talis addictio fieri nõ potest:quia substantialis forma eidem puncto materiæ dat esse simpliciter:& ita tollit omnem potentiam ad formam eiusdem ratiõis:nisi de formis ælementariis de quibus dicemus:sit uerum. Ad decimãquartam dico ꝙ ubi albũ condensetur:& nullus gradus albedinis aquireretur:ipsa nũq̃ dicitur maior secundum ueritatem:sed solũ secũdum apparentiam: eo ꝙ propter maiorem partium apropinquationem forcius mouet sensum:at si res talis sit albior secundum ueritatem: tunc necessario ibi erit aliquis nouus gradus ex condensatione generatus. Ad decimãquintam dico illã uisionem intendi per addictionem similis/sicut aliæ formæ:non enim est essentialiter simplex:sed uere ex partibus eiusdem rationis composita: ut albedo: Ad decimãsextã dico ꝙ ex aliquibus potest fieri unum per se:quã do alterum est in potentia ad alterum/uel quando ambo sunt in potẽtia ad tertium. Ex duabus enim aquis una aqua fit:& tamẽ nulla pars est potentia respectu alterius:sed ambæ respectu tertii:& sic in proposito:præcedens enim non est potentia respectu sequẽtis:nec sequens actus respectu

præcedétis: sed ambo sunt potétia respectu totius. Ad decimāseptimā patet solutio. Ad decimāoctauam dico ꝙ calor remissus potest accipi dupliciter: uno modo pro eo: qui stat cū frigiditate: & iste nō stat cū intensissimo calore: alio mō pro eo qui est pars summi caloris: & sic cum intensissimo stat remississimus. Ad decimānonam superius est solutū: ubi dictum est in ordine accidentali nō esse hoc prius hoc posterius secundum rōem: ut omnes rationes cogunt: tñ hic ordo quia reducitur ad cælicum motū: ideo hoc est prius hoc posterius: tu uero quære superius. Ad uicesimā dici potest ꝙ albedo est plusq̄ in duplo perfectior nigredine: & plusq̄ in triplo: & sic in infinitum: & negatur ꝙ albedo est perfectiōis infinitæ: sed si deberet ualere: deberet addi ꝙ albedo & nigredo sint inter se cōparabiles: & eiusdem speciei: sed quia sunt diuersarum specierū: ideo albedo est infinities perfectior nigredine: sed semp per eandē numero essentialē siue specificam perfectiorē: atq; finitā: unde albedo est nigredine infinicies perfectior eadem semper specifica perfectione: & propterea non pōt albedo eē infinita. Ad uicesimamprimam patet solutio: dictum est enim formā augeri secundum essentiam: non per hoc ꝙ precedens per additū augeatur: sed per hoc ꝙ ex præcedenti & sequenti resultat maior forma secundum essentiam: ut dictum est. Ad uicesimāsecundā dicant quid uelint alii: ego dico ꝙ agens calidum ut unum postq̄ in A puncto produxit calorem ut unum: cessat agere in eodem puncto: quoniā cessat appetitus agēdi: quoniam agens non agit nisi ut assimilet sibi passum: & quia post talē actionem passum redditur simile agenti: ideo cessat agere ulterius in eodē pūcto: & ulterius dico bene tale puctum esse magis dispositum simpliciter: non tamen respectu agentis ut unum: immo respectu illius cessat dispositio ad ulterius agendum uel patiendum: rationes positionum iam per hęc facile solui possunt: illa quidem de ubi sæpe est soluta: dictū est enim esse aliud ubi categorematice: non aūt aliud sincategorematice: & de auctione similiter dicatur. Hæc de undecima disputatione.

¶Duodecima disputatio si latitudo uniformiter difformis correspōdet suo gradui medio.

¶Caput dubitationum primum.

Quod non arguitur: latitudo uniformiter difformis non habet extrema: igitur nec medium: antecedens patet: quia saltem non habet remississimū: quoniam omni tali dato: esset adhuc dabile minus. Secundo latitudo uniformiter difformis est unus triāgulus: sed triangulus nō est æqualis suæ

medie parti:igitur latitudo talis suo gradui medio nõ est æqualis. Tertio data põe:tunc duo in æqualiter calida intẽsiue possent in duo passa æqualis resistentiæ æquales effectus producere:quod est cõtra omnes:& deducitur consequentia:quia sit A unum uniformiter calidum:uerbi gratia ut quattuor per totum:& B uniformiter difforme calidum terminatum in extremo intensiori ad gradum ut quattuor:in remissiori uero ad nõ gradum:& uolo ꝙ extremo intẽsiori ipsius B aplicetur aliquod frigidum in quo potest A agere secundũ illud extremũ:& unũ aliud aplicetur ipsi A: ita ut primũ sit C: & secundum E: patet ꝙ ex quo ambo illa passa sunt æqualis resistentiæ: nunꝗ A cessabit agere in E donec calefaciet illud ut quattuor:nec B in C similiter donec calefaciet ipsum etiam ut quattuor: igitur ab utroq; illoꝝ A & B prouenit æqualis effectus super æquales resistentias:& tamen A est calidũ ut quattuor:& B quia respõdet suo gradui medio:erit ut duo:& sic habetur propositum. Quarto data positiõe: tunc A & B erunt mobilia/quæ præcise mouebuntur per istam horã: & A mouebitur in duplo uelocius ipso B:& tamen æqualia spatia peragrabunt:conclusio oibus patet esse impossibilis:& deducitur: & capio unam latitudinem motus uniformiter difformem a non gradu usq; ad octo: & uolo ꝙ A moueatur continuo illa latitudine circulariter:ita ꝙ medius pũctus ipsius A quiescat:& uolo ꝙ B cõtinuo per eandem horã medio gradu istius latitudinis moueatur etiam circulariter: illis positis: patet ꝙ A in duplo uelocius cõtinuo mouebitur ꝗ B:quia omne mobile dicitur ita uelociter moueri:sicut aliquis punctus eius uelocissime motus:at pũctus uelocissime motus mouetur gradu ut octo: & B continuo gradu ut quattuor:& tantum spacii peragret B: quantum A patet quia omnis latitudo uniformiter difformis correspõdet suo gradui medio per põem:in cõtrariũ sunt mathematici oẽs:& hæc de dubitationibus.

¶Caput tituli secundum.

Disputatio supponit unum:& aliud quærit:supponit enim cuiuslibet latitudinis uniformiter difformis esse dabilem gradum medium:& quærit si tota latitudo sit correspondens illi. De primo nolo disputare:quoniã pertinet ad calculatores:atq; ad arithmetricos:uolo tamen quædã sine disputatione colligere & per regulas:quoniam igitur latitudo alia est simpliciter uniformis:alia simpliciter difformis:quæ dr̃ difformiter difformis: & alia secundum quid:quæ dr̃ uniformiter difformis:& uniformiter difformis:alia incipit a non gradu:alia a certo gradu:ideo de simpliciter uniformi patet gradum medium esse æqualẽ cuilibet extremo:uerbi gratia: sit una latitudo talis A:quæ sit tota ut octo:huius gradus medius est octo: patet quia tota est uniformiter ut octo:& si per aliam regulam gradum medium quæris:cõgrega numeros denominantes ambo extrema:& erũt

ſexlecim: huius numerus medius erunt octo: quare hæc latitudo erit ut octo dicenda. Secūda regula in latitudine uniformiter difformi quę incipit a non gradu: & terminatur ad gradum certi numeri: uerbi gratia ad octo: gradus medius denominatur a numero ſubduplo ad numerū intenſius extremum denominātem: & quia extremi numerus eſt octo: gradus medius erit quattuor: probant geometre hanc regulam per quartam propoſitionem libri ſexti euclidis: quæ dicit ꝙ cuiuſlibet trianguli linea duo latera ſecans per æqualia/eſt ſubdupla ad tertium latus non ſectum: uerbi cauſa: E D linea quæ ſecat A C: & B C latera per æqualia eſt ſubdupla ad latus A B non ſectū: quare ſi latus A B erit ut octo: linea E D erit ut quattuor: poteſt etiam hæc regula declarari phyſica ratione: quia cum dicta latitudine poteſt in eodem ſubiecto modo ecōtrario coextendi una alia latitudo formæ contrarie: uerbi gratia cum latitudine caliditatis uniformiter difformi: quæ incipit a non gradu & terminatur ad gradum ut octo: poteſt modo contrario una latitudo frigiditatis ſimilis coextendi: ut cum nō gradu caliditatis ſit gradus ut octo frigiditatis: & cū ſummo caliditatis non gradus frigiditatis/ & ſic coextendendo cæteros correſpōdenter: ubi patet totum ſubiectum: ubi ambæ illæ extenduntur: dici calidum ut quattuor: & frigidum ut quattuor: cum non poſſunt illa contraria ſub intēſiori gradu compati: ut ſuppono: Tertia regula eſt de uniformiter difformi incipiente a certo gradu: uerbi gratia de C: huius inueſtigatur gradus medius: ut numerus qui denominat extremum remiſſum: & numerus qui denominat intenſum agregentur: & ſubduplus ad illum eſt gradus medius: ut quoniā numerus cōgregatus eſt. x. & huius ſubduplus eſt quinq;: hic eſt gradus medius: huius cauſa eſt: quia ſi ab octo demas tria: & illa addideris extremo remiſſiori: latitudo tota erit: ut quinq; & quælibet pars: ut patet intuenti: quarta regula de difformiter difformi eſt: ut difformiter difformis reducatur ad uniformiter difformem: & poſtea per regulam tertiam reducatur ad uniformem: uerbi gratia: ſit latitudo D difformiter difformis: cuius prima medietas ſit ut quatuor: & ſecūda ut ſex: tota erit difformiter difformis. Reducitur autē ad uniformiter difformem ſic agregando numerum denominantem primam eius partē: & numerum denominantem ſecundam: & productum erunt. x. huius medium eſt quinq;: & hic eſt totius illius gradus medius: uel ut placet calculatori/ accipe ſubduplum primæ partis: & ſubduplum ſecūdæ: uerbi gratia duo & tria: & hæc cōgrega: & totum productum erit gradus medius uidelicet quinq;: huius cauſam reddit calculator: quia oīs gradus per quātam partem ſubiecti extenditur: per tantam ſui partem denominat: uerbi cauſa ſit unum ſubiectum cuius altera medietas ſit ut quattuor: & altera nulla qualitate affecta per imaginationem: dico ꝙ totum ſubiectū deno-

minatur ut duo • Quare ad propositum : quia extremum alterum est ut quatuor:eius denominatio erit per duo:& quia extremnm alterum est ut sex:eius denominatio est ut tria:igitur agregando ambos numeros:totū erit ut quinq;• Eodem modo si sit una latitudo E secta in quattuor partes:& prima sit ut duo: secunda ut tria:tertia ut quinq;: & quarta ut sex• Primo igitur inuenitur gradus medius primę partis:& per regulam erit unum:secundæ uero unum & dimidium:tertiæ duo & dimidium:ultimę tria:hæc agregentur:& productum erint octo : & sic in cæteris id genus fieri potest.Supponatur igitur cuiuslibet latitudinis esse reperibilē gradum medium:utrum uero sit reperibilis omnibus his:per regulas tales: supputantibus atq; arithmetricis omicto : hoc enim propositum nostrū non destruit•Secundo debes scire latitudinem correspōdere suo gradui medio est illam esse ęqualem suo gradui medio:uerbi causa:si unū lignū sit calidum latitudine caliditatis incipiente a non gradu : & terminata ad octo:hæc latitudo caliditatis correspondet gradui medio : quoniā lignū denominatur calidum ut quatuor:sed si sit calidum latitudine caliditatis uniformiter difformi incipiente a gradu ut duo : & terminata ad gradū ut octo:totum lignum erit calidū ut quinq;:quia hic est gradus medius : quærit igitur disputatio uuum:& alterum:concedit enim cuilibet latituni esse gradum mediū reperibilē:& quęrit urtum subiectum denominet numero illius:an numero intensioris extremi.Hæc de titulo.

¶Caput positionum tertium •

Prima pō• De disputatione nonnulli simpliciter dixerunt latitudinem uniformiter difformem correspondere suo gradui medio:hoc est denominare eius subiectum numero medii eius gradus:probant hoc:quoniam quantā qualitatem potest producere tale subiectum:tanta denominatur: sed præcise qualitatem medii gradus potest producere in passo uniformiter disposito: igitur tale subiectum tanta qualitate denominatur• Secundo accipiatur unum corpus uniformiter difformiter calidū : cuius latitudo gratia exempli representetur/per triangulum A B C:& in extremo eius intensiori aplicetur unum corrūpens:& in extremo remissiori aliud agens generans tantum in extremo remissiori/quantū in extremo intensiori corrumpitur:tunc patet infine temporis actionis totam latitudinem AB C

Cofutatio esse uniformem: & precise esse tante intensionis:quantæ erat antea . Sed contra hanc positionem solet obici de latitudine motus: nam ponatur q; A moueatur super B spatium uniformiter per totam istam horam intendendo motum suum a nō gradu usq; ad octo:sic tamen q; in prima quarta huius horæ ipsum aquirit latitudinem a non gradu usq; ad quattuor:

in aliis autem tribus quartis latitudinem a quattuor usq; ad octo: tunc patet q latitudo aquirenda ab A correspondet gradui suo intensiori q̄ sit medium: quia plus pertrāsibit A de spatio: q̄ si moueretur per totam horam gradu ut quattuor: patet: quia per primam quartam huius horæ pertransibit tantum præcise de spatio: quantū si moueretur uniformiter gradu ut duo: quia medium quatuor duo sunt: per alias tres/tantum: quantū si moueretur uniformiter gradu ut sex: quia mediū inter quatuor & octo sunt sex: modo patet q si aliquod mobile moueretur per unam quartam huius horæ uniformiter gradu ut duo: & per alias tres uniformiter gradu ut sex: plus pertransiret q̄ si uniformiter moueretur per totam horam gradu ut quatuor. Hoc argumento tenent latitudinem posse considerari quantum ad eius esse successiuum: uel quantum ad eius esse permansiuū: & tunc dicunt non omnem latitudinem uniformiter difformem quantū ad eius esse successiuum correspondere suo gradui medio: quoniā potest latitudo uniformiter difformis permansiue aquiri latitudine aquisitionis siue motus difformiter difformi: quæ non respondet gradui medio latitudinis quo ad eius esse permansiuum: ita q non oportet ut gradus medius latitudinis quo ad eius esse permansiuum sit æqualis gradui medio eiusdem quo ad eius esse successiuum: ut ratio probat. Secundo dicunt latitudinem formæ uniformiter difformiter aquisitā tam quo ad eius esse successium q̄ permansiuum eidem gradui medio correspondere: & sic primā pōem corrigunt. Sed hæc correptio primo uidetur ambigua: quia uel auctor loquitur in motu locali: aut in cæteris motibus: si in motu locali: nulla latitudo aquiritur per motum localem: solum enim aquiritur ubi: quod nullius est latitudinis: sin autē in cæteris motibus: tunc cum nullus talis sit motus continuus: nulla alia est motus latitudo præter latitudinē formæ. Secundo argui solet homo est æque perfectus sicut eius nobilissima pars: igitur latitudo erit æque perfecta: sicut eius intensissimus gradus. Tertio mobile mouetur æque uelociter sicut pūctus uelocissime motus: igitur latitudo est denominanda ab intensissimo gradu. Propter hęc tenent quodlibet difforme esse æque intensum sicut eius est intēsissimus gradus. Hæc de positionibus.

Secunda pō.

Obiectiones.

Tertia pō.

¶Caput dilucidationis quartum.

His uisis: sic has positiones consiliarem: quoniā aliquod dici tale potest esse per actualem denominationem: & potest esse per uirtualē uel equiualentem denominationem homo per actualem denominationem est ita p fectus sicut eius anima rationalis: per æquiualentem autem ita perfectus sicut gradus medius inter animam rationalem & corpus: quoniā anima & corpus æquipollent medio perfectionis inter animam & corpus: sic in proposito/latitudo uniformiter difformis actu est æqueintēsa: sicut intē

Prima dilucidatio.

sissimus eius gradus: æquiualenter uero sicut medium inter intensissimũ & non gradum uel remisissimum: ut rationes probarunt. Et aliter etiam soliti sumus dicere latitudinem uniformiter difformem posse considerari quo ad eius genus: hoc est ut latitudo est; & quo ad eius speciem: si consideretur quo ad eius genus: hoc est quatenus latitudo est: sic est æque intensa sicut sui medium: & ab eius medio est nuncupanda: si consideretur sub ratione speciei: ut sic ab intensissimo est denominanda: tu uero potes excogitare alios modos: ideo omitto. Hæc de dilucidatione

Secunda diluci.

¶Caput solutionum quintum.

His uisis ad rationes. Ad primam dico q̧ latitudo incipiens a non gradu habet extrema: quia nõ gradus est alterum extremum: & hoc sufficit. Ad secundam patet solutio: dictum enim est totum triangulum æquipollere suo medio: ut patet sexto euclidis propositione quarta. Ad tertiam iterum patet solutio: quia B nõ potest producere in C nisi caliditatẽ ut duo: A uero in E caliditatem ut quattuor: quoniam B non ageret in C per extremum intensum: sed uirtute medii: cui totum æquiualet. Ad quartã patet solutio: nam motus illæ circularis correspondet etiam suo gradui medio: & non erit tantus quanto motu mouetur punctus uelocissimo: ut sexto phisicorum patuit. Hæc de disputatione duodecima: ubi uolo me excusare: nam quæstiones disputaui: quæ nihil attinent ad methaphisicũ: hoc enim feci propter unam exterorum quæstionem: quæ tetigit oĩa hęc: ut igitur in his; quæ tetigerũt: ueritas dilucidetur: uolui quæstiones hasce disputare: præterea per has quæstiones multa confuse dicta in naturalibus illustrauimus: quare parcatur mihi. Et si deus uitam producet: conficiam dilucidarium disputationum calculatoriarum: in quo omnibus calculatoribus obiciemus eorum importunitates refellentes: scimus enim illas nec esse peripateticas: nec necessarias ad scientiam: sed ad ostentatiões hominum: propterea per principia contraria omnibus principiis eorum: illis ouiabimus dilucidando semper mentẽ peripateticorum in oĩbus; hactenus de disputatione duodecima: deq̧ toto octauo libro.

Finis libri octaui.

EIVSDEM AVGVSTINI NYPHI DILVCIDARII METAPHYSICARVM DISPVTATIONVM LIBER NONVS AD EVNDEM MAGNANIMVM COMITEM SEVERITANVM ANDREAM CARAPHAM.

Præfatio.

hActenus de substantia deq; ente diuiso in decem prædicamēta disputationes ædimus: at nunc Aristoteles de ente pertractat: quod per actum potentiamue diuiditur: ubi disputationes has fecimus easq; tibi micto / ut recenseas recognoscasq; erunt enim tunc ab omni maledicentia atq; liuore securę. Vale.

Disputatio prima si aliquid possit a se ipso moueri.

Caput dubitationum primum.

Quod nihil possit a se moueri: arguitur primo per uerba textus: ubi dicitur q; nihil aptum est pati a se ipso. Secundo quia potentia actiua est principium transmutandi aliud: igitur nihil potest idem esse in potentia actiua / & passiua: & ita nihil moueri a se ipso. Tertio quia ut secundo de aīa deducitur: tunc tale semper ageret in se ipsum: quia actio illa nō dependeret ex aliquo extrorsum: cū idem sit agens & patiens. Quarto dicitur primo de generatione q; idem & omnino simile non pōt agere in se: quia tūc ut Auerroes ibi: ait idem & secundū idem ageret in se: & si sic: tunc nihil esset impassibile: ut deducit: p̄terea eodē de generatiōe lib. & in textu habetur omne quod mouetur a se / oportet diuidi in partes duas tantū. Præterea Auerroes tertio de aīa libro cōtra Auempacen habet tanq̄ absurdū idem mouere se: ut patet. In contrariū est Ari. octauo physicæ auscultationis ubi ait aliquid moueri a se: ueluti sunt animalia / ut in textu & cométo. xxx. colligitur. Hæc de dubitationibus.

Comento .xliii.
Comēto. lxxiii.
Comento. iii. v. xix. &. xxx.

Caput tituli secundum.

Motus generatim in disputatione accipitur/nam si in quantum fuerit: auctio:uel inminutio appellatur:si in quale: alteratio est:si in ubi/ uel locum:latio uel motus localis dicitur:si in formã:generatio:aut corruptio: quæ si est in formam: quæ est substantia: dicitur generatio simpliciter: uel corruptio simpliciter:eo quia substantia est ens simpliciter:sin autem sit in formã:quæ est ens secundũ quid ut accidens: generatio uel corruptio erit secundum quid. Præterea sunt qui faciunt differentiam inter aliquid moueri a se ipso:& per se:dicunt enim id moueri a se ipso: quod mouetur a principio intrinseco: & a nullo extrinseco concurrente in eodem genere principii:ueluti animalia:id autem moueri dicunt per se: quod mouetur a principio intrinseco:siue concurrat aliud/siue non/ ueluti gratia & leuia/quæ mouentur a forma:& dum incipiunt moueri/concurrit aut generans/aut remouens prohibens/aut tale aliquid: sed an hæc differentia sit facienda:quæratur in libro de substantia orbis primo. Hæc pauca de titulo dicta sufficiant.

Comẽto.ii.

Caput positionum tertium.

De disputatione Plato ubiq; uoluit non omne posse a semetipso moueri: sed simplex dumtaxat:compositum uero ab altero moueri opinatur: propterea ait simplex in hoc a compositis entibus differre:ꝙ composita mouentur per alterum quoddam:at simplex per se ipsum mouetur:& hac ratione deum & animam afferit esse numeros se se mouentes:motus est autem Plato non ab re: uidebat enim composita entia moueri participatione ab altero: omne autem quod ab altero mouetur participatione illius motus:reducitur ad aliquod tale:quod per essentiã mouetur:igitur illud simplex/a quo compositũ mouetur:oportet ut per essentiam moueatur. Amplius comprobauit positionem iamblicus/ arbitratur enim actionem omnem ab uniuoco proficisci. Quare cum ipsum compositum moueatur a simplici:oportet ut simplex moueatur: aliter id quod mouetur: & ipsum mouens non uniuoce in motu conuenirent. Sed contra Platonẽ obicit Aristoteles ꝙ si idem simplex se ipsum moueret:tũc idem esset mouens & motũ:quod est impossibile:eo quia omne quod mouetur/ab alio mouetur. Ioannes uero in libro de substantia orbis arguit contra Platonem:quia si idem simplex posset se ipsum mouere: tũc idem esset in actu & in potentia:quod asserit esse impossibile:eo quia actus & potẽtia sunt differentiæ ualde oppositæ ut dicitur primo de anima. Sed exteri hanc rationem cauillant hoc pacto: quia non est absurdũ idem esse in actu & in potentia secundũ diuersas rões:in actu quidẽ uirtuali seu potestatiuo: in potentia uero formali:hoc enim modo actus & potentia nõ sunt ualde

Obiectio cõtra platonem.

Quæ ioãnes.

Libro comẽ. vi

Cauillus exterorum.

oppositi: immo possunt in idem concidere: idem graue in actu est formæ: quo potest motum deorsum efficere: in potentia uero materiæ: qua potest illum recipere: his & Auerrois octauo physice auscultationis: uidetur consentire: dum dicit posse idem esse in actu & in potentia æquiuoce: præterea ipsemet Ioannes tenet graue ratiõe diuersa posse esse in actu ut pote ratione formæ: & in potentia ratione materiæ: & hac ratione uult octauo physicæ auscultationis grauia & leuia moueri a semetipsis. Sed cauillus iste non est peripateticus de simplici ente: Aristoteles enim octauo physicæ auscultationis habet pro impossibili idem mouere se: contingeret enim inquit ut docens discat: quorum alterum habere scientiam: alterum non habere necesse est: & ita habet pro impossibili idem simplex mouere se/ut deducit Auerroes si enim idem simplex moueret se ipsum: ex ea parte/qua moueret: haberet motum: ex ea uero parte qua mouetur: careret motu: & ita haberet motum/& non haberet: quod Aristoteles putat esse absurdum. Quod si dicas ꝙ ex ea parte qua mouet: habet in actu uirtuali siue effectiuo: ex ea parte autem qua mouetur: non habet in actu formali: tunc nihil haberet Aristoteles aduersus Platonem: contra quem obicit/ut omnes sentiunt expositores: diceret enim Plato primũ mouens a se ipso moueri/quia posset esse in actu effectiuo motus: & in potentia formali illius: quia nihil prohibet idem habere motum uirtute: & non habere actu illum: & sic cesset omnis uia inueniendi primum moués immobile: quare oportet dicere nullum simplex posse esse mouens se ipsum: secus est de composito: quia ratione formæ potest esse actu: ratiõe uero materiæ in potentia: at simplex cum sit actus tantum: uel potentia tantum: erit uel mouens tantum: uel mobile tantum: & hoc ignorant exteri ut dicemus: bene aũt credo Ioannem uocé propriá ignorasse: credit enim esse impossibile/ut idẽ sit in actu/& in potentia: quia actus & potentiæ sunt dſæ ualde oppositæ: quod friuolum est: quia sunt dſæ oppositæ relatiue ut in hoc nono habetur: modo nihil prohibet idem esse relatiuum ad se: ut quinto huius habitum est: propterea ut dicemus idem esse in actu: & in potentia in re simplici est impossibile: in re composita non propter rationem tactam: hæc contra Platonem. Exteri uero dicunt principaliter tria: primum possibile est aliquid agere in semetipsum: quod est dicere ꝙ idem potest esse agens & patiens. Hoc probant quadam ratione: quam achillem appellant: & ut uis rationis pateat supponendũ apud eos primo ꝙ calefactiuum respicit pro primo/& per se/& adequato obiecto ipsum calefactibile uniuersale: hæc patet qa cuilibet potentie respondét obiectũ primũ: ut uisui uisile: auditui auditile: & ita calefactiuo calefactibile. Secũdo supponendũ potentiã respicere per se primũ obiectũ primo: ac cõtéta sub illo per se non primo: ut uisus uisile per se primo: flammam uero uel

Cnmento. xl.

Confutatio cauilli.

Comé. xxxviii.

An idẽ in actu uirtuali & in potentia formali.

Contra ioan.

Comento. xi.

Põ exterorũ.

Rõ scoti in lib. sniaꝝ. ii. d. ii. q. x

carbonem per se nõ primo:hæc etiam patet per definitionem uniuersalis primo posteriorum.Ex his sequitur ꝙ calefactiuũ respicit per se primo ipsum calefactibile ut calefactibile: & omne calefactibile per se non primo:igitur respicit se per se nõ primo:sed quia respicit calefactibile per se: potest agere in calefactibile:igitur quia respicit se per se/potest agere in se per se:non autem per se primo: & ita idem potest agere in semetipsum saltem per se non primo. Sunt de his qui rationem hanc cõfirmant per illud quod dicitur de actione inmanente: est enim actio in manens: quæ in agente manet:igitur idem est agens & paciẽs illam:speciatim argui solet/quia per uerba Auerrois quarto cœli / & tertio cœli: ubi habetur ꝙ idem graue uel leue mouet se. Pręterea natura est principium motus eius in quo est:& per principiũ Auerroes secũdo physicę auscultationis: uult actiuum & formale:semper enim principium absolute prolatum intelligitur de efficiente primo physice auscultationis:& duodecimo metaphysicę:Amplius intellectus materialis intelligit se:igitur idem est agens & recipiens intellectionem: & ita idem agens & paciens: antecedens apparet tertio de anima.Secundo dicunt ꝙ nihil potest se mouere causando formam substantiariam in semetipso:hoc est nihil potest se generare:probãt hoc pro tanto quia nullum imperfectius est actiuum principium perfectioris:modo nulla forma substãtialis potest aduenire quin illa sit perfectior quauis entitate p̄cedente ipsam:in substantialibus enim formis semper ulterior est perfectior. Tertio dicunt nihil posse in semetipsum agere actione uniuoca/ probãt quia tunc duo indiuidua absoluta atq; eiusdem speciei possent esse in eodem subiecto simul:& deducitur/quia principiũ agendi & terminus auctionis essent eiusdem speciei:cum ponatur actio uniuoca:& different numero:& ita habetur absurdũ. Ex his faciũt excerpta:primum est ꝙ idem potest augere se/alterare se/& mouere se localiter:eo quia quantitas/qualitas / & ubi quæ sunt termini actionum sunt specie a forma subiecti distinctæ: igitur actione æquiuoca possunt causari ab illius forma:secundum speciatim est ꝙ subiectum in semet causat eius propriam passionem:& hoc quia æquiuoce se se habẽt: Amplius quia potentia mere passiua est contradictionis quare cum subiectum non sit in potentia contradictionis ad suam propriam passionem:non erit in potentia mere passiua:& sic est in potentia actiua . Tertio speciatim dicunt grauia & leuia mouere se ad ubi effectiue: animalia etiã; ut propter cãm dictam. Quarto speciatim dicunt aquam calefactam se se infrigidare: & semen se se effectiue alterare: ultimo dicunt potentiam appetitiuam/& cognoscitiuam mouere se ad actum saltem partialiter: quod dicunt propter obiectum:quod apud eos partialiter concurrit: Hæc exteri:sed q̃ erronee sint dicta in dilucidatione uidebitur:Hæc de positionibus.

Comento.xxii.
Comẽto.xxviii
Comento.iii.
Comento.i.
Comento.iiii.
Comento.viii. & xv.
Excerpta exterorum.

¶Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione. Primo debes scire ꝙ aliquid posse a semetipso moueri potest intelligi de simplici & potest intelligi de composito: uoco autē simplex/qđ omni compositione caret: utpote uel simplex forma/uel simplex materia: compositum uero/quod ex materia & forma componitur: ulterius compositum aliud est similare: ut quodlibet ælemētum purum: atqꝫ mixtum cuius quælibet pars eadem ratione eodemue nomine appellatur: aliud dissimilare: ut animal uel mixtum; cuius partes dissimili ratione & nomine appellantur: in animali enim alia ratione & nomine dicitur cor: alia iecur/alia cerebrum. Secundo debes scire ꝙ moueri a semet ipso bifariam intelligi potest: uno modo ꝙ ad motum eius nihil aliud cōcurrat nec pro inicio: nec pro continuatione motus: qua ratione animalia moueri a semetipsis dicuntur: alio modo ꝙ licet pro inicio concurrat aliquid/pro continuatione sufficit principium intrinsecum: qua ratiōe graue moueri a se creditur. Tunc loquar per ordinē & dicamus primo ꝙ loquendo de generatione & corruptione nullum simplex per se/nec per accidens potest mouere se motu generationis: motu uero corruptionis potest se mouere saltem per accidens. Prima pars patet saltem: secundo de anima: & ideo potest esse: quia quod generat est: quod generatur/nō est: quare si idem se per se uel per accidens generare posset: tunc idem esset/& non esset: quod est impossibile tam per se: q̄ per accidens. Secunda etiā patet: quia corrūpens est/& quod corrumpitur est; & hoc modo saltem per accidens idem simplex potest se corrumpere: ut de calore naturali dicitur: qui corrumpendo humidum per accidens se ipsum necat. Secundo principaliter dicerem ꝙ si de compositis loquimur & similaribus; nihil idem potest se per se generare/nec se per se corrumpere: bene tamen saltē per accidens corrumpere ut tactum est: & hoc non alia probatione uolo esse probatum. Tertio dico ꝙ si de compossitis dissimilaribus loquimur idem per se potest & se generare & se corrumpere: sed secūdum diuersas partes: patet de animali saltem: in quo una pars eius agit in alteram illam corrumpendo/uel generando: eo quia differunt forma & qualitate: hæc de generatione/deqꝫ corruptione. Et de alteratione dicamus primo/ꝙ nullum simplex potest se se alterare nec corruptiue/nec perfectiue: & hoc per se corruptiue quidem non; quia finis alterationis corruptiue est generatio ut sexto phisicorum dicitur: igitur si nihil potest se per se generare nihil potest se per se alterare corruptiue: quod enim non potest in finem nec pōt in media: perfectiue uero minime: quia si quid pōt se perfectiue alterare: esset intellectus: qui ponitur se intelligere; at hoc fieri non potest: quia ut dicitur tertio de anima. intellectus non intelligit se per se: sed intelligendo alia. Secundo dico ꝙ si loquimur de composito similari;

Prima suppō.

Secunda suppō

Prima conclu.

Secunda cōclu.

Tertia conclu.

De alteratione.

Prima conclu.

Comento. viii.

Secunda cōclu:

corruptiue nihil alterat ſe:perfectiue bene poteſt. Prima pars patet:quia
ſi poſſet corruptiue alterare ſe per ſe:poſſet generare ſe per ſe ut deductū
fuit. Secunda pars patet de aqua calefacta apud non nullos:ipſa enim cū
ponitur in diſpoſitione naturali/reducit ſe:& ita alterat ſe perfectiue: ue-
rum de aqua calefacta eſt quæſtio : ut dicemus poſtea : propterea ſit hoc
Tertia concl. inductum tanq̄ exemplum. Tertio dico ꝙ ſi loquimur de compoſito diſſi
milari: idem poteſt per ſe & corruptiue & perfectiue alterare ſe : hoc pa-
tuit:quia ſecundum diuerſas partes diſſimilares poteſt idem eſſe alterās
De auctione & alterabile:hæc de alteratione. Et de auctione dilucidemus:nam ſi loqui
mur in ſimplici nihil per ſe auget ſe:tum quia ſimplex non eſt quantum :
tum propter rationem tactam:ſi in compoſito ſimilari/etiam nihil per ſe
auget ſe : patet per idem/quia ipſa auctio uel eſt generatio / uel non ſine
generatione. Amplius uel alteratio/uel non ſine alteratione: ſed nullum ſi
milare poteſt ſe per ſe generare uel alterare : igitur nec augere : ſin autem
loquimur in compoſitis diſſimilaribus: ſic ſaltem partialiter idem poteſt
per ſe augere ſecundum diuerſas partes : cor enim una cum cibo auget
De motu locali omnia membra ſaltem partialiter:hæc de auctione. Et de motu locali di-
camus primo ꝙ nullum ſimplex pōt ſe per ſe mouere:probatur ex ſuppo
ſitionibus/quia ſimplex uel eſt totaliter actus/uel totaliter potentia : igi-
tur non poteſt eſſe in actu & in potentia : & ita non poteſt eſſe mouens
& mobile. Secundo dico ꝙ licet compoſitum ſimilare poteſt ſe mouere
per ſe:non tamen a ſe:Prima pars patet : quia ex quo eſt compoſitum: ha
bet aliquid/quo poteſt eſſe in actu : & aliquid/quo poteſt eſſe in poten-
tia:& ita poteſt eſſe mouens/& motum. Secunda probatur per differen-
tiam/quam tangit Ariſtoteles inter uiua & compoſita non uiua octauo
phiſicorum : uult enim uiua per ſe & a ſe moueri : quia habent principiū
per quod:& a quo diſtinctum a mobili:uel ut dicit Auerroes quia compo
nuntur ex motore in actu:& mobili in actu:utpote ex anima/quę eſt mo
tor in actu:& corpore:quod eſt mobile in actu:at compoſita non uiua ut
ælementa & id genus:non componuntur ex motore in actu/& mobili in
actu:materia enim ex qua conſtat/non eſt mobile in actu : quia non reſi-
ſtit formæ mouenti:aliter in uacuo poſſunt ſimplicia corpora moueri:&
propterea ad motum ælementorum concurrit ſaltem medium:quod non
ad motum animalium. Tertio dico ꝙ compoſitum diſſimilare poteſt ſe
mouere & per ſe/& a ſe:hoc nullo alio patet/niſi exemplo ſumpto ab ani
Excerpta cōtra exteros. malibus:quæ & per ſe & a ſe mouentur. Ex his deducuntur cōtra exteros.
Primum ꝙ ſubiectum non eſt effectiuū principiū ſuę proprie paſſionis:
ut ignis nō eſt principiū effectiuū caloris/nec aqua humoris: ꝓbatur pri
Comento.iiii. mo qa tūc idē alteraret ſe per ſe. Secūdo quia dī octauo phiſicoꝝ ꝙ agēs
quantum dat de forma:tantū dat de accidentibus per ſe quæ conſequun-

tur illam formam mediante illa forma:igitur si subiectum daret sibi acci dentia per se:daret sibi formam mediāte qua dat sibi accidentia. Secundū ꝙ grauia & leuia non mouentur a se ad ubi effectiue:deducitur quia sem per concurrit aut generans:aut remouens prohibens/aut mediū: uerum de re hac quære nostras cōmentationes in octauo libro phisicoꝶ. Tertiū ꝙ animatum non mouet se per se & a se ad motum auctionis: patet quia concurrit cibus ut dictum est. Quartum ꝙ aqua calefacta nō reducit se: quod ꝓbatur:quia aqua calida est remissa in sua frigiditate:igitur in sui substantia:ut patet tertio cœli:habet enim Auerroes contra Auicennam ꝙ per quantum ælementum remictitur in qualitate sibi propria per tantum remictitur in substantia/quare si aqua potest se infrigidare: poterit se in substantia generare:quod est cōtra superius dicta de reductione uero aquæ quære in libro de generatione:& in libro phisicorum:& in libro de substantia orbis: ultimo patet ꝙ nec potentia appetitiua/nec cognoscitiua mouet se adactum appetendi /uel cognoscendi: patet quia nullū simplex potest se per se alterare perfectiue:& ita patet generalis confutatio omnium eorū: quæ exteri dixerunt:Hæc de dilucidatione/multa possunt addi:sed sunt :extra rem nostram: quære tamen in libro de substantia orbis: & in librode generatione. Comentolxvii.

Caput solutionum quintum.

Rationes factæ in prima parte disputationis sunt ꝓ dilucidatiōe nostra: omnes enim concludunt nihil agere in se secundum eandem rationem:& nihil moueri a se ita ut sub eadem ratione idem sit mouēs & motum: pro secunda parte disputationis dico ꝙ ratio est de compositis/& uiuentibus ut indilucidatione uisum est. Ad rationes uero exterorum ad achillem di co ꝙ aliquid est uerum secundum rationem generis: quod est falsum secundum rationem speciei:ut septimo phisicorum dicit Auerroes: unde Comento.iii. quinto metaphisice/uisus talpæ repugnat in specie/& secundum rationē speciei:non autem secundum rationem generis:ut patet per Auerroē ibidem Comēto.xxvii. sic in proposito omne actiuum potest agere in se secundum rationē generis/hoc est in quantum actiuum: secundum uero rationem speciei utpote ut alteratiuum/ut generatiuum / ut auctiuum non potest agere in se:& alterans quatenus agens potest agere in se quatenus paciens: non autem quatenus alterans: & sic per rationem generis illa est uera:per rationem autem speciei falsa:ad illud de actione in manente dicemus:nunc uero dico ꝙ actio in manens non dicitur:quæ est in agēte quatenus agēs: sed quæ est in agēte siue per eandē/siue per diuersam rationem:quæ enim transit in materiam exteriorem:transiens actio dicitur: quæ nō transit in materiam extra materiā agentis:inmanēs appellatur:ex hoc nihil ad propositum eorum haberi pōt:ad uerba Auerrois patuit solutio per diluci-

dationem:loquitur enim in cõpositis/& in motu locali: similiter ad illud de deffinitione naturæ:nõ enim est natura nisi sit pars naturati; modo naturatum est cõpositum ex materia/& forma:& sic idẽ qđ prius. De intellectione uero dictum est:intellectus enim non intelligit se nisi intelligendo alia:ut dictum est tertio de anima:& sic rões exterorum nullæ sunt.

Inter pla.& ari. consilium.

Sed quoniam non est iustum credere discipulum dissentire a perito præceptore:uidetur mihi Ari. non dissentire a Platone:propterea debes scire ꝙ apud Platonẽ id appellatur mouens se ipsum:qđ nullo alio deducitur ad mouẽdum suũ mobile:sed per essentiam illud mouet: hoc pacto deus mouens se ipsum dr̃ apud Platonem:quia mouẽdo primum mobile/siue uniuersum a nullo deducitur ad sic mouendum:& propterea est per essentiam mouens:aĩa etiam se ipsam mouet:quia in uiuificando & perficiendo corpus/per essentiam uiuificat & perficit corpus:& sic deus & anima numeri dicuntur se ipsos mouentes:quatenus eoꝶ mobilia mouẽt se ipsis per essentiã:& nõ per hoc qa deducuntur ad mouendũ ab aliis:ueluti mouent agentia naturalia:hoc idẽ non negat Ari. dum dicit ꝙ agens primũ semper mouet:quia non deducitur de potentia ad actum:similiter & aĩa est actus primus/quia per essentiã est actus:& ita non aliter Ari. sentit q̃ Plato p̃ceptor:licet ignari illos dissentire uelint:qđ displicet Simpli. Ammonio/& cæteris bonis peripateticis. Hæc de disputatione prima.

¶ Disputatio secũda si rõnalis potẽtia sit oppositorum irrationalis aũt unius tantũ oppositi.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod rationalis potentia non sit oppositorum/arguitur. Primo quia si sic:tunc aliquod agens per talẽ potentiam posset opposita agere:quod est contra uerba Ari. & deducitur consequentia:quia habens potentiam põt illud/cuius est illa potentia:& ita habens potẽtiam ad opposita/simul illa poterit. Secũdo dicitur in litera ꝙ potentia oppositoꝶ non exit in actũ nisi determinetur:sed cum sic determinatur:non est oppositorũ: igitur ut prius. Tertio si potentia rõalis esset oppositorum:per conuersionem per contra positionem quæ esset non oppositorum:esset non rõalis: & sic cũ apud philosophos potentia dei non sit oppositorum:esset non rõalis/cõtra cõem consensum. Quarto potentia primæ materiæ est oppositorum: & non est potẽtia rationalis:sed irrationalis. Quod uero irrationalis potentia sit oppositoꝶ:declaratur. Primo de potentia primæ materiæ. Secũdo de potẽtia solis:quæ est dissoluẽdi & cõgelandi glaciem. Tertio de frigore:qđ infrigidat/& p antiparistesim calefacit:& ita calefacit & infri-

gidat:& tñ est una potentia. Quarto potētia motiua est motus & quietis Quinto ignis est indifferens ad cōburendum hoc uel illud combustibile: immo & ad non comburendum. Vltimo effectus raro fieri pōt a potentia irrationali: igr̄ & effectus æqualis: quia effectus raro est aptus minus produci: in oppositum est Aristoteles/ hic & Auerroes/ & Alexander/ & Themistius. Hæc de dubitationibus. Comento. x.

¶Caput tituli secundum.

Pro titulo disputationis debes scire. Primo ꝙ potentia in titulo disputationis intelligit̄ pro actiua: & non pro passiua: non. n. est dubiū potentiā primæ materiæ esse oppositorum/ atq; cōtradictionis: ut in hoc nono dicitur. Secundo debes scire ꝙ potentiarū actiuarū: aliæ sūt rationales: quę græce in textu logice dicuntur: aliæ inrationales: quæ alogice nuncupant̄ dicte uero sunt rationales: quia non deducuntur ad actum/ nisi rōe/ ac discursu electiuo: illæ inrationales: quia deducūtur ad actum/ nō discursu: ac rōe: sed sola propinquitate passi: & oibus requisitis ad actionem stantibus. Ex his sequitur primo ꝙ potētia effectrix dei/ & intellectuū seperatorum/ non dicitur rōalis; patet quia non deducitur ad actum per rationē & discursum/ siue deliberatione atq; electione: eo quia intellectus diuinus non discurrit nec prædeliberat secundum philosophos. Dicitur aūt inrationalis per negationem; quia deducitur ad actum sine discursu. Secundo sequitur contra exteros/ ꝙ hæc diuisio potentiarū per rōalem & inrationalem non ualet tantum quantum per uoluntatem & naturā. Nam licet oīs natura sit inrationalis potentia: tñ non omnis inrationalis potētia est natura: intellectus enim diuinus inrationalis est: qui nō est natura/ ut nūc loquimur de natura. Tertio sequitur ꝙ prima potentiarum diuisio nō est per rationalem/ & irrationalem; quia potentia diuina nec est rationalis/ nec irrationalis: irrationalis enim potentia idem est ꝙ naturalis: at naturalis inrationalis idem quod deducibile ad actum sine discursu. Tertio debes scire opposita in disputatione accipi pro contradictoriis hoc est pro affirmatione & negatione: nō autem pro cōtrariis: declaratur quia eo modo opposita accipi debent: quo modo ipsum contingens constituunt: sed contingens est possibile esse/ & possibile non esse: igitur hac rōe debent sumi in disputatione: animaduersione dignum contradictoria summi nō quidem per negationem modi: ueluti sunt possibile/ & non possibile: sed per negationē dicti/ ut possibile esse/ & possibile nō esse. Hæc de titulo;

Excerptum primum. Excerptū secūdum. Cōtra exteros. Excerptum tertium.

¶Caput positionum tertium.

Stoyici qui omnia necessario euenire contendunt: opinantur potentiā rationalem non esse oppositorum: sed alterius tantum partis opponis: qa rationalis potentia non differt a naturali per hoc ꝙ naturalis sit alterius contradictionis partis: rationalis autem utriusq;: sed pro tanto qa rōnalis Pō stoicorū

libere eligit:naturalis aũt nõ libere:libere uero eligere nõ est contingẽter eligere apud stoycos;immo nec apud peripateticos:quia deus libere agit: non tamẽ contingẽter: sed libere agere est secundum rationem principaliter agere|nihil expectando perfectionis a re:cui agit:& hac ratione libere deus agit : quia agendo bonũ in rebus/nihil boni/aut perfectionis expectat a rebus ipsis:quibus bonum confert/& benefacit:potentię aũt naturales/siue agentia naturalia agunt non secundum rationem/nec nihil expectando ab actione:cum cuncta agant:ut perficiantur:ac ut aquirãt aliquid perfectionis pro esse:& eorum cõseruacione. Ex his apparet de mẽte stoycorum primo ꝙ rationalis potentia differt ab irratiõali quatenus rationalis libere: irrationalis non libere agit. Secundo apparet ꝙ agẽtia per intellectum sunt potentiæ rationales:agentia per naturam sunt agẽtia & potentiæ irrationales:positionem hanc sequũtur naturales nõnulli utpote qui negant casum & fortunã dicentes oĩa necessario euenire:& de necessitate naturæ. Amplius imitantur & hanc astronomi:q oĩa fato/& cœlo necessario subdunt:hanc & epicurei autumant:Ioannes etiã gandauensis in hoc nono qõe quinta fauet huic positioni:immo asserit hanc mẽtem fuisse peripateticorũ Ari. maxime & Auerrois. Et licet de hac re in libro de interpretatione diligẽter disputaui:& in libro destructio destructionum:& libro cœli etiam:importunitas Ioannis gandauẽsis cogit me addere quædam : quæ in dictis locis non tetigi : amplius cogit me facere rões contra eum:ne tãtus error possit aliquibus prauis uideri;nolo tamẽ adducere rationes/quibus mouetur:quia illas posui in comentationibus

Cõmenti. cxx. & cxxi.

nrĩs libri cœli/ut in expositione textus:ibi enim potes copiose atq; abunde legere rationes quas ipse fecit in quæstionibus libri cœli: & in hoc nono:hac ratione ne fastidio afficiã lectores:bona fronte super sedeo: assurgamus igitur contra ipsum rationibus suis cunfutando ęius friuolas solutiones.

Rões cõtra ioã.

Primo ꝙ si oẽ possibile necessario erit : tunc oĩa de necessitate euenirent:quod est contra Ari. in libro de interpretatione:& cõtra Auerroem secundo physice auscultationis & contra Themistiũ/& Simpliciũ ibidem.

Comẽto.xlviii.

Secundo hac põne concessa tolleretur consiliũ de rebus agendis: & ita frustra fuisset Senatus romanus. Tertio liberũ tolleretur arbitriũ: deducitur quia libertas arbitrii est circa res:quæ sunt in hominis potestate/& ad utrunq;:ut docet Aristoteles in secundo ethicorum. Quarto tollerentur oẽs leges/& humanæ/& diuinæ:humanæ quidem:quia nullum esset uitium uituperabile:quia ea quæ sunt a natura non sunt laudanda/nec uituperanda/ut tertio dicitur ethicorum:diuinæ uero / quia uana & nulla esset punitio uitiorum : cum uitia necessario futura sint & a natura insita.

Solõnes ioan:

Enititur Ioannes in præsenti nono:& in libro cœli euadere cũ distinctione:ait enim necessarium bifarium esse:alterũ continuũ:utpote

quod in omni est tempore:& in quolibet momento temporis: ceu deum esse:& coelum moueri:alterum discontinuum:quod est etiã bifarium: alterum & quo ad nos/& quo ad naturam determinatum/ut solem uel lunam dificere:non enim sol aut lunã continuo deficit:sed certo statuto/& limitato tpe/& quo ad nos:& quo ad naturã:ueluti astrologi docent per supputationes motuũ: & ita dr̃ necessarium quo ad naturã quia necessario eueniet:dr̃ quo ad nos determinatum: quia scitur euenire:discontinuũ aũt:quia nõ in omni tpe/nec in omni momento temporis euenit:alterum uero quo ad naturam determinatum:sed quo ad nos indeterminatum/ac in certum:ueluti domicium philosophum fore.Iacobum autẽ sacerdotẽ: hæc emim ambo ex cœli in eorum genituris constitutione his promictũtur:& ita sunt naturæ stabilita:nobis autẽ incerta/ac indeterminata. Ex his de mente Ioannis sequitur primo ꝙ omnis natura est necessaria: patet quia aut necessaria continua:aut necessaria discontinua. Secũdo sequitur ꝙ natura possibilis est necessaria secundum naturæ determinationem:uerum quo ad nostræ certitudinis determinationem possibilis:& ideo possibile est non quod indifferens est ad esse:& ad non esse: sed quod non est nobis determinatum esse uel non esse:hæc de mente Ioannis:tunc respõdet Ioannes ad rões:ad primam cõcedit oĩa necessario euenire:nec hoc reputant peripatetici impossibile:sed uolunt non oĩa necessario euenire necessitate continua/uel discontinua determinata quo ad nos. Ad secundã dicit ꝙ consilium non tollitur:quia res futuræ quando in natura sunt cõstitute:& sunt per consilium agibiles:etiam consilium fieri pro illarũ executione est cõstitutũ:& sic non est frustra. Ad tertiam dicit ꝙ libertas arbitrii non consistit in eligendo duo opposita:sed in eligendo quicquid eligit gratia sui:& secundũ rationẽ:& hoc pacto est libertas arbitrii: ut patet in deo:qui libere mouet:& tñ non contingenter mouet. Ad quartã dicit ꝙ leges sunt bonæ:quia facte propter laudem/uel uituperiũ/ & puniciones etiã iustæ:quia propter mala cõmissa:sed utraq; sunt stabilita: ut leges/& ea quæ leges agunt. Sed quantum uir iste deliret:nemo ignorat: uerum contra solutionem ad primã arguitur primo quia Ari. & omnes expositores secundo phisice auscultationis ex propria intentione refellũt eos/qui negant casum/& fortunam/adducentes ad hoc impossibile/ ꝙ tunc oĩa euenirent de necessitate naturæ: modo secundum Ioannem hoc non modo non est impossibile:immo necessariũ:quia apud ipsum oĩs natura est necessaria.& nulla est in se contingens:& contra Auerroem eius quem tantum extollit esse uidetur hoc:ut patet:qui adducit contra Auic. tanq̃ impossibile/esse aliquod necessarium respectu unius: & cõtingens respectu alterius:modo apud Ioannem oẽ contingens est necessarium in natura:& contingens quo ad nos. Secũdo tolleretur diuisio cõtingentis/

Excerpta d̃ mẽte Ioannis.

Cõfutatio

Comen. xlviii.

per natum/& æquale:quia omne esset natum siue naturæ constitutũ: nõ enim dicitur æquale:quia æqualiter nobis certum & in certum: nec illud natum:quia magis certũ:ego enim qui bene legi textus Ari. in libris prio rum:& Alex. & Philoponi: nõ memini me sic legisse definitiones illoꝝ: unde Alexander ait natum esse:quod est magis aptum euenire:æquale ue ro:quod æqualiter est aptum euenire/& non euenire. Tertio si omnia de necessitate naturæ euenirent apud Ioannem/uel necessitate naturæ parti cularis:uel necessitate naturæ uniuersalis:non necessitate naturæ particu laris:quia tunc nullus esset casus/quoniam casus est nõ de intentione na turæ particularis:ut mõstruũ/& id genus:at si oĩa de necessitate naturæ particularis euenirent:nihil foret:quod nõ esset de intentione naturæ pti cularis:& ita nullus esset casus:sin aũt oĩa saltem eueniunt de necessitate naturæ uniuersalis: tunc (cum natura uniuersalis sit cœlicũ fatum) qđ promitteretur a cœlo:esset in euitabile:quod est contra Ptolomæũ/& in proœmio apotelesmatum: & in libro centũ enuntiatoꝝ: in libro centũ enuntiatorũ quidem: quia dicit animam sapienté posse multa euitare/ eorũ quæ cœlum promittit:in proœmio apotelesmatũ aũt dicit cœlicas promissiones necessario fore;q̃ diu non sunt prouisæ:si enim ut dicit ano nymus Ptolomei interpres/& Porphyrius ex cœli statu natali alicui ꝓ/ mitteretur anno suæ ætatis uicesimo/mẽse illius anni nono/die illius mẽ sis duodecimo/hora illius diei ab ortu septima casus ex equo: quis enim tam fatuus diceret talem casum esse in euitabilem:esset enim ineuitalibis ubi ignoraretur:ubi aũt esset prouisus de loco & tempore & aliis:cur nõ esset euitabilis? Si enim mihi promitteretur:& esset mihi istec promissio prouisa de tpe/loco/& aliis:illo anno/illo mense/illo die/illa hora equũ nullum equitarem:& propterea dicit Ptolomeus astronomiæ inuentum fuisse apud gentes:ut homines per cognitioné atq; prouisioné futuroꝝ: possent illa euitare:quare nihil uel saltem non oĩa sunt necessaria necessi/ tate naturæ uniuersalis:hæc contra primã:cõtra solutioné ad secundam arguo & suppono apud oés gentes consiliũ esse pro euitando malum/& pro sequendo bonũ:hoc enim est oĩum consultantiũ intentũ & finis: tũc arguo:aut per cõsiliũ põt euitari malũ futurũ:aut nõ :si nullo mõ euita tari põt malum futurũ:igitur frustra fiunt cõsilia:& sic idẽ/quod prius: sin aũt euitari põt malum/& aquiri bonũ:igitur non oĩa necessario eue/ niunt:ut credit Ioannes:quoniã malũ uenturum per consiliũ euitari põt: & bonũ non futurũ per consiliũ aquiri:hæc contra secundam:contra so lutionem ad tertiã arguo:si liberũ arbitriũ humanum non esset de cõtin gentibus/sed de necessariis:tunc actus humani nõ essent in potestate no stra:hoc est contra exẽplũ ut Ari. dicit:nemo enim dubitat ait Ari. in li/ bro de interprettaione esse in potestate nostra incidere tunicam/uel non

incidere:hæc ad tertiam. Contra quartam patet confutatio/per ea/quæ addit: ipse enim nescit quid dicit:unde quæro ab eo de intento legum:aut intentum legum est euitare malũ:& multiplicare bonum:aut nõ:non est dicendũ ꝙ non:quia contra intentum esset iuris cõsultorum:atq; legis latorum:si sic igitur nõ oĩa necessario eueniũt:cum per leges possint mala euitari:& bona multiplicari:hæc pauca uolui contra Ioannem adducere: quoniam in libro de interpretatione & in libro cœli:& in libro destructionum diligenter disputaui. Alii iuniores dixerũt inter rationales potẽtias: & naturales siue irrationales talem esse differentiã/ꝙ naturalis potentia dum non applicatur passo sufficienter disposito/est oppositorum:dum aũt applicatꝰ passo sufficiẽter disposito: est determinata ad alterũ oppositorum rõnalis aũt potentia siue aplicetur passo/siue nõ:semp est oppositorum. Hanc opinionẽ cõfutaui secundo physicorũ exponendo:Comẽtũ.xlviii. tñ arguo & accipio aliquod agens naturale per potentiã naturalem/siue irrationalem/utpote A ignem non dum B cõbustili applicatũ:si per opinantes A ignis est in potentia contradictionis ad conburendum & nõ cõburendum B cõbustibile/uel ab intrinseco:uel ab extrinseco:si ab intrinseco:igitur haberet aliquid:quo per naturam illius non est ipsius B cõbustiuum:sin autem ab extrinseco:igitur ab intrinseco esset determinatũ ad alterum oppositorum:& ita non est in potentia ad utrunq;. Secundo potentia oppositorum est contradictionis:ut dicitur in isto nono:contradictio uero habet partes:quarum una habet uim uniuersalẽ nulli in essendi: & altera uim particularẽ alicui in essendi:ut in libro de interpretatione dr: sed ignis non applicatus non habet partes cõtradictionis hoc modo:quia esset sensus ꝙ esset in potentia ad cõburendum omne B:& in omni loco: & in omni tpe:& ad aliquod B non cõburendũ:aliter nõ est contradictionis potentia:modo hoc nõ est ita:ignis enim semper & in omni tpe/& in omni loco est combustiuus ipsius B:hæc pauca contra secundam põem: Sed si uis diligentiorem confutationem:per quire secundum librum physicorum. Exteri uero/& si confuse loquantur:tñ eius põ potest reduci ad ordinem:dicunt igitur primo ꝙ diuisio Ari. in textu dum ait potentiarũ aliam esse rationalẽ/aliam inrationalem est in naturam & uolũtatẽ: quia per rationalem potentiã uoluit Ari. uoluntatem: per inrationalẽ uoluit naturam hoc cõfirmant ex uerbis Ari. secundo physicorũ/ponentis casum iuxta naturam:fortunã iuxta uoluntatẽ. Secundo dicunt ꝙ dr̃a inter potentiam rationalẽ/& inrationalẽ est ex modo eliciẽdi actum circa obiectum:quia potentia rationalis aproximata suo obiecto/& oĩbus impedimentis circũammotis contingenter elicit actum circa illud obiectũ: inrationalis uero dum obiecto aproximata est:& impedimẽta sunt ammota: necessario elicit. Tertio dicunt ꝙ causa diuersitatis taliũ modorum eliciẽdi

Põ burlei secundo physicorũ.

Confutatio.

Põ exterorũ.

est diuersitas naturarum illarum:uoluntas enim cötingenter sic elicit: qa est uoluntas:natura uero sic necessario elicit/quia est natura. Quarto dicunt ꝙ quia uoluntas est indeterminata non per insufficientiã:sed per superabundantia actualitatis; ideo potest se ad actum reducere; quia uero natura est indeterminata per insufficientiam actualitatis/ & requisitorũ quia aliqñ tempus deficit:aliquando aproximatio passi: aliqñ requisitoꝝ aliquod hac ratione non deducitur ad actũ/nisi aliquo cõcurrente. Quinto dicunt ꝙ licet Ari. in textu uideatur per potentiam rationalẽ intelligere intellectum:tñ intelligit intellectum & uolũtatem:quia intellectus solus est magis natura/q̃ contingens:maxime in illo priori/in quo praecedit actum uoluntatis:& ita uolunt Ari. accepisse rationalẽ potentiã complete pro intellectu ut stat sub actu uoluntario:hæc ex uerbis exterorum colligi possunt:& hac forma reduci ad ordinem. Sed hæc põ non est peripatetica/primo quia tunc diuisio illa non esset sufficiens: quia sub nullo mẽbro potentia actiua dei contineretur:illa enim non potest cõtineri sub rationali/quia non contingenter elicit/apud peripateticos:nec sub natura:quia sicut deus est supra naturam/sic potentia eius non est naturalis. Secundo ut dicetur in dilucidatione uoluntas non est potentia: sed actus intellectus ratiocinantis:unde uulesis græcæ/latinæ uoluntas non est potentia uolitiua:illa enim intellectus est:sed actus intellectus discurrentis de agendis:cum enim intellectus discurrit de agendis/electio illa: quæ ex consultiuo syllogismo relinquitur:ab Ari. uulesis interdum; non nunq̃ proæresis/non nunq̃ orexis dr:latinæ uoluntas/electio uel appetitus: nõ igitur per potentiã rationalẽ uoluntatem intelligere põt/sed intellectũ; Secundo errant quia si dĩa potentiarum est ex modo eliciendi actus circa propria obiecta:& differentia modorũ eliciendi est ꝑpter differentias naturarum: igitur dĩa prima est propter naturas:quod ipsi non dicũt. Tertio non peripatetice locuntur dum dicunt uoluntatẽ esse potentiã indifferentem/reducere tñ se propter superabundantiã actualitatis: nam Auer. octauo physicorum:ait a uoluntate indifferenti nullã prouenire actionẽ: & infra idem dicit:igitur uoluntas nõ potentia indifferens est:sed electio intellectus indifferentis: Vltimo errant uolentes Ari. per rationalẽ potentiam intellexisse completã/utpote intellectum cum uoluntate: quia Ari. in præsenti textu:dum docuit differentiam potentiarũ rationaliũ & irrationalium/subscripsit modũ/ quo rationalis potentia reducitur ad actũ dicens illam reduci ad actum appetitu:uel electione siue uoluntate:igitur per potẽtias rõales intelligit intellectũ absq; electiõe. Hæc de põibus.

Confutatio.

Cométo.xv.

Comento.x.

¶Caput dilucidationis quartũ.

Pro dilucidatione. Primo debes scire Ari. per potentiam rationalẽ intellexisse intellectum/& non quemuis/sed rationalem/ hoc est discursiuum;

qualis est humanus:intellectus enim diuinus non est rōalis:esset enim cœlum aīal rationale. Amplius discurreret deus:uel cœlū:per inrationalē uero potentiam intellexit potentiā non discursiuā:sub qua cadit intellectus diuinus:& natura:natura enim non discurrit in eliciendo actum/nec diuinus intellectus in mouendo:Secundo debes scire(ut tactum est) uoluntatem non esse potentiam aliam ab intellectu:immo nō esse potentiam:sed quasi cōclusio cōsultiui syllogismi:dupliciter enim intellectus se se habet ad obiectum operabile:quia aut limitatur ad eliciēdum actum appetitu/hoc est concupiscentia/& sic oblique & turpiter eligit: hunc enim modū eliciendi habēt uoluptuosi:& improbi uiri:aut limitatur proæresi hoc est uolūtate & electione derelicta ex cōsultorio syllogismo:& sic recte & studiose elicit:Quare quemadmodū appetitus/siue concupiscentia actus est intellectus deprauati a sensibus:sic uoluntas actus est intellectus cōsultiui/dum per consilium elicit actum circa obiectum. Ex his apparet dilucidatio hoc est quo nā modo rōalis potētia differt ab irrationali: differt.n. Primo ex parte obiecti. Secundo ex pte potentiæ agentis. Tertio ex parte modi agendi:ex parte obiecti quidem:quia obiectum rōalis potentiæ est bonum uerum/uel apparens: uerū quidē dum est eligibile per rōnem rectam:apparens aūt dum eligibile est per concupiscentiā:potentiæ uero inrationalis est bonū uerū:quia si potentia inratiōalis sit diuinus intellectus:ille non agit nec potest agere nisi uerum bonum:sin aūt sit potentia a gentis naturalis:illa in agēdo dirigitur ab intelligentia nō errante:& sic non pōt obiectum potentiæ inrationalis esse nisi bonum uerum:ex parte potentie agentis:quia potentia rōalis sua natura est consultiua: & sic oppositorum electiua:inrationalis uero sua natura est limitata ad alterū oppositorum:& in hoc recte exteri dicunt nullā aliam esse causam nisi: quia hæc est talis:illa aūt talis. Ex parte modi eliciēdi deniq;:quia rōalis potentia etiam suo obiecto aproximata contingenter elicit:quia cōsultiuus syllogismus est de utroq; opposito:inrationalis uero necessario elicit: cū nō per consultiuum eligat syllogismum:sed per eius naturam. Ex his apparet quo nam modo reducatur ad actum rōalis potentia: & quo nā modo inrationalis:rationalis enim ut dr̄ in textu reducitur ad actum aut appetitu siue concupiscentia:ut quando illicite reducitur:aut electione siue uolūtate:ut quando reducitur syllogismo consultiuo recto:ueluti circa actus licitos:inrationalis aūt uel semp est in actu:ut diuina & cœlica potentia/aut reducitur per aduentū alicuius requisitoꝝ/ut tp̄is/uel loci uel aproximationis:& cœteroꝝ id genus. Hæc pauca de dilucidatiōe.

Duilcdiatio

Excerptum

¶ Gaput solutionum quintum.

His dilucidatis. Ad primam dicerem negando consequentiā:sufficit enim ꝙ possit agere opposita aut simul:aut pro diuersis tēporibus: inratiōalis

autem potentia aut semp agit alterũ oppositorũ ut diuina:aut alterũ tantum est agere apta:ut naturalis. Ad secundã dico ꝙ licet dum sit determinata sit alterius:sufficit ꝙ per sui naturã sit utriusq;. Ad tertiam concedo ꝙ potentia dei est non rõalis:non enim elicit actũ per consilium. Ad quartam patet solõ:disputatio.n.loqtur in actiuis potentiis:& nõ in passiuis. Ad rõem de potentia solis patuit solõ:illa.n.est contrariorũ pp diuersas materias:non aũt cõtradictoriorũ circa eandẽ materiã. Ad rõem de frigore:patet illud esse circa cõtraria:& per accidens. Ad rõem de igne dico ut prius ꝙ nunq̃ ignis est indifferens ad cõburendũ: & nõ cõburendũ qa licet sit indifferens ad non comburendum hoc:non tñ sequitur ipsum esse indifferentem ad non cõburendum simpliciter. Ad rõem de contingenti raro:dico ꝙ bene effectus raro ab agente produci põt:ęqualis aũt nunq̃: & causa est qa æqualis effectus est agenti in cõpossibilis:cum sit potẽtiæ passiuę tantum:rarus uero effectus sub est potentiæ actiuę:quia effectus plerũq; eueniens sub est potentiæ actiuę prouenit enim effectus rarus ab agente:quia effectus plerũq; eueniens est prouenibilis:per eius rarũ impedimentum effectus rarus euenit:tu tamen quærẽ librum secundũ physicorum. Hæc de secunda disputatione.

¶ Tertia disputatio est si ratione sit actus potentia prior.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod non sit actus ratione potentia prior:arguitur primo quia correlatiua sunt simul ratione secundũ Porphyrium/& Ari. at actus& potentia sunt correlatiua:dicit enim Auerroes:ꝙ actus & potẽtia sunt relatiua contraria:& utrũq; relatiuorũ accipitur indefinitione alterius:& nõ accidit inde malum. Secundo sempiternum cõparatur ad corruptibile ueluti actus ad potentiam:ut dicitur tertio de aĩa. Sed corruptibile est ratiõe & cognitione æterno prius:igitur potentia ratiõe actu prior erit. Tertio cõfusa sunt cognitione priora:ut dicitur primo auscultationis physicæ. Sed potentia est quid confusum:actus uero quid distinctum:cum seperet/& distinguat potentiã:igr̃ potentia est rõe actu prior. In cõtrariũ sunt Ari. & Auerroes/& omnes expositores. Hæc de dubitationibus.

Cnmento.xi.
Comen.xxxvi.
Comẽto.xiii.

¶ Caput tituli secundum.

Quid actus sit:quidue potentia: Amplius quot modis actus:quotue modis potentia dicantur:quinto huius diligenter dictũ est:id tamen ut Ari. inquit non ignorandum est potentiam esse accipiendam generatim pro principio tã motus q̃ quietis/tam actiuo q̃ passiuo/tã motus corruptiui

ut generatio/& alteratio/& auctio sunt: q̃ motus perfectiui:ut latio/ & intelligere: & id genus. Actus uero sumitur pro opatione talis principii: cuiusmodi ædificatiui actus ędificare est/uisiui uidere/uisibilis uideri:& id genus:prius autem rõe seu definitione id dicitur:quod cadit in alterius definitione:& alterum non in eius definitione:ut dictũ est septimo huius de substantia respectu accidentis. Hæc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

De disputatione Ioannes gandauẽsis qõe octaua huius noni libri opinatur tam actum q̃ potentiã duas habere definitiones perfectam uidelicet/ & imperfectã & tunc uelle uidetur duo:primũ ꝙ potẽtia nõ cadit impfecta actus definitione:licet cadere posset indefinitione actus impfecta:Prima pars patet in textu per inductionẽ. Secunda patet quia actus & potẽtia sunt relatiua:modo oportet ut unum relatiuorum semper cadat in alterius definitiõe perfecta/uel imperfecta. Secundũ est ꝙ actus cadit indefinitione potentiæ perfecta:& hoc patet in textu:tunc ad rem dicit Ioãnes propositionẽ Ari. esse sic intelligendã ꝙ actus est prior potẽtia perfecta definitione: quatenus ipsę cadit impfecta potẽtiæ definitione: ecõtra aũt potentia non cadit in actus perfecta definitione. Hæc Ioannes uelle uidetur. Sed hæc expositio stare non põt:quoniam perfecta definitio est: quæ explicat totam rei essentiã/ut Auerroes dicit in septimo huius. Sed essentia atq; esse unius relatiui est ad aliud se habere:ut dicit Aristoteles in pdicamentis:& actus & potentia:ut concedit Ioannes sunt relatiua:igr̃ oportet ut in perfecta actus definitione cadat potentia & econtra. Britanus in hoc nono ait Aristotelem accepisse actum pro ipso existere:potentiã pro eo qd̓ non est:& non repugnat existere:hoc est actum & potentiã obiectiuam:& non subiectiuam:& tunc dicit ꝙ actus existendi siue obiectiuus est definitione prior potentia existendi siue obiectiua:& huius rationem assignat:quia actus hoc pacto se se habet ut habitus: potentia uero ut sic/se se habet ut priuatio:modo habitus est priuatione secũdum definitionem prior/ut in prædicamentis patet. Sed licet hæc expositio sit in se uera:tamen non consonat textui. Aristoteles enim se ipsum exponit dicens se loqui non de potẽtia definita:quæ est principium motus dumtaxat:sed de potentia quæ est tam motus q̃ quietis principium:& hoc aperte dicit Auerroes in hoc nono: ita dicens & non intelligo hic per potentiam/potentiam/quam difiniuimus in principio istius tractatus:in quo diximus ꝙ potentia actiua est principium transmutationis in aliud secũdum ꝙ est aliud:& passiua principium transmutationis ab alio secundũ quod est aliud. Sed intelligo hic per potentiam omne quod est principium motus omnis habentis motum:& principium quietis omnis habentis quietem:& est intelligedum hic per motum transmutationem: & per

Põ ioannis

Confutatio
Comentis. xlii. & xliii.

Põ britani

Confutatio

Comento. xiii.

Pō exterorū & maxie ſco. xxx. di. primi libri.

Confutatio Comento. xi.

quietem priuationem tranſmutatiōis:hæc Auerroes. Igitur hic per potē tiam intelligit generatim principium motus & quietis: & non ipſum nō exiſtere:ut Britanus autumat. Exteri uero dicunt(ut mihi uidetur) duo: primum eſt ꝙ actus non refertur ad potentiam per ſe/ſed quia potentia refertur ad actum:unde actus eſt per ſe quid abſolutū:uerum qa potētia refertur ad ipſum:actus dicitur relatiue ad potentiam relatione potentiæ ad actum:hoc pacto ſcientia refertur ad ſcibile: & ſcibile ad ſcientiā:ſcientia enim per ſe ad ſcibile dr̄:at ſcibile refertur ad ſcientiam relatione ſcientiæ ad ſcibile:unde ſcibile potius terminat relationem ſcientiæ/q̄ ad ſcientiam referatur:& hoc pacto actus potius relationem potentiæ terminat: q̄ ad potentiam referatur. Secundo dicunt ꝙ ea quæ ſic non mutuo referuntur:nō oportet eſſe ſimul ratione:erit enim alterum altero rōe prius: quia extremum abſolutum prius ratiōe extremo relatiuo: ut ſcibile prius rōe ſcientia. Ex his ad diſputationē dicūt ꝙ actus eſt ratione prior potentia:quia nō refertur ad potentiam:ſed magis econtra potius enim relationem potentiæ terminat:aut ſi refertur:non per ſe:ſed per accidēs refertur relatione potentiæ ad actum:& propterea actus cadit in ratione potētiæ: & non potentia in ratione actus. Sed hæc pō eſt directe contra Auerroē: ait enim ꝙ actus & potentia ſunt relatiua contraria:& utrūq; relatiuorū accipitur in definitione alterius:& nō accidit inde malum: hæc Auerroes. Ecce quomodo uult illa mutuo referri:mutuoq; alterū in alterius definitione cōllocari. Præterea ꝙ relatio nō poſſit referri:aut terminari ad abſolutum:bonis rationibus eſt perſuaſum quinto huius:propterea nūc nolo amplius ſermonem ampliare. Hæc de poſitionibus.

¶ Caput dilucidationis quartum.

Suppō.

Pro dilucidatione debes ſcire ꝙ actus & potentia pn̄t uno mō ſumi formaliter pro relationibus:quibus aliqd dr̄ eſſe formaliter in potētia: & aliquid formaliter in actu:& pn̄t accipi materialiter pro his:quæ denominātur eſſe aut in potentia:aut in actu:uerbi cauſa potentia moueri deorſum pro graui:actus uero pro deſcenſu:potētia moueri ſurſum pro leui:actus autem pro aſcenſu:& in cæteris id genus ſimiliter. Tunc dicerē ſaluo meliori iudicio:ꝙ ſi actus & potētia ſumantur formaliter:ſic ſunt ſimul rōe: quia ut ſic ſunt relatiua: ut rectæ Auer. ſentit in dicto .xi. comento : at ſi ſumātur materialiter:ſic actus eſt prior rōe ipſa potentia : unde Ari. pro moueri ad mediū definit graue:& per moueri a medio definit leue: & per moueri circa mediū definit neutrū. Secundo dico ꝙ licet actus ſit potētia ſecundum rōnem prior:tn̄ nec oīs actus omni potentia eſt rōne prior:nec aliquis actus oī potētia:ſed omnis actus omni potentia ſibi correſpōdente eſt prior:ut moueri ad medium eſt ratione prius ipſo graui : quatenus in illius ratione cadit ; & non econtra ; moueri a medio prius ratione ipſo

Dilucidatio.

leui:& in cœteris:similiter:quare omnis actus omni potētia sibi correspō dente prior est. Hæc de dilucidatione.

¶ Caput solutionum quintum.

His dilucidatis:patet solutio. Ad primum dico enim q̄ argumentum ue rum concludit de actu & potentia sumptis formaliter:at de ipsis materia liter sumptis aliter est. Ad secundum patet solutio nos enim loquimur de actu/& potentia sibi correspōdentibus:modo siue hæc sint æterna / siue corruptibilia:actus semper cadit indefinitione potentiæ: & non e contra. Ad tertiam si aliquid ratio concludit:illud est de cōfusa notitia:at nos lo quimur de definitiua ratione:Hæc de tertia disputatione.

¶ Quarta disputatio si actus sit tem pore prior potentia.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod actus nō sit potentia tempore prior:arguitur:quia primus actus est cœlū uel deus. Prima uero potentia est prima materia. Sed apud Ari. hæc ambo sunt æterna:igitur neutrum neutro tpe prius est. Secūdo nul lus actus est omni potentia tpe prior:igitur actus non est tpe prior potē tia añs patet quia sunt nōnullæ potentiæ passiuæ æternæ:quibus nullus actus tpe prior est:igitur propositio falsa. Tertio materia tpe p̄cedit for mam:sed materia est potentia:uel saltem in potentia:& forma actus: igi tur potentia tpe actum præcedit. Hæc de dubitationibus.

¶ Caput tituli secundum.

Debes scire q̄ hęc propositio actus est potētia prior:est multiplex:& nō uniuoca:quia pōt intelligi de prioritate rationis:& sic uerificata est sumē do potētiam & actū materialiter/potentiā quidem pro principio genera tim/actū pro operatione proficiscente ab illa potentia/siue principio po tentiali:& pōt intelligi de prioritate temporis: & sic uerificatur sumendo actum & potentiā materialiter ut supra / sed potentiā pro potentia pro pinqua:ut est semen/& triticum:actum pro agente in actu:a quo semen seu triticum proficiscitur. Tertio potest intelligi de prioritate naturæ: & hoc modo uerificatur in sensu explicando disputatione proxima: igitur sensus noster præsentis disputationis est si actus idest agens in actu sit potentia proxima quale est semen/ouum / uel triticum prius tempore: est enim hic sensus ambiguus:quia ouum tempore præcedit gallinam:& gallina tempore præcediti ouum. Amplius granū tritici tēpore messes præcedit; & messes tempore triticum, Rursus animal ipsum tempore

semen præcedit:semen tempore animal. Propterea restat dilucidare hunc sensum in quo Aristoteles uult posse esse uerum actum potentiā tempore p̄cedere. Ex his apparet ꝙ in prima & præsenti disputatione actus & potentia licet sumantur materialiter:nō tamen præcise eodem modo materialiter:quia potētia in disputatione proxime dicta sumitur pro principio motus uel quietis generatim:actus pro ōpatione ab illa potētia proficiscente:hic uero actus sumitur pro agente in actu:potentia pro potētia ꝓxima:ex qua prouenit ultimus terminus ad quē:quale est semen:granū tritici:& ouum:cæteraꝗ id genus. Hæc de titulo.

Excerptum

¶Caput positionum tertium.

Pō pria britani

Britanus uult ꝙ actus & potentia eodem modo materialiter sumantur hic & proxima disputatione:quia actus pro existere:potētia pro eo quod non existit:sed non repugnat existere. Tūc dicit ꝙ potentia actum præcedit:qui de illa extrahitur:actus autem simpliciter potētiam præcedit. Prima pars patet:quia omne genitum & corruptibile prius fuit in potentia: & postea in actu:igitur posse existere tempore præcedit existere sibi correspondens. Secunda probatur / quia non extrahitur ens in potentia ad actum : nisi per aliquod:quod actu existit:quod tempore præcedat illam deductionem:& hunc sensum ait esse Aristotelis. Huius opinionis est albertilla:& omnes sorticolæ methaphysici. Ioannes gandauensis dicit ꝙ si actus simpliciter & potentia simpliciter sumantur:neuter neutrum tempore præcedit:quia actus & potentia simpliciter sumptæ non mensurantur tempore:abstrahunt enim a tempore. Secundo dicit ꝙ si actus & potentia sumātur secundum speciem:sic etiam neutrum neutro tempore est prius:quia ut sic sunt æterna:& in æternis nihil tempore est prius. Tertio dicit ꝙ si actus sumatur pro actu indiuidui utpote pro esse Socratis : & potentia pro potentia qua Socrates potest esse:sic potentia tempore actū præcedit:quia Socrates prius tempore fuit in potentia ad esse : q̄ fuisset in esse. Dicit quarto ꝙ sensus Aristotelis est ꝙ actus secūdum speciem tēpore præcedit potentiam secundum indiuiduum:quia licet nec semen animal / nec animal semen tempore præcedat:tamē animal secundum speciē hoc uel illud semen p̄cedit:& hunc dicit esse sensum:quo Aristoteles uult propositionem esse ueram:& ut Ioānes dicit actus hoc est ens in actu secundum speciem tp̄e potentiā proximam pręcedit secundū indiuiduum: non potentiā remotā:quia potentia materiæ est una numero: quæ aparte ante est sempiterna:ut dicitur primo cœli:hæ positiones nō aliter sunt cōfutandæ nisi ꝙ prima litteræ non consonat:ut patet intelligenti. Secunda aūt est in cōpleta:ut in dilucidatiōe patebit. Hæc de positionibus.

Pō ioannis.

Com. xx. & cxx

¶Caput dilucidationis quartum.

Debes scire ut dictū est in titulo:ꝙ Ari. uerificat propōem sub illo sensu

ſumendo actū & potentiā materialiter. Amplius ſumēdo actū pro agēte in actu ſiue qđ eſt ens in actu: & potentiā pro diſpōne ꝓpinqua: quale eſt ſemen/granū tritici & ouum/ut patet in textu. Secūdo debes ſcire ꝙ lo gice & iuxta regulas ſorticolaꝝ loquēdo: nullū ens in actu eſt prius ente in potentia ſecundū tempus: qa nullum ens in actu eſt oī ente in potētia prius ſecundum tēpus: etiā nullum ens in potētia eſt ſecundū tēpus prius ente in actu: quia nullū ens in potētia eſt oī ente in actu ſecundum tēpus prius: ut patet facile uolentibus deducere. Ad ſenſum uero peripateticum ens in actu ſecundū ſpeciem eſt oī ente in potētia ſecundū indiuiduū tpe prius: quia licet ouum ſit tpe gallina prius: & gallina tpe ouo prior: tñ ſu mendo gallinā generatim ſiuē ſecūdum ſpeciem eſt tpe omni ouo prior: quia quouis ouo dato gallina aliqua eſt prior: & hūc ſenſum uoluit Arí. intelligere de illa ꝓpoſitione: & in hoc bene Ioānes ſentit: loquitur.n. cōſo ne uerbis Ariſtotelis/& Auerrois. Ex his ſequitur ueritas ſenſus Ariſto telis: intelligit enim ꝙ ens in actu ſecundū ſpeciem eſt oī ente in potentia propinqua ſecundū indiuiduum tpe prius: quatenus oī ente in potētia ſe cundum indiuiduū ſumpto: ſemp aliquod ens in actu: a quo illud profici ſcitur eſt tpe prius. Hæc de dilucidatione.

In textu & co mento. xiii. Dilucidatio

¶ Caput ſolutionum quintum.

His dilucidatis. Ad primam patet ſolutio Ariſtoteles enim loquitur de potentia proxima: quæ ęducitur tanq̄ media diſpoſitio ad ultimū termi num ab agente. Ad ſecundam patuit ſolutio: quia licet de rigore logico quęlibet illarum eſt falſa: tamen ad ſenſum peripateticū illa eſt uera mo do dicto. Ad tertiam diximus diſputationē loqui de potentia propinqua: & non de prima materia. Hæc de diſputatione quarta.

¶ Quinta diſputatio ſi actus præce dit potentiam ſubſtantia.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod actus non ſit potentia prior ſecundum ſubſtantiam/arguitur pri mo quia potentia eſt propinquior primæ ſubſtantiæ: eſt enim prima ma teria propinquior primis ſubſtātiis: quia maxime ſubſtat: q̄ ſit actus: qui fere non ſubſtat. Secundo potentia eſt ſbā: ut patet de materia: & actus eſt accidens: igitur potentia eſt prior actu ſecundum ſubſtātiam. Tertio ante q̄ mundus eſſet factus: poſſibile erat Socratē eſſe: ut patet ſecūdum catholicos: & multos philoſophos: tunc quæro utrū potentia ad eſſe So cratis ante mūdi ꝓductionē/erat aliqd uel nihil: ſi nihil erat: tunc nec erat melior nec peior. Amplius nec perfectior/nec imperfectior: entis enim ad

nihil nulla est comparatio:si autem illa potētia erat aliquid:cum tunc nihil erat nisi deus:erat igitur illa potentia deus:& tunc nullus actus illa potentia poterat esse prior substantia sine perfectione. Quarto actus & potentia nunq̄ simul sunt:quia ut dicit Auerroes in primo cœli dum actus est cessat potētia ad esse:& dum potentia est:non est actus : qa subcedūt sibi mutuo circa idē subiectū:igr̄ nunq̄ simul sunt:& si nunq̄ simul sunt: neutrū neutro pōt substātia esse prius:qa cōparabilia oportet ut sint. Vltimo motus est actus cœli uel intelligentiæ mouētis: & tñ motus non est secundū sbām perfectior cœlo:igr̄ disputatio falsa. Hæc de dubōībus.

¶Caput tituli secundum.

Quid actus sit quidue potētia:satis dictum est:& dicimus q̄ actus accipitur interdum pro existere/siue pro esse actualis existētiæ: interdum pro agente in actu:interdum pro forma : potētia uero ecōtra pro eo quod nōdum est:& potest esse:quod dicitur esse in potentia obiectiua: non nunq̄ pro principio passiuo:ut pro combustibili:aliquādo pro materia:quæ est sua potentia:substantia in disputatione non pro uno decem prædicamentorum accipitur : sed pro pfectione : unde esse prius substātia est eē prius pfectione:nōnulli per prius substantia intelligūt prius natura/uel prius causalitate:& totū est utile:qa in idem uenit:Hæc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

Prima pō. De disputatione nōnulli dixerunt Aristotelem actū accepisse pro operatione alicuius potentiæ actiuæ/uel passiuæ:potentiam autem pro principio actiuo uel passiuo:huius ratio ex uerbis Aristotelis colligi potest:qui actum appellat ipsum uidere:gratia cuius est ipsa uisiua potentia: & domificare actum domificatoris. Sed hæc positio facile refellitur: primo qa

Confutatio. hac positione stante/rationes Aristotelis essent nullæ. Prima quidem ratio est:quia priora generatione sunt imperfectiora:at potentia generatione est prior ipso actu:igitur imperfectior. Secunda ratio est quia finis est perfectior his:quæ sunt ad finem:at operatio potentiæ finis est potentiæ: igitur perfectior ipsa potentia:& deducitur q̄ non ualeant istæ rationes: quia si ualerēt:deducerem intellectionem esse perfectiorē intellectu: tum per primam rationem:quia esset generatione posterior: tum per secundā quia esset finis. Secundo deducerem motum esse perfectiorem motore & mobili : & per primam & secundam rationem : per primam quidem quia motus est generatōe posterior:per secundā uero quia se se hēt ut finis motiui & mobilis:possem ulterius de multis aliis deducere:quæ omicto. Secundo principaliter contra conclusionem arguitur: quia operatio est accidēs / uel utaccidens:at poentia est substantia:aut ut substantia:igitur potius potētia est perfectione prior ipso actu. Tertio principaliter arguitur contra insufficientiam positionis:quia nō deduxit rationes ut debuit : ha

bet enim prima ratio instantias:quia substantia accidéte generatione est prior:quæq; est etiam perfectione prior:ut dicitur septimo metaphysicę. Amplius cætera animalis membra sunt generatione ipso corde posteriora:quæq; sunt perfectione etiam posteriora:& sic hæc positio est omnino dubia. Alii uelle uidétur Aristotelem per actum intellexisse formam: & per potentiam materiã:& pro hac positione uidentur facere rationes. Prima quidem/quia forma est generatione ultima. Secunda uero quia est finis materiæ. Sed hæc põ nõ cõsonat uerbis Ari. qui exéplificãdo de actu ait uidere ipsum esse actũ/& ipm ædificare:quæ exépla non formis/ sed operationibus formarũ cõueniunt. Hæc de positionibus. Secunda põ. Confutatio.

¶Caput dilucidationis quartum.

Debes scire q; si actus sumitur per forma:& potentia pro materia:actus est perfectior potentia dupliciter: & quatenus est causa potentię: & ultima generatione:& quatenus est finis potentiæ:si uero actus accipit̃ pro opatione:& potentia pro principio illius opationis:sic actus est pfectior potentia secũdum quid hoc est sub rõe:qua finis. Verum pro mente Ari. propõ sic intelligitur q; actus est perfectior potẽtia idest q; idẽ ut in actu est perfectius se ipso ut in potentia:uerbi causa domificator ut potés domificare est imperfectior domificatore ut domificat nunc:& ad hunc sensum ualent rationes:prima quidem/quia agés ut in actu est posterius generatione se ipso/ut in potentia:prius enim generatione est potens agere q̃ agens. Secunda est quia agens ut in actu est finis sui ipsius ut in potentia. Ex his sequitur q; illa propopositio priora generatione sunt imperfectiora:non est uera nisi in eodem genere:ut in proposito agens enim qď potest agere: & agés quod nũc agit sunt eiusdẽ generis:& in talibus priora gñatione sunt imperfectiora:in his uero/que genere dr̃nt non hẽt locum:ut per instantias deduximus:Hæc de dilucidatione.

¶Caput solutionum quintum.

His disputatis. Ad primam dico q; siue materia sit ꝓpinquior/siue remotior primis substantiis:nihil ad rem:quia Aristoteles sumit actũ pro agẽte in actu:& potentiam pro agente in potentia/siue pro patiente in potentia:uel dici potest q; nec materia nec forma est primis substantiis propinquior in ratione subiciendi idest in ratione essendi subiectum prædicationis/sed materia est propinquior in ratione subiecti inherentiæ. Ad secundam patet solutio:quia Ari. per actum intelligit agẽs/uel patiens ut in actu. Ad tertiam dici potest q; assumptum est apud catholicos:apud autem peripateticos/deus semper fuit in actu:& nunq̃ in potentia. Ad quartam dico q; licet nunq̃ simul sint secundum simultatem temporis sunt simul secundum rõem concipiẽdi:& hoc sufficit in proposito. Hæc pauca de quinta disputatione sufficiant.

¶Sexta disputatio si actio sit in passo ueluti in subiecto:.

¶Caput dubitationum primum.

Quod actio sit in agente: arguitur primo / quia passio est in passo: igitur actio est in agente: tenet argumentum / quia forma uĩ esse in eo / in quo denominat: modo actio non passum / sed agens ipsum denominat. Secun
Comento. xv do Ari. & Auerroes octauo physicæ auscultationis: fecerũt tale enthyme ma si motus nõ eẽt æternus: sed incepisset: tũc primus motor fuisset trãs mutatus: qđ quidẽ enthymema nullũ esset / nisi uirtute illius ꝓpositiõis oẽ qđ agit de nouo: trãsmutatur: & certũ est ꝙ agẽs nõ mutatur mutatio ne / quæ est passio: igr̃ mutatione quæ est actio: quæ est in agente: & ꝓpea tenet ratio. Tertio pono ꝙ unus ignis duo calefaciat ligna: quæro aut est una actio: aut duæ: non duæ: quia unius agentis nõ sunt simul duæ actio nes: igitur erit una actio: modo unum accidens non põt esse in duobus su biectis: igitur hæc una actio nõ potest esse in duobus lignis: quæ ab igne calefiunt: erunt igitur in igne agente. Quarto actio & passio non sunt in patiente: igitur actio erit in agente: & passio in paciente. Antecedẽs dedu citur / quia aut essent duo motus in paciente existentes. Aut unus: nõ sũt duo motus in passo existentes: quia tunc actus uniuscuiusq; non erit in uno quoq;: actio enim agentis actus est: ueluti passio actus patientis: sin autem unus esset motus: qua rõe ille esset in passo: eadem rõe esset in agẽ te. Amplius tũc diuersorum secundũ speciem esset unus motus uidelicet agentis & patientis. Præterea doctio & doctrina essent unus motus: qđ est impossibile: quia tunc discens aliquid / illud doceret: in contrarium est
Comento. xvi. Aristoteles in textu & Auerroes: qui uolunt ædificationem esse in re ædi ficata. Hæc de dubitationibus.

¶Caput tituli secundum.

Actio & passio multifariam accipi solent: actio enim non nunq̃ pro uita sumitur: unde in libro de animalibus Ari. per actiones aĩalium differẽtes illorum uitas conclusit: ꝙ nisi actio pro uita intelligeretur: nõ esset uerũ: nõnunq̃ actiones sumuntur pro rebus gestis: ut apud rhetores & hysto ricos gesta uiroꝝ illustrium actiones dicuntur: interdũ apud iurisperitos actio accipitur pro iure / & authoritate: ut si quis amisisset causam in pos sessorio: dicunt iurisperiti adhuc remanere actionem super petitorium: sumitur enim actio pro auctoritate agendi: sumitur aũt & in proposito prædicamentaliter pro ut est unum decem prædicamentorũ: uel unũ sex principiorũ: & hoc modo accipitur in disputatione: passio quoq; multifa riam accipi solet; apud medicos quidẽ pro dolore: unde & Galenus fecit

capita de passionibus matricis:hoc est doloribus matricis/ apud logicos uero pro conceptu:ut in libro de interpraetatiōe dicit Ari. ea quae sunt in uoce sunt earum/quae sunt in anima passionum notae. Amplius & apud naturales passio accipitur pro inclinatione/& effectu corporio: ut sumit Ari. in primo de anima metum/iram & id genus esse animae passiones: quae insunt sibi ratione corporis:& cū multis etiam aliis modis sumatur: hic debet summi praedicamentaliter pro uno decem praedicamentorū:uel uno sex principiorū:passum uero seu paciens illud est:quod recipit influxum ab agente:ut calorem/humorē & id genus:subiectū uno modo sumitur ut distinguitur contra praedicatum: ita ut subiectum sit id de quo aliud dicitur:praedicatū uero id:cui competit dici de:aliquando pro ut distinguitur contra accidens:quod est id:cui aliquod accidens inheret:& sic primae substantiae dicuntur maximae:tum quia oīa alia aut de illis dicuntur:ut substantiae secundae:aut in illis sunt:ut accidentia: aliquādo etiam subiectum accipitur/ut distinguitur contra formā seu priuationem:quo modo materiam Ari. in libro physicorum subiectum appellat: nō quidē cui inheret forma:quia in herere proprium est accidentis:sed subiectum: qđ forma perficit:& cuius potentiam terminat. Haec de titulo.

¶Caput positionum tertium.

Ioannes Gandauensis in hoc nono qōe decima:ut mihi uidetur: tres distinctiones indicat. Prima est ꝗ actionum alia est inmanens: & est illa ꝑter quā nihil remanet:ut exclamatio/& intellecto:& id genus:alia est trāsiens:extra quam aliquid relinquitur in materia:ut ędificatio/calefactio/& id genus. Secunda distinctio est ꝗ actionem manere in agente bifariā intelligi potest:uno modo ꝗ maneat in eodē formaliter hoc est ut una sit uirtus effectrix/& passiua illius actionis. Alio modo ut maneat in eodē agente materialiter hoc est ꝗ uirtus effectrix & passiua sint diuersae formaliter & secundum rem:sint tamen in eodem subiecto. Tertia distinctio est ꝗ effectrix uirtus est bifariam:alia quidem quae cū suo effectu: cuius est principium sit eiusdem speciei:ut caliditas:quae est eiusdem speciei/cū calore:cuius est ipsa effectrix:alia uero est cuius effectus nec specie / nec genere est idem cum ipsa:uirtus enim motiua differt specie a motu:& genere etiam:quia uirtus illa est qualitas:motus aūt in genere quanti:his distinctis Ioannes dicit primo ꝗ nulla actio/hoc est nec inmanens/nec trāsiens est in agente formaliter ita ꝗ sit in agente secundum eandem formalem potentiam:hoc patet quia potestas actiua est principium transmutādi alterum in quantum alterum:& dixit inquantum alterū:quia non secūdum eandem rōem formalem potentiae. Secundo dicit ꝗ bene est aliqua actio:quae inmanet secundo modo:hoc est ꝗ uirtus effectrix / & passiua non sint subiecto distinctę:declaratur per hoc qa aīal mouet se. Amplius Pō ioannes.

uisio:& intellectio sunt tales. Tertio dicendum apud Ioannem ꝙ uirtus eiusdē speciei cum effectu acto non est in eodē subiecto cū effectu: quia caliditas:& calefactio non possunt esse in eodē subiecto:uirtus aūt differens specie & genere bene pōt esse in eodē subiecto cū sua actione:ut patet de motu:& uirtute motiua:hæc Ioānes. Sed hęc determinatio ē insufficiens. Primo quia adhuc est quæstio si actio pro respectu sit in agēte: uel in patiente: non.n.ex determinatione Ioannis aliqd habetur. Secūdo nō est necessarium ponere illas uirtutes secundum rem distingui: per quarū unam agit:& per alteram patitur agens:sufficit enim distinctio rationis.

Confutatio.

Pō exterorū ut sco.in.iiii.lib. & in lib.i.di.vi. & in.iii. di. eiusdē .q.i.ad.iii.

Exteri uero distingūt de actione ꝙ actio uno modo accipitur pro respectu/transmutantis ad transmutatum. Secundo modo pro re acta: quæ est forma per actionem respectiuam producta:& ulterius actio acta bifariam est:inmanens uidelicet/& transiēs/ut dictū fuit:actio acta inmanēs est qualitas:actio acta trāsiens est in diuersis pdicamentis. Secundo distingunt de respectu:ꝙ alius est intrinsecus aduenies:ut relationes de genere ad aliquid:& dicitur intrinsecus aduenīens:qui posito termino necessario sequitur suum fundamentū:alius est extrinsecus aduenies:qui nō necessario sequitur ambo extrema posita in actu:& sub hoc mēbro cadere dicūt sex ultima prædicamenta:his distinctis dicūt primo ꝙ actio accepta pro respectu/est in agente:& intellegūt conclusionē ꝙ actio pro respectu est in agente ut in subiecto:& in potentia actiua ut in fundamento: similiter passio pro respectu est in passo ut in subiecto/ & in potentia patiaria ut in fundamento. Et ꝙ hoc pacto actio sit in agente:deducitur. Primo qa in eodem est respectus:in quo est eius fundamentū:& cuius est potentia eius est actio:ut in libro de somno dicitur:sed potētia actiua:quæ est fundamentum actionis est in agente:igitur actio. Secundo si actio est formaliter in passo:patiens denominabitur formaliter agēs: quia oīs forma denominat subiectum in quo est. Tertio respectus oppositi non possunt eē eodem in subiecto:sed actio & passio sunt respectus oppositi:ut patet:igitur non possunt esse eodem in subiecto:& ita actio erit in agēte:& passio in patiente. Secūdo dicunt ꝙ actio sumpta pro re acta:si sit inmanens:ipsa est in agente:patet de intellectione:& de uolicione: & cæteris id genus: & addunt ꝙ actio acta inmanens est in agente secundū aliam atꝙ aliā rationē: nam agens ut in actu uirtuali est agēs:ut in potētia formali est patiens. Tertio dicunt ꝙ actio acta transiens est in passo:patet per definitionem eius: hæc exteri. Et licet exteri multifariā oberrent:præcipue errant in duobus. Primo errāt in eo quod dicunt actionem respectū non esse in pdicamento relationis:hoc enim falsum est:ut probatum est quinto libro huius disputatione ultima capite tertio: ibi enim deduximus nullū posse esse respectū:quin sit intrinsecus aduenīens apud Ari. & cæteros peripa.

Confutatio.

teticos·Secundo præcipue errant in eo quod dicunt actionem respectum esse formaliter in agente: quia si actio respectus est formaliter in agente:tunc agens esset paciens:quia omne recipiens:aliquam formam est patiens: sed ipsi habent tanq̄ impossibile patiens esse agens:igitur impossibile est agens esse patiens:igitur actio respectus non est in agente· Secundo si actio est in agente:uel simul & semel actio est in agēte: & passio in patiēte:uel passio prius in patiēte q̄ actio in agente:uel actio prius in agē te q̄ passio in patiente non actio est simul in agente:& passio in patiente: quia tunc agens non esset prius passo:& causa non prior causato:& motor nō prior mobili:quod est falsum:nec passio prius in passo q̄ actio in agente:quia nullus effectus est prior causa:nec conditio effectus pōt esse prior conditione:reperta in causa:modo passio est cōditio passi effectus: & actio conditio agentis siue causæ:igitur passio non potest esse prius in passo/q̄ actio in agente:nec dici potest actionem esse prius in agente q̄ passio in patiente:quia tunc respectus non essent simul natura:igitur nullo modo actio pōt esse nisi in passo:pro hac pte sunt auctoritates Auer. ut tertio physicæ auscultationis:& alibi pluries: ubi semper actionē uult esse in passo·Hæc contra exteros:Auerroes uero uelle uidetur actionem & passionem esse motum:unde uelle uidetur in dictis comentis motū & esse motum/& esse actionem/& esse passionē: motus enim dr̄ per ordinem ad terminum ad quem:ut ab agente illatus actio dicitur: ut in passo recipitur/passio dicitur:iuxta quam pōem non oportet concedere actionem respectum & actionē actam distingui secundum rem;idē enim sunt motus:motus enim ut intelligitur in ordine ad terminū significatur per hunc terminum motus: ut intelligitur in ordine ad agens/significatur p hunc terminum actio:ut intelligitur in ordine ad patiens significatur per hunc terminum passio:igr̄ actio passio & motus idē sunt omnino: differunt uero secundum diuersam rōem concipiendi·Sed hæc pō non placet: quoniā inter prædicamenta est saltem distinctio realis realitate p̄dicamētaria:& si non realis realitate subiecti:ut in quinto disputauimus:sed secū dum opinionem hanc non est nisi distinctio ratiōis:& nullo modo rei:igitur non est peripatetica·Hæc de positionibus·

Comē. ix. xviii. xx·& ·xxi·

Pō auerroes·

Confutatio·

¶Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione·Primo debes scire ꝗ actio & passio & motus cum sint aut diuersa prædicamenta:aut in diuersis prædicamētis oportet dicere ꝗ sint diuersæ res:& si non diuersitate rei existentiæ atq; subiecti:saltē diuersitate rei essentiæ/aut prædicamenti· Secundo debes scire ꝗ cōcedi debet actionem esse bifariā pro respectu:& pro forma acta:pro forma acta est motus/qui est fluxus:pro respectu autem est prædicamentū per se· Amplius oportet sub distinguere de actiōe acta ꝗ alia est trāsiens:alia inma-

nens;similiter & de passione oportet dicere:tunc dicerem ꝙ si actio suma tur pro forma acta;si quidem pro transeunte:sic recte exteri uolũt illam esse in passo: & hoc non aliis rationibus probare oportet nisi rationibus illorum:sin autem pro inmanente:etiam possunt recte sentire ꝙ illa sit in agente:ut deducunt:at si actio sumitur pro respectu:sic actio est in mobi li/quod recipit motum ut in subiecto inherentię:in agente uero ut in su biecto predicationis:in fluxu autem qui est motus ut in fundamẽto. Pri ma pars patet:quia probatum est illam non posse esse in agente ut in su biecto inherentiæ: igitur est in patiente. Secunda pars etiam deducitur: quia subiectum prædicationis est: de quo aliud dicitur: modo de agente dicitur actio:ignis enim agens dicitur: nec oportet idem esse subiectum prædicationis/& inherentiæ:quia substantiæ secundæ de primis dicũtur ut de subiectis:non autẽ in illis sunt ut patet per Boetium/ & Simpliciũ/ & Ari. in prædicamentis. Tertia etiam declaratur quia nullus respectus potest inmediate substantiæ inherere:modo non uidetur actionem inhe rere posse/nisi mediãte motu pro fluxu sumpto:igitur si actio & passio sumantur pro respectibus:sic erunt in passo:ut in subiecto: in fluxu: ut in fundamento:in agente:ut in subiecto ꝑdicationis. Ex his patet. Primo ꝙ actio & passio pro respectibus sumptæ non distinguntur a fluxu reali ter realitate existentiæ:quie actioni & passioni sic sumptis nulla correspõ det realitas existentiæ præter realitatem motus siue mobilis: bene tamen distinguntur realiter realitate essentię quia actio & passio & motus sunt in diuersis prædicamentis:quæ differunt realiter saltem realitate essentię.

Excerpta Primum.

Secundo patet ꝙ sumẽdo actionem & passionem pro respectibus/ etiam inter se differunt realiter realitate essentiæ;quia sunt in diuersis prædica mentis:uel ipsa sunt diuersa prædicamenta:non tamen differunt realiter realitate existentiæ:quia nulla respondet illis realitas existentiæ præter il lam motus. Tertio patet ꝙ sumendo actionem & passionem pro re acta; sic nec inter se nec a motu differunt aliquo modo realitatis:quia ut sic ni hil sunt/nisi motus ipse. Addubitant nõnulli sic quorumcunqꝫ principio rum effectus sunt incompossibiles:ipsa etiam principia sunt incomposſi bilia:at agere & pati sunt incompossibilia: quæ sunt effectus actionis & passionis:non enim passo competit agere & pati:nec põt competere agẽ ti. Secũdo nulla causa est ut in subiecto in suo effectu:eo quia subiectum pręcedit accidens natura tempore & definitione:Sed passum est effectus actionis:igitur actio non potest esse in passo. Tertio quecunqꝫ referũtur mutuo relatiõibus realibus/referũtur ꝓpriis relationibus formaliter exi stentibus in ipsis formaliter:sed agens & patiens referuntur mutuo reali bus relationibus:igitur actio est in agente:& passio in patiente. Sed hæc sunt ueritatis cauillamenta; igitur ad primum dico ꝙ agere & pati sunt

Secundum

Tertium.

Dubitatio pria

Secunda.

Tertia:

Solutio.

effectus incompossibiles alicui tanq̄ subiecto prædicationis: non autem tanq̄ subiecto inherentiæ: ambo enim inherent mobili: non autem ambo de ipso mobili prædicantur. Ad secūdum negatur ꝙ passum sit effectus actionis bene enim concedo aliquid per actionem in passo ipso effici: non tamen concederē passum ipsum totaliter per actionem effici. Ad tertium negatur minor: nō enim agens & patiens mutuo realibus relationibus referuntur: passum enim bene per se ad agens refertur: at agens non nisi relatione quæ est in passo dicitur agens. Hanc nostram dilucidationem ad uerbum tetigit lucidus doctor Themistius tertio physicorum libro capite quarto & capite septimo: cuius uerba quære tu si curiosus es. Thomas etiam inter expositores præcipuus / Egidius & Albertus idem ubiq; autumant. Auicenna / Alfarabius & alii multi idem credunt. Hæc de dilucidatione dicta sufficiant.

¶ Caput solutionum quintum.

His apertis. Ad primam negatur consequentia. Ad probationem dico ꝙ subiectum prædicationis: & inherentiæ quandoq; est idem: ut in accidentibus absolutis: interdum nō: ut in accidentibus respectiuis: dicitur enim columna destra destreitate existente in animali: & non destreitate existente in colūna: & sic in proposito ignis dicitur agens actione existēte in mobili. Ad secūdam dico enthymema illud nō tenere per hoc / quia actio est in agēte: sed p hoc ꝙ mutatur intētionaliter de nolente ad uolens: ut deducit Auerroes. Ad tertiam dico ꝙ est una actio respectus: & duæ actiones actæ: quia duo motus: & duo calores: unus tamen respectus propter denominationem ab una eademq; causa: & sic differunt in realitate subiectiua: non autem in realitate respectiua siue formali. Ad quartam dico ꝙ sunt unus motus: qui potius est in mobili passoue q̄ in mouente agēteue propter rationes tactas: & concedo unum esse actum agentis & patientis: sicut unus est actus motiui & mobilis / qui est motus: nō tamen eadem ratione: ut dictum est. Ad ultimam concedo doctionem & doctrinam esse unum motum: non tamen discens docet: quia licet sit unus motus secundum subiectū: est rōne differens: ut dicit Themistius: quęre etiam ea quæ scripsi in tertio physicoꝝ: quia ibi dedi aliam positionē: sed hæc est magis probabilis. Hæc de sexta disputatione: & de toto nono libro.

Finit liber nonus.

EIVSDEM AVGVSTINI NYPHI DILVCIDARII METAPHYSICARVM DISPVTATIONVM LIBER DECIMVS AD EVNDEM MAGNANIMVM COMITEM SEVERITANVM ANDREAM CARAPHAM.

Præfatio.

h Actenus præstans Comes de totius scientiæ materia: ut de ente Aristoteles perfecit in omnibus prioribus libris: ubi tot disputationes legisti: at nunc de uno atq; cæteris quæ unum cōsecuntur pertractat. Nacti uero sumus has disputationes eas igitur diligenter examines uelim quia edere non dubitabo. Vale.

¶Disputatio prima si deus sit mensura omnium in genere substantiæ.

¶Caput dubitationum primum.

Quod deus non sit substantiarum mensura: arguitur. Primo quia mensura notior esse debet: at deus nostro intellectui se se habet ut lumē solis oculis noctuę. Secundo mensura aliquoties replicata redit mensuratum: at deus nunq̄. Tertio quod nec est maius/nec minus aliquibus: nō potest esse illorum mensura: at deus nec maior est/nec minor substātiis: quia est infinitus: quod nulli est comparabile. Quarto mēsura debet esse minimū at deus est sub stantiarum maxima; oppositum uelle uidetur Aristoteles. Hęc de dubitationibus.

¶Caput tituli secundum.

Quid deus sit: quidue genus substantiæ: p sępe hoc in libro patuit: at mēsura est|ut Ari. ait in littera: quæ in toto genere est minimum/notius/& tale: quod aliquoties sumptum redat totum: utrum autem aliis modis dicatur mensura: in dilucidatione dicetur. Hæc de titulo.

¶Caput opinionum tertium.

Comento. vii. Auerroes huius libro decimo uoluit deum esse mensuram substātiarum: Pō prima auer. & utitur hac ratione; qa cætera mēsurantur/atq; moderari solemus fine;

ut secũdo de anima libro traditur:sed in duodecimo libro probatur deũ esse formam & finem:igitur deus est mensura substantiarum; & omniũ rerum. Secũdo alii solent arguere ut Auerroes in libro de beatitudine/ id pœnes cuius accessum uel recessum attenditur latitudo rerum: est illarũ mensura:at pœnes accessum ad deum & recessum res ponuntur in latitudine perfectionis:igitur ut prius: Alii dixerunt mẽsuram substantiarũ & omniũ rerum esse non gradũ perfectionis:quia latitudo difformis attenditur pœnes recessum a nõ gradu:sed quia latitudo rerum est difformis: & nõ gradus est infinite paruum ens:tale est prima materia: infra quam nihil est:& media inter ens/& non ens:igitur materiam mensurã esse asserunt. Obicit aũt expositor contra Auerroem. Primo quia ut Ari. indicat metrum debet esse coniunctum/ & nõ seperatum:at deus est seperatum quoddam a materia & magnitudine. Secundo quia tunc deus esset in prędicamento substantiæ:quia mensura/& mensuratum sunt eiusdem generis. Cõtra secundã positionem obicit Albertus. Primo quia nõ oĩs substãtia hẽt materiã. Secũdo quia materia est incerta. Tertio materia est causa numeri:igitur non est mensurã quia mensura uult esse unũ quid. Propter hæc exteri uolũt in genere substantiæ esse aliquid:quod sit omniũ substãtiarum mẽsura: uerũ non patet quid sit illud:propterea sit nunc gratia ueritatis A: A enim est prima mensura tum quia sibi cõpetit unitas:tum qa est cum mensuratis eiusdem generis. Sed hæc põ est adhuc dubia primo quia si A est substantia & nobis ignota:non potest habere rationẽ mensuræ:semper enim mensura est mensuratis notior. Secũdo subtiliter arguit Egidius quia totum genus substantiæ est mẽsurabile:quia totum genus substantiæ est simpliciter ens:cœtera sunt entis:cum igitur totum genus substantiæ sit mensurabile:igr̃ per nihil sui generis debet mensurari. Tertio nõ potest aufugere ista positio:quin A sit aut perfectissima substãtiarum species:aut impfectissima: si perfectissima:illa non erit/nisi species angelica:uel humana:& sic est certa:quod ipsi negant:sin autem imperfectissima:sic est ælementum:istud enim apud oẽs philosophos est in tota specie substantiæ materiæ propinquissimum:& sic idem/ qđ prius. Alii ut uidetur Ioanni distingunt de mensura:uolunt enim mẽsuram aliquorũ esse bifariam intrinsecam:& extrinsecam: dicunt propter hoc deum esse substantiarum extrinsecam mensuram:at intrinseca illarum mensura nõ deus est:sed forma cuiusq; substãtiæ. Sed obicit Egidius hanc distinctionem nullam esse in genere substantiarũ:quia ut dicit aliter est in substantiis:aliter in cœteris p̃dicamentis:in substantiis enim nõ potest assignari mẽsura nisi extrinseca:eo quia idẽ est esse substãtiæ & entis inquantũ ens mensurã:quia sola substãtia est ens:& cætera sunt entis: & propterea idẽ est esse mensurã entis ut ens:& substãtiæ:sed ens trãscendit genus substã

Secunda.

Obiectiones expositoris.

Põ exterorũ

Obiectiones

Põ ioannis.

Obiectio.

Pō egidii

tiæ:igitur omnis mensura in substantiis est extrinseca. Propter hęc tenet Egidius deum esse simpliciter mensuram substantiarū:eo quia substantiis nulla potest accōmodari mensura nisi extrinseca:quia eadem est entis & substantiæ mensura:at deus apud oēs est entis mensura:igr̄ & substantiarum. Et licet Egidius acute loquatur:sua tn̄ positio non placet: quia si

Confutatio

ratio substātiæ & entis sit una:uel intelligit per substantiā/genus substātiæ prædicamentariū:uel quid cōe omnibus quibusuis substātiis / siue in prædicamento constitutis/siue extra prædicamentum positis:si intelligit per substantiam/genus p̄dicamentarium:tunc omne ens esset in prædicamento:erunt enim tot species entis:quot substantiæ:si quidem est eadem substantiæ & entis ratio:quod non credo Egidiū concedere:si per substātiam intelligit quid cōe:tunc restat quæstio quid est substantiarū cōtractarum ad genus substantię metrum:illud enim non pōt poni deus: quia apud Egidium deus est mensura substantiæ quatenus est mensura entis: non est aūt eadem ratio substantiæ prædicamentariæ & entis: igitur non pōt poni deus. Non desunt qui dicant substantiā mensurari pænes eius

Pō quorūdam peripateticorū.

operationē:docuit enim Ari. in primo cœli rerum perfectiones & uirtutes mensurari per maximum in quod possunt/quod quidē est aut earum operationes: aut non sine operationibus:captiunculatores uero in idē fere concidūt mensurari definiriue per minimū:in quod non possunt. Sed

Confutatio

si substātiæ mensurarētur operatiōibus; tunc opationes essent mensuræ substantiarum:& ita mensura non esset eiusdem generis cum mensurato operationes enim substantiarum non sunt substantiæ:ut omnes sciunt. Hæc de positionibus.

¶ Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione debes scire. Primo q̄ ratio mensuræ & mensurati non cōpetunt nisi quantis proprie & per se: eo quia de rōe mensuræ est ut sit in suo genere primū/minimum/& per replicationem comparabile mensuratis. Primū quidem saltem quo ad notitiam nostram:minimum/non quidem simpliciter/sed quo ad sensum:per replicationem cōparabile mēsuratis:quia aliquoties sumptum debet redere mēsuratum:tale est granū frumenti in ponderibus:est primum:quia nulli dubium/nulli occultum: in omni enim regione granū frumenti patet:nō aūt in omni regione granum ciceris/uel fabæ/uel ordei:quia sine leguminibus uiuere possumus: non sine frumento. Amplius apud oēs gentes patent sacrificia:at sine pane nullū celebratur sacrificiū: & ita granū frumenti oībus est primum & notissimum. Est etiam granum frumenti quo ad sensum minimū: q̄a licet granum milii eēt minus:non tn̄ sufficit uariare notabiliter pondus: est præterea per replicationem cōperabile oībus mensurantis:nam grana xx. faciunt scropulum; & .lx. dragmā;& sic procedere possumus usq; ad

igitur de rõe proprie mensuræ est ut sit prima/minima/ & per replicatio nem cõparabilis mensurandis rebus:hæc non nisi quantis competere pos sunt:transumptiue uero cæteris prædicamentis/quatenus participant ali qua ratione ipsa quantitate. Secundo debes scire ꝙ pænes aliud attẽditur mensura substantiarum absolute hoc est quatenus substantiæ/& ens:pæ nes aliud attenditur mensura substantiarum ut in prædicamento ponun tur. Absoluta enim substantiæ ratio cõtinet omnia quæ sunt simpliciter entia:ut deus/& intelligentiæ/& cætera id genus: prædicamentum autẽ substantiæ cõtinet genera/species & indiuidua:ulterius etiã pænes aliud attenditur mensura substantiarum: ut omnes sub uno ponuntur genere cõmuni:igitur alia ratio mensuræ competit substantiis:ut substãtiæ: alia substantiis/ut prædicamẽtariæ:alia substantiis omnibus/ut sub uno cõ tinentur primo genere. Tertio debes scire ꝙ ratio mensuræ potest compe tere substantiis omnibus ut ponuntur sub uno primo & cõmuni gene re bifariam a priori & quo ad naturam:& a posteriori & quo ad nos: his prædefinitis/ de hac ardua disputatione uidetur esse mihi dicendum ꝙ si considerentur substantiæ ut prædicamentariæ:tunc mensura illarum est substantia prima:deduco quia Aristoteles in libro prędicamentorum do cet primas substantias esse maxime & ꝓprie & principaliter substantias eo quia illis maxime competit ratio prædicamenti substãtiæ: quæ est sub stare:& docet comparare genera & species ad illam per hoc ꝙ speciebus magis/generibus minus competit ratio substantiæ:& propterea conclu dit maxime substãtias esse primas:post illas esse species: ultimas genera: Si uero considerentur substãtiæ/ut in uno cõmuni ponũtur genere:qua tenus omnes sunt species unius generis cõmunis: quod est corpus substã tiariũ:ut peripatetici uolunt:& Auerroes maxime in his paraphraxibus: quas scripsit in libro Porphirii:mensura omnium illarum est species hu mana:declaratur quia eo modo quo transumptiue his substantiis ratio mensuræ competit:speciei humanæ uidentur competere omnes conditio nes:prima quidem/quia est notissima: omnibus enim homo patet: non oĩbus quoduis animal. Secundo minima est saltem quo ad partem intelle ctiuam:dicitur enim in libro de anima intellectũ esse ultimum/& mini mum. Amplius in tantum est minimum: quod nec corpus/nec partem aliq̃ corpis occupat. Tertio reddit omnes species non quidem replicatio ne/quanti sed continentia uirtutũ:hẽt enim uirtutes ælementoꝝ/mixto rum imperfectorum/mixtorum perfectorum/animãtium/ & omnium: igitur speciei humanæ competit ratio mensuræ omnium substantiarum: quatenus sub uno cõmuni genere continentur:hoc est decretum Galeni/ Auicennæ/& omnium medicorum:sin autem substantiæ considerentur absolute uel ut entia sunt:si quidem mensurę ratio sumitur pęnes gradus

naturales/& quo ad naturas rerum:bene dixit Egidius:& bene dixerunt sorticolæ.Egidius quidem asserens deum esse mensuram : est enim bene dictum/si res ponuntur in latitudine pænes accessum ad summum:bene sorticolæ dicentes materiam:si res ponũtur in latitudine pænes recessum a non gradu: si autem mensuræ ratio sumitur quo ad nos : sic recte ultima positio ait:substantias mensurari per operationes:quia per illas arguimus perfectiones essentiales:per quas collocamus illas in gradibus naturalibus latitudinis totius entis.Hæc de dilucidatione.

¶Caput solutionum quintum.

His expositis. Ad primam dico ꝙ deus est notior naturæ : uel saltem est nobis notissimus quo ad eius primam opationẽ:quæ est motus diurnus: est enim hæc operatio notissima:& quantum ad hanc sufficit esse notissimum. Ad secundã dico ꝙ deus non est mẽsura per replicationẽ essentiæ: sed per comperationem recessus:& hoc sufficit. Ad tertiam quicquid sit apud philosophos:tamen dici põt ꝙ mensura per replicationem recessus non debet maior esse/nec minor:sed sufficit sub aliqua ratione esset perfectiorem. Ad ultimam respondeo ꝙ deus est minimum simplicitate essentiæ:& hoc satis est. Hæc de disputatione prima.

¶Secunda disputatio est si unum & multa contrarie opponantur.

¶Caput dubitationum primum.

Quod non opponantur. Primo arguitur: quia unum oppositorum non prædicatur de altero:sed unũ de multitudine prædicatur: Est enim istud armentum una bouum multitudo : illud stabulum una equorum multitudo:& de cæteris id genus:igitur non opponuntur. Secundo unum uni opponitur:at multum opponitur pauco:igitur non uni. Tertio quod est pars alicuius:non opponitur illi.Sed unum est pars multitudinis : igitur non opponuntur. Quod uero nec contrarie opponantur. Arguitur quarto per regulam secundi topicorum si sunt quatuor termini oppositi adæquate:si unus illorum conuertitur cum altero:& alterum cum altero conuerti necesse est:modo ens & non ens opponũtur:& unum & multa etiã opponuntur:igitur si unum cum ente conuertitur : multitudo cum non ente conuertetur. Sed inter ens & non ens est oppositio cõtradictoria: igitur inter unum & multa:In oppositum uidetur Aristoteles in textu.Hæc pro dubitationibus.

¶Caput tituli secundum

Vnum & multa bifariam accipi solent interdũ enim ꝑdicamẽtaliter:quatenus unum est principium multitudinis ex diuisione cõtinui ꝓductæ:& quatenus ipsa multitudo ex diuisione continui efficitur:nõnunq̃ transcẽdẽter:quatenus est principiũ multitudinis entiũ/ut entia. Egidius addit multitudinẽ posse tertio accipi:ut distinguitur cõtra paucum:iuxta prædicamentum quanti cum dicitur multũ & paucum esse quanti propria: de his tamen quære in libro quarto disputatione tertia per totũ. Dicitur autem alterũ alteri opponi quadrifariam ut Aristoteles dicit in prædicamentis:aut ut aliquid:aut ut contraria:aut ut habitus & priuatio: aut ut affirmatio & negatio:ut relatiua quidẽ ueluti duplũ dimidio:ut cõtraria uero ueluti bonũ malo: ut secũdũ priuationẽ & habitũ ceu cecitas uisui: ut affirmatio & negatio:ceu sedet & non sedet. Ex his patet titulus.

¶Caput positionum tertium.

Exteri dicunt unum & multa posse bifariam considerari uno modo quo ad eorum rationem perfectam & actualem:uerbi gratia unũ quo ad eius rationem formalẽ:& multitudo etiam quo ad rõem formalem: alio mõ quo ad rõem imperfectam/& ut in potentia:tunc dicũt ꝙ si unũ & multa sumãtur quo ad rõem imperfectam/ & ut in potentia:ut sic nullo mõ opponuntur:immo unum est pars multitudinis ut sic:& una multitudo pars alterius:sin autem sumantur quo ad rationes formales perfectas:sic opponuntur cõtrarie:& hoc probant per uerba Ari. qui cõcludit illa opponi ut contraria:hæc determinatio uidetur expositoris:& uĩ Ioãnis/ & plurium aliorum. Sed sorticolæ obiciunt pręcipue Albertilla eorũ dux/ quia si unum & multa opponantur contrarie:aut sumendo illa materialiter pro naturis de quibus unũ & multa prædicantur:aut formaliter:non materialiter/quia ut sic non opponuntur aliquo modo:unus enim homo & multi homines pro rebus sumpti nõ opponuntur:si formaliter ꝙ unũ formaliter dicat indiuisibile:& multitudo dicat diuisibile:ut Aristoteles dicit in texu:& tunc priuatiue/& non contrarie opponentur. Secũdo data hac positione:tunc unum diceret aliquid formaliter positiuum super additum enti:quod est cõtra Auerroem in hoc decimo:quarto huius: est etiam subtiliter reprobatũ quarto huius disputatione superius allegata. Non desunt qui dicunt unũ & ens quatenus diuersis considerantur rationibus:quadrifariam opponi:nam si unum consideratur ut cum ente conuertitur:quicquid est unum habet rationẽ entis:at multitudo est nõ ens: quatenus cadit a ratione unius & hoc modo cõtradictorie opponuntur: si autem consideretur unum ut mensura multitudinis:ut sic unũ & multa relatiue oppõnũtur si aũt unum cõsideretur quo ad eius formalẽ rõem quæ est indiuisio: sic opponitur multitudini priuatiue:at si consideretur

Põ exterorum.

Obiectiões sorticolarum.

Comento. viii.

Comento. iii.

Secunda põ

Obiectio Ioan. quo ad materialē rōem:quę est ens:opponitur cōtrarie:Obicit Ioānes primo mēbro:quia quantūcūq; multitudo nō sit ens:tñ nō est nihil:est enim saltem entia: at extrema contradictionis talia esse debent: ut alterū de entibus:alterq; de non entibus:pdicetur:possent defendi isti q dum dicūt hęc opponi cōtradictoriæ nolunt dicere pprie & uere ceu sedet & non sedet: sed dicunt opponi cōtradictorie quatenus multitudo aliquo pacto rōem entis aufugit. Sed quicquid sit de rōe Ioannis dico q multitudo non aufugit modo aliquo rōem entis:immo multitudo est ens:& est una:ut hæc lapidum multitudo est ens:& est una:potest enim dici una multitudo & duę multitudines:& sic est una:& est ens:Quod si dicas tunc unū & multa non opponentur:dictū est quarto huius loco allegato: q opponuntur quo ad rōes formales:tñ ea quæ sic opponuntur:pñt ita se se habere q alterum de altero prædicatur. Præterea errat hæc pō:ut sentiunt recte sorticolæ in eo qđ dicunt hæc quo ad rōes materiales opponi cōtrarie:dictum est enim illa hoc pacto nullo modo opponi. Hæc de positionibus.

Caput dilucidationis quartum.

Facile est dilucidare disputationis ueritatē/si recte accipiantur fundamēta peripateticorum quarto huius:ubi debes scire q non est dubium q sumendo unum pro defectu:& multitudinem pro excessu. Amplius etiam q sumendo unum pro mensura & multitudinē pro mensurato:illa opponi relatiue:licet non uno relatiuorq; modo:quod ad pręsens non curo explicare:satis enim ex libro quinto haberi potest:sed disputationis punctum est quo nam modo unum & multa opponantur sumendo unum ut dicit indiuisibile & multa ut dicit diuisibile siue sumantur transcendenter:siue sumantur prædicamentaliter. Et dico ulterius q si unum consideretur ut pars multitudinis:& ut habet rationem incompletam:ut sic nulla oppositionis specie opponuntur:ut dictum est. Præterea dico q si unum & multa sumantur pro fundamentalibus rationibus:unum pro ente:& multitudo pro entibus:minime etiam opponuntur:sed sumendo unum formaliter ut dicit indiuisionem:multa ut dicit diuisionem:sic pure priuatiue opponuntur. Vnde dilucidatio pōt sic componi:& ordinari:unum & multa

Ordo dilucida. trifariam sumi possunt:uno modo quatenus unum dicit defectū:& multitudo dicit excessum:& sic opponūtur relatiue uno relatiuorum modo. Alio modo ut unum dicit mensuram/& multitudo mensuratum: & hoc modo opponuntur relatiue etiam modo mensuræ ad mensuratum. Tertio possunt capi unum & multa ut diuidunt ens: siue pdicamentaliter/siue transcendentur:& sic aut unū ut pars:& multitudo ut totū:& isto modo nulla oppōnis specie opponuntur: aut ambo ut dicunt rōes proprias actuales:& iterum bifariā/aut pro rōibus fundamētalibus atq; materialibus uidelicet unū pro ente:multa pro entibus: & sic etiam nulla oppōnis

ſpecie opponũtur:ut recte ſorticolæ:aut pro rõibus formalibus uidelicet unum pro indiuiſibili:multa pro diuiſibili:& ſic opponuntur pure priua tiue:contradictorie quidẽ non:quia contradictionis alterum oppoſitorũ eſt ens:alterũ nõ ens:at extrema huius oppoſitionis ambo entia ſunt: cõ trarie aũt minime:quia unũ formaliter nihil poſitiui dicit ultra ens ſecũ dum opinionẽ peripateticorum:igitur non põt opponi contrarie:relatiue nequaq̃:quia unum & multa non ſunt formę reſpectiue:ſed abſolutæ:igr̃ ſiqua inter ea oppõnis ſpecies eſſe poteſt: illa eſt priuatiua:ut Ari. dicit: qualis eſt inter diuiſibile & indiuiſibile. Sed occurres:quia Ari. concludit unũ & multa opponi cõtrarie:inquit enim cũ igitur oppões quadrifariã ſint & hoꝝ alterũ ſecundum priuationẽ dicatur:contraria erũt utiqꝫ: hęc Ari. Sed ſi ſtandum eſſet uerbis nudis Ari. in principio dicit unũ multis opponi ut indiuiſibile diuiſibili:quæ oppõnis ſpecies eſt priuatiua: ꝓpea uerba eius debẽt medulitus intelligi/ut Auerroes ſuplet:ꝙ uidelicet Ari. abutitur noïe contrarietatis:ſumit enim contraria pro priuatiue oppoſitis:& non abſone:quoniã cõtraria ſemper ad priuatiue oppoſita reducũ tur:quatenus ſemper alterũ cõtrariorũ eſt impfectius ſe ſe hñs/ut priua tio:alterũ perfectius ſe ſe hñs ut habitus:& ſic ſapiẽs Auer. uult cõtraria ſumpſiſſe Ari. pro priuatiue oppoſitis. Expoſitor aũt indicat aliã cãm/ quare Ari. ea ſic confundit/aſſerens ꝙ unũ non dicit puram priuationẽ ſicut cecum:dicit enim principaliter ens ſuper addens indiuiſionẽ:& hac ratione aſſerit illa contrariorũ modo opponi non tamen pure contrarie: nec pure priuatiue ut cecum & uidens:ſed priuatiue modo cõtrariorum. Hæc de dilucidatione.

Dubitatio

Solutio.

Comento. ix.

¶ Caput ſolutionum quintum.

His dilucidatis. Ad primam dico unum & multa opponi ſecundum rões formales:& ſic abſtractiue neutrũ de neutro dr̃ non enim unitas eſt mul titudo/nec econtra:bene tñ concretiue multitudo eſt una. Ad ſecundã ſa tis patuit:unum enim multis opponi poteſt diuerſis rõibus. Ad tertiam iterũ patuit. Ad quartam illa regula non hẽt locũ in tranſcẽdẽtibus. Pre terea eget multis conditionibus. Hæc de ſecunda diſputatione.

¶ Tertia diſputatio eſt ſi multitu do ſit ratione unitate prior.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod unitas ſit multitudine rõe prior:arguit̃. Primo qa multitudo defi nitur per unitatem:dr̃.n. multitudo eſt unitatũ cõgregatio:igr̃ unitas eſt rõe prior multitudine. Secũdo prius in ordine cõcipiẽdi eſt unũ:q̃ multa:

intellectus enim. Primo aprehendit ens. Secundo nō ens. Tertio intelligit diuisionem entis a non ente. Quarto intelligit unum quod priuat talē diuisionem. Vltimo intelligit multitudinem: quę ex talis unitatis replicatione resultat: igitur unitas est ordine cōcipiendi multitudine prior: & ita ratione / & quo ad nos prior. Tertio tunc in definitiōibus erit circulus: deducitur quia unum definit multitudinē: dicitur enim multitudo agregatio unitatum & multitudo definit unum: quia unum est diuisiōe carens: ut dicitur in textu: igitur circulus. In contrariū est Aristoteles in textu / quom dicit quare multitudo prior est ob sensum ipso indiuisibili ratione. Hæc de dubitationibus.

¶Caput tituli secundum.

Ratio quam signat nomen: difinitio est: ut dicitur quarto huius: & propterea esse prius ratione: nihil aliud est q̄ esse prius definitiōe: at illud definitione prius altero est: quod in illius definitione cadit: & nō econtra: ceu substantia prior accidente est definitione: quia in illius cadit definitione: & non e contra: unum uero & multa non aliter in præsenti disputatione intelliguntur: q̄ proxima intelligebantur: sumuntur enim transcendēter: ut primo ipsum ens diuidunt. Hæc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

Pō platonis Plato non modo ante multitudinem posuit ipsum unū: immo ante ens: imaginatur enim ꝙ quēadmodum ab ipso puncto fluit linea: & ab ipsa linea superficies: & omnino ab īdiuisibili diuisibile: sic ab ipso uno fluit ens & multitudo: propterea quædam ponit sub uno: ut materiā: quæ non ponit sub ente. Sed hæc positio est in multis locis a nobis reducta in bonū: nunc de ea satis.

Pō ioannis. Ioannes de disputatione breuibus se se expedit: uolens ordine naturæ unum esse prius ipsa multitudine: tum quia simplex: tum qa causa illius: igitur ordine naturæ unū prius est multitudine. Secūdo dicit ꝙ quo ad nos nostrāqꝫ cognitionē multitudo est prior unitate: ꝓbat qa multitudo est sensibilior unitate: unde Auer. ait hoc esse pro tanto qa diuisibile est maius indiuisibili: & maius manifestius est minori.

Comento.ix.

Confutatio Sed hæc solutio Ioānis est uera: non tñ est ad ꝓpositū tituli: nos. n. quęrimus an multitudo sit definitiōe prior unitate: ecce qd̄ nostra disputatio est de ordine cognoscendi in uia definitiua: & ad hoc nō respondet Ioānes in sua prima solutione.

Pō expositoris. Exteri partim sumentes ab expositore / partim addentes dicūt: Primo ꝙ nec unū rōe seu definitiōe est prius multitudine: nec multitudo uno: sed alterū altero prius est definitōe reciproce alia atqꝫ alia rōe: Quod declarant: qa multitudo pōt cōsiderari quo ad illud qd̄ ipsa multitudo est hoc est ut multitudo: & ut diuisio: similiter unū pōt cōsiderari / ut unū / & ut indiuisibile: si multitudo cōsideret̄ ut multitudo: est rōe posterior ipso uno: qa definitur uno: est. n. ut sic / agregatio unitatū: sin aūt cōsideret̄ ut

diuisio est ratione prior uno:quia ipsum unum definitur per negationẽ diuisionis: ut punctus per negationẽ partium : est enim unũ diuisione carens: ut punctus id cuius pars nõ est;hoc est primũ eorũ:quod ab expositore sumpserunt. Secundũ eorũ est:quod in ordine cõcipiendi:unũ prius est:quia dũ concipimus ordinate:prius cõcipimus ens:ens enim & res prima impressione imprimuntur in aĩa:ut dicit Auic. Secundo concipimus non ens:est enim in cognitione alterius oppositi quasi contenta cognitio alterius. Tertio concipimus diuisionẽ entis a non ente:quia cum extrema concepimus:drãm concepisse oportet. Quarto concipimus unum/quod est ens indiuisum in se:& diuisum aquolibet alio. Quinto cõcipimus multitudinẽ:quæ replicatione unius cõficitur:hæc exteri. Sed circa hæc addubitatur primo:quia Aristoteles absolute dixit multitudinem priorẽ esse: & non partim sic:partim non:& sic ista expositio est corrumpere textũ. Secundo uidetur ꝙ secundum dictum eorum contradicat primo: quia si unum in ordine concipiendi est prius:igitur & in ordine definiendi:aliter definitio nõ ex his esset:quæ sunt cõceptione priora. Hæc de põibus. Obiectio.

¶Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione igitur debes scire unum & multitudinem posse cõparari in uia definitiua/uel quo ad rationes eorum generum:uerbi causa : unũ quo ad rationem indiuisibilis:& multitudo quo ad rõem diuisibilis comparari possunt:uel quo ad rationes specierum:hoc est si unum ut unũ & multitudo ut multitudo cõparentur : tunc dico ꝙ si unum & multitudo comparentur quo ad rationes generum:ita ut unum quatenus indiuisibile:& multitudo quatenus diuisibile comparentur:sic multitudo definitione prior est uno:probat Aristoteles in textu. Primo quia priuatio suo cõtrario declaratur:at unum ut indiuisibile est priuatio:multitudo ut diuisibilis est habitus:igitur unũ ut sic/definitur multitudine. Secundo arguit quia definitiones dantur quo ad nos/& cognitionem nostram sensitiuã: at multitudo ut diuisibile sensibilior est uno ut indiuisibile. Secundo dico ꝙ si unum comparetur multitudini sub ratione speciei:hoc est unũ quatenus unum:sic ipsum unum prius est ipsa multitudine definitione:cuius signum est:quod dum definitur ipsa multitudo ut multitudo:describitur unitate:dicitur enim multitudo est unitatum agregatio. Ex his apparet dilucidatio:Aristoteles enim dum multitudinem definitione priorem fecit ipso uno:sumpsit multitudinem:quo ad rationem generis:arithmetici dum faciunt unitatem priorem:sumunt unitatem/& multitudinem sub rationibus speciei:Hæc nostra dilucidatio forte intelligitur ab expositore:ut patet ei:qui uult curiose eum legere. Hæc de dilucidatione

¶Caput solutionum quintum.

His apertis patet solõ obiectionũ. Ad primã enim patet solõ:Multitudo

enim definitur per unitatem: quatenus rationibus specificis & positiuis considerantur: quatenus uero rationibus genericis: ut sic unũ ipsum multitudine definitur. Ad secundam patet solutio: unũ enim ipsum est prius ordine concipiendi / dum concipitur specifica rõe: aliter non. Ad tertiã negatur argumentum: circulus enim esset qñ eisdem rõibus alterum altero prius & posterius esset. Hæc de tertia disputatione.

¶ Quarta disputatio si a priuatione in habitum regressio fieri possit •

¶ Caput dubitationum primum:

Quod e priuatione ipsa in habitũ regressio fieri nõ possit: arguitur primo per uerba Ari. in prædicamentis: ubi ait e priuatione in habitum nõ posse fieri regressionem. Secundo priuatio non potest habere rõnem termini e quo: quia semp sequitur habitũ: igr̃ ab illa nulla fieri põt mutatio. Tertio, si e priuatione fieri possit regressio: tunc idem corruptum posset redire: contra Ari. in libris de generatione. In cõtrarium sunt Aristoteles

Comento • xvi • & Auerroes: & expositores. Hæc de dubitationibus •

¶ Caput tituli secundum •

Priuatio / quam græci steresim uocant: multifariam dicitur apud ipsos: dicitur enim & de priuatione ante rem: qualis est illa: quæ formã præcedit: & de priuatione post rem: qualis est cecitas post uisum: latini uero illam quæ est ante rem: non priuationem: sed carentiam appellant: solũ aũt quę post rem est: priuationem nuncupant: sed imitemur græcos: & arabas: un

Comento. vii • de Auerroes in hoc libro decimo: priuationem etiã extendit usq; ad imperfectas formas. Nigredo enim dicitur priuatio albedinis: & terra priuatio ignis. Quot uero modis priuatio dicatur: quinto huius proprio de priuatione capite legatur. Patebit aũt distinctio alia in dilucidatinoe. Habitus uero interdum pro medio quodã inter rem: quæ habet: & rem / quæ habetur accipitur: & hoc pacto est apud quosdam respectus extrinsecus adueniens: cuius extrema sunt res ipsa habẽs: & res ipsa / quæ habetur: qua rõe & uia calciatũ esse / & uestitum esse / habitũ dicimus: nõnunq̃ pro dispositione: qua boni uel mali dicimur: & hac rõe uirtutes & uitia habitus dicuntur: dicti quidem habitus: quia ex actibus frequentatis generãtur: ut dicitur tertio ethicorum: & quibus facile cadimus in actiones: ut dicitur

Comẽto. xviii • tertio de anima: inquit enim Auerroes hæc enim est definitio habitus scilicet ut habens habitum: intelligat per ipsum: illud quod est sibi propriũ ex se / & qñ uoluerit absq; eo q̧ indigeat in hoc aliquo extrinseco: uerum in proposito per habitum / formam intelligimus: quæq; habitus materiæ

dici potest:quatenus per illã:facile cadit in actionem. Regressio aũt reditus est:unde hoc pacto e priuatione in habitum uel ab habitu in priuationem regressio fieri potest:quãdo in subiecto prius fuit habitus:deinde illo abiecto: iterum in idem redit subiectum: simili ratione & de priuatiõe intelligi potest. Hæc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

Sunt qui ex uerbis Platonis reditum crediderunt:non tantũ e priuatione ipsa in habitum:sed e corrupto in idem numero uiuens:unde Plato in timæo:quem Calcidius comẽtatur: inquit/est tñ intellectu facile:quod pfectus temporis numerus perfectũ annũ compleat:tunc demum cum oĩm octo circulationum cursus per acti fuerint: uelut ad originẽ atq; exordiũ circũactionis alterius reuertentur:quam semper idem atq; uniformis motus dimetitur:hæc Plato. Ex his astronomi sumpserũt annũ maximum: quem non una ratione tradiderunt: nõnulli enim ipsum fecerunt decem millia annorũ spacium: eo quia Plato dicit nullum annum unde uenerat redire/nisi post.x.millia annoꝝ. Macrobius dicit illum esse.xv.milia annorum:nõnulli:quos inter hebreos sectatur Iosephus:asserunt illum esse xl.millia annorum. Ptolomeus:& qui temporibus suis obseruarunt motum stellarum fixaꝝ annum hũc uolunt esse.xxxvi.millia annorũ:obseruarunt enim stellas fixas centum annis peragrare gradũ unum zodiaci. sed gradus sunt ccclx.quare si centum ducantur in ccclx. complebitur reuolutio in.xxxvi.millia annorum. Id uero quod hodie tenetur de ãno isto ab oĩbus fere/ut Campano/Thebitio/Alfonso/& cœteris iunioribus est annum maximum esse.xlix.milliũ annoꝝ:obseruarũt enim post Ptolomæũ stellas fixas in.cxxxv.annis diebus.xl. peragrare unum zodiaci gradum:quæ ratio docet:ꝙ si.ccclx.ducantur in annos.cxxxvi.& dies xl. reuolutio complebitur in.xlix millibus annorũ. In isto ipso tẽpore caput arietis octaui septies capiti arietis.ix.cõiungi asserunt: & quoniã uiderũt coniunctionem fieri singulis semptem millibus annorũ:& septem ducta in septem faciunt.xlix.millia annorum:hac rõe reuolutio illa completur dicto tempore:uerum de his regulis/deq; quantitate anni maximi/& de defensione Ptolomæi in libro de sex diangulis omnium stellarũ dicemus. ũNe uero dicamus ꝙ tenentes annum maximũ crediderunt res poni in duplici differentia:nam aliæ sunt:quarum formæ redigunt in materias: aliæ quæ post corruptionem remanent:ut homines:tunc dicunt ꝙ qualibet res/cuius forma remanet:singulis.xlix.millia annorum redit eadẽ numero simpliciter:probant quia redit cœlica eius cõstellatio:sub qua exoriebatur in hoc tempore:unde oĩm stellarum cõstitutio:quæ fuit in natali meo/singulis.xlix.ãnorum millia redit:ut idem sit præcise horoscopus. idem cœli cardo meridianus:idem imum:idem occasus/cœteriq; signorũ

De opiniõe platonis deq; anno amximo.

situs:planetæ præcise in his met locis quibus antea fuerunt:cõstituentur: igitur si eadem præcise constellatio eodem modo disponet materiam : & idẽ animus qui remansit redit:& idem singulis.xlix.millia annorũ unusquisq; redibit.Secundo dicunt ꝙ quælibet res cuius forma non remanet post eius corruptionem singulis.xlix.millibus annoꝝ/non simpliciter eadem:sed simillima redibit:adeo ꝙ per sensum eadem simpliciter diiudicabitur. Declarant quia quantumcũq; redeat cõstellatio eadem : non tamẽ idem numero motus/nec idem numero lumen/nec forma rei eadẽ numero:& huic non eadem/sed simillima exorietur. Pro hac positione dicũt facere ea quæ Ari. ait in libro metheororũ: & in libro cœli:& in libro metaphysicæ:ubi inquit easdem opiniones infinities generari/infinities corrũpi:& cætera id genus:hoc enim non dicit/nisi animaduertens ad tales cõstellationũ reditus.Sed qualis sit hæc positio:& quomodo nec est catholica:nec physica:quinto physicæ auscultationis disputaui: ibi enim declaraui diligenter:hanc põem.Præterea disputaui de resurrectiõe acutissime insuper etiam hæc positio non est ad propositũ:nos enim non quęrimus si idem corruptum numero possit redire:sed si a priuatione in habitũ fieri possit regressio.Expositor subtiliter de priuatione distinguit uolẽs priuationem aliam esse:quæ inmediatum ordinẽ habet ad subiectum:aliam quæ mediante habitu ordinẽ dicit ad subiectũ:tunc dicit. Primo ꝙ loquẽdo de priuatiõe inmediatũ ordinẽ dicente ad subiectũ: fieri põt regressio a priuatione in habitum: & ab habitu in priuationem ; ut aer põt alumine in tenebram:& e tenebra in lumen mutari.Secundo dicit ꝙ loquendo de priuatione dicente ordinem ad subiectum mediante habitu sic e priuatione in habitum non potest fieri regressio/nisi forte pluribus mediis:nõ enim oculus potest e cecitate in uisum regredi:nec materia e morte in uitam:forte enim pluribus mediis id fieri potest:ut dicit Auerroes octauo huius in fine:hæc expositor.Sed obicit exterorũ princeps:quia nec subiectum dicere põt inmediatum ordinem ad priuationẽ : nec priuatio ad subiectum:unde sua ratio põt sic formari ut uideatur alicuius ualoris.Priuationem dicere ordinem ad subiectum mediante habitu:non põt esse nisi bifariam:aut quia subiectũ dicit ordinem essendi ad priuationẽ mediãte habitu:aut dicit ordinẽ recipiendi mediante habitu:& si ordinẽ recipiẽdi:quadrifariam esse potest:aut quia subiectum non recipit priuationem nisi prærecipiat habitum:aut quia non est aptum recipere priuationẽ nisi prius sit aptum recipere habitum:aut quia non recipit priuationem:nisi sit prius aptum recipere habitum:aut quia non est aptum recipere priuationem nisi recipiat habitum:non enim pluribus modis esse potest:ut mihi uidetur. Nõ põt subiectũ ad priuationem dicere ordinem essendi mediante habitu:quia nihil dicit ordinẽ ad ignobilius mediante re nobiliori:

Qualis hæc põ.

Põ expositoris & exterorum.

Comento. xiiii.
Obiectio sco. in prædicamentis.

igitur subiectum non dicit ordinē ad priuationē mediante habitu:qui est priuatione nobilior. Quod aūt nec rōem recipiendi:deduco quia non per hoc ꝙ nō recipit priuationem nisi prius recipiat habitum:quia potest aliquis esse cecus: qui nunq̄ prærecepit uisum:ut de ceco nato. Amplius de surdo nato idē patet:esse enim pōt surdus:qui nūq̄ audiuit. Nec per hoc ꝙ non sit aptum recipere priuationem:quin sit aptum recipere habitum: quia omnis priuatio esset talis:non enim aliquod subiectum mundi pōt aliquam priuationem esse aptum recipere: quin habitū illius recipere sit aptum. Nec per hoc quia nō recipit priuationem:quin sit aptum recipere habitum:quia sic oīs priuatio esset talis:ut dictum est nullum enim:subiectum recipit priuationem:quin sit illius habitū prius aptū recipere. Nec dici potest hoc esse propterea quia non est aptum recipere priuationem: quin recipiat habitum:quia dictum est oculum esse aptum cecitatem recipere:dato ꝙ prius non receperit uisum:imo de facto ita accidit sæpe:igitur subiectum nullo modo dicere pōt ordinem recipiēdi ad priuationem mediante habitu. Sed hic uir nihil habet contra expositorem: & sibi contradicit:nam hic determinat cum expositore:cui cōtradixerat in prædicamentis ideo pro utroq; dicerem ꝙ priuatio non dicit ordinē ad subiectū mediante habitu:quia subiectum dicit ordinē ad ipsam mediante habitu: nec secundum esse:nec secundum recipere: nō enim auditū est a seculo ꝙ si homo ordinetur in beatitudinē mediāte uirtute:ꝙ beatitudo ordinetur in hominē mediante uirtute: & propterea dico priuationē dicere ordinē inmediatum ad subiectum:qn̄ pōt recipi in subiecto nullo habitu supposito ut tenebra pōt recipi in aere uel in aqua nullo lumine prius recepto: Mors uero dicit ordinem mediatum:quia nō potest recipi in subiecto:nisi præfuerit uita:& sic membra nō sunt ad propositū:quia male sumpsit sensum expositoris. Et licet hæc expositio pulchra sit:non tn̄ procedit ad sensum Ari. loquitur enim de priuatione generatim secundum rationem metaphysicam:& non descendit ad priuationem inmediatam:uel mediatam. Hæc de positionibus.

Defensio

Qualis positio expositoris.

¶ Caput dilucidationis quartum.

Debes scire ꝙ aliqua propositio est uera per se:quæ est falsa per accidens uel(ut utar uerbis Auerroeis septimo physicorū:& sexto physicorum:& alibi)aliquid competit per se alicui sub ratione generis:quod remouetur; & repugnat illi sub ratione speciei:ut moueri in infinitum uelociter cōpetit cœlo inquantum mobile:& per rationem generis mobilis: qđ non cōpetit cœlo absolute:item etiam talpæ non repugnat uidere per rationem animalis:hoc est inquantum animal: quod tn̄ repugnat talpæ absolute. Tūc dico ꝙ si cōsideretur priuatio quatenus est unū oppositū fieri aptū in eodem subiecto:in quo est aptus fieri habitus:ut sic ab omni priuatiōe

Comento.ii.
Comento.xv.
Dilucidacio

in habitum fieri potest regressio inquantum priuatio est oppositum habitui circa idem subiectũ:& hoc pacto a tenebra inlucem: & a cecitate in uisum fieri potest regressio per rationem generis uidelicet ut est opppositum fieri aptum circa idem subiectum:sin autem priuatio consideretur per rationem speciei uidelicet quatenus est hæc uel illa priuatiõis species: ut sic non ab omni priuatione in suum habitum nec specie/ nec numero fieri põt regressio:non enim a cecitate in uisum eundem siue numero siue specie fieri potest regressio quatenus cecitas:nec a morte in uitam eãdem numero uel specie fieri potest reditus. Vnde expositiõe expositoris:& hac nostra consideratione põt confici dilucidatio sic:si consideretur priuatio sub rõne generis hoc est ut habitui opponitur(est enim oppositio genus priuationis)ut sic ab omni priuatione in habitum fieri potest regressio: quia ab omni priuatiõe ut est oppositum habitui in habitum fieri potest regressio:quia opposita sunt quæcunq; circa idem subiectũ numero apta nata sunt mutuo fieri:si uero consideretur priuatio sub ratione specifica: uel consideratur sub ratiõe qua dicit ordinẽ inmediatum ad subiectum: & ut sic ab omni priuatione in habitum iterum fieri potest regressio: ut dixit expositor:uel sub ratione:qua dicit ordinem ad subiectum mediãte habitu:& sic a nulla tali põt regredi ad habitũ. Hæc de dilucidatione.

Cõposita dilucidatio.

¶ Caput solutionum quintum.

His deductis. Ad primam dico q; Ari. loquitur de priuatione secundum rationem speciei. Ad secundam negatur ab sumptũ:immo priuatio sub ratione qua habitui opponitur:habet rationem termini a quo:& termini ad quem. Ad tertiã negatur cõsequentia:quia licet e priuatione in habitũ possit fieri regressio:non tamen in eundem numero habitum:ut dictum est in dilucidatione. Hæc de quarta disputatione.

¶ Quinta disputatio est si ea quæ inter extrema contraria sunt media:uera cõpositione ex extremis ipsis componantur.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod media ex extremis ipsis non componantur:arguitur. Primo quia duæ species non concurrunt ad compositionem tertiæ speciei secundum Porphyriũ:in hoc enim species a differentia differt:sed extrema cõtraria sunt duæ species:ceu album & nigrum:igitur nõ constituũt tertiã speciẽ uidelicet pallidum/ & rubrum. Secũdo ex duobus entibus in actu nõ fit unum:sed extrema sunt duæ formæ in actu:igitur ex illis non fit unũ medium: Tertio ex his non fit aliqđ unum:quæ non possunt simul in eodẽ

se compati: sed duo extrema contraria non simul compaciuntur in eodẽ: ut suppono: igitur ex illis non potest fieri per se unum medium. Quarto forma ut dicit Gilbertus est compositioni contingens simplici & inuariabili essentia consistens: sed medium est forma: igitur non põt componi ex extremis. In contrariũ est Ari. & Auerroes in hoc decimo. Præterea etiã in libro de sensu & sensili idem dicit Ari: de coloribus mediis: & de saporibus mediis: semper enim asserit media talium ex extremis confici: adhuc media participant extremis secundũ magis & minus: igitur sunt ex illis composita. Hæc de dubitationibus. Comento. xxiii

¶ Caput tituli secundum.

Medium multifariam accipi solet apud peripateticos: in proposito tamẽ medium accipitur respectu contrariorũ: & hoc pacto medium si accipiatur: medium erit ut Auerroes ait huius decimi: id in quod quoties mobile de contrario in contrarium mouetur: per se primo mutatur: uerbi causa: si aliquod moueretur de albo in nigrũ: necesse est per se primo mutari in colores medios: ut tandem deueniat in nigrum: sic igitur mediũ est illud / in quod per se primo transmutatio ipsa cadit. Ex his sequitur mediũ hoc pacto intellectũ non esse medium subiecti: quale medium ponimus inter cecum & uidens lignum: sed esse medium formæ: ut iuniores dicũt: ceu tepidum calidi atq; frigidi: rubrũ albi & nigri: & cætera id genus. Sequitur secundo tale medium formæ esse non posse nisi in accidentibus: & potissime in qualitatibus tertiæ speciei: declaratur: quia medium tale non est nisi inter contraria: cũ quibus est eiusdem generis: modo contrarietas non est nisi in his accidentibus: atq; his qualitatibus: quæ sunt tertiæ speciei: dixi potissime in qualitatibus: quia apud Auerroẽ tale medium põt reperiri in substantiis ęlementariis: in his enim reperiri potest mediũ formę: & tñ extrema non sunt contraria / nisi secundum qualitates apud ipsum: uerũ de his remicto me in libro de generatione: & in codicillo de mistura. Solũ enim de mediis accidentibus loquimur: in quibus proprie est ratio medii: & cõtrarii: Per hæc patet quid sint cõtraria: sunt enim cõtraria (ut Auer. ait eodem comento) quæcunq; in eodem genere sunt: cum mediis: ut albũ & nigrum cũ rubro / & pallido: calidum & frigidũ cum tepido: & cætera id genus cũ cæteris id genus. Quid uero sit ipsa compõ: quotue modis dicatur: exteri dicũt compositionũ alteram esse totalem essentialẽue: qualis est hominis ex aĩa & corpore: alteram partialem: qua uidelicet aliquid quo ad aliquam sui partem componitur: ut hominis compositio ex carnibus ossibusue: hæc enim compositio homini competit: non merito hoĩs: sed merito alterius partis hominis: hoc est merito corporis. Vlterius secũdo cõpositio totalis atq; essentialis apud ipsos / altera est ex partibus realiter distinctis: essentialiterq; differẽtibus: qualis est ex materia formaue:

Comento. xxii.

Excerptũ đ mediis primũ.

Secundũ.

De compõe secundũ exteros.

altera est ex partibus formaliter distinctis: qualis est cōpositio speciei ex genere differentiaue. Tertio de cōpositione partiali iterum sub diuidunt: quoniam alia est similaris partibusq; similaribus: qualis est cōpositio totius carnis ex partibus carneis: alia dissimilaris: quæ ex ptibus conficitur dissimilaribus: & est duplex: quia aut partes differunt rōe & situ: ut compositio ipsius domus ex parietibus & tectis: est enim paries ratione differens a tecto: & nō modo ratione: sed etiam situ: hac etiam cōpositione manus hominis ex neruis carne & osse cōponitur. Aut partes ratione quidē differūt: situ uero non: qualis est compō mixti ex ælementis apud Auer: & Auicennam: non enim ælementa componentia situ differunt in mistura ipsa: sed rōe dumtaxat: at oīa sunt in qualibet parte mixti. Sed quoniā simplex composito / & simplicitas cōpositioni opponitur: & quot modis unum oppositorum: alterum dici solet: hac ratione de simplicitate distingui solet ab eis: quoniam quoddam est simplex per carentiam cōpositionis totalis atq; essentialis: ut aīa ipsa per se sumpta: anima enim sic absolute sumpta simplex est per carētiam compōis totalis apud ipsos: quicquid sit apud græcos: quoddam est simplex per carentiam cōpositionis partialis: ut est aliqua accidentis species: ut color: uel id genus: bene enim cōponitur ex differentia & genere: non aūt ex partibus quantitatiuis: alterius simplex per carentiam compositionis essentialis atq; totalis: aliud est per carentiam cōpositionis ex partibus realiter essentialiterue distinctis: quali simplicitate species accidētis dicitur simplex. Aliud est per carentiā partium formaliter distinctarum: quali simplicitate differentia ultima: & cōceptus entis dicitur simplex. Preterea etiam simplex per carentiam cōpositionis partialis: aliud est per carentiam cōpositionis similaris: quali simplicitate punctum & unitas simplex dicitur: Aliud per carentiam compositionis dissimilaris: quali simplicitate ignis dicitur simplex: & omne totū similare. Quibus inferunt aliquod idem posse esse simplex & compositū diuersa ratione: uerbi causa: ignis simplex est per carentiam partium dissimilarium: compositus tñ propter partes / quas habet similares: & de cœteris id genus dici potest. Hæc exteri de compositione: simplicitateue. Ego uero non contradicendo / sed moderando: dicerem compositionū alterā esse: quæ cōpetit alicui ratione totius: alterā quæ competit alicui partiū: homini ratione totius hominis competit compositio ex aīa corporeue: homini aūt ratione corporis: quod est altera hominis pars: competit alia cōpositio: quæ cōpetit homini ratione totius: a peripateticis dicitur qualitatiua: hoc est ex partibus ratione & genere diuersis: quæ aūt competit homini ratiōe corporis: quantitatiua appellatur ab ipsis: ut patet primo physicæ auscultationis: unde Auerroes ibi ait cōpositionem esse alteram qualitatiuā: alteram quātitatiuā. Quæ aūt est qualitatiua: etiā a peripateticis

De simplicitate

Excerptum

Distinctiōes peripatetice.

distinguitur/ut patet primo physicorum:quoniã alia est ex partibus se- cundum rationem:ut illa generis & differentiæ:alia ex partibus secundũ rem:ut illa ex materia & forma:Quæ etiam quantitatiua compositio nũ- cupatur:bifariam etiam a peripateticis sub distinguitur : quoniã alia est quæ græce homogenia dicitur:hoc est similaris similaribusq; partibus:ut carnes ex carneis ptibus:alia est dicta eterogenia hoc est dissimilaris dissi milaribusq; ptibus:qualis illa domus ex rectis & parietibus. & dissimila ris ulterius sub distingui posset:ut exteri dicunt:sed sufficit: de simplicita te quoq; eodem pacto distingui potest: sed sufficit: quare de titulo uolui hæc notasse. Comento.v.

¶Caput positionum tertium.

De disputatione est positio Auerrois q; in omni medio qualitatiuo sunt actu extrema. Imaginatur enim in tepido esse caliditatem & frigiditatem actu:sub gradibus tamen remissis: & ut in tepido sunt extrema actu sub gradibus remissis:ita in coloribus mediis sunt colores extremi sub remis- sis gradibus ipsos componentes:unde secundum hanc positionem mediũ non est nisi ipsa extrema sub quadã proportione remissionis constituta : & quia proportio remissionis non una ratione est:ideo fuscũ differt a ru bro:est enim fuscum album & nigrum remissa sub quadam proportiõe remissionis:rubrũ uero illamet remissa sub quadã alia remissionis ꝓpor tione:& de cæteris id genus eodem modo sentiũt:hæc põ habetur quinto auscultationis physicæ:& in isto decimo libro:& alibi sectantur hanc po- sitionem Ioannes gandauensis:& Iacobus ille forliuias:& multi alii: & ꝓ hac positione uidentur rationes Ari. in textu:ut Ioannes colligit : quarũ prima sumitur ex eo quia extrema sunt simplicia est enim regula q; in oĩ gñre simplicia sunt causæ componẽtes alia eiusdem generis:quæ nõ sunt simplicia:modo extremeæ qualitates sunt simplices igitur cõponunt me- dias quę in eodem genere nõ sunt simplices. Secunda sumitur ex eo quia in medium fit transmutatio ab altero extremo:sed cum oĩs transmutatio fit de contrario in contrarium: igitur si ab albo fit mutatio in aliquẽ co- lorem medium:hæc non fit nisi quatenus in medio illo colore / est alterũ extremum:& hæc ratio est Auerrois quinto physicæ auscultationis. Ter- tia ratio sumitur per hoc quia medium se se habet ad extrema secundum magis & minus:quoniam quod ad alterum extremum est magis:ad alte- rum minus:illud est compositum ex illis:ut omnibus patet. Sed medium secundum formam ad alterum extremum magis est:ad alterum minus: ut Auerroes deducit contra Galenum:igitur mediũ ex extremis compo- nitur. Quarta ratio accipitur ex eo quia extrema sunt prima principia:nã prima principia sunt ex quibus omnia posteriora componũtur:sed extre ma sunt prima principia:& media sunt posteriora:igr̃ ut prius:hoc pacto

Põ auerrois ioã & iacobi.

Comento.lii.
Comentis.xxii. &.xxiii.

Comento.lii.

Cõmẽto. xxiii.

& his quatuor rationibus Ari. concludit media esse in eodem genere cū extremis: & inter contraria cōstitui: atq; composita esse ex contrariis: hęc Aristoteles: ulterius ultra rationes Ari. arguūt sorticolæ pro hac positio ne: quia si in tepido nihil esset caloris: nihilq; frigiditatis: tūc aliqđ posset a tepido mutari subito/in calidum deducitur aplicetur A frigidum B te pido: & quæritur/aut tepidū resistit frigido alterāti/uel non; nō est dicē dum q resistat: quia omnis resistentia est ratione cōtrarii: at in tepido nō est calidum frigido contrariū: igitur nulla est resistentia: tūc ultra si in te pido nulla est resistentia ad A frigidum: igitur A frigidum subito corrū pit B tepidum: & sic patet argumentum. Secundo tepidum conuenit cū calido secundum speciem: & conuenit: cum frigido etiam secūdum speciē: sed impossibile est per eādem realitatē aliquid alicui cōuenire & differre: uel duobus extremis conuenire: igitur tepidum habet duas realitates: per quarum unam conuenit cum frigido: & per alteram cū calido: & differt
Comen. vi. xii. lii. liiii. a frigido: pro hac parte est Auerroes quinto physicæ auscultationis: idē quarto cœli: & primo physice auscultationis: & in hoc decimo: & alibi in
Comento. vi. & xxvi. finities. Sed aduersus hanc positionē oēs fere cucullati assurgunt. Primo per uerba Auerrois quarto metaphisicæ: ubi ait sic duo contraria haben
Comen. lvi. tia medium sunt in ipso medio in potentia: sicut albedo & nigredo inue
Comen. vii. & xxiii. niuntur in pallore: sed non in actu: in hoc decimo: inquit nō debet aliquis dicere q colores componātur ex duobus scilicet albo & nigro: & ubi po
Obiectiones tissimū rem hanc disputauit: tandē concludit sic in cōposito inuenitur ex
Comen. xxvii. altero cōtrariorū magis ex altero minus: nō simpliciter/ sed aliquo mō/
Comen. vii. idest in potētia. Cōtra hāc pōem est expresse expositor: cuius auctoritas
Comento. xxiii nō parua est. Amplius & Egi. noster: oēs etiā exteri. Præterea arguūt ra tionibus. Primo sic ex naturis specie differentibus nūq̄ potest fieri tertia species illis permanētibus in suis specificis naturis. Sed mediū differt spe cie ab extremis: igitur non potest constitui ex extremis: maior deducitur: quia id quod cum altero concurrit ad compositionem alicuius: non pōt esse natura totalis: sed tātum partialis: quia oē componens habet naturā partis: at extremum habet naturam totius: & non partis: minor patet ab omnibus: est enim rubrum specie differens ab albo: nigroq;: Præterea ex tremæ qualitates ut calidum & frigidum disponūt ad formas ælementa rias: mediæ qualitates ut tepidum/disponunt ad formam mixtorum: igi tur medium non potest esse eiusdē speciei cū extremis: aliter ad quicquid medium disponeret: ad illud idem extremum disponeret; quod patet esse falsum. Secundo contraria non possunt esse in eodē actu: at extrema ipsa qualitatiua sunt contraria/tam secundum esse intensum/q̄ secundū esse remissum: secundū esse intensum quidem: quia omnes hoc concedunt: se cundū esse remissum uero: quia intensum & remissum nō uariāt speciem

quare si calidum secundũ esse intensum contrariatur frigido:cũ calidum remissum & calidũ intensum eiusdẽ sint speciei:etiã calidũ remissum frigido cõtrariabitur:igr̃ extrema nullo pacto actu pñt esse ineodẽ medio: Tertio si mediũ cõponeretur actu ex extremis:nullũ ælementũ medium esset simplex secũdum cõplexionẽ:deduco qa aer est leuis & grauis: quia medium:igr̃ eius qualitas motiua cõponeretur ex extremis:& ita nõ esset simplex. Quarto arguunt alii:quia hac põne data:tunc oĩs alteratio esset inter formas specie distinctas:deducitur quia si fit alteratio ab albo in nigrũ:alteratio esset inter formas specie distinctas:si a minus albo in albũ: etiam esset inter formas specie distinctas: quia a minus albo esset motus per illud quod est in eo de nigro: & sic idem qđ prius:similiter si a minus albo in nigrum fieret mutatio:igitur oĩs alteratio esset inter formas specie distinctas. Quinto tunc oĩs alteratio:quæ esset ab albo:esset eiusdem speciei:deducitur quia omnis motus ab albo/esset ad nigrum:& ita semp esset ad unam formã:quia semper ad nigrum:& ita rubificatio:& desuscatio essent eiusdem speciei:quia omnes essent in nigrum. Sexto sequeretur ꝙ duo motus:quorum alter esset ad fuscum: & alter ad rubrum / essent eiusdem speciei:deduco quia uolo ꝙ ambo sint ab albo: certum est ꝙ nõ est motus ad fuscum ab albo / nisi ratione nigri:quod est in fusco : etiam non est motus ab albo in rubrum/nisi ratione nigri / quod est in rubro : igitur illi duo motus ad illa duo sunt ratione unius termini ad quẽ : & sic ambo erunt eiusdem speciei. Septimo data positione:tunc omne quod alteraretur/prius esset in extremum:q̃ in formam mediam:deducunt quia si aliquod alteraretur ab albo prius fieret sub nigro:q̃ sub rubro: uel fusco:quia prius sub albo remissiori:in quo esset nigrum. Octauo arguunt petentes an in forma media sit aliqua forma alia a formis extremis : uel ꝑcise extremæ formæ si præcise formæ extremæ: tunc per nihil medium differt specie ab extremis:& ita medium & extrema non differrẽt specie: & cõuenirent genere:si autem detur ꝙ ultra extrema sit ibi mediũ quoddam/ex illis resultans:cum tale medium sit sensilis qualitas:& habens cõtrarium: tunc in illam posset esse per se motus/absq; eo : quod intelligatur esse in contrarium extremum : cuius contrariũ sentit ipse Auerroes. Nono arguunt ꝙ data positione : tunc in eodem simul posset esse calefactio & frigefactio : deducunt quia si in medio possunt esse extrema calidum uidelicet & frigidum:tunc motus contrarii:qui sunt in illa esse poterunt in eodem:hoc autem est impossibile:quia calefieri est recedere a frigido:frigifieri est accedere ad frigidum:quare si in eodem possent esse calefactio:& frigefactio:tunc idem simul posset accedere : & recedere a frigido. Decimo uero arguunt si duo contraria possunt esse in eodem:tunc de eodem possent uerificari contradictoria : deducunt quia si sic esset ꝙ Rões burlei

idem esset simul album & nigrum:tunc illud esset simul album:& non album:quod est impossibile. Praeterea contra hanc positionem arguimus rationibus nostris:quas scripsimus quinto physicae auscultatiōis in expositione:sed quia ibi diligenter illas posuimus:& soluimus:nunc sub silentio transimus:ne uideamur uerbosi.

Comēto.lii.

Pō exterorū.

Exteri uero propter haec dicunt: Primo media non componi ex extremis compositione totali/deducunt quia omne tale componitur ex materia & forma:at nullum extremum est materia alterius extremi. Secundo dicunt media componi cōpositione essentiali ex partibus formaliter distinctis:deducunt quia media sunt in genere:igitur componuntur ex genere & differentia/tanq̄ ex partibus formaliter distinctis. Tertio dicunt media nō componi compositione partiali:deducūt quia omne tale componitur ex parte & parte:& quod sic componitur/est quantum:ac media sunt formae simplices. Quarto dicūt media non componi ex extremis nec totali/nec essentiali/nec partiali compositione:totali quidem non:quia nullum extremum est ad alterum materia:essentiali uero minime:quia nullum extremū se se habet ut genus: uel ut differentia respectu alterius: partiali autem nequaq̄: quia extrema non possunt esse partes integrales medii:quia nec similares/nec dissimilares:

Confutatio:

haec exteri. Sed haec positio est manca. Primo quia non exponit quo nam modo media esse possint ab extremis aliquo modo composita: ut exclamant uerba Aristotelis pluribus in locis:potissimum hic. Secundo quia dato medium non componi ex extremis compositione totali/uel partiali uel essentiali:potest componi ex illis compositione uirtuali: ut etiam ipsi dicunt alibi.

Pō cucullatorū

Propter haec nōnulli alii cucullati diligentius credentes dicere:aiunt ꝙ medium non componitur ex extremis compositione actuali: quia extrema nō sunt in medio:nec ut tota/nec ut partes. Secundo dicūt medium componi ex extremis compositione uirtuali:deducunt quia medium continet extrema uirtualiter: & sic componi dicitur ex illis cōpositione uirtuali.

Confutatio.

Sed haec pō stare non pōt:quia si medium contineret extrema uirtualiter:tūc omni extremo quodlibet mediū esset perfectius: & sic

Comento.vii.

fuscum albo esset perfectius contra Ari. in hoc decimo & cōtra Auerroē ubi ait album esse metrum oīum qualitatum sui generis:argumentū patet per oēs cucullatos:qui dicunt continens uirtualiter esse perfectius contento uirtualiter. Secundo hac pōe data:tunc omne mediū oē extremum posset ꝓducere:deducimus auctoritate cucullatoꝝ:qui tenent uirtualiter continere nihil aliud esse q̄ posse ꝓducere aliqd alterius speciei:Modo cōsequēs est impossibile:quia nullū mediū in secūdis qualitatibus pōt ꝓducere extremū:nec enim fuscum album pōt producere:nec rubrū nigrum: quicquid sit in primis qualitatibus: ubi tepidū potest producere caliditatem in tactu frigido:frigiditatem autem in tactu calido. Tertio suppono

omne quod agit:agere quatenus est in actu uel uirtuali:uel formali;patet tertio physicorum ubi dicitur semper extimatur species mouens: tunc sumo A tepidum:quod agat in tactum calidum:certũ est ꝙ erit in actu per suppositionem:uel igitur in actu formali erit calidum: uel in actu uirtuali:si in actu formali:igitur tepidum est formaliter calidum:quod uolo: & pari ratione probari potest de frigido:sin autem sit uirtute calidum: igitur tepidum est perfectius calidum:q̃ sit ipsum formaliter calidum:deduco quia uirtualiter tale est perfectius tale eo quod est formaliter tale:unde sol:qui est uirtualiter calidus est perfectius calidus ligno actu calido: quare tepidum erit perfectius calidum ligno:quod est actu calidum: uel tactu Socratis:qui est actu calidus:quod est in auditũ:ultimo omnis forma cuius operatio est eiusdem speciei cum operatiõe alterius formæ:aut est illa forma in specie:aut habet illam formam actu in specie. Sed operatio tepidi est calefacere & frigefacere: & frigefacere est operatio frigidi: & calefacere est operatio calidi:igitur tepidum aut est eiusdem speciei cũ calido & frigido:quod negant:aut habet calidum & frigidum actu tanq̃ sui partes:quod coguntur dicere. Propter hæc nonnulli tenent medium componi ex extremis non compositione actuali:sed similitudinaria:quatenus medium ad A est simile calido:ad B est simile frigido:eo quia ad A calefacit:& ad B frigefacit:& iuxta hoc dicit:ꝙ medium quatenus conuenit cum uno extremo:uidetur contrariari alteri:& ita secundum similitudinem uidetur cõponi ex utrisq;:& uidetur contrariari utrisq;: & per hęc saluant dicta Auerrois hinc inde. Sed hęc positio friuola est:Primo quod uere calefacit:aut uirtualiter uere est calidum:aut actu uere est calidum: operatio enim arguit formam:ut dictum est: sed tepidum uere calefacit frigidum & frigefacit calidum:igitur tepidum est aut uere uirtualiter calidum & frigidum:aut formaliter uere calidum & frigidum:si uirtualiter tale & tale:tunc redit positio proxima:quam proximo confutauimus:sin autem formaliter tale & tale:tunc oportet ut contineat calidum & frigidum tanq̃ sui partes/& actu:& ita contra põem eorum. Secundo si tepidum est calido simile:& non uere continens calorẽ:tunc tactus diiudicãs ipsum calidum erraret:quod non cõcederem:deducitur quia iudicaret ipsum esse calidum:quod tamen est simile calido:& ita nullam per tactum possemus habere de mediis tactilibus certitudinem. Et de positionibus dictum sit in tantum.

Opinio burlei qnto physicoꝝ

Confutatio

¶ Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione debes scire ꝙ disputatio hæc non potest dilucidari: nisi una alia prior dilucidetur: ex cuius ueritate ueritas huius disputationis dependet:prior aũt disputatio/ex cuius ueritate ueritas istius depẽdet:est

si contrarie qualitates possint esse in eodem • Thomas enim & Egidius/ atq; multi peripatetici dixerunt qualitates contrarias nec intensas/nec re missas posse esse in eodem subiecto: immo nec secundũ partes:nec secun dum totas:& tunc iuxta hanc põem cõsequenter coguntur concedere me diam formã non posse ex extremis actu atq; formaliter cõponi: imo illã esse simplicẽ quemadmodũ est qualibet forma extrema:deducitur: qa si formæ extremæ essent in eodem subiecto secundũ totas ac intensæ: tunc media forma ex illis actu conficeretur intensis ac scdm totis: sin aũt non secundũ totas & intẽse essent in eodem:sed secundũ partes & remisse:tũc media forma ex illis cõficietur remissis atq; secundũ partes: igitur eo mõ de compõe formę mediæ est dicendũ:quo mõ de contrariis si esse possint in eodem est dicendum•Quare cum expositores nullo pacto uelint extre mas formas & contrarias posse esse in eodem:uelle coguntur medias for mas nullo pacto ex illis actu & formaliter posse cõponi•At Auerroes cũ

Comẽto. xlvii• concedat contraria posse esse in eodem:ut in secundo de generatione: ubi uult in cõplexione esse extrema:sed nõ æqualia ad pondus:sed altero pdo

Comẽto : xxiii• minãte.Amplius in hoc decimo:& in tertio cœli:& i quarto methcororũ:

Comen.lxvii. cogitur dicere media resultare:ex compõe extremorum:ea nãq; rõne:qua

Comento.x • extrema concedit esse in eodẽ:cõcedere cogitur media resultare ex illis:cõ cedit aũt extrema non posse esse in eodẽ secundũ tota:& æque intensa: ut Galenus credidit:qa sic non resultaret cõplexio:ex æqualibus•n•non põt resultare cõplexio: sed bene cõcedit contraria posse esse in eodẽ remissa/ & secundum partes/semp altero pdominante: & ppea cogitur dicere cõ-

Iacobus forli• gaietanus. plexionem mediã:mediamq; formã ex extremis resultare•Sed quo nã mo do mediũ resultet ex extremis ipsis:non est clarũ de mente Auer• nõnulli enim ad mentẽ Auerrois dixerũt medium nihil aliud esse nisi extrema re-missa sub certa pportione constituta:sed qa proportiones sunt quodam mõ infinitæ:inde emergunt infinitæ mediæ formæ:erit igitur rubrũ al bum & nigrũ sub A proportione reducta:fuscum album & nigrũ sub B

Confutatio pportione:& in cæteris id genus.Sed hæc põ nõ est Auerroica:qa Auer• ubiq; mediã cõplexionem atq; mediũ ipsum comparat mixto:& ubiq; de cõplexione/deq; medio ipso loquitur:ueluti de mixto : sed mixtũ non est ipsæ formæ ælemẽtariæ sub certa pportione tantũ:sed ultra addit formã mixtionis:igr nec media cõplexio:nec mediũ erit extrema tantũ sub certa

Propria põ. proportiõe:& ita oportet aliud addere•Propterea aliter ur mihi esse dicẽ-dum:ubi debes scire apud Auer• medium bifariã dici:aliud quidẽ est tran situs: Aliud medium est resultationis: medium transitus siue motus est: sub quo mobile ipsum non quiescit:sed per quod transit: & tale medium est tota latitudo qualitatis quę successiue aquiritur uel a nõ gradu:uel ab illo gradu a quo incipit motus ad gradum usq; ad quem terminatur: hoc

enim medium dicitur a nõnullis medium motus siue transitus: quia non potest motus perfici nisi per tale transeat medium: dicitur etiam a nõnullis medium essentiale: quia fieri non potest motus: quin per ipsum transeat mobile. Medium uero resultatiõis est forma media: quæ ex extremis resultat remissis: uel secundum partem coalitis: ut complexio medium est resultationis ex primis contrariis resultans: pallidum medium est resultationis ex albo & nigro emergens: hoc medium dicitur resultationis: quia non potest esse nisi ambo extrema concurrant in eodem saltem remissa/ uel secundum partes: dicitur a nõnullis medium accidẽtale/ respectu motus: quia non oportet mobile dum mouetur a calido in frigidũ: uel ab albo in nigrum transire per omnes complexiões medias/ uel per omnes colores medios: & propterea dicitur accidentale medium respectu trãsitus: tale medium etiam esse potest terminus ad quem motus complexio enim potest esse terminus motus alterationis: & palledo etiam terminus alterationis: & hac ratione potest esse extremum: tunc dicerem ꝙ loquendo de medio transitus/ de mente Auerrois tale mediũ non resultat ex extremis: nec est extrema constituta secundum tota nec secundum partes: imo est æque simplex ut quodlibet extremũ: nam caliditas remissa mediũ est trãsitus/ albedo remissa medium est trãsitus: modo caliditas remissa est ita simplex ut caliditas intensa: albedo remissa similiter ut albedo intensa: sin autem loquimur de medio resultationis: tunc dicerem tale medium resultare ex cõtrariis imaginando ꝙ uelut materia formæ mixte prehabet formas ælemẽtarias ut dispositiones præuias in esse remisso: & ultra has hẽt formam ultimam/ per quam mixtum reponitur in specie: sic subiectũ cõplexionis: uel cuiusuis formę mediæ hẽt formas contrarias actu: non secũdum totas ac in suis ultimis pfectionibus cõstitutas: sed remissas & secũdum partes tanq̃ dispositiones subiecti ad complexionem atq; mediã formam: quæ tamen cõplexio siue forma media essentialiter differt ab extremis: quemadmodũ illa mixti differt ab ælemẽtis: & quia illæ dispões pñt multifariam uariari: ideo complexiones: & mediæ formæ pñt esse multæ.

Ex his sequitur ꝙ cõplexio non est primę qualitates secundũ ptes coalitę de mente Auerrois: sed est forma addita primis qualitatibus sic secundũ ptes coalitis: unde ut forma mixtionis non est ælementariæ formæ secundum ptes coalitæ: sed addita illis: sic cõplexio additur primis qualitatib9 sic coalitis: eodẽ mõ de cæteris mediis est censendũ. Tunc uenio ad dilucidationẽ/ & dico ꝙ si contraria pñt esse in eodem secundũ partes: mediũ resultationis ex contrariis resultat secundum partes coalitis actualiter & formaliter: si aũt contraria non possunt esse in eodem: sic mediũ resultationis non resultat ex contrariis secundum partes coalitis actualiter uel formaliter: utrum uero contraria possunt esse in eodem: quinto physicæ Excerptum Dilucidatio

auscultationis disputatum est:& pro parte octauo huius:nunc uero satis sit dilucidasse iuxta ambas positiones; cum ambæ sint probabiles. Hæc de dilucidatione dicta sufficiant.

¶Caput solutionum quintum.

Ante q̃ ad rationes factus capite primo respondeamus: oportet soluere primo rationes utriusq; sectæ. Ad primã igitur contra expositores & pro Auerroe respondetur: ubi debes scire ꝙ continentia siue compositio triplex est:alia quidem actualis:ceu illa domus ex lateribus/& tectis:uirtualis ueluti illa lucis solis ex calido/humido/sicco/& frigido: componitur enim lux ex his uirtualiter:quia continet illas uirtualiter: potest enim sol sua luce calefacere:si lux sua uim mutuetur a Ioue:potest sua luce frigifacere si lux sua uim mutuetur a Saturno: potest sua luce humectare: si lux sua uim mutuetur a Venere. potest sua luce exiccare arescereq; si uim suã lux eius mutuetur a Marte:igitur lux componitur uirtualiter ex primis qualitatibus:est & compositio potentialis: ueluti complexio ex primis cõponitur qualitatibus:rubrum ex albo & nigro:est autem differẽtia inter uirtualem composotionem/& potentialem: quoniam omne uirtualiter compositum est perfectius his:ex quibus uirtualiter componitur:& hoc quia per se quodlibet illorum potest producere: potentialiter uero compositum non oportet ut sit perfectius his:ex quibus potentialiter componitur/non enim quod potentialiter ex aliquibus componitur: potest per se producere quodlibet componentium:sed per accidens: aut ut instrumẽtum alicuius agentis potentis illorum quodlibet ꝓducere:ut complexio: quæ est instrumentum animæ potentis per complexionẽ calefacere/ aut frigefacere:& id genus. Aut ratiõe materiæ:in qua agit:ueluti tepidum: nõ enim per se calefacit nec per se frigefacit: sed quatenus agit in tactum frigidum calefacit:quatenus agit in tactum calidum frigefacit. Aut quia coniungitur alicui uel aliquibus potentibus agere quodlibet illorum cõponentium:& hoc pacto rubrum cõponitur potẽtentialiter ex albo & nigro;quia coniungitur uel consequitur primas ipsas qualitates: quæ p̃nt extrema illa producere:sic igitur patet ꝙ compositũ uel continens uirtualiter aliqua est perfectius quolibet illorum;hac rõne uidelicet quia quodlibet illorũ per se producere põt:& hoc modo lux componitur ex primis qualitatibus:cõpositũ uel continens põtentialiter aliqua nõ oportet esse perfectius quolibet contento uel componentium: & hoc quia compositum potentialiter componitur ex illis:uel quia põt quodlibet illorũ producere ut instrumẽtum alicuius principalis agentis:uel potest quodlibet illorum producere ratione materiæ potentis quodlibet illorum recipere: uel quia nullum illorũ producere potest;sed resultat/aut consequitur ad

quædam quæ possunt quodlibet illorum producere. Ex his sequitur ꝙ aliquod potẽtialiter dici potest componi ex aliquibus trifariam: aut quia est instrumentum alicuius principalis potentis quodlibet illorum per se producere: ut complexio dicitur composita potentialiter ex primis qualitatibus: aut quia potest quodlibet illorum ratione materiæ aptæ producere: ut tepidum componitur ex calido & frigido: Aut quia consequitur quædam quæ possunt quodlibet illorum producere: ut rubrum ex albo & nigro cõponitur: quia consequitur ad primas qualitates: quæ possunt & album & nigrum producere. Tunc ad primam concedo extrema esse simplicia: & media componi ex extremis: non tamen compositione actuali: sed uel uirtuali: uel potentiali: & hoc probat ratio. Ad secundam concedo illud ad quod deducit ratio: in medio enim est quodlibet extremũ uel uirtualiter: uel potentialiter: & hac ratione ab extremo fit in medium mutatio. Ad tertiam conceditur totum: in medio enim est quodlibet extremum secundum magis & minus uirtualiter: uel potentialiter: nõ autem actualiter. Ad quartam eodem modo dicitur: concedo enim media cõpo ex extremis uirtualiter: uel potentialiter: & hoc quia prima sunt cõtraria. Ad quintã dico ꝙ tepidũ resistit calido: & frigido alterãti: & cõceditur ꝙ sit cuilibet illorum contrarium / saltem contrarietate medii ad extremum: quæ sufficit pro resistentia. Ad sextam dico ꝙ tepidum forte non conuenit in specie nisi cum calido: quia est calidum remisse: uel dato ꝙ conueniret cum utroq; : dico ꝙ formaliter cum nullo conuenit: immo differt specie a quolibet illorum: potest tamen cum quolibet illorum conuenire potentialiter uel uirtualiter: & tunc non oportet habere duas realitates: quia una realitas potest esse fundamentum conueniendi cum utrisq; potentiale: hæc ad rationes contra expositores. Ad rationes uero cõtra Auerroem Ad auctoritates patet solutio: uult enim Auerroes contraria contineri in medio in potentia: quia medium non est formaliter contraria: ut credunt iuniores: sed ex contrariis secundum partem coalitis resultans: in quo resultante medio sunt ipsa contraria potentialiter: Ad auctoritates Thomæ / Egidii / & cæterorum dicendum illos esse alterius partis. Ad primam rationem dico ꝙ ex naturis specie differentibus non potest fieri tertium formaliter: sed bene dispositiue: ex ælemẽtariis enim formis fieri potest mixtum dispositiue: non autem formaliter; & quando dicitur omne illud ex quo aliquid fit habere naturam partis: concedo quando ex illo fieret aliquid formaliter: qñ uero fit dispositiue ex illo aliquid: sufficit quod coalatur cũ alio secundũ parté. Ad secundã patet solutio non enim qualitates dnř contrariæ; nisi qñ sub eodẽ genere maxime distant: maxime distare est secundum oẽs gradus distare; & sic licet intensum & remissum non uariant speciem qualitatis uariant rationem contrarii. Ad tertiam

Excerptum

respondet Auerroes tertio cæli: illa ælementa non esse media resultationis / nec media: transitus: sed media in respectu: & talia non oportet cōponi ex extremis: tunc ad quartam concedo omnem alterationem esse inter formas specie distinctas: uel ratione formarum specie distinctarum: non pōt alteratio ab albo in minus album: nisi quatenus minus albū subit rationem nigri: uel secū habet coalitum nigrum: nec hoc unq̄ fuit absurdū. Ad quintam negatur argumentum: quia ab albo pōt esse alteratio in fuscum: in rubrum: in pallidum & id genus: quorum nullum est nigrum: licet resultet ex albo & nigro coalitis: & hoc ignorant arguentem: hæc enim resultationis: sunt per se media resultatiōis: per accidens uero media transitus: & ideo possunt esse termini ad quos ipsius motus. Ad sextā patet solutio: motus enim qui est ad fuscū: per se est ad fuscū: per accidēs ad nigrum: qui est ad rubrum per se est ad rubrum: per accidens ad nigrū: non enim est ex albo in rubrum ratiōe nigri: quod est in rubro: sed ad rubrum per se: quia rubrum quod est medium resultationis: pōt esse terminus ad quem: bene tamen concedo motum qui est ad minus albū esse ad illud quatenus est nigrum. Ad septimam cōcedo illud quod alteratur ab albo in nigrum / prius esse in nigrū: q̄ in rubrum: uel in aliquod tale medium resultationis: quoniam mediū resultationis non est medium transitus: nego tamen: illud esse prius in nigrum q̄ in minus albū: nam minus album est medium transitus in nigrum. Ad octauam cōcedo ultra extrema esse aliquod mediū resultationis: quod resultat ex illis coalitis: & concedo in illud posse esse per se motus ratione sui: non ratione nigri: uel albi: & quando Auerroes dixit non esse motum in medium nisi rōe extremi quod est in medio: sumpsit medium transitus: non enim est motus in minus rlbum ex albo: nisi quatenus minus album est nigrum respectu albi. Ad nonam nego argumentum licet enim medium resultationis resultare non possit nisi extrema coalantur: non tamen sequitur idem posse calefieri & frigifieri: sed bene medium habere potentiam calefaciendi & frigefaciendi: & causa est quia illa extrema coalita non sunt illic nisi ut dispositiones: non autem ut formæ: & propterea non habent uim agendi: sed disponendi. Ad decimam dico ꝙ contraria non pn̄t esse simul in eodem medio resultatiōis æqualiter: ut putauit Galenus: sed altero semper p̄dominā te: & ab illo p̄dominante fit denominatio: & sic nō erit idem albū / & nigrū: & per consequens nec idem album / & non album. Ad undecimā exteroꝝ dico ꝙ non oportet alterum esse ut materia: alterū ut forma: quia mediū non est formaliter extrema: sed ex illis coalitis resultans: & ita sufficit ut illa prædisponant materiam: his solutis: nunc ad rationes factas in primo capite. Ad primam patet solutio: non enim ipsa contraria concurrunt ad compositionem tertii: bene tamē possunt disponere ad tertiam speciem.

Ad secundam concedo ex extremis non fieri unum mediū formaliter:bene tamen extrema coalita hoc est secūdum partes refracta possunt dispo nere ad unum medium. Ad tertiam patet solutio:non enim possunt extre ma secundum tota se compati:bene autem secundum partes. Ad quartā dico q̄ forma media est sicut quælibet extrema:licet supponat extremas coalitas ut dispositiones. Ad rationes ad oppositum patet etiam solutio: Aristoteles enim uoluit medium cōponi ex extremis potentialiter:& non actualiter ut tactū est. Ad rōnem dico q̄ media participāt extremis secū dum magis & minus:non quidem actu & formaliter. Hæc de disputatio ne quinta dicta satis.

¶Sexta disputatio est si formalis repugnantia quæ est inter substantiarias formas; sit repugnantia contrarietatis.

¶Caput dubitationum primum.

Quod repugnantia quæ est inter formas substantiarias non sit repugnā tia contrarietatis arguitur. Primo quia contraria sunt inter quæ fieri potest motus:Sed in substantia nō potest esse motus:ut quinto physicæ au scultationis dicitur:igitur formæ substantiariæ nō possunt esse cōtrariæ. Secundo quinto physicæ auscultationis & in prædicamentis expræsse di citur substantiæ nihil esse contrariū:& hac ratione ad substantiā ait non esse motum. Tertio contraria sunt:quæ nata sunt fieri circa idem susce ptiuum. Sed duæ formæ substantiariæ non possunt esse circa idem subie ctum:quia una corrupta subiectum perdit nomen & definitionē: igitur formæ substantiariæ non possunt esse cōtrariæ. Quarto si formæ substā tiariæ essent contrariæ:tunc differentiæ:quæ ab illis sumerentur formis: essent contrariæ:hoc autem est falsum:quia differentiæ substantiæ oppo nuntur priuatiuæ:ueluti rationale/& inrationale. In cōtrarium uidentur Ari. & Auerroes in hoc decimo:ubi uelle uidetur quæcūq; specie differūt: esse contraria. Sed duæ formæ substantiariæ differunt spetie; igitur sunt contrariæ. Præterea ratione arguitur:quia omne quod corrūpitur:e suo corrumpitur contrario: at substantiæ corumrpuntur: igitur e suis con trariis corrumpuntur:& ita habent contrariū. Secunda forma substan tiaria:& materia ipsa pellitur:& non a se; igitur e suo contrario. Hæc de dubitationibus dicta sufficiant. Comen. xxiiii.

¶Caput tituli secundum.

Pro titulo debes scire. Primo hæc tria in disputatiōe pro eodē sumi:repu gnantiā uidelicet:incompassibilitatē:& oppositionem; est aūt oppositio

genus ad contradictionem/contrarietatem/priuationem/& relationem: quia ut dictum est quadrifariã contingit opponi:aut contradictorie:aut contrarie aut relatiue:aut priuatiue:igitur quadrifariam aliqua repugnare dici possunt:& quadrifariam incompossibilia esse:aut contradictorie: aut contrarie:aut relatiue:aut priuatiue:uerũ nõ omnis repugnatia/nec omnis incompossibilitas est oppositio:est enim duplex repugnantia:duplex etiam incompossibilitas:quædam formalis:quædã materialis: inter formam Socratis:& formam Nyphi repugnantia est:& incompossibilitas:non quidem formalis:sed materialis: formalis enim repugnãtia/atq; incompossibilitas est per differentias formales:& essentiales/atq; specificas:Materialis autem per materiales differentias:atq; indiuiduales: & ita formalis repugnantia:atq; formalis incompossibilitas est specifica: materialis uero est numeralis siue indiuidualis:sic igr̃ dico q̃ nõ oĩs repugnantia nec omnis incompossibilitas est oppositio:non enim incompossibilitas/atq; repugnantia duarum formarum eiusdem speciei/ numero differentium est oppositio:& ita sola repugnãtia formalis hoc est specifica dicitur oppositio:dicitur autem specifica repugnantia siue incompossibilitas formalis:quia est inter formas:& ratione formarum: at licet illa quæ est formarum eiusdem speciei numero differentium/sit formarum: non

Excerptũ

tamen ratione formarum:sed ratione materiæ:uel accidentium.Ex his sequitur q̃ repugnantia formalis/incõpossibilitas formalis / & distinctio specifica idem est:quia distinctio specifica est inter formas:& ratione formarum:pp hęc patet titulus disputationis:quæritur enim si repugnãtia/ siue incõpossibilitas:siue distinctio formalis:quæ est inter formas substãtiarias sit repugnantia siue oppositio contrarietatis: & dicitur formalis: quia nulli dubium est materialem repugnantiam non esse oppositionem contrarietatis: duæ enimformæ substantiariæ eiusdem speciei repugnant non contrariæ: sed disperate: hoc est quærere cum forma ignis & forma aquę formaliter repugnent: quia specifice distinguuntur:utrum contrarie opponantur. Hæc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

Põ alexandri

Alexander Aphrodisius uir in peripatetica familia præcipuus uoluit in libro de sensu:& in his cõmentationibus:quas scribit in physicis: non oẽm formalem repugnantiam:quæ est inter formas substãtiarias esse oppositionem contrariam:sed solum eã:quæ est inter formas ælementarias:quæ autem est inter formas mixtorum:negat esse oppositionem contrariam. Mouetur autem ex eo quia credidit formas ælemẽtorum esse qualitates: ignis.n. formã uult esse caliditatẽ: aquæ uero frigiditatem: aeris humiditatem:terræ deniq; siccitatem: formas autem mixtorũ nõ qualitates has

Obiectiones.

dicit esse:sed substantias:quarum tales qualitates sunt accidentia.Obicit

aūt. Auerroes quinto auscultatiōis physicæ. Primo quia tūc ad substan tiam posset esse motus: eo quia in illa est contrarietas: & ita motus. Secū do quia si substantiæ ælementariæ sunt contrarie propter qualitates: tūc non per se essent contrarie: sed ratione qualitatum. Tertio nō uidetur qua litas substantia ælementorum: quia quod est accidens unius: nō est substā tia alterius: sed qualitates hę sunt accidentia mixtorum: igitur non substā tiæ ælementorum: uerum de opinione Alexandri & de eius defensione: perquiratur incomentationibus nostris quinti physicæ auscultationis Auerroes autem in eodem loco: & in libro de substantia orbis: uult repu gnantiam formalem substantiarum esse concomitatiue / siue consecutiue oppositionem contrarietatis: imaginatur enim formæ substantiariæ per se nihil esse contrarium: & ita repugnantiam formalem illarum non esse oppositionem contrariam: ratione uero qualitatum formas illas comitā tium bene concedit esse oppositionem contrariam: hæc est pō Auerrois. Sed hæc positio non uidetur carere dubitatione. Primo quia consideran do formam ignis per se: & illam aquæ per se circumscriptis omnibus qua litatibus: illæ sunt incompossibiles formaliter / atq; formaliter repugnan tes. Sed oīs formalis repugnantia est oppositio: igitur tales formæ oppo nuntur: sed nihil est in genere: quin sit in aliqua specie: igitur uel opponū tur contradictoriæ: uel contrarie uel relatiue: uel priuatiue: non contradi ctorię: quia ambæ sunt ens: nec priuatiue: ꝑ idem: ambæ enim sunt entia positiua: nec relatiue: quia substātia ad substantiam per se non refertur: igitur cōtrarie. Secundo in primo physicæ auscultationis libro dicitur ꝙ in genere substantiæ est una prima contrarietas: ad quam oēs reducūtur igitur substantiæ ratione substantiæ est aliquid contrarium. Tertio Ari. in textu præsenti ait ꝙ differentia secundum speciem est differentia cōtra rietatis: ut inductiue probat: igitur substantiæ rōe substantiæ est aliquid contrarium. Quarto contrariarum mutationum sunt contrarii termini: ut quinto dicitur physicorum. Sed generatio & corruptio sunt mutatio nes contrariæ: igr̄ termini sunt contrarii: & ita substantiæ est aliquid con trarium. Quinto effectuum contrariorū sunt causæ cōtrarie: sed calor & frigus sunt effectus contrarii: igitur causæ illoꝝ: quæ sunt formæ substā tiariæ sunt contrariæ. Propter hæc exteri primo distingunt de contrarie tate: ꝙ contrarietas bifariam dicitur: quędam perfecta secundum oēs con ditiones: quædam impfecta secundum aliquas cōditiones tantū: ad perfe ctam contrarietatem uolunt sex requiri. Primo ꝙ illa quæ contraria dicū tur specie differant: genere conueniant: ut in textu dr̄. Secundo ꝙ ambo extrema sint positiua: & non alterum positiuum / alterum priuatiuū: uel ambo priuatiua: propterea inter cecum & surdū non est cōtrarietas. Nec inter cecum & uidens. Tertio ꝙ maxime distent: quia cōtrarietas est dr̄a

Comento. x.
Comēto. x.
Pō auerrois
Obiectiones.
Pō exterorū.

perfecta. Quarto ꝙ uni unum sit contrarium: quia maxima distantia nõ potest esse inter aliqua: nisi quatenus quodlibet extremũ est unũ. Quinto ꝙ mutuo sint apta fieri circa idẽ: & nõ simul. Sexto ꝙ sint talia: a quorum uno si fiat mutatio non trãseatur ad aliud nisi per oĩa media: in quibus igitur hæc sex inueniũtur: asserunt perfecte & proprie econtraria eẽ: & repugnantiam talium esse perfectam contrarietatem: alia uero est contrarietas imperfecta fuse dicta: quæq; est inter ea: quæ non secundũ hæc sex opponuntur: sed secundum quædam horum tantum: tunc dicunt: Primo ꝙ repugnantia formalis duarum formarum substantialium non est contrarietas secundum omnes conditiones proprie / & perfecte: quia sibi desunt nõnullæ dictarum conditionum: Primo quia non maxime distant quæ enim non gradualiter distant: non maxime distant: immo nec secundum magis / nec secundũ minus distant: cum nullo pacto gradualiter distent. Secundo quia uni plures esse possunt contrarie: ut formę ignis oẽs aliæ ęlementarię repugnant. Tertio quia dum ab una fit in aliã mutatio: inmediate fieri põt non per oĩa media: contingit enim quodlibet ælementorum inmediate mutari in quodlibet: igr̃ desunt tertia / quarta / & sexta conditio: & ita talis repugnantia non est contrarietas perfecta secundum oẽs rationes. Secundo dicunt ꝙ talis repugnantia formalis duarum formarum substantialium est cõtrarietas imperfecta / & fuse dicta secundũ quasdam tantum conditiones. Primo quia differunt specie. Secũdo quia ambæ sunt positiue. Tertio quia mutuo se se pellunt ab ipsa materia: & non possunt simul in illa esse: igitur est contrarietas secundum tres cõditiones / primã / secundam / & quintam: hæc exteri de disputatione. Sed hęc põ deficit in distinctione: Primo qa concessa prima cõditione / superfluit secunda: quoniam prima condicio est ꝙ differunt specie: & cõueniant genere. Sed quæ differunt spẽ / & conueniunt genere: semp ambo sunt positiua: non enim possunt differre & conuenire nisi ambo sint: & ita nisi ambo sint positiua: igitur superfluit addere ꝙ ambo sint positiua cõcessa prima conditione. Secundo concessa prima & secũda: superfluit tertia: quia quæcunq; positiua specie differunt: maxime sub genere differunt. Præterea quæro quid per maxime distare uelint: aut secundũ oẽs gradus: & sic solum album ut octo: & nigrum ut octo maxime distarent: & sic contraria secundum partes possunt esse in eodem: & ita medium posset esse ex extremis: quod negant: uel intelligunt ea maxime distare: quæ sub eodẽ genere non numero / sed specie differunt: & tunc hęc conditio intelligitur in prima & secunda: igr̃ prima superfluit: uel hæc tertia. Tertio concessa prima & tertia / superfluit quinta: quia quæ maxime differunt / & specie: non possunt fieri simul circa idem subiectum: sed successiue: igitur superfluit quinta conditio. Sexta est falsa: & contra Auerroem secundo de aĩa:

Confutatio

Comen. c iiii.

ubi ait non enim est necesse ut translatio in extremis sit super oīa media: igitur dato ꝙ inter substantias essent plura media: non oportet ut per oīa illa transeatur: quemadmodū licet inter album & nigrum plura inter sint media: non tñ oportet id quod de albo transit in nigrū: per oīa media trā seat: ut proxima etiam disputatione declaraui. Ex his patet q̄ imperite de conclusionibus sentire coguntur. Hæc de positionibus.

¶ Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione igitur debes scire ꝙ aliqua possunt intelligi esse cōtra ria secundum rōem metaphysicam: & secundum rationē physicam: intel liguntur quædam opponi secundum rationem physicam / quæcūq; circa idem subiectum motus intelligūtur opponi: & hoc pacto in libro quinto physicorum cōsiderauit oppositionem Ari. contrariā: uoluit enim illa cō trarie opponi quæcunq; per uerū motū circa idem subiectum ens in actu sunt apta fieri successiue: & nō simul: ea aūt intelligūtur opponi cōtrarie secundum rōem metaphysicam: quæcunq; maxie hoc est specie sub eodē genere distant: physicus enim qui rationem motus in omni consideratio ne includit contraria dicit: quæcunq; opponūtur circa idem subiectū mo bile per motum. Metaphysicus aūt qui abstrahit a motu & a mobili: ea contraria esse dicit: quæcunq; sub eodem genere specie differunt. Nam si differunt specie / & genere conueniunt: maxime distabunt: & erunt positi ua: & circa idem subiectum absolute ut abstrahit a motu consideratum / erunt repugnantia / atq; incompossibilia. Ex his facile patet dilucidatio: quom enim quæritur si formalis repugnantia formarū substantialiū sit contrarietas: dico ꝙ si consideretur cōtrarietas secundum rōem physicā: sic non est cōtrarietas: quia non sunt ut sic per motum circa idē subiectū mobile receptibiles: sunt enim receptibiles circa subiectū ens in potentia: quod non est mobile. Amplius nec per motum: sed per mutationē: igitur considerando contrarietatem secundum rōem physicam: repugnantia ta lium nō est contrarietas: sin aūt consideretur cōtrarietas secundum rōem metaphysicam & abstracte: ut sic talis formarum specifica repugnantia est cōtrarietas: quoniā ratio metaphysica est ut maxime sub genere diffe runt: & circa idem subiectum absolute consideratum repugnant: mō for mæ tales specie differentes sub genere maxime distāt: & circa idem subie ctum absolute repugnāt: igitur secundum metaphysicam rationē cōtra riantur: & hæc est aperte intentio Ari. qui specie differentia uocat contra ria: sunt enim contraria secundum rōnem metaphysicam: secundum quā de contrariis loquitur. Præterea cum ea quæ specie maxime differunt: me taphysicæ opponantur: & quadrifariā aliqua metaphysicę opponi dican tur: quemadmodum quadrifariam physicæ opponuntur: ea quæ opponi intelligunť: oportet illa metaphysicæ intelligi opponi / aut cōtradictorie:

Suppositio.

Dilucidatio

aut cõtrarie:aut relatiue:aut priuatiue:formæ tales nõ possunt metaphy sicę intelligi opponi cõtradictorie/nec priuatiue/nec relatiue:ut deductũ

Expõ positiõis auerrois•

est; igitur contrarie • Ex his apparet q̃ docta fuit positio Auerrois: uoluit enim substantiales formas non posse intelligi esse contrarias per se/ hoc est secundum rationem physicam:ut rectę probat: bene tñ possunt intelligi esse contrarie secundum rationem physicã cõcomitatiue/ quatenus illas concomitantur accidentia contraria.Præterea non negasset etiã illas posse esse per se contrarias secundum rõem metaphysicã: quatenus sub eodem genere maxime differunt:& circa idem subiectum simpliciter repugnant·Hęc de dilucidatione•

¶Caput solutionum quintum •

His declaratis:ad rationes oẽs:quæ tactę sunt contra positionẽ Auerrois: patet solutio:omnes enim concludunt substantiæ esse aliquid cõtrarium considerando contrarietatẽ secundũ metaphysicam rationem: quod non negabat Auerroes:per idem ad rationes factas capite primo/oẽs enim cõcludunt substantiæ nihil esse contrarium considerando contrarietatẽ secundum rationẽ physicam:sed secundum rationẽ metaphysicã nihil prohibet substantiæ esse aliquid cõtrarium • Præterea falsum est alterã differentiam habere rationem priuationis:& esse priuationẽ:quia priuatio nõ constituit speciem:solet autem differentia ignota appellari nomine priuatiuo propter latentiam.Hæc de sexta disputatione •

¶Septima disputatio est si masculus & fœmina specie differant •

¶Caput dubitationum primum•

Quod masculus & fœmina differunt specie/arguitur·Primo masculinitas & fœmineitas sunt differentiæ contrarię ut dr̃ in textu:igitur masculus & fœmina differunt specie:differentia enim cõtrarietatis est specifica: ut dictum est·Secundo causæ masculizantes & causæ fœminizantes tam coelicæ q̃ ælementariæ differunt specie:ut patebit in titulo disputationis: igitur masculus & fœmina differunt specie:tenet argumentum:quia effectus sortiuntur esse & differentiam a propriis causis· Tertio masculus & fœmina differũt plusq̃ numero:igitur specie: tenet argumentũ:quia nulla differentia est plusq̃ numero:quin sit specifica: antecedens declaratur/ quia masculus & fœmina differũt plusq̃ Socrates & Nyphus/ut cõstat: & Socrates & Nyphus differunt numero:igr̃ masculus & fœmina differunt plusq̃ numero·Quarto masculinitas & fœmininitas diuidunt inmediate genus:ut animal:omne enim animal aut masculinũ:aut fœmininũ:

& non inmediate specie: non enim omne masculinū est homo: nec omne fœmininum homo: implus enim est masculinū & fœmininum q̄ hō: igitur masculus & fœmina differunt specie: deducitur quia differentiæ diuisiue generis cōstituunt speciem. Quinto quæ differunt cōplexione moribus & uita differunt specie: sed masculus & fœmina differūt cōplexione/moribus & uita: igitur specie: maior est Ari. in libro de aīalibus nō enim alia uia nanciscimur differentiam specificam animalium/nisi ex cōplexionum dr̄a/morum atq; uita: minor declaratur: quia differunt complexiōe: eo quia ut medici asserunt cōplexio masculina calidior est cōplexione fœminina: immo frigidissimus uir est calidior calidissima muliere: moribus aūt: quia ut dr̄ in libro phisignomicorum fœmina est magis mali operatiua q̄ uir. Amplius & uita differunt: uiuit enim fœmina uita ꝓpria: quæ nec conuenit uiro: nec iuxtū est illam uiro conuenire: ut dicūt philosophi. Sexto quæ differunt fine: differunt specie: patet quia dr̄a finium procedit a differētia formarum: sed masculus & fœmina differunt fine: ut enim dr̄ in politicis summū bonū mulieris est pulchritudo animi & corporis: hoīs aūt uiri summū bonum est prudentia: non.n. uiro conuenit pulchritudo: dicit enim uegetius uiris quidē pulueres sudores & labores: mulieribus pulchritudo & mundiciæ. Amplius mulieri non prudentia competit: unde Martialis. Sit mihi uerna satur: sit non doctissima coniūx. Sit nox cō somno: sit sine lite dies: At uiris competit prudentia: in contrarium arguitur rōe Aristotelis hic: & in libro de aīalibus: quia quæ differunt sola materia: non differunt specie: sed mas & fœmina sola materia differunt: ut dicetur: igitur non differunt specie: Hæc de dubitationibus.

¶Caput tituli secundum.

Circa titulum. Primo uidendū est quid masculus/quidue fœmina sit atq; quibus differentiis differunt. Secundo si sint differentiæ generis/an speciei: & si adæquate diuidant genus. Tertio de embrionica generatiōe: deq; tota fętus de portatione tam masculi q̄ fęminę in specie humana. Quarto de causis masculinizātibus: & fęmininizātibus. De primo dicam9 ut Ari. & Plato authores sunt. Mas in unaquaq; specie is est: qui uim habet agendi in alio: sed fæmina est/quæ uim habet recipiendi. Vnde hac ratione de ælementariis qualitatibus duæ quidem fęminescūt/ut humiditas & siccitas: humiditas quidem: quia facile recipit: siccitas aūt: quia receptum bene detinet: duæ uero masculescunt ut caliditas & frigiditas: quia ambæ uim habent agendi: immo ipsæ potestates sunt actiuæ. Hac etiam ratione ut Ptolomeus in primo apotelesmatum inquit stellaꝝ nōnulle masculescūt: ut Saturnus/Iupiter/ Mars/& Sol: nōnulle fęmininescunt: ut Venus & Luna: Vna sola ambigui est sexus: uel magis hermophroditum Mercurius: masculescunt Saturnus/Iupiter/Mars/& Sol; quia actiuis uigent

Quid mas quid fęmina.

Quę qualitates mascule quę fęmine.

Quæ stellæ mascule quę fęmie:

qualitatibus:Saturnus quidem quia frigidus:Iupiter/Mars/& Sol quia calidi omnes sunt:at frigiditas & caliditas actiue sunt uires: fœminescũt Venus & Luna:qa uires habent humectãdi:at humiditas patiaria uis est: at quia Mercurius nunc exiccat: nunc frigefacit: hermophroditus est/ utriusq; potentiæ particeps:sic igitur patet in omni specie masculum esse id:quod uim detinet agendi:quod uero uim recipiẽdi habet id fœmininũ

Dr̃æ maris & fœminæ.

esse:Differunt autem multifariam mas & fœmina: figura/ moribus/& complexione:ut Ari. author est in libro de animalibus:& in libro phisiognomicorum.

Dr̃a complexionum.

Complexione quidem/quia in omni specie fœmina est humidior mare:signum autem quia & minus est neruosa/ carne etiam humidior/estq; & mollior:unde & a mollitie mulier dicta est. Mas aũt calidior:tũ quia natura fortior:fortitudo enim calorẽ comitatur: neruosior: atq; durior.

Dr̃a morũ.

Moribus uero(ut Ari. inquit)quia fœmina est tractabilior/ manualibus disciplinis capacior:mitior atq; minus iracunda: Hæc humiditatis dominium comitantur ut docet Aristoteles:uir quia calidior: ipse inmitior/iracũdior/atq; manualib9 disciplinis incõgruus / minus quoq; tractabilis. Præterea fœmina est illiberalior/mali magis actiua. Mas liberalior/& boni plus cupid9:causa huius ex secũdo de generatione aĩalium libro colligitur:quoniã fœmina homo est occasionatus/mancus atq; mutilatus:& hoc rõne eius aĩa est orbatior/suis in operibus impedita/atq; uiribus imbecillior:cum enim animæ sectentur corpora:& muliebre corpus monstruosum sit respectu corporis uiri:iure aĩa per tale monstruosum corpus non poterit debitas exercere uires:quemadmodum mas per suũ exercebit corpus:& ppea fœmina est iniustior/& timidior. Mas fortior:& æquior.

Dr̃a figurarũ

Differunt etiam figuris ut in humana specie satis spectatur. Nam fœmina est cõparatione uiri atq; maris capitetula/uultuscula/colliuscula/pettiuscula:& generatim mare paruior:atq; minor: eo qa humiditas a frigiditate comprimitur/& grauefit. Propterea inferiora habet maiora. Mas autem quia calidior:& calidi est augere:ideo mas est fœmina maior.

Dubitatio

Sed occurres his/quæ diximus non iniuria. Primo quia Ari. in quarto de historia:& primo de generatione animaliũ uult non esse ita in omnibus syluestribus:quia non in auibus rapacibus:neq; in entomiis: neq; in quibusdã piscibus: neq; in quadrupedis ouiperis:in his.n.fœmine sunt maiores:potentiores / & animosiores ipsis maribus.

Solõ apponẽsis

Soluit uero apponensis in quodã de phisiognomicis codicillo:hæc euenire in talibus per accidens:per se aũt est/ut Ari. asserit.

Confutatio:

Sed solutio hæc philosophiam naturalem non sapit. Nam quod est per accidens non consequitur totam speciem:quia enim bicipitas per accidens est:totam humanam speciẽ non sequitur. Quod autẽ fœmina in rapacibus auibus sit maior & potentior mare totam speciẽ talium consequitur:igr̃ nõ est per accidens. Propterea

animaduersione dignũ est aĩalium quædã esse: quæ a tota specie calidissima sunt: ut species rapaciũ auium: qua rõe fit / ut mares hac in specie sint calidiores / atq; arescẽtiores duplici cã. Primo qa a tota spẽ sũt cęteris aĩalibus calidiores. Secũdo qa mares: est. n. mas fœmĩa calidior: hinc fœmĩe taliũ sunt maiores & potẽtiores: mares minores & imbecilliores. Nã masculi illa duplici caliditate & arescentia affecti paruiores & imbecilliores reddũtur: qa sicci est cõprimere & coartare calidũ: & per cõsequẽs reddit ipsum resolubilius / & ita imbecillius: quare masculi erũt minores / & imbecilliores: fœminæ uero taliũ e cõtra: sunt. n. tẽperatiores: quia licet a specie sint calidissime: a sexu fęmineo sunt humiditatis participes: & hac rõe humiditas sexus redit calidũ maius: & ipm facit minus resolubile: & per consequens magis resistens laboribus & pugnis: & hac rõe fœminæ taliũ maiores & potentiores: ouipera aũt quadrupeda / ut testudines & nõnulli serpentes maiora sint cũ fœminæ sunt: masculus obfinem: quia ipsa simul oua habent: & superueniuntur a maribus: ut igitur oua & marẽ sufferre possint: debuerunt esse fęminæ maiores / & potentiores: hanc enim causam retulit Aristoteles: nec meliorem dudum reperi: hæc de differẽtiis atq; de primo. De secundo uero si masculinitas & fœminitas sint differẽtiæ generis: non parua est qõ: uidetur enim q primo diuidãt genus / & remotum: quia masculinũ & fœmininum diuidant potentiam generatiuã: est enim masculinum: quod uim habet generandi actiuam: fœmininũ uero quod uim habet generandi passiuã: Sed uis generandi est primo data gradui uegetatiuo: qui consequitur uiuens: igitur primo diuidũt uiuens: & hoc tenent Empedolces / & Democritus: qui plantas fœminas asserũt esse / & masculas: eo quia masculum & fœmineum sunt uiuentis primæ differẽtiæ. Sed pace horum dixerim uidetur primo q masculinum & fœmininum non sint differentiæ uegetatiui: quia si sic: tunc plantarum non nullæ essent masculæ: nõnullæ fœminæ: quod non conceditur a philosophis: nec sunt primæ animalis differentiæ: quia non omne animal est aut masculum / aut fœmina / aut hermaphroditicum: animalia enim ex putri materia orta / neq; mascula sunt / neq; fęmina / neq; hermaphroditica: ut Aristoteles dicit in libro de animalibus. Neq; sunt primæ hominis differentiæ: in plus enim est masculum / q̃ homo: uel nec omnis homo masculus uel fęmina: nec omne masculum uel fęmina homo est. Quare oportet dicere has nullius esse primas differentias: ubi animaduersione dignum: quasdã esse drãs formales: quæ consecuntur formas & rõe formæ faciũt differre: quasdã esse materiales / siue accidentales / quæ cõsecuntur materias: & rõe materiæ differre faciunt: mõ Ari. uult tales drãs non eẽ formales / atq; essentiales: sed materiales / & accidentales: sunt. n. hæ differentiæ materiales & accidentarię: eo quiã / ut dicemus / cõsecuntur dispositiones

Qualiter quędã aĩalia fęmĩa sũt maiora mascu.

Si mas & fęmĩa sint gñris dræ uel spẽi.

Cuius dræ sint mas & fęminæ

De gñatiõe aĩalium ca. i.

Masculũ & fœminũ quæ dræ sint: & cuius primæ:

materiales sunt enim accidentia quædam quæ indiuiduũ consecuntur cõpositum: tunc dico ꝙ dr̃æ materiales atq; accidentariæ nullius sunt per se primæ dr̃æ: quia ex quo cõsecunt̃ dispões materiales: nullius sunt primæ: ex quo aũt sunt accña: nullius p se: & quiditatiue: at dr̃æ formales / oẽs sũt & alicuius primæ: & alicuius per se: primæ qdẽ: quia nihil cõsecuntur: p se uero: quia nõ sunt accña. Ex his patet ueritas secundi: ꝙ uidelicet masculinum & fœmininũ nullius sunt primæ dr̃æ: & ita neq; generis: neq; speciei sed sunt accña comitantia indiuidua uiuentiũ / siue aïalium rõne materiæ / atq; dispõum materialiũ. Ad rõem uero: dico ꝙ id quod assumit: non pua est qõ: nõnulli .n. plãtis tribuerũt sexus: ut Abrutalis: Diogenes / Democritus: & alii. Et hanc partem theophrastus peripateticus seqtur in libro suo de stirpibus: & pro hac opinione facit rõ tacta: quia plantis inest uis generatiua: & oïs uis generatiua aut mascula aut fęmina est: ut dictũ est. Præterea si stellis cõpetit sexus: & qualitatibus ælementariis: cur non plãtis uiuentibus. Pro pte opposita arguitur qa masculus in una quaq; specie est: qui (dum generat) in alio generat: fęmina aũt: quæ (dum generat) ab alio generat: & sunt seperati: at talia in plantis non uidemus: nõ enim seperata cõcubunt. Quidam cui nomen est Abrutalis: uoluit oẽm plantã esse simul masculam & fęminã. causam abtulit: quia cõplete semẽ generat sine masculi cõcubitu: Sed hoc ur̃ falsum. Primo quia nõ pñt aliqua inueniri cõiuncta: quæ primo nõ fuerunt seperata: sed in plãtis hi sexus nunq̃ fuerunt seperati: igitur nec cõiuncti. Secundo quia oïs planta esset hermaphroditica: & ita esse posset simul & semel agens & patiens. Tertio tunc planta esset hoïe perfectior: deducitur / quia planta nõ egeret in generãdo extrinseca re: at aïal siue fęmineũ / siue masculũ semp egeret. Quito Ari. in secundo de generatione aïalium capite primo inqt ꝙ in quibuscũq; fieri põt: mas a fœmina seperatur: quia diuinæ causæ sunt causæ melioris eẽ in cõtingentibus: sed melius est seperari melius a deteriori: melius aũt est mas q̃ fęmina: igr̃ in plantis deberent esse seperati. At anaxagoras clazomenius negat oïo sexus in plantis: & ppea asserit patrem plantarũ esse solem: Matrẽ esse terram: quod Ari. primo de generatione aïaliũ capite secundo asserit: terra quidẽ est mater: quia plantas nutrit: & æducit atq; lactare ur̃: sol uero pater: qa primũ principiũ generandi fructus: & hanc ptem defendit leomenon. Sed cõtra obiciunt gręci & theophrastus maxïe: qa semen assimilatur ouo: igr̃ ut in ouo est uis mascula & fęmïa: ita in semine: sed nõ põt ouum eẽ prolificũ: nisi sit ex mare & fęmïa: igr̃ nec semẽ esse põt prolificũ: nisi ꝓcedat a mare / fęmïaq;: uel ab aliquo uim utriusq; hñte. Vr̃ igr̃ mihi eẽ dicẽdũ: ꝙ plantis cõpetit sexus ꝗuoce quasi ad sexũ aïalium: cõpetit quidem sexus primo rõe qualitatũ: & sic plante calidiores masculescũt: frigidiores: fęmïescũt. Qua rõe diceremꝰ primũ / qa calidior

De sexu plãtaꝝ

Prima põ de sexu plantarũ.

Obiectio.

Põ abrutalis

Obiectiones

Opinio anaxagorę & leomenonis.

Obiectio.

Põ ari. & theophrasti.

est populo/masculescere:populũ fœminescere. Secundo rõe proprietatũ: ut qñ in eadẽ specie arboris una eẽt sterilis:altera fæcũda: qđ uidemus in cipressis: nam alter est sterilis:alter uero fœcũdus:sterilis:quia semen nõ emittit:masculescit fœcundus uero:qa semẽ ędit tanq ouum fœminescit. Tertio rõe partiũ seminis:quia in semine sunt nõnullæ ptes tenuiores & spiritualiores:quæ masculescũt:nõnullæ crassiores/ac corpulẽtiores:quę fœminescunt:& ppea in planta unde æditur est uirtus mascula/& fœmina:his deniq; tribus rationibus plantis sexus cõpetere põt: at si masculus sumatur uniuoce & ꝓpria rõe:ut is dicatur masculus: qui in alterũ semẽ emittit: ea fęmina:quæ intra semen emittit atq; recipit:ut Ari. definit primo de historia:sic solum in aĩalibus reperitur mas & fœmina: & non in plantis. Ex his facile patet consiliũ tantorũ uiroꝝ:qui enim negãt sexum in plantis:sexum sumunt uniuoca rõe:qui illum plantis tribuunt: sexum sumunt æquiuoce:hæc de secundo. Et de tertio transigamus: quod est de embrionica generatione deq; fœtus deportatione nec loquemur generatim in omni aĩalis specie:sed in hoĩe:sic enim facile poterimus de aliis itelligere. Medici itaq; & astrologi pariter cõsentiunt embrionicã fœtus generationẽ non excedere spatium duorum mensiũ: immo maximũ tẽpus dicunt esse.xlv.dierum:minimum aũt.xxxv.quoniã embrionica generatio maiori tpe q̃ sit spatiũ:xlv.dieꝝ perfici nõ põt:nec in minori q̃ sit spatiũ.xxxv. Astrologi uero in tali ẽbrionica gñatione septẽ pceperũt dĩas ꝓ rõe aut numero septẽ planetarũ:qui pdominantur illi: unusqsq; ꝓprie dĩæ. Prima dĩa est duorũ seminũ constantia:qua uidelicet semẽ maris & fœmine cõstant in unũ. Secunda est spiritus qui in tali coagulato residet: uigoratio:cũ.n.duo semina coagulata fuerint:spiritus uiuificus:qui mẽbra cõponit & distinguit uires assumit maximas:& hæc est secunda dĩa: Tertia est formatio triũ uessicularũ pro tribus efficiẽdis mẽbris:cum.n. spiritus uires assumpsit tres ædit uessicas:ut tria efficiat mẽbra principalia cor/cerebrũ/& iecur. Quarta est taliũ uessicarũ adauctio : augentur enim uessicæ eiusmodi in tantũ/ut membra illa ita afficiantur: ut uitam inde suscipere possint. Quinta est mẽbrorũ æditoꝝ lineatio:& nõnulloꝝ extrinsecorũ noua æditio. Mẽbra.n.quæ ædita erant rude/distinguntur & lineantur atq; pluchra fiunt. Sexta est oculorũ auriũ & instrumentoꝝ sensuũ formatio. Septima est humoris creatio: oportet.n.humorẽ effici aliquãtum:ut mẽbra formata uitam & aĩam recipiant. Prima differentia duobus circiter diebus pficitur: dedicaturq; Saturno. Nã Saturnus sua frigiditate atq; siccitate in semĩbus influxis semĩa coagulat:illaq; cõstare facit. Scđa ẽt quæ duob9 circiter dieb9 agebat̃:datur Ioui q bñfica sua caliditate spiritũ in semĩbus cõtentũ uigorat/ad auget/atq; coalescit. Tertia quoq; quę dieb9 ẽt circiter duobus esurgebat;ascribit̃ Marti:q calore

De utero hic agitur.

De embrionica generatione

Põ astrologoꝝ ẽbrionica in generatione.

Prĩa dĩa est diebus duobus.

Secunda. ii.

Tertia. ii.

Quarta. iii. suo efferuescente ad çditionem uessicorũ͂ ꝓmouebat. Quarta quæ tribus circiter diebus conficitur: soli imponitur: q suo uiuifico in calore: uessicas
Quinta. ix. pro uitæ capacitate increscere facit. Quinta quæ ix. agitur diebus ueneri
Sexta. xii. annuitur: quæ sua uirtute amicabili mẽbra liniat / & pulchra facit. Sexta quę xii. accumulatur diebus astipulatur Mercurio: q sciæ / & loquelę atq;
Septĩa V. uel xv. cognitionis dñs existit: hic. n. sua ui oculos & sensoria administrat. Septima quæ V uel pluribus diebus æditur. lunæ cõmictitur: quæ humorem efficit pro aĩatione aptũ: & sic embrionica gñatio diebus cõpletur. xxxv. circiter: uel maiori spatio usq; ad. xlv. si ultimam drãm luna ageret in diebus. xv. qua ꝑfecta aĩa accedit in corpus iussu dei ut dicit Ari. aĩaduersione dignũ ꝙ non est credendum planetas agere has septẽ drãs per se absq; causis secundis: sed est intelligendũ uirtutẽ seminalem in seminibus cõtentam facere hæc septẽ opera uirtute septẽ planetarũ: uerbi gratia coagulationẽ efficit uirtute Saturni: atq; ut illius instrumentũ: uigorẽ spiritualẽ
Confutatio: uirtute Iouis / & ut illius instrumentũ: & in cęteris id genus eodẽ mõ. Sed hæc astrologorũ põ nec rõe: nec obseruatione fulcitur: ex quibus. n. obseruationibus talem finxerint põem ego nescio: rõe etiã carent: quia peripatetici soli dũtaxat embrionicam gñationẽ tribuunt: sol enim & hõ generãt hoĩem: unde Ari. primo de gñatione aĩaliũ auctoritate anaxagoræ facit solem oĩm patrẽ: qđ non fecisset nisi sol tantũ embrionicã perficeret gñationẽ. Ptolo. non minus phũs q̃ astronomus in suo centum enumeratorum libro enumerato. lxxxvi. inqt sol est fons uitalis potentię: luna nãlis: & sensus est ut Porphy. exponit in eruditioĩbus suis: ꝙ uirtute lunæ potẽtia seminalis naturaliter embrionẽ format pro aĩatione recipiẽda: solis autẽ uirtute uitã & aĩationẽ præbet formato ipsi embrioni: est. n. luna fons nãlis potentiæ: qua embrion formatur a seminaria ui: quaq; enutritur & uegetat᷑: eo qa humore embrion foĩationi redditur aptus: & humore enutrimur: cuius luna ipsa abundat: sol aũt uitalis: qua embrion uiuificat᷑: & aĩatur: eo quia calore uiuimus: quo sol exuperat recte igr̃ Ptolo. uim naturalem ꝑbet lunæ: qua embrion formetur: & enutriatur: uitalem soli: qua
Quę stelle ꝑsint ẽbrionicę gnõ. uiuificet᷑ / & animetur. Quare cũ embrionicæ gñationis duæ sint ꝑcipuæ drãe: uidelicet embrionis foĩatio: & illius uiuificatio siue aĩatio: sol & luna in embrionica gñatione tantũ ꝑerunt: luna formationi: sol aĩationi: debes scire chaldęos trãslatores huic Ptolo. enumerato multa addidisse: quę gręce scripta nõ sunt: nec ab gręcis interꝑtibus tacta: ut ꝙ Saturnus eẽt fons
Luna ꝑest gnõi embrioĩcę: & de embrionica gñ ratioẽ secũdum ueritatem. potẽtiæ retentiuę. Iupiter auctiue. Mars irascibilis: Venus cõcupiscibilis. Mercu. dissertiuę: quę ut dixi nec græce scribunt᷑: nec gręci interꝑtes tangunt. Ptolo. enim solẽ dũtaxat & lunã accepit: ut dictũ est. Quibus patet q̃ temulẽta sit hęc astrologoꝝ fictio: ppea cũ medicis ur̃ nobis eẽ dicendũ summũ atq; maximũ tẽpus dictæ ẽbrionicę foĩationis eẽ dieꝝ. xlv. mini-

mum·xxxv·mediocre esse inter hęc:causa aũt ex luna redi põt:quia·xxx· circiter diebus luna redit ad coitum:quinq; sunt:quibus ipsa uires habet proprias non a solis fulgore impeditas:& hac ratione minimũ tẽpus fuit dierũ circiter.xxxv: qa tãto dierũ numero luna a primo coitu ad suas redit uires:aut fortasse qa tanto dierum numero luna a uiribus:quas ante primũ congressum habebat redit in uires:quas post cõgressum secundũ habebit:& plus & minus pro rõe suæ uelocitatis & tarditatis: & pro rõe aspectus/& mixture:quos cũ cæteris planetis tenebat hora qua uir semẽ emissit.Fauet huic:obseruatio medica: nã obseruato die cõceptionis nũq̃ embrionem cõpletum minus q̃ in·xxxv·dies uiderunt:bene tñ in cõpletũ nõnunq̃ uiderunt infra·xlv.diem: in.xlv. die semp completũ obseruarũt: Quare minimũ tempus embrionicæ generationis erit spatiũ·xxxv.dierũ quia minori illo nunq̃ embrionem cõpletum obseruarunt:maximũ uero est spatium.xlv·dierũ: quia in illo nunq̃ uiderũt ipsum nisi completum: inter hæc uero tempora & cõpletum & incõpletum obseruarunt. In tali aũt embrionica generatione in·xxxv·diebus ad minus cõstituta: uidẽtur quattuor notabiles differentiæ. Prima est:qua uis seminaria uessicas format tres pro tribus præcipuis membris edẽdis;quæq; spatio circiter: sex dierum mensuratur.Secunda est qua embrionica massa rubicat atq; sanguescit:ut nutrimentũ redatur melius ac melius:& hæc nouẽ diebus agitur:qui si diebus primæ differentię adduntur:numerus excrescẽs erit·xv· tertia differentia est in qua seminaria uis cætera membra ædit/ut neruos ossa/& cætera id genus:& hæc.xii. diebus perficitur · Quarta est in qua omnia membra figuris & lineationibus distinguntur ut animationis redantur apta:& hæc·xviii·diebus completur:quibus omnibus congregatis numerus excrescens erit dierum.xxxv·hoc enim spatium embrionicę generationis minimum est:& tanto anima accedit in corpus & non in minus.Fuerunt aũt differentiæ istæ quattuor:quia cum luna exit a solis cõgressu quattuor habet notabiles configurationes:quadrangulũ sinistrũ: oppositionẽ siue diametrũ:quadrangulũ dextrũ:demum cõgressum: nec mirãdum est si dies:quibus luna quattuor has habet dr̃as: non correspñt diebus:quibus dr̃æ embrionicæ generationis hñtur: quia stellæ agunt in nos pro capacitate nostra:cũ enim materia embrionica non sit apta aliter differentias illas subire q̃ illis statutis temporibus:hac rõe luna pro illius natura quattuor dr̃as efficit:in embrionica generatione canum forte aliis tẽporibus differentias illas compleuit:quia nõ aliter materia embrionica illorum potuit illas recipere:& sic in cæteris id genus·Quare differentias quattuor luna in omni generatione embrionica efficit: quia quattuor cũ sole dr̃as habet:non aũt in oĩbus pro similibus tpibus:quia materiæ non sunt in similibus temporibus illarum capaces·Has quattuor differẽtias

Obseruatio medica.

Dr̃æ embrionicę generationis.

Quare.iiii.dr̃æ.

Obseruatio medica:

docuit obseruatio:quam medici de abortiuis habuerũt:nõnunq̃ enim ab ortum obseruarunt a cõceptione in sexto die:& nihil nisi uessiculas inuenerunt in illo:interdum decimoquinto a conceptione abortũ uiderũt: & nihil plus in embrione cognouerunt nisi ruborem & sanguinem:& in cæteris eadem ratione & uia fecerunt:quę obseruatio docuit differẽtias illas quattuor in tota embrionica generatione uideri:& nõ plures uisu notabiles. Sunt etiam & peritissimi medici:qui miscendo obseruationes cũ astronomis rationibus:dicunt minimum tẽpus generationis embrionicæ esse dies.xxx.maximum autẽ dies.xlv.inter hæc media esse.xxxv. & cætera. Nam sub dominio Saturni uirtus seminaria primis sex diebus ædit ipsa principalia membra:atq; umbilicum:& confuse quidem nihil nutrimenti e matrice ipsa petendo:cum non dum sit nutrimenti indigentia:sub dominio Iouis uirtus ipsa componit:distinguit:& alas pectoris conficit tribus fere diebus:quos cũ prioribus agregãdo sunt nouẽ: sub dominio Martis uirtus eadẽ conquoquet: rubicat imprimendo calorẽ: & sanguinem facit sex circiter diebus:quos cum supioribus cõgregando:sunt.xv.sub dominio solis sanguis efficitur:caro circiter.xii.diebus: quos agregando cum prioribus sunt.xxvii.sub dominio Veneris uirtus transmittit humorem ad nucam: & nuca æditur tribus fere diebus: qui cum prioribus faciunt xxx.sub dominio Mercurii quinq; diebus uirtus efficit sensus/sensoriaq; illorum:qui cum prioribus sunt.xxxv.demum. xv. aliis diebus sub lunæ dominatu uirtus distinguit/ædit/perficit:& totum corpus animatiõe reddit capax:atq; aptum:& ita maximum tempus est.xlv. diebus uerũ quia uirtus non nunq̃ hæc opera accelerat:retardat interdum: fit ut minimum tempus dictæ generationis sit.xxx.dierum:interdum.xxxv.interdum aliter. Minus autem. xxx. diebus nunq̃ obseruatum est embrionem fuisse perfectum: nec non fuisse perfectum .xlv. diebus: quare maximum est xlv.& minimum.xxx.hæc iuniores. Sed ut dictum est:tota embrionica generatio est a luna:& quia luna.xxx.diebus totum peragrat zodiacũ:eẽ potest ut minimum tẽpus sit pro lunæ peragratione. Maximum aũt esse põt pro lunæ mixtione cum cæteris stellis:proq; eius uelocitate:atq; tarditate:redit enim luna ad illud ipsum signum:quod tenebat die conceptiõis in.xxx.diebus:uerũ si illo die tarda erat:& cũ tardis:& tepedãtibus stellis mixta:tarda est causa gñationis embrionicæ ita ut.xlv. diebus possit tardari gñatio embrionica hanc ob causam. Hæc de embrionica gñatiõe: & de ipsa embrionis de portatione:hoc est de tpe/quo fœtus in utero gestatur:agamus. Astronomi itaq; dogma hermetis imitati gestandi fętus triplex tempus cõstituunt:minus:mediũ:maius:Nam alii breuiori:alii productiori nõnulli medio quodam inter hæc tempore nascuntur: hoc tempus gestandi triplex/moram triplicem imperiti appellant:uerius mansio

Hæc põ est iuniorũ medicoꝝ gilb. & micha.

Quid de hac positione.

Põ astronomorum de tpe:quo fętus gestatur ĩ utero quæ ẽ petosiris & hermetis.

dicenda est: manet enim fętus in utero: non aũt moratur: constituunt uero has tres mãsiones pro loco lunæ: quem tenet hora genituræ: ubi nanq̃ genituræ tempore luna tenuerit partiliter gradum occidentem: mãsit fœtus in utero per mansioné minorem: quæ est dierũ. cclviii. si tenuerit eodé genituræ tempore partiliter gradum orienté: mansit in utero per mansionem mediam: quæ diebus constat cclxxiii. sin autem luna tenuerit ultimũ gradum sextæ domus: hoc est gradum qui est ante gradum occidentem eodem genituræ tempore per mansioné stetit fœtus in utero maioré: quæ diebus conficitur cclxxxviii. Mouentur uiri isti hac causa: q̃ pars superior hemisperii calidior est: atq̃ magis actiõi & uirtuti apta: regio inferior est imbecillis: atq̃ actioni inepta. Quare cum luna geniturę tempore tenuerit superiorem cœli regionem: fœtus celerius æditur: cũ inferiorem tardius: quo fit ut cum ipsa sit in occasu super terram fœtus æditur minori tempore: eo quia occasus finis est temporis: cum in ortu: medio tempore æditur: quia principium est temporis: cum in ultimo gradu sextæ domus maiori tempore (quia sub terra) æditur. Nec credẽdum est his mãsionibus partiliter fœtum stetisse in utero: non enim luna semper aliquem horum locorum tenet obseruauimus enim genituras: in quibus luna nullum horum tenuit: & hac ratione fit: ut sint plures aliæ mansiones inter has mediæ: per. xxx. dies uariabiles: quatenus inter minoré/ & maiorem mansionem dĩa est. xxx. dierum: unde cum luna tenet genituræ tempore regionem cœli superiorem: & sit inter ortum & occasum: mãsio nec fuit maior: nec minor: nec media: sed maior minore: & minor media: pro quantitate partium cœli: qua elongatur ab occasu: cum uero tenet cœli eam regionem: quę est sub terra: mansio fuit maior media: & minor maiore pro quantitate elongationis ab ortu. Sed pace tantorũ dixerim: hæc obseruatio nec est astronomica: nec medica: nec naturalis. Quod quidem non sit astronomica: declaratur primo: quia tempore conceptionis non semper unus/ idemq̃ planeta principatum sibi assumit. Saturnus enim si principatum in conceptione assumpserit: cum stella eius tarda sit: atq̃ difficilis: partum ipsum per sæpe moratur. Mars q̃ præcipitantior sit: propter calorem: citius pręstat omnia. Iupiter/ & Venus propter insitam moderationem cunctis moderantur: Mercurius suaptenatura festinus & agilis: facile in aliorum se se naturam uertit. Secundo ut astronomi fatentur: sint duæ fæmellæ: quarum altera e genitura partus habuerit difficultatem: altera uero facilitatem: & ambæ una partili hora concipiant: cõstat tunc mansiones fœtus esse inæquales: ubi tamé luna constituebatur æqualiter in cõceptione/ utriusq̃. Quod uero nõ sit medica: declarat̃: quia dato q̃ ambæ illæ femellæ eadem hora concipiãt: tunc per medici ausilium non posset altera facilius: altera difficilius parere: qđ est friuolũ: &

Confutatio.

contra omnium medicorum decretum : qui docent ausilia: quibus partus facile ædantur. Quod demũ hęc põ non sit naturalis: deducitur: quia sint illæ duæ fæmellæ eadem hora concipientes in complexiõe / & habitu corporio dissimiles: ut altera sanguinea: robusta: Altera phlegmatica imbecillis. Amplius altera ex semine cõcipiat potenti: ex imbecilli altera : patet tunc mansiones non æquales esse: ubi tamen luna constituebatur æqualiter in conceptione. Quare põ hęc friuola est: nullam habẽs rationem. Alii astronomi quorum est alkabitius aliam fingunt positionẽ de mansione : Nam uolunt planetas in tota ipsius fœtus gestatione uim habere: non tñ omnibus in mensibus: sed unũquemq; in suo. Saturnus quidem primo ipso in mense fętui præest: ꝙ uirtus seminaria semina coagulat: compingit: indurat: atq; figit: quæ non ageret / nisi iura Saturni sortiretur. Secundo mense Iupiter fętui præest: ꝙ fętum ipsum uiuificat / spiritus uitabiles ꝑ creat / & membra uigorat: quæ uirtus ipsa nõ ageret: nisi iura Iouis nacta esset. Tertio mense fętui præest Mars: ꝙ uirtus ipsa iura Martis accipiẽs priora mẽbra tria cõfuse ædita colare martio diuidit / caput e cæteris mẽbris seperat: brachia / & crura secernit. Quarto mẽse fętui pręest sol: ꝙ uirtus ipsa luce & calore solis uiuifico e corde aliis mẽbris sensus / & motus & uitam mittit: mouetur enim fętus quarto ipso in mẽse: & sentit. Quinto mense fętui præest uenus: ꝙ uirtus coaptat uiridia / muliebria / pedes / digitos / nares / os / & oĩa uenería. Sexto mense fętui præest Mercurius: ꝙ uirtus ipsa Mercurii uires suscipiens uocis & loquelæ instrumenta componit: supercilia & oculos efficit: capillos & ungues agit. Septimo mense fętui præest luna: quatenus humore lunæ uirtus ipsa uacuitates fętus oẽs replet. & sic fętus completur: atq; perficitur. Qua ratione fit / ut septimẽstris partus uitalis sit: quia luna benefica est: & humore suo uitę cõducit. Octauo mẽse fętui præest Saturnus quia per reuolutionem octauo loco succedit: & hac ratione octimẽstris partus non est uitalis: quia ut aiũt planetarum nõnulli sunt uitæ amici secundum ambas qualitates: nõnulli secundum alteram tantũ: nõnulli secundum ambas uitę cõtrariantur. Secũdum ambas quidem uitę amici sunt Sol / Iupiter / & Venus. Secũdum alteram tantum Luna Mercurius & Mars. Contrarius secundũ ambas est Saturnus: & quia octauo mense ad Saturnum dominium reuertitur: qui secundum ambas qualitates uitæ contrariatur: octimenstris partus uitalis esse non potest. Nono uero mense / quia dominium redit ad Iouẽ: qui est uitę amicus secundũ ambas qualitates: fętus æditus uitalis est: nisi alia aduersentur. Nõ est alienum partum posse esse uitalem decimo mẽse : ꝙ tunc Mars redit in dominium: qui saltem per alteram qualitatẽ uitæ non est contrarius. Nec est alienum undecimo mẽse posse partum esse uitalẽ: quia sol redit in dominium: qui etiam per ambas eius qualitates uitæ est

Secunda astronomorũ põ ut alkabitii.

proficuus. Duodecimus mensis est etiam uitalis: quia redit Venus secũdum ambas amica uitæ. Tertiusdecimus etiã est uitalis: quia Mercurius redit secundum alteram amicus uitæ. Decimusquartus etiam est uitalis: quia dominium redit ad Lunam quæ uitæ est benefica suo humore. Decimusquintus uero uitalis est nunq̃: quia tũc dominium redit in Saturnũ: qui per ambas est uitæ contrarius: ut dictũ est de octauo mense. Sed hæc positio est bene ficta: nullum tñ fundamentum habẽs. Primo quare principium totius gestationis e Saturno acceperunt: & non a luna: nõ enim a Saturno initium gestationis est sumendum: quia sua frigiditate & siccitate coagulat: nã sicut sine siccitate non est coagulatio: sic sine humore minime est: & sic non magis Saturnus præerit primo ipso in mẽse: q̃ Luna: nec a Saturno: quia primus est: prior enim quo ad nos est Luna: & sensibilior: sensibiliores uires afferens nobis: quare e luna magis erit gestandi inicium. Secundo cum Saturnus primo mense per ambas qualitates uitę præparet coagulãdo semina/ & coinspissando: cur octauo mense per ambas aduersatur: non enim idem agens potest alicui conducere/ & aduersari per easdem uires: quare cum primo mense uitæ præparet coagulando/ & coinspissando semina per ambas: per illasmet ambas nõ potest octauo mense uitæ aduersari. Tertio scribit Auicenna in hispania inueniri fœminas: quæ octauo mense uicturos pariunt & Ari. scribit illas etiã inueniri in ægypto: ubi patet tunc Saturnum uitæ non aduersari: qui tamẽ dominium octauo mẽse sortitur non minus in illis: q̃ in cæteris. Et hac de causa nõnulli opinantur fœtum septimo mense conari ut egrediatur: tum qa perfectus est: tum quia mensis ille criticus est: ceu dies septimus in acutis morbis: & cum eo mense ad egressum conetur: fętus ipse obleditur ob eũ conatum. Quare si octauo egreditur: utpote non dũ restitutus suæ incolumitati: uiuax esse non potest: Sed posterius rem hanc diligentius explicabimus. Quarto astronomi quorum princeps est Ptolomęus uoluerũt Saturnum/ & martem stellas esse maleficas: & anæreticas/ hoc est interfectiuas: quia aspectu/ & corpore pernecant: cũ aphæta hoc est emissor uitæ ad ipsorum corpora: uel aspectũ inambulat: & hoc est decretum oĩum astronomorum: qui in re uitæ scribunt. Quare si octimenstris partus nõ uiuit: quia mẽsis ille dicatus est Saturno: minime uiuet qui decimo exoritur mense: quia is mensis tributus est Marti: qui pernecat corpore & aspectu/ ut Saturnus: & sic positio nulla: nec ualet dicere Martem non pernecare fœtum decimẽstrem: quia uitæ aduersatur per alteram tantum qualitatem: quia si non aduersatur fętui: minime aduersabitur ipsi nato. Quare si nato aduersatur (ut dicit Ptolomæus: & cæteri astronomi) etiã fętui aduersabitur: & sic decimo mẽse nemo uicturus esset fętus. Quinto astronomus nihil dicit: quod non obseruatione dedicit; mõ non uideo qua nã

Confutatio.

Quare octimẽstris nõ uiuit.

obseruatione rem hanc potuissent depræhendere:comperi enim ego non semel in primo mēse Saturnum male affectum fuisse: & fœtum nullam passum esse lesionē:in reuolutione mensurna obseruarunt Iouē dānatū: qui tamen secundo mense nihil mali fœtui obiecit. Quare pō hæc friuola est:& uoluntaria. Medici uero dicunt tempus gestandi fœtum non eē stabilitum:sed correspōdere tempori generationis embrionicæ secundū proportionalem rōem:sunt enim tria tempora in ipsa gestatione. Primū est tempus embrionicæ generationis. Secundū est tempus motus fœtus. Tertium est tempus ortus:correspondent aūt sibi hæc tēpora secundum proportionem hoc pacto:ꝙ tempus generationis embrionicę est primū: triplum ad hoc est tempus motus. Triplum ad hoc secundum:uel duplū sexquitertium est tempus ortus:uerbi causa:si tempus generationis embrionicæ sit mensis:tempus motus erunt tres menses:tribus enim mensibus mouetur fętus:duplum sexquitertium ad tempus motus est tempus ortus:septē enim ad tria proportio est dupla sexquitertia: & hoc septimo exoritur fœtus interdum:triplum etiam ad tēpus motus exoritur fœtus: ut nono mense:nouem enim ad tria proportio est tripla. Ex his concedūt octauum mensem: & deicmum: & undecimum esse uitalē:ut pote quando tempus generatiōis embrionicæ sit.xxxv.uel.xlv.dies:ut patet supputando proportiones:hęc ex Auicenna colligūtur:nono de aīalibus libro. Sed tam & si hęc positio uera sit:tamen nuda est:& nullam rōem abtulit de tali proportione/ꝙ enim tempus motus debeat esse triplum ad tēpus generationis embrionicæ:& ꝙ tempus ortus duplū sexquitertium ad tēpus motus:nullam uideo rationē ex rei natura. Quare ex his uidetur mihi rationem gestandi esse nanciscendam ex sole generatio enim embrionica lunæ data est ob illius celeritatem:gestatio soli tribuenda est: est enim sol fons caloris & uitæ:unde sol & homo hominem generant:est hominū pater est etiam causa crisium tardarum. Quo fit ut partus sit uitalis atqꝫ naturalis septimo mense:nono mense.x.mēse:&.xi.mēse:rōnem aūt assignamus ex his: quæ Ptolomæus dixit in re uitæ:quia septimo mense sol decurrit per septimū signum ab eo quod tenuit in conceptione:cōstat autem septimum diametrū esse primo signo:& cum partus sit quasi crisis gestationis:fit ut septimo mense uitalis sit partus:eo quia sol uenit in diametrum signi:quod tenebat in conceptione. Amplius septimum signū septimam constituit domum in perfectione conceptionis: Septima autē domus uitalis est:& aphætica:quia super terram habetur: superior enim regio lumine/& calore solis & stellarū uitalis est:inferna minime:ut Ptolomeus tradit:uitalis est mensis nonus:quoniam sol cum uenit in signū: quod nonam constituebat domum imperfectione conceptionis: in triangulus uenit:& super terram:quia in dextrum eius: signum enim nonum

Pō medicorū. — Excerptum — Pō ista refellit. — Pō propria

est signo solis triangulum:est etiam super terram & dextrũ:& ita mensis nonus uitalis est:Decimus mensis rursus uitalis est:qđ sol uenit in signũ quadrangulum a signo quod tenebat sol:estq; in figura profectionis sup terram & dextrum. Vndecimus etiam mensis uitalis est:quod sol uenit in signum sexangulum a signo:quod tenuit in conceptione sol:est etiam su per terrã & dextrum/in figura ꝓfectionis: octauus:& duodecimus licet sint super terram & dextra:uitales non sunt:quoniam signa quæ tenebãt duodecimam & octauam domum in figura profectionis cõceptus:nullã cum horoscopante signo rationem habent. Quintus mensis/& quartus/& tertius uitales nõ sunt:licet signa tertiæ & quartæ & quintę domus ra- tionem habeant cum signo quod sol tenebat in conceptionis tpe: quoniã in figura profectionis signa hæc domicilia constituunt subterranea:quæ uitæ non conueniunt:ut dicit Ptolomæus. Secũdus mensis & sextus uita les non sunt:quia signa per quæ sol peragrat his mensibus nullã cum si- gno:quod sol tenebat inconceptione configurationem habent:sunt præ terea subterranea:& sinistra. Medici igitur si obseruationi tantũ innitan- tur:puri uoluntarii sunt:quare miscendo medicorũ obseruationes/cũ ra- tionibus astronomicis perficitur ratio. Ex his sequitur. Primo ꝙ octimẽ stris partus non potest esse uitalis primo ratione naturali:quam Hyppo crates tradit in libro de octimẽstri partu:ꝙ uidelicet octauo mense diffici lis sit utero gestatio:tunc enim grauius se se habent pręgnantes:& in ma trice nescio quæ patiuntur grauia & incõmoda:quare eo mense si pariant duplici labore obpræsse partus uidelicet & ægritudinis/infirmæ fiũt un de necessario ipse foetus imbecillior fact9:raro diu uiuit:astipulatur huic rei ꝙ siquæ inueniuntur uegetiores/ualidioresq; foeminæ: solent octauo mẽse parere uicturos:quales in hispania/& in ægypto sunt fęminæ:ut di ximus. Sed licet hæc hyppocratica ratio pulchra sit:non tamen satisfacit acutiori ingenio:exquiret enim acutior. Quam ob causam octauo mense grauia illa incomoda exoriãtur: & nõ septimo:& nõ nono. Medico enim sat est obseruatio:sed rationalis diligẽtius perquirẽs:dicet eo mense emer gi hæc incõmoda uuluæ:ꝙ mense octauo sol deuenit ad signum lętale:est enim octauum signũ ab eo quod sol tenuit. cadens in domo mortis: hac ratione emergunt istec grauia: ꝙ octauum signũ morti accomodatur: & propterea ingrauescit gestatio:& reditur mensis ille letalis. Secundo se quitur duodecimo mẽse fętum nullum esse uicturum:quia sol deuenit in duodecimum signum ab eo:quod tenuit in profectione. at duodecimum signum licet non sit letale:est tamen maleficum:quia carcerum/ruinę/& malorum: & hac ratiõe nisi uigor parientis cõseruet:efficitur uitalis nũq̃ tertiodecimo mense si uitalis sit partus:est quia sol redit ad signum:quod tenebat in conceptione:qđ si præparabat uitæ:non est fas:ut uitæ rursus

Quare octimẽ- stris partus nõ uiuit.

Qualis hyppo- tica ratio.
Rõ astrõnõica:

aduersetur. Decimusquartus mensis non est uitalis: cum sol redeat in secũdum profectionis signum: quod sub terra est; & nullam cum primo rationẽ habet: potest tamen fœtus uiuere si hoc mẽse ædatur / robustitate atq; uigore parientis / ut dictum est: ultra hunc mensem non repertũ est uiuere nec fœtum ullum ædi: quoniam species humana ultro non parit: rectẽ pp hæc plinius sentit dum ait cęteris animalibus statutum & pariẽdi / & partus ægerendi tempus sit: hõ uero incerto gignitur spatio: hæc de hoĩe: de gestatione cæterorum animalium facile quis poterit per hęc trãsigere quæ nos ad tempus differimus: nobis enim de homine dicere sat sit: hæc de gestatione: & de causis quæ masculizãt: quæq; fœmininescãt: agamus. Medici dixerunt causas masculinitatis esse plures. Prima est seminis caliditas: quia a uiro calidę cõplexionis calidum deciditur semen. Secũda est quantitas eius: maior enim seminis quantitas requiritur pro masculinitate: q̃ pro fœmininitate: nam masculus plerũq; est fœmella maior. Tertia est mundificatio mulieris a menstruis. Remanet. n. sic semen purius: & calidius: & sic masculinum. Quarta est q̃ semẽ e dextro decidatur testiculo: eo quia testiculus dexter calidior est sinistro: est etiã concoctius: & densius: signũ affert Ari. ex eo quia pastores dum ex uaccis: aut ouibus masculos cupiũt: ligant sinistrum testiculum / aut tauri: aut arietis. Quinta q̃ semen proiectum cadat in dextrum matricis: eo quia dextrum est sinistro calidius: Propterea docent medici mulierem dum coit cum uiro iacere super dextrum: & post concubitum dormire super dextrum. Sexta est caliditas spermatis mulieris: cũ enim est calidum: facit ad masculinitatẽ. Septima est regio: & uentus: septentrio enim & uentus septentrionalis calefaciendo interiora per antiparastesem: calefaciũt semina: & sic masculescunt: signum autem est incolentes septentrionem abundare in masculis incolentes austrũ in fœmellis. Octaua ẽ ætas nã uirilitas est melior ad mares pro creandos: q̃ senectus: uel pubescentia. Nõnulli: quos Auicenna refert: dixerunt tempus generandi masculos esse post menstrua ad diem quintum: a quinto uero ad octauũ usq; esse fæmellarũ: ab octauo adusq; undecimũ esse masculorum: hinc ad finem esse hermophroditum: huius obseruatiõis uel traditionis nemo potuit causam afferre: sed quicquid sit: uidetur mihi hos uelle unam tantum esse propriã & per se causam masculi: utpote caliditatem seminis: nam si uera est illa opino q̃ masculus est fęmina calidior & siccior: imo frigidissimus masculus est muliere calidior: tunc una sola est causa masculi uidelicet caliditas seminis / siue ex parte seminis uiri: siue utriusq;: cum enim complexio seminum uergit ad calidũ & siccum: tunc mas procreatur: cum autẽ uergit ad frigidum / & ad humidum: pro creatur fœmina: causæ uero prædicte adiuuant ad calefaciẽdum semina: ut quãtitas seminis uiri: mũdificatio: decisio e dextro letare:

De causis masculi & fœmĩe.

Alia põ

receptio in dextrum matricis:caliditas seminis fæmellæ:& regio uel uentus:hæ enim oẽs calefaciũt semina:ut eorũ cõplexio reddatur calidior & siccior:quia sic masculescit:causa aũt huic cõtraria est fęmellæ:& ita causæ contrariæ fæmininescunt. Afferunt autem medici & indicia cõceptus: & indicia sexus·concepit enim mulier si mãmarum capita cõtumescunt: & in colore mutentur·Secundo si oculi eius cõcauentur·Tertio si uultus acuetur·Quarto si pupilla oculorum diaphanescat:atq; clara super appareat. Quinto si album oculi plenum & densum efficiatur·Sexto si corpus imbecille reddat̃:ad sũt alia signa plurima:& a casibus:& ab exeũtibus: & a qualitate mutata:& ab essentia collecta:quæ medicis omictãtur· Indicia uero masculi sexus sunt. Primo si uẽter rotundus & formosus efficiatur·Secundo si mãmarum capita rubicent. Tertio si color mulieris splendidus:& bonus fuerit·Quarto si lac densum & coagulatum spectetur:ut quando super speculum proicitur in sole & per spatium horæ colligatur: ut Margarita:plurima alia adderem:ni medicus:& nõ methaphysicus uiderer. Tamẽ addunt signa futuri masculi quę colligunt a partu:nam si in capite nati fœtus corona capillorum cernitur:alium nasciturũ portendit: & si duas coronas uideris:duos præsagias nascituros. Prętérea in longitudine umbilici ex parte matricis nodos:uel spinã uideris:masculos dic nascituros:& quot fuerint:tot dicas:q̃ si nullos uideris·Amplius nullos pariet. Fęmellæ indicia sunt plura:sed p̃cipua sunt:ut uenter sit latus/oblongus:& turpis:ut color sit fędus:& maculosus:ut capita mamillarum sint nigra:ut lac sit liquidum & fluidum:tu uero perquire alia plurima:sed scias indicia masculi esse ea oĩa: quæ super caliditatẽ fœtus arguunt:quę aũt superfrigiditatem:esse indicia fæmellæ· Ex his apparet hermophroditum effici:quoties semina subeunt complexionem utriusq; sexus: licet semper altera dispositio superexcellat. Gemellorũ duplex est causa apud naturales. Prima est superfœtatio:quia & si uulua hoc est matrix claudatur post concepti coitus:tamẽ oblectatione noui seminis nõnunq̃ rursus aperitur:& ipsum deglutit:ceu stomachus qui post cibum clauditur:tñ noui cibi oblectatiõe apitur rursus. sunt etiã nõnullæ luxuriose mulieres ut Auicenna/& Galenus/& Ari. narrant·quarum uuluæ non claudũtur post conceptum semen:& istæ plurimũ superfœtant:uerũ debiles pariũt fœtus:aut abortiuntur. Secunda causa est diuisio seminis in multas celulas:unde obseruauit Petrus apponensis in uilla sua mulierẽ septẽ embriones fuisse æditam:quorũ quilibet mouebatur · Albertus uero narrat medicum compatrium suum sibi narrasse mulierẽ germanam peperisse ·lx· fœtus:& in singulo partu quinq;:quorum nullus uenit ad anni ætatem· Auicẽna narrauit uidisse abortum de·xx·figuratis. Idem Albertus narrauit dictum medium uidisse abortum ·cl· simul: quos lumbricos putabat

Signa cõceptus

Signa masculi.

Indicia masculi futuri·

Indicia fęmellæ

Hermophrodita quando·

De gemellis

Miracula albe.

esse æditos e matrice:at cum tela detegebatur:inspexit esse pueros quantitatis auricularis digiti:& uidit eorum plures moueri dilatatione & constrictiõe. Amplius omnes clausos oculos iacere:& multa alia signa uitæ. de monstruosis partibus dictum est diligenter in secundo libro auscultationis physicæ. Hæc medic. Uerũ hæ causæ nõ sufficiunt:nec hæc signa ualẽt ut dicit Ari. Nam si caliditas seminaria sit cũ masculi:& frigiditas fœmine:interdum obseruatum est fęminam esse ortam oĩbus illis causis masculi existentibus:cõtra aũt interdum fęmine causis existẽtibus fuisse ortum marem:& propterea oportet perquirere altiorem causam. Quidã astronomi & periti uoluerunt causam per quirẽdam esse ex luna. Mouet enim luna menstrua:& mundificatio menstruorum est causa fœmine: & masculi:unde e menstruo in menstruum tempus est quantum e lunatiõe in lunationem. Quare ut in lunatiõe sunt quattuor partes:quas quadras appellãt:sic in mẽstruis siue in tpe mẽstruationis q̃ttuor sunt partes: Dicũt igr̃ primos septẽ dies cũ dimidio masculescere post mẽstrua:quia prima lunæ quadratio est masculina. Septẽ secũdos dies cum dimidio fęminescere:quia secunda lunæ quadratio fœminina est. Semptẽ tertios dies iterum masculescere:propterea quadratio lunæ illi correspondens masculescit. Ultima fœmininescit:quia ultima lunæ pars fęmininescit. Sed hæc causa friuola est:quia obseruatum est contrarium: multæ enim mulieres fęminas æddiderunt:quæ conceperunt primis septẽ diebus. Præterea in prima lunæ quadratione abundat humiditas:quæ fęmininescit apud Ptolemęum:& in tertia siccitas:quæ est qualitas fęmina:quare hæc positio nulla est. Nõnulli dixerunt marem ædi:qñ in partu uiget cõstellatio masculinizans:quando aũt uiget fęmininizans:fęmina æditur:quæ uero sit cõstellatio masculinizans:quæue fœmininizans:nõ est præsentis indagationis:attinet enim ad astrologos. Sed hęc põ nulla est quia nullũ posterius est cã priores:ante fœtus in utero fuit masculus uel fęmina: q̃ æderetur: igr̃ causæ nõ sunt a ptu colligendæ:qui est post masculi conceptũ:propterea quæ colliguntur ex partu sunt indicia potius fętus masculi uel fęminę:& ualent si cũ causis cõcordauerint in cõceptiõe. Ptolomęus aũt astronomorũ monarcha in tertio apotelesmaton libro ait causam masculi & fęmine esse colligendam ex constellatione:quæ tempore cõceptus uiget. Nam si illa quidẽ masculescit: cõceptus mascul9 ędetur:sin aũt fęmininescit:cõceptus fęmina erit:considerat tñ & conceptionẽ & ortũ:unde in loco prędicto inquit:maxime tamen circa sationis dispositionem colligendæ sunt causæ cælicę masculinę hoc est circa cõceptionem:& oĩo complete circa eam:quę conuersionis est:totum enim est obseruandum. ecce quo modo uult ut consideretur constellatio quæ tempore conceptus uiget:& quę tẽpore partus:ubi nãq3 ambę masculescunt:partus masculus ędetur:

De causis astronomicis.

Prima põ astronomorum.

Confutatio.

Põ secũda astronomorum.

Confutatio

Põ ptolomæi

ubi autem feminescunt:ædetur femina: fieri autem nō pōt ut una mascu lescat:& altera feminine scat:quoniā sibi correspondent:imaginatur enim Ptolomæus aerem continentem alterare semen pro qualitate quę tūc uiget cælica. Nam cum in conceptione uiget cælica uis mascula: aer semen continens/illud facit masculinū:contra uero si uiget feminina uis: illud efficit femininum. Sed contra astronomorū principem illud mihi semp fuit addubitandum:nam uidemus una nocte:unoq; minuto horæ eadem in regione:immo eadem in aula/& forte in eodem lectulo cōcepisse duas fœminas:quarum una masculum:altera feminam peperit:ubi tamen una eademq; constellatio tunc in conceptione uigebat. Propterea mihi uisum est duas esse cælicas causas conceptionis masculæ:uel fœmine:quarū una colligitur ex constellatione mascula uel femina:quæ tunc uiget:qñ semen spargitur:altera colligitur ex qualitate oculta seminis parentum:quæ datur parentibus ab eo℞ genituris:habet enim hic pater in suo semine uim occultam generandi uel oēs mares/uel oēs feminas/uel partim hos/ partim illos. Quare nec constellatio uigens in conceptione sufficit:nec qualitas occulta in semine contracta ingeniturīs parentum:sed qñ ambæ concordauerint:tunc masculus ædet́: quando uero ambæ fœminine scent: femina ædet́: nec est hoc alienum a mente Ptolomęi. Ptolomæus enim docet aliquem hominem debere masculos ædere ab eius natali:& docet etiā illud a conceptione:igitur utrunq; uult esse obseruandum. Ex his apparet error Astronomastrorum:qui presumūt a natiuitate p̄dicere sexū:cū nec sufficiat illud præsagire a cōceptione atq; natali simul:de causis cælicis gemellorū:deq; mostruosis partibus omittimus esse considerandū ab astrologis:hæc de causis:deq; toto titulo disputationis satis.

Dubitatio contra ptolo.

Pō propria:

Error astronomastrorū.

¶ Caput positionum tertium.

Sunt nōnulli sorticolæ:qui dixerunt marem & fœminam differre specie accidentali:qua ratione differunt homo ethiops:& scytha:gallus & græcus:differunt enim specie:nō essentiali quidem:sed accidētali. Sed hæc pō friuola est:nam quęcunq; accidentali differentia differunt: numero & nō specie differunt:ut Porphyrius dicit. Pręterea tunc homo esset genus: qđ non est auditum. Alii dixerunt marem & feminam differre materiali specie:non aūt formali. Quod quidem materiali specie differunt:hoc patet quia differunt complexione. Pręterea hęc est pō Ari. in textu. Quod autem non formali specie differunt:declaratur:quoniam omnis differentia specifica est per differētias formales/& essentiales:at mas e femina nō differt formali atq; essentiali differentia:igitur nō possunt specie formali differre. Hęc de positionibus.

Prima pō.

Confutatio:

Secunda pō

¶ Caput dilucidationis quartum.

Aristoteles dilucidat disputationē uolens marem & fœminā non differre

specie:sed solum numero:& ratio eius est primo quia non differunt nisi accidentibus. Secundo quia in conceptibus illorum non est formalis contrarietas:sed materialis:igitur uir & mulier solum numero differũt:& nõ specie. Hæc pauca sufficiant pro dilucidatione •

¶Caput solutionum quintum •

His disputatis· Ad primam respondet Ari· ꝙ masculinitas & fœmininitas sunt differentiæ contrariæ materiales:& non formales:& sic nõ differunt specie:sed numero· Ad secundam concedo antecedens de causis effectiuis:non aũt de causis ælementariis hoc est in trinsecis:hę enim numero tantum:& non specie differunt. Ad tertiam nego antecedens: bene enim differunt numero:& plusꝗ hæc uel illa:quæ numero differunt: non autẽ plusꝗ numero:in differentibus enim numero quędam magis/quędã minus numero differunt. Ad quartam patuit solutio:illę differentiæ nõ genus inmediate diuidunt:sed animal ratione materiæ/uel accidentium materialium. Ad quintam concedo ꝙ differunt complexione/moribus & uita:non tamen specie. Ad Ari. dico ꝙ differẽtia specifica accipitur pænes formam:& dĩa formalis colligitur ex differẽtia operationum essentialiũ: modo essentialis operatio uiri non differt specie ab essentiali operatione mulieris:non enim intelligere differt specie in uiro:& muliere· Ad sextam negatur minor:nam beatitudo est uiri & mulieris finis:& illa nõ differt specie in hoc:& in illa:bene tamen concedo ꝙ differũt fine morali:atq; politico:non aũt fine ultimo:ad quem ex forma omnes nitimur peruenire• Hæc de septima disputatione•

¶Disptatio octaua si idẽ terminus specie possit per se aquiri per motus specie differentes•

¶Caput dubitationum primum.

Quod terminus idem specie non possit per motus species differentes per se aquiri:arguũt primo quia motus sortiuntur speciem:& genus a termino ad quem:ut dicit Auerroes quinto physice auscultationis: igitur non potest terminus esse idem specie:& motus numero differre. Secundo motus & terminus motus sunt eiusdem speciei:igitur non põt terminus esse specie unus:& motus in illum specie differre:quia quecũq; sunt eadẽ uni tertio:per se:sunt eadem inter se ea uidelicet ratione:qua illi tertio sunt eadem:quare cum motus sint per se idem termino:erũt inter se idem specie: & sic non differunt specie. In cõtrarium solet argui:quia idem terminus potest aquiri per motũ rectum & circularẽ:qui differunt specie•

Comẽto.ix•

¶Caput tituli secundum.

Pro intellectu tituli debes scire disputatione hanc esse obiter motã:& nõ quidem pp uerba aut Ari. aut Auerrois:aut alicuius expositoris: hæc.n. disputatio adtinet magis ad librũ physicę auscultatiõis:& ad librũ cœli. Verum quia iuniores metaphysici illam hic per tractarũt:nos ut ueritatis amici breuibus illam dilucidabimus.Secũdo debes scire peripateticos per terminũ motus uelle oẽ id qđ per motũ aquiritur:uerbi cã : in motu locali terminus est ubi/siue locus:In auctione:uel diminutione:quãtitas: In alteratõe:qualitas:& dr̃ terminus:qa ipo acquisito cessat motus. Secũdo debes scire ꝙ aliqd acqri per motũ põt eẽ dupliciter/ aut p se: aut per accidẽs:p se quidẽ ex calefactiõe nõ aquirit̃ nisi caliditas:p accidẽs aũt nõ nũq̃ aqritur frigiditas:ut patet in febrib9 acutis/& pestilẽtibus: in qbus per alteratione febrile per se calor cordis aqritur:per accidẽs uero aquirit̃ frigiditas mortificans : in disputatione: igr̃ quæritur si idẽ terminus spẽ possit per se aquiri per diuersos motus spẽ : quoniã nulli dubium est illũ posse aquiri per accidens per diuersos motus specie.Hæc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

De disputatione nõnulli cucullati de scola exterorũ:simpliciter dixerunt eundẽ terminũ spẽ posse aquiri e diuersis spẽ motibus. Quod ꝓbãt.Primo qa idẽ terminus motus põt aquiri per motũ rectũ & circularẽ; ut qñ fierẽt ab A in B:alter quidẽ per arcũ:alter aũt per cordã. Secũdo idẽ ubi põt aquiri per motũ sursum;& deorsum;ut idẽ concauũ ignis põt aquiri per motũ aeris e medio:& eiusdẽ aeris e cõcauo. Tertio idem pedale põt aqri auctione & diminutiõe:quę dr̃nt spẽ.Quarto arguũt idẽ:qa quouis mõ sumatur motus/siue pro forã fluente:siue pro fluxu forã semp motus põt inter se differre spẽ:& esse eiusdẽ rõis cũ termino motus:hæc cucullati.Sed hęc põ naturalem phiam non sapit.Primo quia hac data eidẽ corpori simplici competerent motus per se spẽ differentes/cõtra Ari. primo cœli:& deducit̃:quia idẽ aer specie põt moueri e sursum in deorsum: ut in concauũ ignis:& e deorsum in sursum:quia e medio in idẽ concauũ: & isti motus per hos differũt specie:igr̃ eidem aeri simplici naturaliter cõpeterent motus specie differẽtes.Secundo data hac põe nulla esset regula uenandi distinctionẽ specificã motuũ:non.n.illã nãciscimur ex parte corporum:quia potius distinctionẽ specificã corporũ Ari. nactus est ex distinctione specifica motuũ:non ẽt ex parte mediorũ:per quę fiũt motus: quia terminus est motui intimior q̃ mediũ:ut oẽs peripatetici ex clamãt; igr̃ restat sola uia terminorũ:& sic deletur põ.Hæc de põibus.

Prima põ cucullatorum.

Confutatio.

¶Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatiõe debes scire pipateticos nulla alia uia nactos esse motuũ essentialem drãm/nisi pęnes terminos;omnes enim illi motus specie drñt

secundũ eos: qui sunt per se e contrariis terminis in contrarios terminos:
Comen. ix. huius causam assignauit Auer. quinto physicorũ: quia motus nõ differt e termino per se motus: nisi penes pfectum: & impfectũ: quæ nec genus
Excerptum nec speciem uariant. Ex his deducitur motũ in arcu & motum in corda:
Primum. si ambo sunt ad B non differre specie: licet sint per diuersa media: quoniã
Secundum. dña mediorũ est accidẽtalis: & nõ essentialis. Secũdo seqtur q motus aeris a cõcauo cœli in concauũ ignis: & e medio in idem concauũ non dñt specie: & si sint per diuersa media: quoniã terminus est unus secundũ speciẽ. Secundo debes scire terminum esse duplicẽ ultimatũ: & non ultimatum: Vltimatus terminus is est: in quo mobile p se quiescit: ueluti in motu terræ terminus ultimus est mediũ mũdi: terminus aũt non ultimus est concauum ignis: & concauum aeris: quia licet in illa moueatur: tñ in illis non
Excerptum. quiescit motus terrę naturaliter. Ex his seqtur. Primo motus eos differre
Primum. spẽ: qui sunt ex per se terminis ultimis: in per se terminos ultimos. Secũdo
Secundum. sequitur nõ oẽs motus deorsum esse eiusdẽ speciei: deducitur: quia motus aque in regionẽ eius est deorsum: qua mouetur e cœlo: & motus terræ ab eodẽ est etiã deorsum: & tñ differũt specie: & hoc qa termini ultimati dñt
Dilucidatio specie. Tunc patet dilucidatio / q uidelicet non põt idem terminus ultimatus per se & naturaliter aquiri a motibus specie differẽtibus: nã nulla alia uia specifica dña motuũ colligitur nisi ex dña terminorũ ultimatorũ: ut dictum est: dictũ est per se & naturaliter: qa per accidẽs & uiolenter põt idẽ terminus aquiri e motibus specie differẽtibus. Hæc de dilucidatione.

¶ Caput solutionum quintum.

His apertis. Ad primã rõem cucullatorum dico q illi duo motus uel nõ differunt specie: uel nõ sunt per se: & naturaliter in illũ terminũ: ut dictũ est. Ad secundã patuit solutio: nã illi duo motus non differunt specie: sed numero ut dictum est in dilucidatiõe: per idem. Ad tertiã diminutio quæ desinit in pedale: & auctio quæ desinit in pedale non differunt specie: ut dictum est. Ad quartam negatur antecedens: nec ipsi probant illud: immo quouis modo sumpti motus semper specie differunt pp terminos ultimatos: Hæc ad rationes cucullatorũ; ad rões aũt factas in principio patet solõ: sunt enim pro nobis. Hæc de octaua disputatione.

¶ Nona disputatio est si corruptibile & incorruptibile genere differunt:

¶ Caput dubitationum primum:

Quod corruptibile & incorruptibile non dñt gñe: arguitur. Primo quia sunt in eodẽ pdicamento in genere s bẽ sunt s bẽ corporie; & incorporiæ;

ſecundum Porphyirium:cœlũ:& ælementum.Secundo ſubſtãtia dicitur uniuoce de æterna & corruptibili:igitur eſt genus ad illas:antecedẽs:ſup-ponitur. Tertio cõtraria ſunt eiuſdem generis:corruptibile & incorruptibile ſunt contraria:ut patet:igitur eiuſdem generis. Quarto ſi corruptibile & incorruptibile differunt genere:hoc eſt quia differũt materia:ſed diſtinctio generica non poteſt accipi a materia:tum quia infundamẽto materię nulla eſt diſtinctio:tum quia id e quo ſumit̃ genus debet eẽ notiſſimum:at materia eſt ignota. In oppoſitũ eſt Ari. in textu.

¶Caput tituli ſecundum.

Corruptibile trifariam dr̃:ut primo cœli expoſitũ eſt:uno modo tranſcẽdenter pro oĩ eo qđ contingit nõ eſſe:dico contingit nõ eſſe ſiue per corruptionẽ:quo mõ mixtum eſt corruptibile:quia mediãte corruptione cõtingit non eſſe:ſiue abſq; corruptione:quo mõ relationes & motus dicuntur corrũpi:hæc deſinunt eſſe:& nõ mediante corruptione:ſic igitur uno modo dr̃ aliquod corruptibile pro omni eo qđ põt non eſſe ſiue mediante corruptione:ſiue abſq; corruptione:alio mõ generatim corruptibile dr̃ pro omni eo:quod põt non eſſe mediante corruptione: & hac ratione dicuntur ælementa & mixta corruptibilia:quia dum corrũpuntur : deſinũt mediante corruptõe alteratiua:Alio modo dr̃ corruptibile ſpeciatim pro omni eo:quod mediante corruptione põt non eſſe:& facile : & hoc pacto mixtum dicitur corruptibile:quia mediante corruptione põt non eſſe:& facilius q̃ ælementũ:medici etiã dicunt carnem porcinã eſſe corruptibilẽ: quia facile recipit putrefactionẽ : hñt autem ſe ſe modi iſti ſub ordinate : quia primus eſt cõmuniſſimus:qa eſt indifferens ad corruptibile per corruptionẽ:& ſine corruptione.Secũdus addit:quia ſolũ eſt indifferens iis: quæ corrũpuntur mediãte corruptione. Tertius addit adhuc ſecundo: qa eſt indifferẽs iis:quę corrũpuntur mediãte corruptiõe/& facile. Et ꝑpea primus modus dr̃ tranſcendens/qa oĩbus cõis. Secundus generalis : quia paucis cõis. Tertius ſpecialis:qa minime cõis:hæc de corruptibili. Incorruptibile uero dr̃ etiam trifariam:aliud quidem:quod põt non eſſe abſq; corruptione ſiue alteratione corruptiua:& hoc pacto relatio & motus dicuntur incorruptibiles:non qa ſint æterni:ſed quia non corrũpuntur mediante corruptione: aliud uero qđ eſt impoſſibile non eſſe & hoc quouis modo: ut æternum:aliud quod difficile corrumpitur:ut aurum & mons: in diſputatiõe corruptibile ſumitur pro poſſibili nõ eſſe/quouis modo: incorruptibile uero pro impoſſibili non eſſe ſimpliciter:hoc eſt pro æterno:Nam ſumendo corruptibile pro eo qđ põt nõ eſſe mediãte corruptione:& incorruptibile aliis modis pñt eẽ eiuſdẽ gñis.Secũdo debes ſcire ꝙ aliqua pñt intelligi differre genere/bifariam aut poſitiue: utpote quæ in aliquo genere cõueniunt:& in alio differunt:ut aĩal & planta:hæc.n.dĩnt

Quotifarã corruptibile

genere:qa sunt in genere:aut priuatiue:utpote/qñ unũ est in gñe:& alterum nõ:& sic priuatio & forã dñt genere:quoniã priuatio nõ est in gñe: forma uero sic:& utroqꝫ mõ põt intelligi in disputatione. Hæc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

Põ exterorũ
Prima suppõ.
Exteri sumentes nõnulla uerba expositoris:& male illa pcipiẽtes de disputatione, Primo acceperunt tria:quorũ primũ est ꝙ genus est bifariã logicum:qđ dr̃ genus p̃dicabile:ut Porphy. definit quod de pluribus differẽtibus specie p̃dicatur:& est genus physicũ:qđ est subiectũ:&hoc est illud
Secunda
qđ subicitur pluribus differentibus specie:ut prima materia. Secundũ est ꝙ aliqua pñt genere logico esse eadem:quæ genere physico dñt:ut hõ & angelus:hi.n.physico genere dñt: quæ tñ in genere logico conueniunt: nunq̃ tñ fieri põt:ut aliqua differunt genere logico: quæ gñe conueniant
Tertia.
physico, Tertiũ est ꝙ incorruptibile duplex est causatũ/ut cœlũ/& ange
Cõclusiones.
lus:& in causatũ ut deus. Tunc dicũt tres cõclusiones, Prima est ꝙ corru
Prima.
ptibile/& incorruptibile incausatum differunt genere & physico: & logico:patet quia deus:qui est incausatum incorruptibile: cum sit illimitatũ:
Secunda.
transcendit oẽ genus:& physicũ:& logicũ.Secunda cõclusio est:corruptibile & incorruptibile causatũ differunt genere physico: declaratur/quia differunt materia:eo qa corruptibilia hñt mãm:incorruptibilia uero/aut
Tertia.
non hñt materiã:aut si hñt:illa est alterius rõis:ut supponitur. Tertia cõclusio est:ꝙ corruptibile & incorruptibile causatũ non dñt gñre logico: declarant:quia hñt aliqđ cõe p̃dicabile de illis secundũ unam rõem:ut est substantia:quæ secundũ eandẽ rõnem dr̃ de corruptibili & incorruptibili causata. Secundo arguunt iuniores ꝙ corruptibilibus corpibus:& incorruptibilibus intellectus põt aliquod inuenire:e quo gñris rõnem põt accipere:ut corpus:qđ secundũ unã rõem p̃dicatur de corruptibili & incorru
Auctoritas thomę.
ptibili:igr̃ cõueniunt logico gñe. Huic põi uĩ expositor cõsentire:inqt.n. circa textus expõem corruptibile & incorruptibile gñe differre: nã corruptibiliũ & incorruptibiliũ non põt esse eadẽ materia:genus aũt physicæ loquẽdo a materia sumitur:unde supradictũ est ꝙ ea quæ nõ cõmunicãt in mã:sunt gñe diuersa:logice aũt loquendo/nihil p̃hibet ꝙ conueniãt in genere in quantũ conueniũt in una cõi rõe substantiæ/uel qualitatis/ uel
Confutatio.
alicuius huiusmodi:hæc expositor. Sed huic põi aduersatur expositor forti rõe in calce suarũ cõmẽtationũ p̃sentis textus:& arguit sic:quæ diuidũt per se primo ens:non pñt genere aliquo pacto cõuenire:nã ens nec est genus physicũ:nec genus logicũ:est.n.apud Tho. ęquocũ: apud uero exteros nullo pacto genus:igr̃ differẽtiæ quæ per se primo ip̃m ens diuidunt: non pñt aliquo pacto genere cõuenire:sed corruptibile & incorruptibile diuidunt per se ens:quia corruptibile est:quod potest nõ esse:incorruptibile:quod non põt non esse:igitur differunt omnino genere:hæc est ratio

expositoris:& demonstratiua profecto cõtra exteros. Secũda ratio sumitur ex uerbis Auerrois quarto huius:ubi inquit ꝙ ignis & terra & aqua sunt eiusdem generis:& affert causam:quia oĩa hæc sunt causæ conueniẽtes in genere:quia oẽs sunt eiusdẽ materiæ:& diuersificãtur in forma : unᷓ põt argui supponẽdo duo. Primo ꝙ materia põt cõparari ad formã simpliciter:& ad formam limitatã. Secundo supponendo diuersum modũ ꝑdicandi sumi a materia primo mõ considerata/qđ inductione constat: nã ꝑdicamentum substãtiæ sensilis sumitur qnatenus cõperatur ad materiã: tanq̃ ad partẽ sui:& quatenus de illa ꝑdicatur ut totũ de parte/& in obliquo:qualitas illi materię cõparatur ut est illius dispõ/& modus:quãtitas ut illi dat diuisionẽ:& in cæteris similiter:igr̃ a materia primo mõ cõsiderata sumuntur diuersi modi ꝑdicandi:qbus diuersa ꝑdicamẽta efficiunt̃: a materia uero secundo mõ cõsiderata sumitur distinctio gñerica subalternorũ generũ:nã a materia ut stat sub forma corpis:sumitur genus qđ est corpus:ut stat sub forma plãtæ:sumitur genus qđ est corpus aĩatum: & in cæteris eodẽ mõ:igr̃ arguamus oĩs distinctio gñrica aut est ꝑ diuersos modos ꝑdicãdi:aut per respectus ad diuersas formas : sed tam primo q̃ secundo mõ dr̃a sumitur a materia :ut patuit per suppões:igr̃ non pñt diuersa esse in materia primo mõ:& cõuenire gñe ꝑdicamenti: nec in mã secundo mõ/& cõuenire gñe sub alterno:sed corruptibile & incorruptibile differunt in materia oĩo:quia incorruptibile uel nõ hẽt materiã:uel hẽt illã quæ est alterius rõis:igr̃ non pñt cõuenire nec in genere ꝑdicamenti: nec in genere sub alterno. Tertia rõ sumitur ab Auer. secundo cœli:cõtra Auicennã: Auicenna.n.uoluit orbes esse eiusdẽ generis:& differre specie: cõtra arguit Auer. quia si orbes sunt eiusdẽ gñis:tunc essent cõpositi ex materia:& forma:& si sic:tũc essent gñabiles:& corruptibiles: & reliqua quæ cõsequentię nullæ eẽnt:nisi quia Auer. supponit drãm specificã sumi a forma genericã aũt a materia:eo quia species forma est & actus: genus autem est quoddã potentiale:omne aũt potentiale sumitur a materia: igitur quæ differunt materia differunt potẽtialitate/ & per cõsequens drñt genere. Præterea Simplicius sũmus peripateticus ponẽs differentiã inter Platonẽ/& Ari. ait Platonẽ uelle generalissimũ esse substantiam cõem corporeis & incorporeis. Ari. autem non substantiã/sed corpus dicit esse generalissimum:& Auerroes in libro Porphyrii in sua paraphrexe ait nõ omne corpus esse generalissimum:sed corpus corruptibile:& ratio eorũ est : quia nihil uniuoce dicitur de corruptibili & incorruptibili. Quinta ratio Ioannis non est derisibilis/ut iuniores sentiunt:nam Aristoteles refellit positionem Platonis:qui uoluit hominem singularem & ideam hominis seperatam esse eiusdem speciei:arguit enim Ari. homo sensibilis:& idea hominis differũt genere:igitur specie/antecedens nõ aliter probat/

Scđa rõ auer. Comen. v. circa calcem.

Comẽto. xlix.

Quarta rõ simplicii.

Quinta rõ ioã.

ꝙ quia corruptibile & incorruptibile differũt genere:idea est incorrupti bilis/hõ sensilis corruptibilis:igitur differũt genere: modo consentaneũ est ꝙ si Ari. loquitur de specie ꝑdicabili:etiam de gñe prædicabili loqua tur:nisi in tam paucis uerbis æquiuocet. Prçterea Boetius uir inter peripa teticos summus ait in ꝑdicamentis Ari. determinare de substantia cõpo sita media relictis extremis:& tu lege reliqua:igĩ generalissimum est sbã cõposita ex materia & forma. Amplius Alexãder & oẽs peripatetici dicũt duo esse principia gñris substantię:uidelicet materiam/& formã:& hoc: quia quodcũq; est in genere substantię:est cõpositũ ex materia & forma: & sic põ exterorũ nullo modo est peripatetica:sed Platonica. Alii & nos interdũ dixerunt secus esse in substantiis:secus in accidentibus:in substã tiis enim dicunt corruptibile & incorruptibile uariare rõnem generis: eo quia uariant materiam:& ita genus prędicamenti:in accidentibus uero di cunt non uariare rationem gñris:nam accidens æternum & accidens cor ruptibile possunt esse eiusdem gñris ut dimensio cœli:& dimensio ælemẽ ti:..x cœli & lux ælementi: motus cœli & motus ælemẽti:& in aliis id ge nus. Sed contra hanc põem militat ratio expositoris ꝙ uidelicet corrupti bile & incorruptibile per se primo diuidunt ipsum ens tam in substantia: q̃ in accidentibus:igitur in utrisq; facit differentiã generis. Præterea mili tat ratio Auer. quoniam non põt esse genus quin semper sumatur a potẽ tiali:modo tam in substantia q̃ in accidente potẽtiale sumitur a materia: unde & Auer. ait in libro de sbã orbis nihil dici cõe uniuoce in ęternis & corruptibilibus:& in hoc decimo:inquit ꝙ corruptibile & incorruptibile sunt differentiæ contrariæ:& illud quod congregat illa:est nomen æqui uocum:& loquitur generaliter in oĩbus:quia specialiter subdit unde cor pus quod dr̃ de corruptibili/& incorruptibili est nomen æquiuocũ: & sic nec ista põ est peripatetica. Hæc de positionibus.

Auctoritas boetii.

Auctoritas alexandri.

Secunda põ.

Confutatio

Comen. xxvi.

¶ Caput dilucidationis quartum

De disputatione facilis est dilucidatio:nam si loquimur de dr̃a positiua: sic quæcunq; differũt gñe: sunt in aliquo genere:& hoc pacto corruptibi le & in corruptibile nõ differunt genere:eo quia secundum peripateticos incorruptibile non est in aliquo genere ut probatum est:quia non habet materiã:uel si habet:illa est alterius rõis:sin autẽ loquimur de dr̃a negati ua:sic tam in subã:q̃ in accidentibus corruptibile/& incorruptibile dr̃nt gñe:eo quia incorruptibile siue sit sbã:siue sit accidẽs in nullo est genere: & ad hoc facit ratio Tho. qa corruptibile & incorruptibilibe diuidũt pri mo ens:qđ non põt esse genus:& ita dr̃nt genere:quatenus unũ est in ge nere: & alterũ nõ:declaratio uero esse potest: quia genus in substantia su mitur a potẽtiali:unde primo metaphysicæ genus aut est materia:aut su mitur a materia. Genus aũt in accidente sumitur a potẽtiali etiam:tamen

De gñe accĩum

potentiale generis substantiæ est a materia ex qua: potētiale generis accidentium est a materia in qua siue subiecti: & ideo non albedo: sed album dicitur genus: quia albedo non est quid potentiale: sed album: & quia subiectum accidentium æternorum differt genere a subiecto accidentiū corruptibilium: igitur accidens ab accidente. Hæc de dilucidatione.

¶Caput solutionum quintum.

His apertis. Ad primā dico ꝙ minor est falsa: & ꝙ Porphyrius loquitur exemplariter ut dicit ibidem Auerroes: uel loquitur Platonice: ut dicunt alii. Ad secundam negatur antecedens: immo substantia dicitur æquiuoce de æterna: & de corruptibili. Ad tertiam dico ꝙ corruptibile & incorruptibile sunt contrariæ differentiæ circa ens non autem circa ens prædicamentale ut Aristoteles indicat in textu. Ad ultimam nego assumptum quia licet in fundamento materiæ nulla sit distinctio rōne habita ad materiam: tamē habitudine ad formam simpliciter: uel talem formam bene est distinctio: ut in disputatione dictū est: similiter licet materia sit ignota: ut tamen sumitur per habitudinem ad formam: est nota. Ad rationes exterorum ad primam nego antecedens: immo dico nihil cōmune uniuocū illa habere: sed omne prædicatum cōmune corruptibili & incorruptibili esse æquiuocum: per idem ad rationē iuniorum: illud enim qđ intellectus inuenit: nō est uniuocum: sed analogum. Ad uerba expositoris dico: si deberemus stare illis uerbis: tunc expositor esset ibi contrarius: eo quia in calce comentationum dicit contrarium: propterea dicerem salua meliori sententia ꝙ expositor per genus logice consideratum non intelligit genus prædicamenti / ut exteri crediderunt: sed omne prædicatum siue secū dum unam rationem uniuocā: siue analogice: & hoc pacto ens / & substātiam diceret esse genus logice consideratum: quia & ens & substantia prędicantur secundum rationem uniuocam: uel analogicam: unde Auerroes etiam quandoque prædicatum analogicum appellauit genus ut patet secū do cœli contra Auicennam: per genus autē physicæ consideratum intelligit genus naturæ: hoc est genus prædicamenti: cui correspondet aliqua natura: quia saltem potentiale materiæ: & sic Thomas sibi non est contrarius / & est pro nobis: tu uero Thomaseus considera: qa hæc nostra expositio est pulchra: & facit Thomam sibi consonum: & peripateticum. Hæc de nona disputatione: deque toto decimo libro. Comen. xlix.

Finit liber decimus.

EIVSDEM AVGVSTINI NYPHI DILVCIDARII METAPHYSICARVM DISPVTATIONVM LIBER VNDECIMVS AD EVNDEM MAGNANIMVM COMITEM SEVERITANVM ANDREAM CARAPHAM.

Præfatio.

T de materia & de affectionibus materiæ huius scientiæ Aristoteles diligenter intentauit: at nunc de entis uniusue speciebus quasi physica consideratione per tractat ubi has paucas disputationes utiles putaui uideas igitur illas; nam a tuo disertissimo ingenio reuisas nemo exorrebit. Vale.

Disputatio prima si casus sit res humana.

¶Caput dubitationum primum.

Quod casus sit res humana: arguitur. Primo quia multa homo agit casu: igitur casus est res humana. Secūdo quod accidit rei inferiori q̄ sit ipse homo: res est humana: eo quia homo pōt in his: quæ sunt hominis: & in his: quæ sunt infra hoīem sub illius cura: sed casus accidit rebus infra hoīem: quæ sub cura continentur hominis: igitur est res humana. In cōtrarium est Aristoteles capite octauo huius libri undecimi: dicit enim casum esse rem naturæ: & non hominis:

¶Caput tituli secundum.

Greci Tychen hoc est fortunam: & Automaton hoc est casum plerumq; pro causis per accidens sumpserunt: in his uidelicet quæ neq; simpliciter: neq; plerumq; fieri possunt: atq; horum in his: quæ alicuius gratia sunt: inter Tychen uero / & Automaton talem differentiam assignarūt: q; Automaton ad plura se extendat: est enim in his: in quibus & fortuna est: & adhuc in aliis: ut in hominibus & brutis / & naturalibus rebus. Dicimus enim æquū casu uenisse / ut euasus sit ꝑfectus: non aūt euadendi gratia uenit: & tripodam etiam cecidisse casu: stetit enim ut sit sedens: sed nō huius gratia cecidit at fortuna in his est: quæ electione agūtur: qualiter sunt humana: & licet casus & fortuna plerūq; pro causis accipiantur: quę sunt

per accidens eorum quæ neq; semper / neq; plerumq; eueniunt: tñ nõnunq̃ accipiuntur pro euentis rarenter: & extra intentionem agentium: & ita casus & fortuna accipi possunt pro causis: & pro effectibus: hæc ab Aristotele: secundo physicæ auscultationis. Et de titulo hactenus.

¶Caput positionum tertium.

Sunt qui de disputatione uolunt casum nihil esse: nihilq; euenire casu: sed omnium causam esse determinatam: & per consequens uolunt casum nec esse rem humanam: nec rem diuinam: nec rem naturalem: quoniam quod nihil est: nullius subit ratioẽ. Quod autem casus nihil sit: sic ꝑsuaserunt: si casus est: casus est causa: sed casus non est causa: igitur nõ est. Quod nõ sit causa: probabãt / quia oĩs causa est determinata atq; definita: at nullus casus est definitus: atq; determinatus: igitur non est causa: & ita nihil est. Sed Aristoteles secundo physicæ auscultationis refellit positionem hanc: per hoc quia multa sunt: & fiunt a casu: quod non aliter probat nisi cõsensu omnium: igitur casus est. Præterea multa eueniunt præter intentionẽ agentis & raro: igitur casus est: antecedens supponitur per ea / quæ uidemus: & consequentia patet per definitionẽ casus: & tunc respondet ad eorum rationem: & concedit casum esse causam: & ulterius concedit omnẽ causam esse determinatam: & definitam: aut per se: aut per reductionẽ: casus enim & si non sit causa per se: reducitur ad per se: quia oẽ per accidens reducitur ad per se: hæc Aristoteles de prima põne. Democritici uero casum dicunt esse: sed non rem humanam: nec rem diuinam: nec rem naturalem: sed uniuersalem oĩum causam: utpote cœli / & mundanorum oĩum: hi enim dicunt oĩa esse a casu: & ita nec casus est humanorũ tantũ causa: nec naturalium tantũ: nec cœlorum tantũ: sed uniuersalem cœli / & mundanorum causam. Mouebantur hi quia cœlestes motus sunt a casu: non enim potest reddi causa: cur diurnus cœli motus sit ab ortu in occasum: & motus cæterarum stellarum sit econtra ab occasu in ortum. Præterea nec reddi potest causa / cur quinq; planetę sunt nunc repedantes / nunc ꝓgredientes / nunc staciarii / nunc celeres / nunc seri. Sol aũt & luna nunq̃ / sed solũ tardi / uel celeres: hi igr̃ motus (cum nullam determinatã cãm habeant) esse non possunt nisi a casu: sed motus cælestes sunt causæ oĩm: igitur oĩa sunt e casu: hęc Democritici. Sed refellit hanc positionem Ari. Primo quia nos uidemus aĩalia: & plãtas ex certis & statutis causis ꝓficisci: nõ.n. ex quouis semĩe aĩal exoritur: nec planta: sed certo statutoq; proficiscitur semine unum quodq; talium: igitur hæc nõ fiunt casu: at si animalia & plantæ non fiunt casu: minime diuina illa corpora cœlica. Secundo quia sermo iste uidetur negare prouidentiam: & deum: nam tollendo ordinem in cęlestibus tollitur prouidentia: & ita deus: in quo est oĩm præsentium & futurorum prouidentia. Tertio hi contradicunt sensibus: nam in

Pĩma põ antiquorum.

Confutatio

Põ democriticorum.

Motiuum.

Cõfutatio ari.

cœlo nihil uident fieri casu:at in his terrenis multa uidemus casu euenire: in quibus negāt casum. Ex his Aristoteles confutauit hanc positionem. Hec de positionibus satis.

Caput dilucidationis quartum.

Prima suppō. Pro dilucidatione accipiamus. Primo duplex esse agens alterum naturale:alterū ex deliberatione:qđ uocatur agens liberū:nāle uero duplex / aut per naturā formę:qua rōne agit ignis:non enim agit nisi naturaliter per naturam eius formæ:aut per impetum naturalem tantū:qua ratiōe agūt animalia bruta:nam licet agant per cognitionem: nō agunt discurrēdo / sed per impetum derelictum ex sensu.& contractum ex sensilium specie. qum enim mouentur a sensilibus: nō deliberant:sed ex impressione & impetu derelicto ab illis mouentur: Agens uero liberum est:quod licet a sensibilibus moueatur:tamen anteq̄ agat deliberat / & eligit discurrendo: & hoc pacto homo agit.

Secunda suppō Secūdo accipio q̄ casus & fortuna sunt causæ per accidens:non quidem reducibiles ad omne genus causæ per se:sed ad agētes causas:casus quidē ad agens naturale:fortuna ad agēs liberum:est.n. casus agens naturale aliquem effectum:quem non intendebat raro & in paucioribus:uerbi causa:æquus aufugiens tabanos ad antrum saluatus est ex lupis:intendebat:enim fugere tabanos:non autem lupos:& propterea equus agens fuit casuale suæ salutis:fortuna uero est agens ex deliberatione agens aliquem effectum:quem non intendebat raro & in paucioribus:ut suffodiens agrum:ut plantaret oleam:inuenit thesaurum: suffodiens est agens fortuitū inuentionis thesauri: per se autem fosse.

Dilucidatio Ex his patet dilucidatio:est enim res naturalis casus:& nō humana:nam si casus accipitur pro effectu casuali:est res quæ proficiscitur ab agente naturali præter intentionem agente aliquod:quod nō intendebat:sin autem sumitur pro causa casuali / sic est ipsum agens naturale:quod agit præter intētionem:igitur casus quouis modo sumptus est res cōmunior humanis rebus:competens his:quæ accidunt rebus naturalibus: casus igitur nec est res humana:nec animalis: sed naturalis: nō quidem naturalis:quia sit aut causa effectum naturalium per se intentorum:uel effectus intentus a natura:sed naturalis:quatenus accidit rebus:quæ ab agentibus naturalibus ꝓficiscuntur. Hæc de dilucidatione.

Caput solutionum quintum.

Per hæc:Ad primā cōcedo multa hoīem agere casu:non tñ seq̄tur casum esse rem humanā:sed uel cōmuniorē rebus humanis. Ad secundam nego maiorem:quia accidit homini:& rebus infra hominem:& sic est uniuersalior rebus hominis. Hæc de prima disputatione.

¶ Secunda disputatio si fortuna sit res diuina

¶ Caput dubitationum primum:

Quod fortuna sit res diuina: arguitur. Primo quia est humanę menti occulta: ut oēs antiqui asserunt: sed nihil est humanæ menti occultum: nisi sit diuinum & elongatum a nostris sensibus: igitur est res diuina. Secūdo fortuna est dea / ut oēs poetæ dixerunt: igitur est res diuina antecedēs est oīum poetarum: & consequentia patet. In cōtrarium est Ari. in præsenti libro capite eodem dicens quapropter circa eadem est mens / & fortuna: & ita est res humana. Hæc de dubitationibus.

¶ Caput tituli secundum.

Quid sit fortuna: & quid sit casus: quo etiam modo differunt: ex præcedēti disputatione perspicuum est: per esse uero rem diuinā intelligo si sit causa per accidens reducibilis ad aliquod agens diuinū: aut si est effectus ꝓficiscēs ab aliquo agēte diuino: pōt.n. fortuna accipi apud grecos pro effectu fortuito: & pro cā fortuita: igr̄ est sensus si illa cā quæ est fortuita: sit res diuina: uel si effectus fortuitus sit a causa diuina. Hæc de titulo.

¶ Caput positionum tertium.

De disputatione / ut narrant Ari. & Themistius fuerunt nōnulli qui fortunam dixerunt esse diuinum quoddam: atq; humanæ menti occultū: ex hac ueterum pōe emerserunt duæ principales / altera quidem poetarum: Altera nōnulloꝝ philosophorum. Poetæ quidem finxerunt fortunā esse quoddam diuinum: quatenus est quædam dea seorsum diuersa ab omnibus intelligentiis primoq; motore cui tres fatales deæ clotho: lachesis: & atropos deseruiunt secundum diuersas rationes: ut ipsi poetæ decantant. Hæc positio sic aduerbiū intellecta fictio est poetica: & ab Ari. despecta: nulla enim est dea siue intelligentia: quæ nō moueat orbem: ut secūdo cœli disputatum est: Nōnulli uero philosophi dixerūt fortunā esse quoddā diuinum: quatenus est deus ipse: ad quem oēs effectus fortuiti reducuntur: tanq̄ in primam causam ordinantē: quatenus omnia cadunt sub eius prouidentia. Sed istos refellit Ari. in libro de bona fortuna. Nam fortuna quæ græce est Tyche uult esse in ordinata: at deus est omnium rerum ordo. Pręterea est fortuna bona / & mala: at deus nō est nisi bonū q̄ddam semper: rursus est fortuna inuida: cum distribuat sæpe iniuste: at deus nō est inuidus. Adhuc est fortuna mutabilis: at deus inmutabilis semp. Ex his & aliis concludit deum non esse fortunam: nec fortunam esse deā uel deum. Hæc de positionibus.

[Margin: Pō uetus — Pō poetarū — Confutatio — Pō aliquorum phōrū. — Confutatio.]

¶ Caput dilucidationis quartum.

Quid fortuna sit: Ari. in libro de bona fortuna nācīscitur per diuisionē

Quid sit fortu- na p diuisioem hic declaratur.

nam fortunam esse/nemo debet dubitare:cum uideamus multa & esse/ & fieri a fortuna. Restat igitur uidere quid nā sit fortuna ipsa:id aūt qđ prima facie apparet est fortunam esse/aut naturā siue agens naturale/ intelligendo per naturā quid cōe animatis & inanimatis agentibus: Aut intellectum siue agens uoluntarium:aut deum:aut aliquod horum/ut artem/uel scientiam/uel rationem:quæ sunt aliquid intellectus:aut prouidentiam:quæ est aliquid dei:aut fatum:quod est aliquid naturæ saltē uniuersalis:aut aliquid reducibile ad horum aliquid: non enim fingi potest aliud quid præter hæc:ut studiosis patet. Quod quidem fortuna non sit natura:ꝓbat Aristoteles. Primo quia natura eius cuius est causa: plerūq; uel semper causa existit:at fortuna fortuitorum euentuum causa est rarēter. Secundo natura eius cuius est causa:ordinate & regulariter causa est: at fortuna inordinate & irregulariter causa est suorum effectuū. Præterea q̄ fortuna non sit fatum:declaratur:nam fatum est duplex particulare: & uniuersale:fatum particulare astronomi dicunt esse certam & statutam stellarum cōstitutionem: quæ ingenitura cuiusq; colligitur: uerbi causa/stellarum illa constitutio:quæ tum erat/cum primum Nyphus in lucem æderetur:quęq; fecit ipsum philosophum/musicum/uenatorem/ & reliqua:fatū est particulare Nypho uidelicet accōmodatū ex suo natali:de tali hermes sapientissimus inquit nullū granū arenarū est in littore quin proprium obtineat sidus suscitans ad illius incrementum. Vniuersale uero fatum uolunt esse nexum stellarum & oīm secundarum causaꝶ: quatenus agunt lumine & motu:unde ordo ille uniuersalis: qui in stellis est:quatenus sunt causæ secundę agentes lumine & motu fatum est uniuersale:ordo uero stellarum quatenus sunt sic uel aliter constitutæ; fatū est particulare:ut dixit Ari. Quod fortuna igitur non sit fatum uniuersale/nec particulare:nunc perspicuum. Primo quia fatum oē aut est ordo: aut nō sine ordie agit:at fortuna & sine ordine/& sine regula pænitus facit:quicquid facit. Insuper etiam fatum oē aut necessario: aut plerūq; efficit: quod in sua cōtinetur potestate:ut astronomi sentiunt:at fortuna raro efficit:qđ factura est: fortuna igr̄ nec est natura/nec naturę ęquā.

Quod fortuna nō sit natura.

Quod nō sit fatum.

Quod fortuna nō sit ītellectus

Quod uero non sit intellectus:persuadet Ari. primo q̄a intellectus: agit cum ordine & regula:& semper uel plerumq;:fortuna uero agit & sine ordine regulaq;:& raro. Præterea ubi est multum de intellectu:ibi solet esse minus de fortuna:& ubi multum de fortuna:ibi minus de intellectu: igitur fortuna non est intellectus. Quod etiam fortuna non sit aliquid intellectus:patet etiam:non enim est ars/non scientia/nō ratio/non consiliū non tale aliquid:quoniam hæc oīa aut ordines & regulæ sunt/aut nō sine ordine:at fortuna sine ordine & sine regula agit. Quod uero fortuna nō sit deus/nec aliquid dei utpote nec cura dei/nec prouidentia:facile decla-

Quod fortuna non sit aliquid intellectus.

Quod nō sit deus nec ꝓuidētia

rat Ari. Primo quia deus est conueniens & iustus bonorum distributor: bona enim bonis & malis mala distribuit: ut dicit Ari. at fortuna bonis mala: & mala bonis persæpe distribuit: inquit enim Seneca in tragediis O fortuna uiris inuida fortibus: cur non æquebonis præmia diuidis: igr̃ fortuna nec est deus/nec aliquid dei. Præterea fortuna temulenter & iniu ste agit: absit autem deo/ut dicit Ari. talia attribuere: fortuna igitur nec est deus/nec aliquid ipsius dei. Est igit̃ fortuna reducibile quid ad aliqđ horum cum enim fortuna sit causa per accidẽs: & unũ quodq; horum sit per se causa: & oẽ per accidens reducitur ad per se: igitur fortuna reducet̃ ad aliquod horum. Nõ reducitur ad naturam: quia sic fortuna non esset tantum in humanis: cuius oppositũ arbitrantur qui de Tycha hoc est for tuna locuntur. Non reducitur ad deum: nunq̃ enim diceremus deum for tuito agere: igitur reducetur ad ipsum intellectũ: Quo fit ut fortuna sit intellectus/non rectus & ordine agens: sed cum aliquid prẹter intentionẽ & raro agit: est igitur fortuna mens agens aliquid præter intentionem & rarenter: uerbi causa: cum per mentem dux uictoriam intendit contra ho stem: & euenit seruitus: mens ducis fortuito egit. Ex his apparet dilucida tio: patet enim q fortuna est res humana: quia siue sumatur ex parte cau sæ: siue ex parte effectus: semper est res humana: ex parte causæ quidem: est mens siue intellectus/qui est hominis quicq̃: ex parte effectus uero: qa (ut Ari. dicit in textu) circa idem uersatur mens & fortuna: Et ita fortu na est res humana. Hæc de dilucidatione.

Quod fortuna sit r̃ducibilis ad aliquid horũ.
Quod nõ redu catur ad naturã
Quod non ad deum.
Quod ad intel lectum.
Quid fortũa sit
Dilucidatio

¶Caput solutionum quintum.

His declaratis. Ad primã patet solutio in textu: & ex dictis: fortuna enim non dr̃ nobis occulta: qa sit res diuina: sed quia sit causa per accidẽs: nam qđ est per accidens est fere infinitum: quod humanæ menti est occultum. Ad secundam negatur opinio poetarũ: multa enim mentiuntur poetẹ ut dicit Ari. in proœmio huius. Hæc de secunda disputatione.

¶Disputatio tertia si euentus fortuiti ꝓficiscan tur ab aliqua causa per se & determinata.

¶Caput dubitationum primum:

Quod euentus fortuiti non proficiscãtur e causa aliqua per se: arguitur: Primo/quia tunc omnia e necessitate naturæ cõtingerent: quoniam oĩa euenirent e causa per se: & hoc confutauit Ari. in libro physicæ ausculta tionis. Secundo quia quod est per accidẽs: respectu nullius debet esse per se: at euentus huiusmodi per accidens sunt: igitur non possunt esse per se respectu alicuius causæ. Tertio si tales euentus euenirent ab aliqua per se

causa:non dicerentur simpliciter fortuiti:cuius oppositum tenetur. In cõ trarium est Ari. qui uult omne per accidẽs reduci ad per se: & ideo infert ꝙ si fortuna & casus cœli sunt causæ:prior mens causa erit/atq; natura. Quod non pro alio dicit:nisi quia uult nihil euenire simpliciter per accidens:qđ non habeat aliquã per se causam. Præterea poetę oẽs sentiũt idẽ: unde Seneca quicquid patimur mortale genus/qcquid facimus:uenit ex alto:igr̃ nihil est simpliciter per accidens:& fortuitũ. Hæc de dubõibus.

¶Caput tituli secundum.

Debes scire ꝙ istam disputationẽ pertractauimus in libro destructio destructionum disputatione decimaquarta:& in libro de interpretatione:& in libro auscultationis physicæ:nunc autem sũmatim illam tangemus:& fructum opinionũ breuibus resumemus. Secundo debes scire bona apud peripateticos trifariam esse animæ:ut uirtutes/& scientientia:corporis ut ualitudo/robur/& pulchritudo. Atq; fortunæ/ut diuiciæ & honores/ & id genus:quæq; externa dicuntur: Mala etiam trifariam dicuntur: ut ex his patet:bona corporis/bonaq; animæ non dicuntur esse a fortuna: quoniam animę bona intendũtur ab aĩa ipsa tanq̃ perfectio a perfectibili:bona aũt corporis sunt bona naturæ:quæ ab agente intenduntur naturali: utrum aũt bona animæ:& bona quædã corporis possint esse a fortuna: nolo nunc disputare:nam primum spectat ad librũ æthicorum:Secundũ uero ad librũ physicę auscultationis. Est igitur sensus disputatiõis/utrũ bona fortunæ sint simpliciter & oĩo fortuita:an habeant aliquam per se causam. Pręterea disputata ueritate de bonis fortunę:patebit & de bonis & malis naturæ:& de bonis & malis animæ. Hæc de titulo.

Triplex bonũ.

¶Caput positionum tertium.

Catholici dixerunt oĩa fortuita reduci in prouidentiam diuinam. Et propterea nihil simpliciter euenire dicitur fortuito:cum omne aduenieens causam habeat per se uidelicet prouidentiam:fortuita igitur ipsa siue bona/ siue mala/siue prospera/siue aduersa/ respectu quidem nostri a fortuna erunt:atq; per accidens:& præter intentionem:respectu autẽ diuinæ prouidentiæ per se/atq; determinata. Nã quemadmodũ nihil est: quod non dei entitate & bonitate participet:ita nihil est:qđ non cadat sub illius prouidentia:est enim diuina prouidentia æqualis suæ essentiæ:hęc catholici.

Põ catholicoꝝ.

Sed contra hanc ueritatem obicit Ari. in libro de bona fortuna. Primo quia tunc deum prauũ iudicem faciemus:nam bonis nõnunq̃ mala: & ipsis malis bona distribueret. Secũdo ut dicitur decimo æthicoꝝ tunc deus erit iudex distributionis bonorum & maloꝝ. quod est nefas bonitati diuinæ. Tertio arguit Auer. ꝙ tunc deus uilesceret: ut oculus uidens turpia uisibilia. Multas alias obiectiones scripsimus in libro de interpretatiõe: & in libro destructio destructionũ:quas nũc omictimus/ qa summatim

Obiectiones peripateticoꝝ.

disputamus:uerum in dilucidatione patebit quantũ ualeant omnia hæc. Alii ut Epicurus/Auerroes/& Themisti9 hæc fortuita nulla e causa per se euenire dicunt:sed pænitus esse fortuita. Amplius dicũt nihil per se euenire/nisi aut bona naturæ/aut animæ:at bona fortunæ cum rarenter & præter intentionem contingant:pænitus per accidens proficisci dicẽtur/pænitusq; e casu/& fortuito:nec oportet illa reducere nisi ad causam per se alium finem intendentẽ:unde doctissimus Themistius in secundo physicæ auscultatiõis libro uoluit unãmet causam esse per se/& fortunã: uerbi causa mens/ut ordinata in finem/quem intendit: est per se: ut uero cũ illo fine coniungitur aliquis alius non propositus/nec intentus:quiq; rarenter euenit:mens ipsa fortuna dicitur:quæ ratio docet fortuita ipsa nulla e causa per se esse:præter illam:quæ alium per se finem intẽdit: & sic tales effectus fortuiti in nullã causam reducendi sunt:q̃ in agentem particularem:quæ per se agit aliquem effectum:& per accidens alium illi coniũctum:hæc ex Themistio. Sed hæc põ est contra leges:& contra cõem hominum consensum:& contra rationes:cõtra leges quidem:quia oẽs leges hæc fortuita in deum aliqua ratione reducunt; contra uero cõem hominum consensum:quia hoĩes pro malis euitandis/& bonis recipiẽdis uota & promissiones exibent deo. Modo quod est cõe omnibus nõ est in toto fallum:ut dicit Ari. in libro de somno. Præterea dum uetulæ mala nobis exoptant:puniuntur a lege:dum uero bona nobis uolũt:agimus gratias: quod non esset:nisi hæc bona & mala haberent aliquam causam per se p̃ter particularem a uetulis exoptabilem/uel odibilẽ; Est præterea hæc põ contra rationes:quia obseruauimus non semel stellas fortunatas in hominum natalibus: fortuita & in opinata sibi præsagire:quæ ipsi non intendebant:igitur habẽt causam per se. Præterea uidemus nõnullos impetus mouere nostras mentes ad agendũ aliquid pænitus cõtra rõem:quod postea adueniẽs/fortuito euenisse dicimus ut dicit Ari. in libro de bona fortuna:igitur ista habent aliquo pacto causam per se. Propter hæc Ari. in libro de bona fortuna tandẽ hæc fortuita siue bona/siue mala proficisci autumat ab impetu quodam nobis insito:fingit enim unum quemq; suo ab ortu/generationeq; impetum quemdam ferre/quo quidẽ & ad recte agendum/& ad praue operandum propellitur:atq; allicitur. Qua ratiõe euenit:ut hi fortuiti effectus:respectu quidẽ intellectus sint fortuiti: quatenus contingunt præter rationem:respectu aũt impetus mouentis intellectum ad agendum præter rationem:erũt per se:uerbi causa:ut formica ab institutu colligit grana:ita hõ fortunatus ab impetu mouet̃ ad ꝓsperitatem futuram. Quare quemadmodũ granorũ collectio est per se respectu instinctus/per accidẽs respectu cognitionis formicę:quæ grana nũq̃ collegit:sic fortuiti euentus siue prosperi siue aduersi sunt perse respectu

Põ epicuri auerrois themi.

Confutatio.

Põ ari. in lib. de bona fortuna.

impetus mouentis intellectum:per accidens respectu intellectus agentis præter rationem & cōsiliū. Hæc Ari. in libro illo: Et licet hæc Ari. positio sufficiat physicis: qui rerum naturas obseruant: sapientibus: qui per altiores causas incedunt: nō sufficit: Nam adhuc quęstionis locus relinquitur: eo quia & impetus ipse uidetur fortuito homini datus: instinctus nanq; naturæ speciem totam consequitur: & hac ratione datur a patre matreue mediāte eorū semine: at impetus hic cum uniuersam hominū speciem nō cōsequatur: adhuc fortuito hominibus contingit: & cū omne per accidēs reducatur in causam per se: adhuc illius quærenda est per se causa: in quā reducitur: non enim pater materue ad illius generationem sufficiūt: cum semper filium ędereut in cōsimili impetu cōstitutū: ceu pater cholericus filium efficit cholericū: & eadem choleræ specie affectū: ut de his qui eoꝝ patres uerberāt scribit Ari. in libro ethicorum. Quare uidetur adhuc huius impetus aliunde causam esse perquirendam. Præterea adhuc ex his/ quæ Ari. dixit: non apparet quid sit impetus ipse: nec equibus exoriatur causis: nec qua nā uia nobis cōgeneretur. Propter hæc astronomi. Respōdent/ & declarant. Primo unde impetus ipsi hominibus prodierint. Secūdo qua nā uia nobis congenerentur: & sic quasi positioni Aristotelicæ suplent: transcendebat enim negocium physicum id declarare: & propterea Ari. illius declarationē prætermisit. Astronomi igitur hos siue impetus siue propensiones in cœlicas reducunt causas: nam (ut Ptolomeus omniū sapientū princeps scribit in libro apotelesmatū) si aliquis ex natali partis fortunæ dominatrices stellas in culmine habuerit/ suis in iurisdictiōibus constitutas: beneq; e luminibus affectas: hic impetum ex tali nanciscetur cōstellatione: quo iusta dominantium stellarum peripaton hoc est in ambulationem ad magnas in opinatasq; facultates mouebitur. Præterea & qui ambo lumina/ uel alterum condicionarium in culmine habuerit/ planetis oībus circūdatum/ maioribus quidem matutinis: minoribus aūt/ uespertinis/ & in signis masculinis luminibus ipsis constitutis: hic ex tali cœli cōstitutione impetum natalem sortitur: quo ad regia sceptra promouebitur. Insuper & qui aliquam stellarū fixarum ex regiis in medio cœli habuerit cum altero luminum: uel cū Ioue: hic ex tali cœli statu impetum cōsequetur: quo ad regias potestates etiā si ex uili fuerit genere ascēdet. Qua ratione fit/ ut calamitas hæc/ uel prosperitas cum ipsi nato cōtingerit: fortuito adueniat respectu sui intellectus: qui ad talia nō præuidit se se ascendere: respectu tamen impetus collecti ex cœli constitutione (quam particulare fatum appellauimus) per se est: Ex his patet unde impetus ipsi hominibus prodierint: Quo uero modo nobis cōgenerentur: declarant imaginando cœlestem illlam constitutionē: quæ tunc uiget: cū aliquis in lucem æditur (quā fatum particulare nūcupauimus) aetem qui

Confutatio Pōnis ari.

Pō astronomorum.

nos continet alterare:ut Ari. dicit in libro octauo physicę auscultationis: aer aũt ipse alteratus/quasi oẽm cœlicam uim:quæ tunc manet: cũ quis in lucem æditur/mutuans e cœlo/ fœtũ tum ędítũ mox alterat: & extra permeatus:& per foramina intrans generat in eo qualitatẽ quãdam uitæ nati coæuam/eo mõ quo calor in ligno calorem generat:quam qualitatẽ Ari.appellauit impetũ: Cicero ꝓpensionẽ/ad futuros euentus cõcitantẽ natum ipsum/pro uaria stellaꝝ profectione ad calamitates atq; ꝓsperitates nato inopinatas: hanc qualitatẽ etiã Ptolomeus numen siue afflationem/Socrates demoniũ appellarũt:hęc Ptolomęus:& cęteri astronomi: quæ quę supplementa sunt põnis Ari. Sed certe põ hæc & supplementa ista manca sunt. Primo quia adhuc fortuito atq; casu uŕ nato datum: ut hac ædatur cõstellatione:ut impetũ consequatur talem:quo alliciatur ad hoc uel illud agendũ:non enim hoc totam sequitur speciem: & ideo quod mihi hic e cœlo detur impetus:quo ad regias potestates impellar:tibi uero ille/quo ad uiles cõciteris:forte & fortuito uidetur euenisse:& cum oẽ per accidens reducatur ad per se:adhuc licet quærere causam per se:qua mihi hic:& tibi ille sit tributus impetus. Secundo nec tibi ille mihi hic impetus datur:quia parentes hoc uel illo concubuerint tempore:quia & parentes mei ꝙ hoc concubuerint tempore:& tui/ꝙ illo etiam fortuito semper euenisse uidetur:& ita per accidens; & per cõsequens oportet per quirere causam per se:quę sit prima omnium causa:qua habita cesset oĩs qõ:& sic astronomica hæc fictio adhuc manca uidetur. Hæc de positionibus. Confutatio.

¶ Caput dilucidationis quartum.

His omnibus cõfutatis:& recte omnibus inspectis:patet totum hoc esse reducendum in diuinam illam prouidentiam:quæ est omniũ cura: & sub qua omnia continentur:quam & cæci philosophi uidere non potuerunt: nec sapientissimus Aristoteles/nec summus Ptolomęus cognouit. Quod declaraŕ nã fortuita in impetũ reducuntur: tanq̃ in causam per se: & qa impetus fortuito ad huc contingit:in aerem alteratum a cælica ui reducitur tanq̃ in causam per se:& quia fortuito aer sic alteratur in meo natali: in fatum particulare reducitur:quod tunc uiget:cum editur quis: & cum fortuito fatum illud tunc uigeat:fatum hoc particulare in intelligentias secundas: quæ sic mouerunt reducitur/tanq̃ in fatum uniuersale & causam per se:& quia adhuc fortuito sic mouerunt:ut fatum tale efficeretur: tandẽ in diuinã illã prouidentiam recurrendũ est:quæ ab æterno intelligentias illas ad sic mouendum instituit:ut tale particulare fatum proficisceretur. Quare oĩa sub prouidentia instituta & ordinata sunt ab æterno: & oĩa bona nobis & mala/& quæcũq; contingunt sub ꝓuidentia æterna collocata sunt. Talẽ ordinem nec cęci phi: nec supbi astronomi: nec uani

Excusatio ab ardua qōe.

poetæ pertingere potuerunt:sed soli catholici qui diuino minime fuerūt afflati.Sed esset una ardua/& laboriosa qō hic obiter occurrēs: si cū hac diuina ꝓuidentia oīm eoꝝ:quæ cōtingunt:stet cōtingentia rerū futuraꝝ: sed quoniā rem hāc diligenter in lib.destructio destructionū tractauim9 & diligētius in lib. de interp̄tatione:uolo ab ista qōe supsedere:ne maleuoli uocent me uentosum/& superfluū. Hæc de dilucidatione.

¶Caput solutionum quitum:

His dilucidatis.Ad primam nego argumentū:quia licet oīa in prouidentiam reduncātur:cū illa stat futurorum contingētia:ut supposuimus ex aliis libris.Ad secundā negatur aūs:quia oē per accidens raducitur ad aliquod per se secundū pōem Ari.& ppea quod est per accidens/eo mō quo est per accidens:nunq̄ est perse:sed pōt qđ est per accidens respectu unius esse per se respectu alterius:ut dictū est. Ad tertiā cōceditur cōsequēs/& cōsequētia: qa nihil est simpliciter fortuitū in natura:qđ nō sit ab aliqua per se cā/ut dictū est:nec cōtrariū est tenendū.Hęc de tertia disputatiōe.

¶Quarta disputatio si generatio alicuius substantiæ sit gradualiter successiua.

¶Caput dilucidationis quartum.

Prima rō.

Quod nullius substanitæ gn̄atio possit eē gradualiter successiua:arguit. Primo:quia tunc duo contraria pn̄t esse in eodē puncto subiecti:deduco: quoniā si gn̄atio est gradualiter successiua:est rōe cōtrarii:uel igr̄ qa ipsi est per se aliuid contrariū:uel quia eā comitatur aliqđ contrarium:cui est aliquid contrariū:nō quia illi sit aliquid contrariū:igr̄ quia illā comitatur contrariū:si illā comitatur contrariū:tunc successio erit pp successiuā cōtrarii deperditionē & illius cōtrarii gradualē successiuā acquisitionē:Sed nō pōt esse successiua cōtrarii deperditio:& sui cōtrarii gradualis successiua aquisitio:nisi contraria sint in eodē puncto materiæ uel subiecti igr̄ si gn̄atio alicuius substantiæ est gradualiter successiua: cōtraria pn̄t esse in eodem puncto subiecti:& sic deducta est cōsequentia. At cōsequens multipliciter solet ostēdi esse ipossibile.Primo quia si cōtraria pn̄t eē in eodē puncto subiecti:sint illa caliditas & frigiditas:mō arguo in quibuscunq; subiectis distinctis ponantur caliditas & frigiditas sub qbusuis gradibus ipsis sufficiēter aproximatis:caliditas agit in frigiditatē illā corrūpendo: & e contra:igr̄ a fortiori agunt & patiuntur si in eodē ponātur subiecto: quoniā agens magis passo erit aproximatū. Secūdo si cōtraria pn̄t eē in eodē subiecto:hoc esset in aliquantis gradibus sic:& in aliquantis nō: nō enim in quantiscunq; gradibus cōtraria stare pn̄t in eodē subiecto: quia tunc ambo in summo possunt stare in eodem subiecto; si aliquantis sic:

Rōes quibus ꝓbatur contrarie nō posse simul stare.

Argumētū gregorii ariminē.

& aliquantis non: sit caliditas A compossibilis frigiditati B: modo arguo si caliditas A cõpatitur secũ frigiditatẽ B: Aut igitur frigiditatẽ B pcise: & non maiorẽ/nec minorẽ: Aut maiorẽ & non minorẽ: Aut minorem & non maiorẽ: Aut tam maiorẽ q̃ minorẽ. Si datur ꝙ caliditas A cõpatitur secum frigiditatẽ B prçcise: & non maiorẽ/nec minorẽ: igitur caliditas A non põt secum cõpati minorẽ frigiditatem q̃ sit B: igr̃ a fortiori calor maior caliditate A non põt minus frigiditatis frigiditate B secũ cõpati: & sic caliditas A non poterit augeri per remissionẽ cõtrarii. Præterea si caliditas A non põt secũ pati minorẽ frigiditatẽ frigiditate B: igr̃ maior caliditas caliditate A ipsam B frigiditatẽ non poterit pati secũ in eodẽ subcto: & ita si intendetur caliditas A: oportet ut intẽdatur frigiditas B: cũ secũ illã non possit cõpati: & per simile argumentũ arguitur contra illã ptem ꝙ A non cõpatitur secũ intensiorẽ frigiditatẽ frigiditate B: posito ꝙ A remictatur: ut patet intuenti: sic igr̃ patet fasitas primi mẽbri. Secundum mẽbrũ erat ꝙ A caliditas cõpatitur secũ maiorẽ frigiditatẽ frigiditate B: & non minorẽ. Cõtra quia tũc ipso A intenso: ipsum B nõ oportet remicti. Immo si caliditas A intendetur: oportet frigiditatẽ B intendi: & cõsequentia patet: quoniã A nõ minorẽ: sed maiorem frigiditatẽ semp secum patitur in eodẽ subiecto per mẽbrũ. Tertiũ mẽbrũ erat ꝙ A caliditas cõpatitur secũ frigiditatẽ minorẽ frigiditate B: non aũt maiorẽ. Contra sit C illa minor frigiditas/ipsa B frigiditate: quam secũ A caliditas patitur in eodẽ subiecto Et capio caliditatẽ intensiorẽ A caliditate/ut D: quç ita se se habeat ad B frigiditatẽ: ut se habet A caliditas ad C frigiditatẽ: hoc est si ipsum A excedebat C per unũ: etiã D excedat B per unũ: & sequitur ꝙ sicut A secum patitur C: sic D caliditas intensior ipso A cõpatitur secũ B: & per cõsequens ad intensionẽ A non oportet remicti ipm B: cuius oppositum sentit põ. Quartũ membrũ erat ꝙ A cõpatitur secum tã maiorẽ q̃ minorẽ frigiditatẽ frigiditate B. Contra. Primo qa utraq; ps copolatiue est nũc improbata: igr̃ tota copulatiua est falsa. Secũdo si A caliditas põt secum cõpati maiorẽ frigiditatẽ B frigiditate: Aut igr̃ quantãcunq; maiorem: uel nõ quãtamcunq;: non quantãcunq; maiorẽ: quia tũc posset stare cũ summa frigiditate: si uero non quantãcunq;: ponatur cũ ipsa A caliditate tãta frigiditas: quãta secũ in eodẽ subiecto esse põt: & uolo ꝙ ipsi A aproximet̃ aliqd̃ frigefaciẽs: tũc quçro cũ illud tale frigefaciẽs inducat maiorẽ frigiditatẽ B frigiditate: aut remictitur A aut nõ: si nõ remictit̃ ipsum A: igr̃ ista frigiditas quç nũc posita est cũ A: nõ fuisset tota: quç secũ potuisset stare: nec põt dici A remicti per talẽ aproximationẽ: qa si A nõ cõpatitur secũ maiorem frigiditatẽ q̃ sit illa B: multo minus caliditas remissior ipsa A caliditate: quoniã oĩs caliditas remissior est minoris potentiæ: & ita secum poterit minus compati frigiditatem maiorem: sic igr̃ per

Primũ mẽbrũ.
Secundum.
Tertium
Quartum.
Cõfutatio primi:
Cõfutatio scdi.
Cõfutatio tertii
Cõfutatio qrti

hoc argumentū prolixū apparet cōtraria esse non posse in eodē subiecto secundū eandē partem. Tertio si cōtraria pñt esse in eodē sbĉtō:tūc duricies & mollicies eē pñt in eodē subiecto:non.n.uř maior ratio de calido & frigido:q̄ de duro & molli:quo cōcesso sequitur idē eē durū & molle : qđ est impossibile. Quarto tunc idē subiectum pōt eē calidum & frigidū:& sic cōtraria affirmabūtur de eodē:& cōsequentia patet:quia oīs forma ali

Argumentū iacobi.

Debes scire. Primo q librũ hunc his annis pteritis exposuimus ad uotũ Hieronymi Bernardi nñi: nec nõ & Antonii Iustiniani: ubi multas qões enucleauimus/licet breuibus ut nostri moris est (nam peritis loquimur) Nũc ut uides ad mandatũ Serenissimi Principis Roberti secũdi Sanseuerini ædimus disputationes pcipue cõtra exteros: & quia exteri librũ hunc breuibus percurrunt: his de causis breuibus percurremus: tũ quia multa tetigimus in cõmentationibus: tũ quia exteri pauca tetigerunt: addemus tñ disputationes aliquas & pp Ioanné: qui bene quædam excitauit: & pp alios cucullatos/qui in hunc librũ transtulerunt multa theologica: & uera: ut uidebitur. Secundo debes scire q quid sit substãtia/quue accidens septimo libro dictum est. Hæc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

Sorticolȩ quidam dixerũt. Prima considerata & propria in metaphysica esse ens inquantũ ens: & quæcunq ens inquantũ ens cõsecuntur: ut sunt unum/bonum/uerum & id genus. Amplius actus & potentia / finitum & infinitũ & id genus: Secundo dicunt de nullis aliis considerari in metaphysica/nisi quatenus subeunt rõem primoꝝ consideratorũ: & sic de sbã cõsideratur in hac sciã: & de oĩbus entibus: nõ qdé quatenus sbã: nec quatenus accidẽs/uel quatenus tale: sed de oĩbus quatenus entia. Amplius & quatenus oĩbus attribui possunt ea quȩ ens ut ens cõsecuntur: tũc soluũt Põ quorũdam sorticolarum

ad disputationem dicentes de sbã esse metaphysicã considerationem / ut rões Ari. probant: non aũt de sbã / nec de accidente quatenus sbã: uel accidens: & causa est: qa nullũ horum est primũ consideratũ / uel proprium consideratum in hac scia: hinc captiunculatorie soluũt dicẽtes sbãm considerare metaphysicũ: & accidens etiam: non tñ metaphysicũ considerare sbãm uel accidens: primã probant quia id qđ est sbã metaphysicus considerat: quia saltẽ sub rõe entis. Secundã deducunt quia nõ sbãm quatenus sbãm: nec accidens quatenus accidẽs: ut dictum est: hæc sorticole de qõe.

Confutatio. Comen. primo Comento. v. Sed cõtra hanc põem est auctoritas Auer. in hoc duodecimo libro: & alibi: ubi expresse uoluit de sbã quatenus sbã esse cõsideratione metaphysicã: sunt etiã contra hãc põem duæ rões Ari. præcipue positæ in textu. Prima quia substantię ut sbã principia & causæ in hac scia: quæruñt: igr de sbã ut sbã est consideratio hæc: añs non aliter probat / nisi supponẽdo in hac scia considerari sbãs separatas ut sunt principia substantiæ simpliciter / non substantiæ mobilis. Secunda ratio est quia de prima pte entis est per se cõsideratio ut talis est: at sbã est prima & principalis pars entis / ut probatur in textu: igr de sbã ut sbã est prima & principalis cõsideratio;

Comento. ix. sunt etiam rões & uerba Ari. & Auer. septimo huius: & præcipue Auer. Hæc igitur põ non est peripatetica.

Põ ioannis. Ioannes qõe huius libri primi respõt simpliciter de sbã esse metaphysicã consideratione: & probat cõclusionẽ per quatuor rões positas in textu: quas uide in sua qõe: & in nřis cõmentatiõibus.

Confutatio. Sed eius põ est mãca & impita. Primo qa p eius determinationẽ non hẽtur an de sbã sit cõsideratio quatenus sbã: aut quatenus subicit rõem primoꝝ cõsideratorũ. Scđo nõ habemus ex eius põe qđ cõsideratũ sit sbã / an subiectũ / an pars subiecti: an propriũ subiecti: uel tale qd: & sic põ Ioãnis nec calidũ facit nobis / nec frigidũ. Hæc de põibus.

¶ Caput dilucidationis quartum.

Quę ĩ dilucidatiõe cõsiderãda. Qđ de sbã ut sbã deq; accidẽte ut accidẽs sit metaphysica cõsideratio. Pro dilucidatione. Primo declaremus si de sbã quatenus sbã est cõsideratio / & de accidẽte quatenus accidẽs. Secũdo declarabimus qđ cõsideratũ est sbã in metaphysica: ex qbus postea cõcludemus dilucidationẽ. Quantũ ad primũ debes scire q duplex est rõ cõsiderandi in quauis scia: qua cõsideratur quicqd in illa cõsideratur: altera qditatiua & foralis: altera subiectiua siue obiectiua. Prima est in habẽtibus definitionẽ definitio: In non hñtibus aũt est conceptus foralis: & est illa: sup quam cadit nota reduplicationis: uerbi causa / ens in quantũ ens cõsideratur in hac scia: ens sup qđ cadit nota reduplicatiõis in quantũ est rõ foralis qditatiua huius sciæ: qa licet nõ sit entis definitio: est cõceptus formalis entis: rõ subiectiua est illa quæ cõtrahit cõsideratũ ad certũ genus subiecti: uñ de sbã considerat in nãli scia: & de sbã cõsiderat in hac scia: etiã de ente cõsiderat physicus: & de ente metaphysicus: ueꝝ physicus de ente ut mobile / de sbã ut mobilis;

metaphysicus ut abstrahit a mobili & inmobili: igr ratio subiectiua qua consideratur ens in sciẽtia naturali: qua ut substantia: est mobilitas: quia per illam contrahit ad genus physicum: abstractũ uero a mobili & inmobili est ratio subiectiua: qua contrahitur ad genus metaphysicũ: aĩaduersione: tñ dignum nos per abstractum intelligere nõ per essentiã: quo modo deus & motores cœlorũ dicuntur abstracti: sed per indifferentiã / quo modo ens / substãtia & accidens dicuntur abstracta: qa sunt materialibus & inmaterialibus cõia atq; indifferentia: ut nr̃is patet cõmentationibus: & disputatione prima etiam primi libri. Ex his sequitur q; ratio formalis subiectiua põt esse aut passio subiecti prima / aut condicio subiecti / aut accidẽs subiecti: at ratio forãlis quiditatiua nũq̃ est nisi aut definitio: aut conceptus formalis: causa aũt est / quia põt considerabile contrahi ad certum genus sciẽ tam p primã subiecti passionẽ / q̃ per cõditionẽ: nunq̃ tñ per se primo cõsiderabitur / nisi per eius rõem quiditatiuã: tunc respõdeo ad primũ q; de substantia ut substantia est cõsideratio: & de accidente ut substantiæ simpliter accidit: probatur quia sbã ut sbã est cõis materialibus & inmaterialibus accidens ut substantiæ accidit est cõe materialibus & inmaterialibus: igitur de sbã ut sbã est hæc cõsideratio: tenet argumẽtum: quia quæ includunt rõem saltem subiectiuam alicuius sciæ considerãtur inquantũ tale in illa: sed sbã ut sbã & accidens ut accidit substantiẽ includunt rõnem saltem subiectiuam huius sciæ: quia tam sbã ut sbã / q̃ accidens ut accidens sunt abstracta per indifferentiam a materialibus & inmaterialibus: quia ambo sunt cõia materialibus & inmaterialibus: igr patet añs & cõsequentia / & cõclusio. Aĩaduersione dignũ est accidens qđ substãtiæ simpliciter accidit / accidere mãlibus: & inmaterialibus. De materialibus quidẽ patet: q; aliqđ sit accidẽs rebus inmaterialibus probatur: quia sunt quædam p̃dicata illis cõia nõ conuersim & extra essentiam: igr illis competunt accidentia quædã; hẽc enim est definitio accidentis posita primo topicorũ: hæc de primo. Pro intellectu secundi debes scire in scia multa considerari: quædam ut subiectũ primũ / quẽdã / ut p̃dicatum primum de primo subiecto: quædã / ut prima accidentia primi subiecti: quædam ut partes primæ subiectiue primi subiecti: quædã ut causæ & principia subiecti: tunc dico q; si primũ subiectum in hac scia est ens ut ens: ut disputatũ est primo lib. de sbã consideratur hic ut est prima entis ps siue spẽs: de accidente uero ut est secũdaria ps entis siue spẽs: & ẽt ut est acciñs primæ entis spẽi: hãc ꝓbat Ari. in textu & ait q; si oẽ hoc est ens sit ut totũ sbã est prima ps: & si ens est in eo qđ cõsequẽter adhuc sbã est prima spẽs entis deinde quale aut quantũ: igr de sbã cõsideraẽ hic: ut est prima ps entis / primaq; illius spẽs. Quo uero mõ intelligãtur uerba Ari. hic põsita: lege nr̃as comẽtatiões: & nihil tibi remanebit ocultũ; hẽc de scdo: Ex

Quõ đ sbã hic cõsideraẽ.

Dilucidatio

his concluditur dilucidatio. Nam patet ex his primo de substātia hic esse considerandum ut est substantia. Amplius ipsam cōsiderari ut est prima species subiecti: uel forte substantia consideratur ut primum subiectum: quia est prima & principalis species entis: ens consideratur ut est primū p̄dicatum: accidens uero ut substantiæ simpliciter attributū: sed de his in libro primo disputatione prima. Hæc de dilucidatione.

¶ Caput solutionum quintum.

His disputatis: potest responderi. Ad primam multifariam / sed sufficiat nobis negare antecedens: quia de omni substantia hic agitur / non quidē ut hæc uel illa: sed ut substantia: & hoc sufficit. Ad secundam negatur minor: quia substantia est abstracta a materia per indifferētiā: & ideo prædicatur de materialibus & inmaterialibus. Ad tertiam dici potest secundū peripateticos logicum non considerare de re quæ est substātia: sed de hac uoce substantia: ut dicit Boetius: est enim logica de uocibus / & non de rebus: ut Boetius / Simplicius / & Ammonius sentiūt. Ad quartam cōcedo de omnibus substantiis hic considerari: non tamē sub rationibus particularibus: sed uniuersalibus: ut primo libro disputatum est: & propterea cæteræ non superfluunt. Ad ultimam dico ꝙ de accidente etiam cōsiderat: & licet textus non dicat nisi de substantia: dat intelligere accidens / dum dicit substantiam esse primum consideratum. Nam si substantia est primum consideratum: accidens erit secundum: & sic dat illud intelligere. Hæc de prima disputatione.

¶ Secunda disputatio est si diuisio substantiæ in tres sit bene assignata in textu.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod diuisio substantiæ in tres non sit bene assignata: arguitur. Primo quia oīs bona diuisio est bimembris / ut dicit Boetius in libro diuisionū. Secundo uidetur ꝙ substantiæ sint tantū duę sensibilis uidelicet & insensibilis. Tertio uidentur plures q̄ tres: quia sub substantia insensibili continentur plura & sub sensibili etiam: igitur plures q̄ tres. In contrarium est Aristoteles in textu. Hæc de dubitationibus.

¶ Caput tituli secundum.

Debes scire pro titulo ꝙ Aristoteles uult esse tres substantiæ primas naturas: sensibilis duas uidelicet corruptibilem: ut ea quę sub globo lunari continentur: incorruptibilem / ut sunt cœli: & insensibilem unā uidelicet totū genus substantiarum inmaterialium: propterea quæritur si sint hæ tres naturæ; & si sbā bene diuidatur in illas tres. Hęc pauca de titulo.

Caput positionum tertium.

Heraclitani: quiq; Herculei dicuntur etiam: solum substantiæ unam concesserunt naturã uidelicet sensibilem corruptibilẽ: nam insensibilẽ despexerunt / tanq̃ a sensibus remotam: cœlicam non alienam ab ælementis naturam esse profitebantur: & sic solum naturam substantiæ unam sensibilem corruptibilem uoluerunt esse: eo quia tam cœlicam / q̃ ælementariã fecerũt sensibilẽ & corruptibilem: seperatã aũt nõ cognouerũt. Hi sunt ut dicit Ari. qui physicam fecerunt primam philosophiam: eo quia metaphisicam despexerunt. Mouebantur aũt ex eo quia nihil erat ponẽdum: quin ipsum esset sensibile: aut ex eius ꝓpriis accidentibus sensibilibus colligibile: at nihil est in sensibus deprehensibile: qđ possit cõcludere substãtiam aliquam esse æternam: nec enim ipsum esse æternũ est sensibile: nec aliquod accidens eius sensibile: igitur nihil tale est ponendum. Obicit aũt huic opinioni Ari. pluribus rationibus: præcipuę aũt & principales sunt tres. Prima habetur primo libro de cœlo: quia datur quędam natura quę nec est ælementum: nec ælementarium: igitur tertia natura æterna: antecedens declarat Ari. ex motu / quo illa natura mouetur: quia: oẽ quod mouetur: aut simplici mouetur motu: aut cõposito: cœlica natura mouetur: igitur aut simplici motu: aut cõposito mouebitur: simplex motus est triplex: aut a medio: aut ad mediũ: aut circa medium: cõpositus est apredominio alicuius naturæ: quæ aliquo horum motuũ mouetur: cœlica natura non mouetur ad mediũ: nec a medio: ut supponitur: igitur uel circa medium: uel a predominio alicuius horum trium: non a predominio: quia sic uel ad medium / uel a medio: ut prius: igitur mouetur circa medium: & sic est alterius naturæ ab ælementis: atq; & a rebus ælementariis: & sic patet antecedens: consequentia uero perspicua est: quia omnis natura corruptibilis est / aut ælementũ: aut natura ælementaria. Quare cũ cælica natura nec sit ælementũ / nec ælementarii quicquam: igitur erit natura tertia alia ab his: & ita æterna: & sic habetur prima & ꝑcipua ratio. Secunda ratio colligitur ex octauo physicæ auscultationis: nam perpetua est gñratio & corruptio horum sublunarium: uel igitur ab aliquo quod est eiusdem naturæ cum ipsis: uel alterius naturæ: nõ ab aliquo / quod est eiusdem naturæ cum ipsis: quia nihil potest perpetuari ab eo quod in se non est perpetuum: igitur causa perpetuæ successionis non põt esse aliquid de illa multitudine: erit igr̃ alterius naturę & speciei ab oibus illis: & sic perpetuum: hæc est secũda ratio & principalis. Tertia ratio colligitur in eodem octauo / & est præcipua & potissima in qua fundatur Auerroes: uidelicet qa motus est perpetuus / & præcipue circularis: ut dictum erat in septimo libro physicorum / & in octauo: eo quia si motus esset factus / & præcipue circularis: tũc ante omnem motũ esset motus: & præcipue ante circularẽ:

Põ heraclitano.

Obiectiõis ari.

& ſic ante primū motum/eſſet motus:per idem probatur ꝙ non eſt cor ruptibilis.Quod ſi motus eſt perpetuus/oportet motorem & mobile eē perpetua:& habetur propoſitum·Quarta ratio accipitur ex quarto libro phyſicæ auſcultationis ex parte tpis:quia tempus eſt perpetuum : igitur & motus/& per conſequens mobile & motor erunt perpetui : añs patet quia ſi tp̄us inciperet: tunc prius nō fuiſſet:& ita ante tēpus fuiſſet prius & poſterius:& ita ante tēpus fuiſſet tempus:Ex his colligitur eſſe aliquā naturam æternā ſiue ſenſibilem/ſiue inſenſibilem/ contra Heraclitanos•

Pō empedocles Empedocles aūt agrigentinus/neſcio his/uel aliis rōibus uoluit duplicē eſſe naturā ælementariam : quā ſublunarem dicimus: & ætheriam : quæ cœlica eſt:ſublunarē quidē uoluit & appellauit mūdū: quem uiciſſim cō fundi & diſtingui lite & amicitia perpetua reuolutione cōtendit: & quia cœlica illa natura aliena eſt ab his: iccirco cœlos facit deos : & cælū dicit primam cauſam: & ſic naturam æternam inſenſibilem pœnitus deſpexit aſſerens naturam ſenſibilem corruptibilem : & ſenſibilem : incorruptibi/lem & corruptibilem ſubici illi incorruptibili : & hoc modo patet poſi/

Obiectiōes ari• tio. Empedoclis:Sed huic poſitioni obicit Ariſtote• & probat dari adhuc naturam æternam inſenſibilem:quæ mouet ſenſibilē æternam: & per cō/ ſequens concludit dari tres naturas ordine quodam ſub alternas : ut dice mus.Prima ratio colligitur octauo phyſicorum ex eo/quia omne quod mouetur a ſe diuiditur in partem motam/& partem mouentem: cum igi tur natura cœlica ſit perpetua & moueatur a ſe.igitur diuidetur in partē mouentem:& partē motam;illa pars mouens non poteſt eſſe corpus/nec uirtus dependens a corpore:quia tunc eſſet corruptibilis:& ſic eſt uirtus ſeperata:& tota uis octaui eſt circa declarationem huius rōis·Secunda ra tio colligitur in hoc duodecimo libro ex eo qa motus cœli eſt uniformis & regularis:igitur ab intellectu:& oīs intellectus eſt natura æterna inſen ſibilis:igitur datur tertia ſubſtantia . Tertia colligitur ab Auicenna octa

Rō ſcoti primo ſniarum• uo ſuæ metaphyſicæ capite tertio:& illam ſequuntur multi doctores·Et eſt/aliquid eſt mouens & a ſe/ hoc eſt independēter:igitur illud eſt extra magnitudinem:antecedens patet/quia aliquid mouet & ab alio : igitur ſi non eſt procedere ad infinitum:oportet eſſe aliquod mouens & a ſe:cōſe/ quentia autem deducitur:quia omne corpus uel uirtus in corpore mouet dependenter ab alio : quia uel dependenter a partibus/uel ab aliquo tali.

Pō ariſtotelis• Multæ rationes fieri pn̄t:omnes tamen ad has reducuntur.Ex his patent tres ſubſtantiæ/corruptibilis quidem ſenſibilis patet ſenſibus:incorrupti bilis uero ſenſibilis ut cœlum patet rationibus:ſimiliter æterna inſenſibi/

Pō platonis, lis etiam rationibus patet.Hæc eſt pō Ari• Plato uero ſenſibilē naturam cum Ari·geminam fecit uidelicet corruptibilem/& æternam:Inſenſibilē etiam geminam idealem:quam & Ari. conceſſit:ambo enim ideas ſepera

tas:posuerũt:non quidẽ ut uulgus credidit. Sed illas quas nos intellectus appellamus:concessit & naturam insensibilem mathematicam; ut incõmentationibus nr̃is dictũ est. Quare naturæ & subẽ quatuor sunt apud Pla. duæ sensibiles duæq; insensibiles:ratiões uero quibus cõcessit mathematica seperata omitto/quia primo libro ab Ari. clarissime sunt explicatæ:hæc Pla. Obiecit aũt Ari. contra quartã illã naturã:quam Pla. mathematicis dedit. Primo quia res mathematicæ sunt accidentia. Modo nullũ accidentium seperabile est. Secũdo quia sunt res imaginariæ:& nihil imaginarium seperabile est. Tertio quia sunt in fra res physicas:igr̃ minus seperabiles:antecedens patet:quia si nulla essent entia præter physicas naturas:tunc physica esset prima philosophia/ut dr̃ in sexto huius. Ex his Ari. tres fecit in substantia naturas:& non quatuor. Hæc de põibus.

Obiectiões ari.

¶Capur dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione debes scire q̃ aliud ẽ catholice sentire:& aliud physice disputare:catholice enim & secundũ ueritatẽ sentiendo concedendæ sunt tres naturæ:non quidem/ut illas cõcessit Ari. sed corruptibilem quidem sensibilem ælementorum:& eorum:quæ ex ælementis constãt:cõcedendo hanc etiam & Platonici/& peripatetici asserunt:cõcedenda est etiam natura insensibilis & æterna: qualis est illa dei saltem:quãq; oẽs & græci & barbari asserunt. Tertiam naturã inter has quasi mediam nos asserimus: & dr̃ media:quia non est æterna oĩ ex parte:sed solum aparte post:nec est per generationem uel motum deducta:sed per simplicem emanationem; quam creationem appellamus:& hæc est diuisa in duas/in sensibilem quidem:qualis est cœlorum:cœlica enim natura æterna est a parte post:licet cum motu & tempore incæperit:ut Plato etiam concessit:non quidem generatione:sed creatione:& in insensibilem:qualis est illa intellectuũ; hæc enim cępit: nunq̃ tñ peribit:hæc catholice & secundũ ueritatẽ sentimus: Physice disputando uidetur mihi saluo meliori iudicio & remittendo me semper peritioribus/q̃ nulla dictarum rationum est demonstratiua:quibus probauimus esse aliquam naturam æternam:eo quia oĩs demonstratio est aut propter quid per causam; aut quia per effectũ uel per causam remotam:per cãm quidẽ nulla illarũ esse põt:quia æterni aut nulla est cã aut illa est nobis posterius nota: si per effectũ:tũc esset petitio principii: quia nõ põt probari naturã æternã esse per effectũ:quin ille sit æternus: & sic supponitur æternum esse:qđ erat demonstrandum; nõ per causam remotam:quia per illam non demonstrantur nisi conclusiones negatiuæ: igitur nulla demonstratione potest probari æternum esse:rationes quoq; Ari. sunt probabiles/& ex creditis acceptæ:ratio enim illa accepta ex lib. cœli deducit ad quandam naturam tertiam:quę nec est ælementum/nec ælementarium:non tamen ex hoc sequetur illam esse simpliciter oĩ ex pte

Dr̃a ĩter catholicos & phõs.

Quę catholice.

Quæ physicę

æternam:sufficit enim illam esse æternam ex parte post/& uolũtate diuina/ut dicit Plato.Secunda ratio sumit falsum:non enim perpetua est generatio.quia cœlum incæpit:nec perpetua erit:quia qñq; desinet: igĩ supponit falsum:uel saltem non generabile: Tertia ratio sumpta ex tempore: uel ex motu friuola est/& non digna Ari. quia dicimus nos motũ & tẽpus incepisse:non quidem per se/tanq̃ res per se inceptibilis/ sed per accidens ad inceptionem eorũ:quæ consecuntur:uidelicet mobiliũ & motoꝝ. Quare rationes illæ sunt aut ex falsis:aut dialecticæ:per idem demuntur rationes:quibus probabatur natura insensibilis æterna:quia prima ratio supponit cœlũ moueri æterno motu:quod est falsum/& non demonstrabile.Secunda ratio etiam petit:non enim est demonstratũ uniformẽ motum esse ab intellectu:fortasse enim esse potest a natura cœlica:quæ non est intellectus:nec demonstratum est oppositũ. Tertia demitur ab Auer. & ait illam rationem Auicennæ:esse dialecticam:quia per se notũ est aliquid moueri ab alio:sed esse mouens ex se propter hoc nõ sequitur: quia dicerem esse processum in infinitũ in mouentibus ab alio:nec põt demonstrari oppositum:ut in multis locis disputaui. Quare dictę rationes dialecticæ sunt. Animaduersione tñ dignũ ꝙ si teneamus solum illa: aut quæ ex sensibus memoriisq; deducuntur:aut quæ nulli sensuum cõtradicunt: oportet fateri nullam esse productionem/nisi generationem:quia oĩbus sensibus patet omne quod fit/fieri ex ente:ut per uisum ꝙ album fit ex nigro:per tactum ꝙ calidum ex frigido:per auditum ꝙ graue ex acuto; per gustum ꝙ dulce ex amaro:per olfatum ꝙ suaue ex austero. At si nulla est productio nisi generatio:tunc oportet fateri generationẽ esse perpetuam:eo quia omne quod fit:ex ente fit:& ubi generatio esset perpetua: oportet concedere motum circularem esse perpetuum:& sic oportet concedere tres illas naturas:ut dicit Ari. & hoc pacto Ari. incessit:non enim nouit alium modum producendi/q̃ per generationẽ:quia solum per sensus philosophatus est:nos uero catholici/qui nõ pœnitus sensus sequmur: concedimus conclusionem Ari. quia per aliam uiam illam credimus: negamus aũt eius demonstrationem:quia supponit falsum. Ex his patet ꝙ qui dictam ueritatẽ enituntur credere per rões Ari. nõ catholice sentiũt: quia ueram conclusionem deducere enituntur per rationes nõ catholicas: Animaduertens autem ad hęc Ari. ipse:& cognoscens rationes suas esse ex suppositionibus propriis:esse substantiam æternam insensibilem:quæ est deus:probauit cõcessu gentiũ/dicens illã esse: ꝓpea quia & græci/ & barbari asserunt illam cœlis inhabitare. Hæc de dilucidatione.

Vnde rões ari. hñt uim.

Cõtra iuniores metaphysicos.

¶ Caput solutionum quintum.

His disputatis. Ad primam patet solutio:nam hæc diuisio est reducibilis ad bimembrem;omnis enim substãtia uel est sensibilis:uel insensibilis; &

omnis sensibilis uel æterna uel corruptibilis est:insensibilis uero:quia oís est intelligibilis:ideo tanq̃ una enumeratur. Per idem:ad secundam. Ad tertiam per idem:licet enim sub utraq; cõtineantur plura tamẽ sub sensibili sunt duo prima genera:sub insensibili autem unum primũ genus: quod est omnium intellectuum. Hæc de secunda disputatione.

¶Tertia disputatio est si productio cuiuslibet formæ sit uniuoca.

¶Caput dubitationum primum.

Quod non oís formę productio sit uniuoca:arguitur. Primo quia nõnulla animalia ex putri materia exoriuntur:quorum generatio non põt esse uniuoca. Secundo mulus generatur:& tñ eius generatio non est uniuoca. Tertio multa fortuito & casu fiunt:quorum generatio non est uniuoca. Quarto calidum in corporibus inferioribus generatur a sole:& non a calido:igitur nõ oís generatio est uniuoca. Quinto secundo cœli:calor causatur e motu/& lumine:igitur non oís generatio est uniuoca. Sexto tertio cœli:habetur q̃ ignis generatur etiam a concussione lapidũ cum ferro:igitur quæstio falsa. Septimo motor cœli efficit motum:igĩ ut prius. Octauo sol generat plantas & herbas:igitur ut prius. In contrarium est Aristoteles & Aueroes in hoc duodecimo libro:& alibi:item septimo huius. Hæc de dubitationibus.

Comento. xlii. Comen. lvi. Comentis. xiii. xviii. xxiiii.

¶Caput tituli secundum.

Comento. xxxi

Pro intellectu tituli debes scire q̃ duplex est generatio/siue inductio formæ:quod idem est:uniuoca:& æquiuoca:dicitur quidẽ generatio uniuoca:quotiens agens/& effectus/siue generans/& generatum sunt similia saltem in forma:& hoc quia uniuoca sunt quorum & nomen cõe est:& ratio substantiæ eadem:modo ratio quã nomen significat/est defintio: definitio aũt forma est explicans formam/& essentiam:igitur uniuoca generatio esse non potest:quin saltem generans & generatũ similia sint in forma:æquiuoca generatio autem est: quoties generans & ipsum generatũ dissimilia sunt forma:eo quia æquiuoca sunt:quorum & nomẽ & ratio diuersa est. Ex his patet titulus disputationis.

¶Caput positionum tertium.

Plato ut narrat Auerroes in hoc libro:& ut apparet in libro parmenidis de uno omnium rerum principio:uoluit omnem generationẽ esse uniuocam:quia cuiuslibet formę generabilis posuit formam seperatam suæ speciei: quæ esset agẽs formas sibi similes in specie in materia: quæq; uerbo græco idea dicitur:latinæ species. Obicit autẽ huic positioni Ari. & suus Comento. xviii. Obiectiões ari. & auerroes.

pedagogus Auerroes. Primo quia expositione Platonis sequitur oppositum: nam forma illa (quam ponit Plato seperatam) est alterius speciei: eo quia est incorruptibilis: & ut dictum est decimo libro huius corruptibile & incorruptibile differunt plusq̃ specie: & sic dicens generationē esse uniuocam propter ideas seperatas: negat generationem esse uniuocam: quia seperatæ substantiæ sunt alterius speciei. Præterea in septimo arguebant ambo: quia nullum mistum cum materia fit / nisi ex misto cum materia: at ideæ sunt simplices. Tertio arguit Auerroes quia tunc generatio non

Comento. xviii
esset æductio formæ / sed inductio siue creatio: ut dedit. hæc aduersus Pla

Pō themistii.
tonem. Thæmistius autem glossat Ari. propositionem tribus conditionibus seruatis. Prima est ut intelligatur in agente: & non in instrumēto. Secunda in propinquo / non in remoto. Tertia in agente essentiali / & nō accidentali: dr̄ in agente: quia corrigia agit dolorē: & serra agit ascisciōnē: & tamen corrigia non assimilatur dolori / nec serra diuisioni: uerum hæc non sunt agentia: sed instrumenta uerberantis / & diuidentis: nam uerberans per dolorem mentalē: & diuidens per diuisionem mentalem agūt illa: & sic non instrumentis / sed agentibus sunt similia: dicitur in ꝓpinquo: & non in remoto: propter primum principiū: quod cuncta agit: quod tñ non cunctis assimilatur: dicitur essentiali / ꝓpter genita casu & fortuito:

Pōes alexandri aphrodisii.
siue propter animalia ex putri materia orta: hæc Themistius. Alexander Aphradisius trifariam exponit propositionem / uult enim. Primo propositionem esse intelligendam in his quæ uere generantur: ad excludendum

Prima expō.
ea quæ casu & fortuna generantur: nam hæc ut errores fiunt. Secundo uult propositionem esse intelligendam de uniuocatione in forma: uel in uirtute: & sic animalia genita ex putri materia ex simili fiunt saltē in uir-

Secunda.
tute. Secundo exponit Alexander dictam propositionem uniuersaliter in omnibus dummodo similitudo sit in genere: ut si est ens naturale a natu

Tertia.
ra: & si artificiale ab arte. & si casuale a casu proficiscatur. Tertio exponit propositionem esse intelligendam in his: quæ uere generātur: & de uniuocatione in specie specialissima / uel sub alterna: dicit in uere genitis ꝓpter animalia ex putrefactione genita & casu facta: dicit in specialissima uel

Pō auerroes.
sub alterna / pp̄ generationem muli: hæc Alexander Aphrodisius. Auer.

Comento. xiii.
autem est uarius: nam huius duodecimo: intelligit propositionem Ari. solum in substantiis: non autem in accidētibus: quia credidit oēm substātiam fieri ex sibi simili: non autem accidens: Septimo uero huius intellexit

Obiectio
propositionem solum in his: quæ generātur a patre & matre. Sed prima expositio est ambigua / quia ignis non tantū fit ab igne / sed ab excussione lapidum cū ferro / ut dictum est. Præterea uel per uniuocationē intelligit similitudinē in forma / uel in uirtute: si in forma / fallit in aīalibus genitis ex putrefactione: hæc enim sunt substantiæ: & tñ non fiunt ex simili

in forma:si in uirtute:tunc erit uera in oĩbus/etiam in accidẽtibus: omne enim accidens fit a sibi:simili in uirtute:nihil·n·generatur ab aliquo:quin contineatur in illo saltẽ uirtualiter·Forte propter hæc exteri aiũt proposi tionem esse ueram in oĩbus tam substantiis/q̃ accidentibus/modo similitudo intelligatur uel in forma & modo essendi· formę simul:uel in forma tantum specialissima/uel sub alterna:aut in uirtute tantũ:hæc declarant uerbis multis:ut patet ab eis. Sed uidetur hæc solutio contra textũ: quoniam textus non uult propositionem esse ueram nisi in substantiis:& isti ampliant propositionem ad omnia.Secundo tunc ea quæ casu fierẽt: etiam fierent ab uniuoco·Tertio tunc nulla esset generatio dicta simpliciter æquiuoca:quia oĩs esset a sibi simili aut in forma & modo essendi formæ:aut in forma tantum:aut in uirtute:igitur oĩs esset dicenda simpliciter uniuoca:& tamen omnes expositores & græci & latini uolunt duplicẽ esse generationem:quia aut ęquiuoca:aut uniuoca·Quarto nulla gñatio esset ab aliquo per accidens:quia oĩs esset a sibi simili aliquo pacto: & sic nulla esset per accidens.Hæc de positionibus. Põ exterorũ. Confutatio.

¶Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione·Primo accipiamus generationem dici uniuocam/ quoties generatum & generans sunt similia in forma:modo sumatur forma generatim uel pro gradu/e quo sumitur species/uel pro gradu e quo sumitur genus:utroq; enim modo aliqua dici possunt similia in forma: q̃a tam genus/q̃ species forma dicitur a peripateticis.Secundo ex hac suppositione concludamus omnem substantiam fieri a sibi simili in forma altero horum modorum:probatur quia oĩs substantia fit uel ab agente suæ speciei:ut homo ab homine/& equus ab equo:uel ab agente sui generis/ ut uespa a substantia stellarum/& carnes putridæ: sunt enim hæc eiusdẽ generis prædicamenti substantiæ:quia oĩa sunt substantiæ.Secundo concludamus non omne accidens fieri a sibi simili alterõ illorum modorum: potest enim accidens fieri ab accidente:& a substantia:ut calidum a calore:& a stellis:quæ sunt substantiæ:ut patet· Ex his patet dilucidatio uidelicet ꝙ propositio Ari· est uera solum in substantiis:quia solũ in substantiis omne quod fit:generatur ab agente sibi simili aut in specie: aut in genere:eo quia non põt substantia generari/nisi ab agente/quod est substãtia:in accidentibus aũt non habet locũ:quoniam accidens põt & ab accidente:& a substantia generari:hanc expositionem uoluit forte Auerroes hic·Hæc de dilucidatione. Dilucidatio Comento, xiiii.

¶Caput solutionum quintum.

His expositis. Ad primam dico ꝙ talia animalia generãtur uniuoca generatione:quia a sibi simili in genere saltem:non enim fiunt nisi ex substantia. Ad secundã patet solutio:mulus enim fit ab equo & asina sui generis.

Ad tertiam patet solutio:quia licet quædã sint fortuito respectu unius/ sunt per se respectu alterius:igitur sunt a sibi simili in genere saltem. Ad quartam diximus illam nõ habere locũ in accidentibus. Et per idem ad quintam. Ad sextã dico ꝙ ignis generatur principaliter a ferro & lapide/ quę sunt substantiæ:dispositiue aũt a motu illorum:& sic generatur a sibi simili in genere saltem. Ad septimam patet solutio:quia motus est accidens:modo accidens põt generari æquiuoca generatione. Ad octauã patet solutio:quia sol & plãtæ sunt eiusdẽ generis substantiæ saltem analo-

Duplex gñatio gicæ/quia ambo sunt substantiæ. Ex his apparet duplicẽ esse generationem uniuocam:& æquiuocam:uniuoca generatio est:quoties generãs & gñatum sunt similia in forma:ut dictum est:& hac gñatione solæ substãtiæ generantur:æquiuoca autem est quoties generans & genitum sunt in forma similia:& hac gñatione accidẽs gñatur:licet pp sui imperfectionẽ uniuocæ & æquiuoce generari possit. Hæc de tertia disputatione.

¶ Quarta disputatio si agente existente uno: & materia existente una/ effectus ex his producti possunt esse plures.

¶ Caput dubitationum primum:

Quod materia existente una:& agente existẽte uno effectus ex his producti possint plures esse arguitur. Primo quia secundũ ueritatẽ deus unus est & tamẽ oĩa immediate & sine omni materia efficit:etiã apud Ari.licet secundũ eum illa efficerit ab æterno. Secundo materia existente una effectus pñt esse plures:patet quia diuersitas põt esse ex parte agentiũ:& agẽte existente uno etiam effectus pñt esse plures:quia põt diuersitas esse ratione materiæ:igitur agente existente uno/ & materia existente una effectus possunt esse plures:tenet argumentum quia copulatiua propositio: uel categorica de extremo copulato uera est:qñ ambæ partes sunt ueræ: igitur disputatio falsa est. Tertio de facto materia est una omniũ/ut di-

Comento .xiiii. citur:& agens primum quod posuit anaxagoras est unum omnium:& tñ de facto sunt effectus plures:igr̃ disputatio falsa. Quarto unus artifex numero ex ligno uno numero põt plures effectus facere:igr̃ quæstio falsa. In contrarium est Ari. contra anaxagorã. Hæc de dubitationibus.

¶ Caput tituli secundum.

Debes scire ꝙ licet hæc quæstio cadat ꝓprie in textu ꝑcedente/ut Auer.

Comen. xi. disputauit:quia tamen potest cadere in multis locis huius libri:mouetur nunc/parum de ordine curando. Secundo debes scire ꝙ per agens intelligimus illud quod ab aliquibus dicitur efficiens: quod quidem est unde

motus principiũ ut dr secundo physicæ auscultationis: & materiã intelligimus subiectũ:in quod agẽs agit:quodq; formam recipit ab ipso agẽte. Tertio debes scireq; licet unũ multifariã sumatur:hic ꝑ uno numero audimus:est.n.sensus. Vtrũ agente existẽte uno numero / & materia existẽte una numero effectus ab his ꝓduci possint eẽ plures. Hæc de titulo.

¶Caput positionum tertium.

Anaxagoras Clazomenius posuit oĩm rerum agens proximum & inmediatum esse unum. Amplius & materiam etiam omniũ unam & tñ saluare enisus est pluralitatem effectuum ex illis productorum:agens enim qđ posuit:erat intellectus diuinus:quem inmistum / & inmaterialem fecit:ut oĩa ageret. Materiam aũt appellauit chaos siue misturam: saluabat autẽ effectuum pluralitatem / & generatorum multitudinem:quia licet chaos siue materia sit una omnium:in illa omnia generabilia esse dixit: & propterea quando generatur aliquid:ex suo compari:quæ in chaos præerat: generatur:& ita generata dicebat esse plura:hanc positionem olfacerunt nõnulli iuniorum:qui incoationes omnium formarum posuerunt inmateriam coæternas:ut uisum est septimo huius. Contra obicit Ari. subtiliter(ut mihi uidetur)quia si materia illorum generabilium / quę in chaos siue materia æternaliter præerant sit una simpliciter: & nulla differentia est ex parte agentium:proculdubio nulla potest redi causa quare in materia tot fuerunt generabilia:unde licet anaxagoras põt redere causam pluralitatis eorum:quæ generantur:non potest redere causam:quare generabilia quæ ab æterno præfuerunt:erant multa:non enim causa potest assignari ex parte materiæ:quoniam materia illorum una est:ut dicit: nec ex parte agentis:quoniam sine illa primordia fuerunt factã / siue coæua materiæ:agens semper est unũ:quare nullo pacto illa primordia sunt multa: sed semper unum. Auerroes aũt:arguit subtilissime sic:si formæ primordiales / quæ in materia præsunt pro generatione rerũ:sint multæ:uel sunt multæ ab agente tantũ:uel a materia tantum: uel ab utroq; / uel propter dispositiones diuersas: non ab agente tantum: quia illę uel non sunt ab agente:uel si sunt ab agenste: agens est unum subiecto & dispositione:& hoc modo non possunt esse multæ propter differentiam agentium:nec a materia tantum: quia materia subiecto & dispositione una est omnium illarum:nec ab utroq;:quia quodlibet illornm unumtantum est:nec propter dispositiones diuersas:quia apud anaxagoram primordiales illæ formæ non sunt diuersæ propter dispositiones diuersas:imo cum materia diuersis dispositionibus afficitur: est illarum generatio: hæc ex Auerroe. Alii(ut Egidius narrat)dixerunt ad mentẽ Ari. oĩa agentia reduci ad primum agens / tanq̃ ad oĩum eorũ causam:similiter & omnes materias reduci in unam primam & cõmunẽ materiam:tunc dicunt hæc duo prima

Põ anaxagoræ clazomenii.

Cõfutatio põis

Auerrois rõ. Comẽto. xi

Põ aliorum.

sufficere ad diuersitatem effectuum:& ita agente existēte uno & materia una/possunt plures effectus esse:& quod hæc sufficiant ad rerum diuersitatem efficiendā:probant. Primo quia materia aut nihil facit ad factū: aut saltem non ad omnia:non enim materia se extendet ad substantias seperatas:cum in illis nulla prorsus sit materia: igitur oportet talem effectuum diuersitatem esse ab agēte/& non a materia. Secundo quāto agēs est præstantius/tanto minus præsupponit: ut patet de arte & de natura:cum enim natura sit agens arte præstantius/potest producere formas substantiales sola materia præsupposita:at cum ars sit agēs debilius supponit materiam & substantiales formas: & solum accidentia producit. Quare cum primum agens sit omnium summum: nihil omnino supponit in sua actione:igitur rerum diuersitatem poterit producere absq; diuersitate materiæ. Obicit autem huic positioni Egidius. Primo quia modus philosophandi peripateticorum est alius a modo philosophandi Platonicorum:nam peripatetici processerunt a sensibilibus ad intelligibilia: Platonici e contra ab intelligibilibus ad sensibilia:& ita positio Aristotelis non potest esse ex toto falsa:& per cōsequens aut dixit uerum/aut nō impossibile: sed contra sensum est ab uno agente inmediate posse plura de nouo produci:igitur positio illorum aut est falsa:aut non est peripatetica. Secundo arguit in uia Aristotelis supponendo quædam. Primo supponit de mente peripateticorum duplex esse agens/uniuersale quidem ut cœlum:Particulare autem ut homo ad generationem hominis/ & equus ad generationem equi. Secundo supponit ꝙ ad generationem rerū perfectarum ut hominis/& equi nihil potest agens uniuersale:sine agente particulari:unde dicitur secūdo physicorum sol & homo generant hominē: Ad generationem autem rerum imperfectarum/ut herbarum/& apum: & cæterorū id genus:sufficit agens uniuersale sine particulari/ut apes de carnibus uaccarum potest generare sine particulari agente:non tamen sine motu & trāsmutatione. Ex his duabus suppositiōibus sequitur tertia: ꝙ apud peripateticos nihil absq; transmutatione/& motu:deducitur qa siue fiat mediante agente particulari/siue sine agente particulari/& solū ab agente uniuersali:semper concurrit motus/& transmutatio. Quarto supponit intelligētias seperatas nō posse aliquid agere sine motu ad ubi/mediante quo causent cæteros motus/& hos inferos effectus: agens autem particulare nihil agere potest nisi mediāte motu ad formā: cū enim duplex sit motus/uidelicet ad formam:in quo multum transmutationis est:& ad ubi in quo est parum transmutationis:cōcludit Egidius de mente peripateticoū motū ad ubi esse attribuēdū motoribus seperatis: motoribus uero mālibus eē tribuendū motū ad formā. Quare hic est ordo:ꝙ quēadmodū cœlū non agit nisi mediāte agente pticulari:sic s bē seperatæ

Margin notes: Rōes pōis scdę. Prima. — Secunda. — Obiectiones egidii Prima. — Secunda: — Suppō prima — Secunda. — Tertia. — Quarta.

non agunt nisi mediante motu ad ubi: & motus ad ubi: non nisi mediãte motu ad formam: & sic intelligentiæ seperatæ in agendo determinantur per motum corporis cœlestis: cœlum aũt per agens particulare: hæ sunt suppositiones peripateticæ. Ex his concludit Egidius ad rerum diuersitatem efficiendam requiri & diuersitatem agentium: & materiarum: agentium quidem: quia unum agens uniuersale non sufficit: quin concurrant particularia / uel motus diuersi: materiarum autem quia nullũ agens corporeum põt plura facere non concurrente materia: quæ licet sit una omnium: tamen est multiplex potentialitate / & dispositione: ut in cõmento exposui. Quare concurrunt plures materię saltem secundũ dispositiones & potentias: hæc Egidius. Sed uellem a uiro isto intelligere: propter quid deus apud Aristotelẽ in primordiis rerũ sufficit plura facere sine materię diuersitate. Imo sine omni materia prorsus: non autem sufficit plura facere de nouo sine materiæ diuersitate: uult enim Egidius omnia inmediate fuisse causatu a deo: non quidem de nouo / sed ab æterno: ideo emergit dubitatio maxima: propter quid deus æterna productione potuit ut diuersa efficere sine diuersitate materię: non autem de nouo / nisi diuersitas materię supponatur: hęc enim quęstio est tacta ab Egidio: sed non est soluta: & apud me est maxima: qa deus est ęque potens si agat actione ęterna: & si agat actione noua: hęc cõtra Egidium. Et de põibus. Dubitatio contra egidiũ.

¶ Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione debes scire ꝙ aliter est catholice sentire & aliter dyalectice / siue physice disputare: catholice enim sentiendo oportet supponere deum esse agens libere & contingenter: quod licet non possit demonstrari: potest bonis persuasionibus probari: qđ nũc omitto: quia alibi ꝓbaui. Secundo oportet supponere deũ esse infinitum: & ita posse supplere uicẽ oĩs agentis / & materię: quod etiã esset probabile: non tantum creditũ. Ex his facile patet catholice sentiendo rerum diuersitatẽ posse a deo prouenire inmediate / & sine materia: patet quia est agens infinitũ supplens uicẽ materię & agentium oĩum: effectus ipsos efficiens mere libere & contingenter: hęc catholice sentio. Physice uero disputando: & ut dicit Egidius uia sensus: oportet dicere aliter esse in prima rerum productiõe / & aliter in noua productione: Aristoteles enim uia sensus posuit duo principia cõtraria his: quę nos sentimus. Primum est ꝙ licet deus agat libere / tamen agit necessario: quia apud ipm libere agere nõ est cõtingenter agere: stat enim cũ cõtingentia / & necessitate / ut dicit Auicen. & sępe diximꝰ in hoc libro. Secundũ est dei actionẽ esse limitatã & finitam: uel qa deus ipse est uirtute limitatus & finitus: uel quia effectus ipe est capacitate cõtractus: nõ curo nunc hæc replicare: quia in libro de infinitate primi / satis disputaui. Ex his apparet aliter eẽ in prima rerũ productione / & aliter in noua

Põ nra catholi.

Physicoꝝ uia.

rerum productione:nam in prima rerum productione deus fecit oĩa:quę poterat facere/uel quę erant possibilia fieri:quia egit libere & necessario & inmediate:at in noua rerũ productiõe:quia agit necessario/& mediate nõ põt aliquid facere non concurrẽte materia.& quantũ adhoc recte pro

Dubitatio contra egi:& ari.

cessit Egidius.Sed cũ quærebatur ulterius pp quid in prima rerũ productione deus fecit oĩa in noua aũt:non facit oĩa. Amplius pp quid in prima rerũ pductione egit inmediate:& in noua rerum pductione mediate (hæc.n.dubitatio maxima est contra peripateticos)

Solõ.

Dici põt deum in prima rerũ productione per se causasse mũdum/tanq̃ unum effectũ & suę potentiæ æquatũ.Sed res ipsas produxisse tanq̃ ptes mundi/& quasi per accidens:& hac rõe in prima rerũ productione per se egit unum:per accidens plura:at in noua rerũ productione per se facit plura:qa nõ facit illa per accidens:faciendo mundũ per se:& sic oportet cõcurrere agentia pticularia/ut pbauit Egidius/& materiã. Amplius in prima rerũ pductione fecit plura inmediate:quia illa produxit per accidens tanq̃ ptes sui effectus æquati:in noua rerũ productiõe nihil facit nisi per mediũ:quia nullum productũ est effectus deo ęquatus:& ppea requiritur pticulare agẽs tanq̃ limitatiuũ actionis diuinę ad talẽ effectum in adęquatũ.

Excerptum Primum.

Ex his sequtur deum produxisse mundũ apud peripateticos inmediate quia mũdus est effectus æquatus deo:& etiam quia nullũ est agens particulare/potẽs inmundũ:per qđ actio dei limitetur ad mundũ ipsius productionẽ.

Secundum.

Secundo sequitur mundũ non potuisse produci nisi ab æterno apud ipsos:quia mũdus est effectus æquatus deo:& mediante nullo agẽte alio producibilis:deus ẽt agit mere nessario: apud catholicos aũt bene mũdus pducitur inmediate:non quia sit effectus:æquatus deo : sed quia nullũ agens citra deũ põt in illum.Amplius apud nos licet ab æterno potuit a deo mũdus produci:tñ etiam de nouo produxit:qa mundus nec est effectus æquatus deo:cũ deus sit potẽtiæ infinitæ:nec inmediate pducibilis:qa potuit pduci de nouo:eo quia apud nos deus agit mere libere & cõtingẽter:hæc sunt qbus catholici drñt a philosophis:quare q uult hæc miscere cũ principiis Ari. nec physice/nec catholice sentit. Hæc de dilucidatione.

¶Caput solutionum quintum.

His expositis. Ad primam patet solutio : nec oportet amplius dilatare. Ad secundã dico q quælibet pars est uera:nõ tñ contra ppositionẽ Ari. quia propositio Ari. est una categorica simplex de extremo copulato:& ppea non potest esse uera nisi copulatim & coniunctim:non aũt copulatiue & diuise. Ad tertiam dico q licet materia sit una omnium tñ est plures dispositione & habilitate. Ad quartam Aristotelis loquitur in agente naturali uel necessario:& non in agente libero & cõtingenti:ut in cõmento patuit.Hæc de quarta disputatione.

¶ Quinta disputatio est si prima substantia sit in potentia.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod prima substantia sit in potentia: arguitur. Primo quia primo enti debetur prima entis diña: sed potentia & actus sunt primæ entis differentiæ: & potẽtia adhuc est prior actu / ut nono huius dictum est: igitur primæ substantiæ debetur potẽtia. Secundo prima substãtia intelligit aliud a se: igitur est in potentia: omne enim intelligens est in potentia ad intelligibilia: ut dicitur tertio de anima: antecedens declarabitur in hoc libro. Tertio prima substãtia nunc mouet: & prius non mouit: igitur est in potentia: antecedens patet apud catholicos: sed apud philosophos declarat: quia prima substantia nunc mouet materiam simul cum agente particulari ad generationem alicuius: & prius non mouit cum tali agente: igitur est in potentia. Quarto prima substantia non differt a prima materia: aliter darentur duæ primæ substantiæ: & sic duo prima. Præterea oĩs differentia est per formam: at nec prima materia / nec prima substantia habẽt formas: igr̃ non differunt: sed materia est in potẽtia: igitur prima substãtia est in potentia. Sed contrarium arguit Aristoteles in textu. Hęc de dubitationibus dicta sufficiant.

¶ Caput tituli secundum.

Per primam substantiam uolumus intelligere: quod græci deũ appellãt: qui prima est substantia primitate perfectionis: & causalitatis: eo quia est omnium perfectissima: & omnium causa / ut dicemus: potentia aũt multifariam dicitur: ut uidebitur: sed in proposito per potentiã intelligimus principium patiendi ab alio. Hæc de titulo.

¶ Caput positionum tertium.

Nõnulli Platonici dei attribuerunt potentiam & actiuam: & passiuam: est enim duplex potentia: ut Aristoteles etiam sentit: actiua quidem: quæ principium est mutandi aliud: passiua uero: quæ est principium mutandi ab alio. Quod quidem deus potentiam habet actiuã: patet: quia est primum mouens / primũ agens: nihil aũt mouet / aut agit / nisi per potentiã actiuã. Quod uero passiuam: probatur / quia est numerus se ipm̃ mouẽs ut Plato dicit. Præterea intelligit se: Amplius nihil mouetur nisi ab eo: qđ se ipm̃ mouet: at oĩa a deo mouẽtur: quare deus se ipm̃ mouet. Quod si se ipm̃ mouet: & se ipsum ĩtelligit: ipse a se ipso mouetur: & a se ipso recipit intellectionẽ: quare hẽt potentiã passiuã: hæc ex Platone. Obicit aũt Ari. huic põi in textu / q̀ si prima substantia sit in potentia ad motũ passiua: tunc motus non erit sempiternus deducit: quia cõtingit potentia existens

Põ platonicoꝝ.

Obiectiões ari.

non esse/nam possibile est uel quod est/& potest non esse/uel quod non est/& potest esse. Quare si substantia prima mouet per hoc quod est in potentia passiua:tunc potest mouere:& non mouere:& ita quandoq; motus nō erit. Secūdo arguit Aristoteles infra & in nono huius:q; si substātia prima esset in potentia passiua:tunc aliquod esset prius substantia prima:deducit quia omne quod est in potentia passiua:extrahitur ab aliquo: quod est prius/& in actu. Tertio arguit in textu:substātia prima est simpliciter perfecta:igī non est in potentia passiua:tenet argumentum:quia omne existens in potentia passiua est imperfectum:hæc Ari. Ioannes uero gandauensis tenet pp hæc primo q; prima substantia nec est potentia passiua:nec habet potentiam passiuam:nec est in potentia passiua: patet totum hoc per dictas rationes. Secundo tenet q; prima substantia non habet potentiā actiuam:nec est in potentia passiua diuersa ab eius essentia. Probat quia prima substantia est primum mouens:uirtute cuius omnia mouent: unde potest argui/quod primo & uirtute propria mouet: non habet potentiā diuersam ab eius essentia:at prima substantia primo mouet/& uirtute propria:igitur non habet potentiam aliā ab eius essentia. Tertio dicit q; prima substantia est in potentia siue hēt potentiā: quæ est eius essentia:probatur:illud ad quod reducuntur oīa quę mouent participatiue:mouet per essentiam siue per potentiā/quæ est sua essentia: sed ad primā substantiam oīa/quæ mouent:reducuntur:igī mouet per essentiam/siue per potētiam: quæ est eius essentia:maior probatur quia oē tale per participationem reducitur ad aliquod tale per essentiā: quare si oīa mouentia reducuntur ad primam substantiam:illa mouebit per essentiā: & ita per potētiam:quæ est eius essentia. Sed obiciūt forticolæ. Primo quia uidentur duæ conclusiones incompossibiles: uidelicet q; prima substātia sit in potentia/siue habeat potentiam:& sit talis per essentiam:nam sicut albedo non est alba:nec habet albedinem:quia est talis per essentiam: sic prima substantia non habet potentiā:si est talis per essentiā. Secūdo tūc idem erit potens & potentia:deducitur quia prima substantia habet potētiam actiuā per Ioannē:igitur est potēs:& est talis per essentiā: igitur est potentia:igitur idem erit potens/& potentia: & sic potentia erit potens. Propter hæc tenent forticolæ q; prima substantia nec sit in potētia passiua:nec sit ipsa potentia passiua:ut rationes Ioannis dicunt. Secundo dicunt q; prima substantia non est in potentia actiua nec habet potentiam actiuam: sed sit ipsa actiua potentia: probatur conclusio per ea quæ dicta sunt contra Ioannem. Præterea Aristoteles ipse in textu concludit primam substantiam esse tale: cuius substantia est actus/& ita est ipsa potentia actiua: hæc forticolæ. Sed hæc positio non est peripatetica. Primo/quia apud peripateticos in abstractis a materia idem est sumptum

Pō ioannis.

Obiectiōes forticolarum.

Pō forticolarū.

Confutatio.

& principale hoc est quicquid denominatur noie abstracto: denominat nomine concreto: ut dicit Auerroes: & uidebitur infra in illis enim intellectus dr intelligens. Prima enim substantia est intellectus & intelligens: est intellectio & intelligibile: est bonum & bonitas: sapiens & sapientia: & breuiter si denominatur nomine abstracto: denominatur nomine concreto; igitur si prima substantia est potentia / denominabitur potēs / siue habens potentiam / siue ens in potentia: quare cauillationes sunt contra Ioānem hæ: quas dederunt sorticolæ. Secundo uī ꝙ prima substantia nec sit potentia actiua / nec habeat potentiam actiuam: probatur quia agere & pati sunt per qualitates actiuas & passiuas ut dicitur in libro de generatione capite de agere & pati: sed prima substantia non est qualis / nec quāta: igitur nec est potētia actiua: nec habet potentiā actiuam; Tertio si prima substātia esset in potentia actiua: tunc posset agere: & nō agere: tenet argumentum: quia contingens æquale est tam in potētiis actiuis q̄ passiuis / ut dicit Auicenna: quicquid uelit Auerroes secundo physicorū: hæc igitur pō non est clara. Hæc pauca de positionibus.

Cometo. xxxix

¶ Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione. Primo debes scire ꝙ potētia (ut dictum est) interdum pro actiua / interdum pro passiua accipitur: uerū sicut passiua apud Ari. in libro de aīa consueuit accipi interdum in famoso significato pro principio / quo aliquid patitur ab alio corruptiue: eo modo quo lignū patitur ab igne: nōnunq̄ pro principio / quo aliquid patitur ab altero perfectiue: ceu intellectus ab intelligibili / & mobile secūdum locum a motore: sic & actiua potest accipi iu famoso significato pro principio: quo aliquid agit corruptiue in aliud: & hoc pacto qualitates primæ sunt potentiæ actiuæ: interdum pro significato minus famoso: quod est principium / quo aliqd agit in alterum perfectiue: eo modo quo intelligibile agit in intellectum: de agere & pati deq; potentiis actiuis & passiuis secundū famosum significatum acceptis loquitur Ari. in libro de generatione & corruptione: de hismet in significato minus famoso loquitur Aristotelis in libro de anima. Secundo debes scire / ut accepimus contra sorticolas: ꝙ in seperatis a materia / quicquid denominatur a sumpto / denominatur a principali / & econtra: hoc est qcquid denominatur a concreto / denominatur ab abstracto: deus enim est intellectus / & est intelligens / & est intellectio / & est intelligibile: hoc pro nunc petatur: quia infra declarabitur. Tūc dico primo ꝙ simpliciter hoc est in famoso significato loquendo in prima substātia: nec est p se potētia actiua / nec passiua: nec est in potentia actiua nec passiua: hoc ex dictis deducitur: qa prima substantia nec patiē corruptiue nec agit corruptiue: igr̄ cōclusio uera est. Secundo dico ꝙ loquēdo de potētia passiua scdm significatū minus famosū prima subā nec hēt p se potētiā

Quot modis potentia.

Nota quę denominationes fiūt in abstractis.

Dilucidatio Prima cōclusio:

Secunda.

passiuam/nec est per se in potentia passiua/nec est per se potentia passiua: deducitur quia tunc esset in potentia ad aliquam perfectionem: & sic esset aliquod perficiens primam substantiã: hoc est de mẽte Ari. infra in
Comento. li. texxtu· Tertio dico ꝙ etiã loquendo de potentia passiua secundũ significa
Tertia · tum minus famosum licet per accidens non sit potentia passiua/per accidens potest dici esse in potẽtia passiua. Prima pars patet quia ipsa prima substantia in se nec per se/nec per accidẽs est perfectibilis ab altero· Secũda deducitur/quia saltem ratione mobilis/cui applicatur/est in potentia passiua ad ubi crastinum· Primum enim mobile licet secundum materiã nõ mutet ubi: secundum formam est in potentia ad ubi/ ut dicitur sexto physicorũ igr̃ prima substãtia: quæ mouet primũ mobile: dici põt in potentia passiua/eo modo quo colũna dr̃ dextra/uel sinistra/nõ dextreitate accidente in ipsa: sed in animali: sic etiam prima substantia dici põt in potentia ad ubi: non ipso ubi accidente in ipsa: sed in corpore: quod ipsa mo-
Comento. lii. uet: hæc conclusio est de mente Auerrois octauo physicorum. Quarto di
Quarta · co ꝙ loquendo de potẽtia actiua secundum significatũ famosum: sic per accidens est potentia actiua/siue habet actiuam potentiam: deducitur qa prima substantia per se mouet primum mobile localiter: motus autẽ localis est per se generatiuus/& per accidens corruptiuus/pro quãto adducit/& abducit generans/ut dicitur in secundo de generatiõe/& etiam in
Quinta · textu. Vltimo dico ꝙ prima substantia est per se potentia actiua secundũ signficatũ minus famosum/siue habet per se potẽtiam actiuam: deducitur quia prima substantia per se mouet primum mobile: modo motus localis est per se perfectiuus & generatiuus ut dictũ est: hæc conclusio est de mente Ari· qui ait primam substantiam esse per se actum semper mouentem: uult enim dicere ꝙ prima substantia sit potentia actiua perfectiue per essentiam: & quia in seperatis qcquid denominatur ab abstracto: denominatur a concreto: sequitur ꝙ si prima substantia sit per essentiam potentia actiua perfectiue: etiam erit potens perficere per essentiã: & habebit potentiam perficiẽdi per essentiam· Quo quidem igitur modo prima substantia sit in potentia/perspicuũ est. Hæc de dilucidatione ·

¶ Caput solutionum quintum·

His disputatis. Ad primam concedo primo enti & primæ substãtiæ deberi potentiam eo modo quo dictum est. Ad rõem dico ꝙ potentia est prior actu in rebus gñabilibus: & respectu eiusdem indiuidui: at in ęternis non cadit passiua potentia: & sic ratio nulla. Ad secũdam conceditur ꝙ prima substantia intelligit alia a se: non quidem per species acceptas a rebus: sed
Comento· li · per sciẽtiam quæ est causa rerum/ut dicetur: unde Auerroes in hoc loco:
Comento. xviii dicit ꝙ omnes formæ sunt in potentia in prima ipsa materia: actu autem in primo motore: igitur prima substantia intelligit oĩa/quatenus est cau

sa illorum. Ad tertiam negaret Ari. primam substantiam prius non mouisse/quia apud ipsum semper mouit: diceret tamen primam substantiã prius non mouisse a motu:& sic fuisse in potentia per accidens rõne mobilis:non per se ut dictum est:catholici uero dicerent primam substantiã prius simpliciter non mouisse: & nunc mouet: non tñ est mutata:qa mutatio cadit in re mutata/nõ in re mutãte. Ad quartã cõcedo ꝙ prima substãantia non differt a prima materia/sed est primo diuersa:qa cum ea in nullo conuenit/& sic cessant rões. Hæc de quinta disputatione.

¶Sexta disputatio si substantię quæ mouent orbes sint pænitus in materiales.

¶Caput dubitationum primum.

Quod substãtiæ mouẽtes orbes nõ sint pænitus in materiales/ arguitur. Primo quia dicũtur indiuiduæ:sed indiuiduum dicitur tale per materiã/ut dictum est in septimo. Secundo quicquid reperitur in effectibus/ reperitur in causa:sed in ipsis effectibus reperitur materia:igr̃ in ipsis substantiis mouentibus stellas:maior patet/quia oportet agens & patiens cõuenire in materia. Tertio saltem substantiæ quæ sunt citra primam sunt materiales:dicitur enim tertio de anima:nulla est substantia liberata a materia præter primam. Quarto quælibet substantia mouens orbem est forma orbis perficiens/& cõstituens:igitur quælibet habet materiam: & sic quælibet est materialis. In contrariũ arguit Ari. quia tũc essent corruptibiles:oẽ enim habens materiã est corruptibile. Hæc de dubitationibus. Comento. v.

¶Caput tituli secundum.

Materiale multifariam dicitur. Aut enim quia habet materiam tanq̃ sui partem:& hoc pacto compositum ex materia & forma dicitur materiale. Aut quia dependet in esse & in conseruatione e materia:& sic formæ ælementariæ dicuntur materiales:depẽdent enim suis e materiis in esse & cõseruatione. Aut quia impurum hoc est imperfectum: & sic omne minus perfectum dicitur materiale:ut terra respectu ignis. Igr̃ in materiale dicitur trifariam: Aut quia non habet materiã tanq̃ sui partem. Aut quia nõ dependet in esse & conseruatione e materia ipsa:aut quia purum & perfectum. Substantiæ quæ orbes mouent:sunt cœlorũ animæ: quæq; uulgo angeli dicuntur:a peripateticis intelligentiæ mouentes orbes:sunt aũt tales substantiæ ordinate pro ratione & ordine orbium/ut dicit Auerroes. Quæritur igitur si tales substantiæ sint in materiales pænitus quouis modo sumendo in materiale. Hæc de titulo.

Materiale quot modis dicitur.

In mãle quot modis dr̃.

Quæ sint subẽ quæ mouẽt orbes.

Comento. xliiii

¶Caput positionum tertium.

Prima pō auicebrontis. Funda mentū

Sunt nōnulli qui ex his quæ Auicebron dixerat in eo libro quæm fontem uitæ inscripsit acceperunt substantias hasce quę stellas mouent/& omne citra primum cōponi ex materia/& forma. Mouebatur aūt Auicebron hac ratione:quia materia est ita uniuersale principium rerum: sicut deus uniuersale agens. Quare sicut nihil est:quod subtrafugiat dei causalitatē effectiuam:sic nihil est:quod subtrafugere debet causalitatē materiæ:igitur ut omne quod est/dependet a deo:sic omne quod est dependet a materia:& per cōsequens citra deum nihil est in materiale/nihil simplex: quin ipsum cōponatur ex materia & forma. Huic uidetur assentiri Auerroes in tertio de anima:ubi inquit nullam esse substantiam liberatā a materia præter primam. Præterea in hoc libro:uidetur tangere argumentū Auicebrontis:ait enim oēs formas contineri in materia potētia:ceu oēs continentur actu in primo motore. Quare sicut nulla est forma/quæ nō depēdeat a primo motore:sic nulla est forma:quæ non depēdeat a materia:igitur omnis substantia est materialis. Alii in idem incidentes tetigerunt rationem Auicennę. Auicenna enim uoluit tales substantias esse in genere: componiq; ex genere & differētia:sed quoniam nihil est in genere:nisi pp materiam/ut tenet Auerroes:igitur tales substantiæ depēdent e materia: hæc dicūtur pro hac pōe.

Quæ auerroes. Comen.v. Cométo, xviii.

Quæ auicenna.

Obiectiones.

Sed contra hanc positionem plurime sunt obiectiones. Prima quidem:quia cum multiplex sit materia:pro hac non patet ex qua nā materia tales substantiæ cōponantur. Secūdo obicit Ari. & Auerroes. Quia si tales substantiæ essent materiales:essent corruptibiles: quia materia est qua res pōt esse & non esse. Tertio tales substantiæ sunt intellectus:ut patet quia sunt supra nostrum intellectū:nihil enim est supra intellectū:quin sit intellectus:sed ītellectus est in materialis tertio de anima:igitur tales substantiæ sunt in materiales. Quarto cœlum est alterius naturæ ab ęlementis & mistis cū materia:ut primo cœli est deductū: igitur formæ cœlorum sunt alterius naturæ a formis ælemētariis: & sic erunt in materiales. Quinto tales substantiæ intelligunt per earum essentias:igitur sunt pænitus in materiales:antecedens deducitur tertio de anima. Sexto tales substantiæ sunt indiuisibiles:igitur in materiales: antecedens deducitur in libro de substantia orbis:& illic deducta est consequentia:hæc contra pōem.

In textu & cométo.xxx

Pō quorūdam sectatorum thomæ.

Nōnulli Thomasti ex quibusdā uerbis male intellectis expositoris dixerunt cōclusionem Ari. esse ueram:q uidelicet tales substantiæ omnes sint in materiales:non tamen rationes Ari. sunt demōstratiuæ:quia omnes supponunt motum esse æternum:& pp hanc suppositionem ualent omnes rationes. Prima quidem:quia ducit adhoc qđ eēnt corruptibiles:modo hoc non est impossibile nisi supponendo motū/quo mouent esse æternum;quia mouent motu ęterno. Tertia etiam supponit

æternum:quia illas esse supra nostrum intellectum non probatur nisi qa mouent motu æterno. Tertia etiam supponit motum æternum:quia cœlum esse alterius naturæ ab ælementis / nõ habetur nisi quia mouetur circa mediũ / & perpetuo. Quarta etiã supponit motum ęternũ:quia nõ põt sciri illas intelligere per earum essentias / nisi supponẽdo illas esse simplices intellectus:eas autem esse intellectus non habetur nisi uia motus æterni:ut dictum est. Quinta etiam habetur supponendo motum æternum: non enim scitur illas esse indiuisibiles:nisi supponendo motum ęternum: nam quicquid mouet motu æterno est indiuisibilis forma:ut deducit Auerroes:quare oẽs rationes Ari. sunt ex suppositione. Propter hæc probant conclusionem demonstratiue alio medio utpote uia productionis:nam si aliquid producitur:oportet esse producens:& tunc quæritur si tale ꝓducens sit factum / aut æternum:& si ęternum:tunc erit in materiale:& si factum:adhuc erit aliud producens:& cum nõ sit producere in infinitum: stabitur ad producẽs improductũ qui est simplex:& in materiale. Sed cõtra hanc ratiõem dubitare solitus sum in nostris cõmentationibus / quia hæc ratio uidetur etiam ex suppositione:supponitur enim non posse procedi in infinitum:hoc autem licet sit uerum:non tamẽ constat:quia aduersarius dicet nõ esse ĩpossibile ut ꝓcedatur in infinitũ. Quod nunq̃ ĩprobabitur nisi supponẽdo motũ æternũ:ut deductum est in libris physicæ auscultationis. Præterea hæc ratio si ualet:non ualebit nisi de prima substãtia:ut omnibus patet:& sic nulla uia esset ad probandum cæteras substãtias esse in materiales. Exterorum princeps ut superius dicebatur:probat idem alia ratione:ait enim inmateriale esse & quod mouet motu æterno: uel quod aptum natum est motu æterno mouere:at substantiæ quæ mouent orbes licet non mouent motu æterno:sunt aptę mouere:igitur sunt in materiales. Alii eiusdem factionis sic probant:quod non mouet cũ pęna & labore:est in materiale:sed substantiæ quæ mouent orbes: non mouent cum pæna & labore:igitur sunt in materiales. Sed si uelint has rationes esse demonstratiuas:falluntur:non enim in libris demonstrationum inueni tales posse esse demonstratiuas. Prima quidẽ / quia minor supponitur:& non uideo quo medio probari possit:Imo peripatetici dicerẽt ꝙ si tales substantiæ sint aptæ mouere motu æterno:ꝙ moueant motu æterno:quia in æternis:nõ differt esse & posse. Amplius in æternis omne melius & possibile est necessariũ:propterea prima ratio est ex suppositione. Secunda etiam quia minor supponitur:non enim sciri põt tales mouere sine pæna & labore / nisi quia mouent æterno motu. Pręterea ęlementum apud eos mouetur a semet absq; pęna & labore:& tamen est materiale: & propterea omnes rationes sunt dyalecticæ / & ex suppositione:nisi supponatur motus circularis ęternus. Alii uoluerunt demonstrationẽ Ari. non

Probatio expositoris.

Dubitatio contra rõem.

Scotus est ĩ primo sñiarum.

Confutatio.

Põ aliorum.

ualere nisi de prima substantia:& componunt demonstrationem sic / qđ mouet ex se & uirtute propria:est inmateriale. Sed prima substantia mouet ex se & uirtute propria:igitur est inmaterialis: cui demõstrationi cõsentit Plato:nam Plato per se mouens atq; uirtute propria mouens: uult esse numerum per se ipsum mouẽtem:talem aũt numerum facit semper

Dubitatio • æternum & inmateriale· Sed rursus contra hanc rationem est dubitatio: quia esse aliquid ex se uirtute propria mouens est supponendum:non per se notum:quia non esse procedendum in infinitum est dyalecticum non demonstratũ·Quare hæc põ est ambigua etiam de primo motore·Præterea Ari• demonstratio uidetur esse uniuersalis de oĩbus motoribus: quia utitur motu æterno/quo mouent oẽs:Hæc de põibus:

¶ Caput dilucidationis quartum •

Quot modis materia • Pro dilucidatione debes scire/ut in titulo tactũ est / q; materia põt sumi multifariam/uno modo pro materia intentionali:quæ uulgariter a peripateticis appellatur intellectus possibilis : Alio mõ pro materia transmutationis:quæ est potentia ad esse uel non esse:quæq; dicitur ab ipsis materia prima·Alio modo pro materia motus:quæq; dicitur subiectũ & mobile ipsum. Vltimo pro imperfectione:qua ratiõe dicitur imperfectũ ma

Comẽto• xxxvi teria perfectioris/ut dicitur tertio de anima·Secundo debes scire q; mate

Quid mãle • riale dicitur / uel per hoc quia ipsum est compositum ex quauis harum

Dilucidatio materia : uel quia dependet ab aliqua harum materia • Tunc dicerem q;

Prima cõclusio prima substantia/ est simpliciter in materialis ab omni ratione materiæ

Secunda; abiunctu : patet quia nec dependet ab aliqua harum materia : nec componitur ex aliqua materia / nec est imperfecta • Secundo dico q; cæteræ substantiæ mouentes orbes sunt materiales sumendo materiale pro imperfecto:deducitur quia quælibet recedit a prima ordine quodam:igitur oẽs

Comẽ•v& •xiiii sunt imperfectę:& hanc cõclusionem uult Auerroes tertio de anima : dũ dicit nullam esse intelligentiam liberatam a potentia præter primã:quoniam:quælibet cõponitur ex gradu perfectionis quo primo enti accedit:

Tertia• & gradu imperfectionis quo ab eodẽ recedit:unde & Plato appellat illas impuras substantias:omne autem impurum est materiale. Tertio dico q; quælibet substantia mouens stellam est inmaterialis per carentiam cõpositionis ex materia primo/& secundo/& tertio modo accepta: patet quia nulla illarum componitur ex intellectu possibili & agẽte : ut supponitur ex libro de intellectu:nulla illarum componitur ex materia transmutatio

Quarta • nis & forma:demum nulla illarum componitur ex motore & ipso mobili;quia quælibet est ipse motor. Vltimo dico quãlibet talem esse inmaterialem per carentiam dependentiæ ab aliqua talium trium materierũ: patet quia nulla dependet ab intellectu possibili tanq̃ e subiecto: nulla a materia trãsmutationis:nulla ab ipso mobili:quod mouet:igitur simpliciter

& absolute omnes sunt inmateriales:licet ratione habita inter eas prima sit paenitus inmaterialis/caeterae comparatione illius materiales:sed absolute inmateriales. Animaduersione dignũ ꝙ licet cõclusiones istae sint uerae:& illas concedant omnes gentes/& omnes sectae:& catholici nostri:tñ non uideo illas posse demõstrari:sed solum rationibus dyalecticis probari:sunt autem rationes dyalecticae multae quas omitto: quia has cõclusiones nemo dubitat:omnes enim graeci/& omnes barbari haec uolunt; haec etiam colunt. Haec de dilucidatione.

Quales haec conclusiones.

¶Caput solutionum quintum.

His dilucidatis: Ad primã dico ꝙ tales substãtiae sunt indiuiduae aequiuoce:& non per hoc ꝙ sunt inmateria signata:sed quia in eadem specie non est plus una:& sic per negationem materiae potius. Ad secundam dico ꝙ maior est uera quando causa est uniuoca effectui:nõ aũt qñ est aequiuoca:ut in proposito est. Ad tertiam conceditur totum ad intellectum dilucidationis. Ad rationes pro parte Auicebronis. Ad primam dico ꝙ materia est uniuersale principium generabilium:non autem omnium. Ad secũdam negat Auerroes minorem in secundo coeli:ubi ait nullam talem esse in genere:& tu lege ibidem. Haec de sexta disputatione.

Comento. xlix.

¶Septima disputatio est si substantiae quae mouent orbes sint mobiles.

¶Caput dubitationum primum.

Quod substantiae quae mouẽt stellas/sint mobiles: arguitur. Primo quia tales substantiae intelligunt se & amant se:igitur mouentur saltem motu intentionali. Secundo omnia mouentia reducuntur ad tales substantias: igitur tales mouent se se per essentiam:omne enim tale per participationẽ reducitur ad aliquod tale per essentiam. Tertio ait Ari. secundo topicoꝝ motis nobis mouentur oĩa/quae sunt in nobis. Sed tales substantiae magis uniuntur coelo:q̃ forma cum materia/ut dicitur secundo coeli: igitur si mota materia mouetur forma/a fortiori motis orbibus mouebuntur eorum animae. Quarto intellectus mouetur moto corpore humano/ut dicitur in hoc duodecimo:sed intellectus apud philosophos aut est infima intelligentiarum/ut dicitur tertio de anima:aut est indiuisibilis saltem secundum ueritatem:igitur illae substantiae sunt mobiles motis orbibus. Quinto dicitur secundo coeli:ꝙ tales substãtiae habent sollicitudinẽ eoꝝ: quae hic fiunt:igitur sunt mutabiles:omne enim intelligẽs res mutabiles est mutabile. Sexto tales substantiae substant nouis relatiõibus:quia ꝓducunt res nouas mediante motu:igr̃ saltẽ sunt relatiue mutabiles. Septimo

Comento. iii.
Comẽto. xxxvi
Comento. xix.
Comẽ. xxxvii.

Cométo. xv mutatio est perfectio quędam ut dicitur tertio physicorũ: sed omnis perfectio conuenit perfectis/& maxime primæ causæ: ut dicitur quinto Cométo. xxxi huius: igitur tales substãtiæ mutabiles sunt. Octauo quælibet anima est numerus se ipsum mouens secundum Platonẽ: tales substantiæ sunt animæ: igitur se ipsas mouẽt: & per consequens sunt mobiles. In contrarium Comento. xxx. est Ari. & Auerroes in præsenti textu &. Hæc de dubitationibus.

¶ Caput tituli secundum.

Pro intellectu tituli debes scire ꝙ licet mobile nõnunq̃ accipiatur ꝓ mutabili: tamen hic sumitur mobile pro eo/ quod est aptũ natum aliqua uera specie motus moueri: sunt autem ueræ motus species tres/ augmentatio/ & diminutio: alteratio/ & motus localis ut quinto physicorũ patuit: igr̃ qõ est si tales substantatiæ sint aliqua taliũ specierũ motus mobiles. Nam de mutabilitate istarum dicemus postea. Hæc de titulo.

¶ Caput positionum tertium.

Prima põ. Nõnulli ex secta Platonica uoluerunt ꝙ tales cœlicæ substantiæ sint orbium aïæ/ & perficientes/ & constituentes illos in esse: ulterius dixerunt orbes moueri oĩbus speciebus motus: ut alteratione quatenus enutriũtur ab ælementis: & quatenus patiuntur eclipses. Auctione & diminutione/ quatenus omne quod nutritur: augetur/ & diminuitur: & latiõe: quia circa medium mouentur: sed quoniam anima afficitur corporis affectione: hac rõne fit: ut tales cœlicæ substantiæ alterentur/ augeantur/ & mouẽatur/ saltem per accidens: mouebantur aũt: quia omne animatum patitur omnem speciem motus. Sed orbes sunt aïati: igitur patiuntur omnẽ speciem motus: sed quoniam animæ afficiuntur corporis affectione/ ut dicitur primo de aïa: igitur saltem per accidens patiuntur oẽm motus speciẽ.

Obiectiones Obiciunt philosophi peripatetici/ ut Ari. secundo cœli. Primo omne alterabile est calidum/ uel frigidum/ uel humidum/ uel siccum: at nullus orbis est talis: ut nunc supponatur. Secundo arguit Auer. in libro de substãtia orbis primum alterans nõ alteratur: licet bene moueatur localiter. Sed cœlũ est primum alterans: ut perspicuum est: igitur non alteratur. Quod uero non augeatur uel diminuatur: arguit Galenus/ quia ubi orbes siue stellę accrescerent/ uel decrescerẽt: in tot annorum milibus cosmetrę/ qui quantitatem stellarum metiti sunt inuenissent euariatam: at & chaldæi/ & babylonii/ & ægyptii/ & oẽs qui cõsmetrati sunt stellas semper inuenerunt æquales: igitur orbes non augentur nec diminuuntur. Secundo arguit Auerroes in libro destructio destructionum disputatiõe secunda in solutione dubii quarti: quoniam si sol uel quæuis stella decreuisset: iam in tanto tempore aliquid fuisset diminutum: & cum diminutio sit quædam corruptio: & ex omni corruptione aliquid generetur: tunc aliquid in tanto tpe fuisset genitũ. Sed hoc non apparet: quare friuola est talis positio.

Tertio arguit Ari. in libro cœli: q̄ si cœlū augeretur / uel diminueretur: tunc senesceret. Modo tale senium nemo percepit. Quinto si cœlum au geretur & diminueretur:enutriretur: & ubi enutriretur:tunc agenerarēt aliquid superflui nutrimenti:ut stercus: & urina:quæ sunt derisibilia. Sex to omne quod nutritur habet os uel aliquid ori simile: ut dicitur in libro de anima:at nec os nec ori simile in cœlo uidemus: quare cœlum non est augmētabile / nec diminuibile. Ex his sequitur q̄ substantiæ cœlicæ quæ cœlos mouent:nec per se nec per accidens mouentur alteratione / uel au ctione. Vtrum uero moueantur motu locali / disputabitur:hæc cōtra pri mā positionem. Alii catholici dixerunt tales substantias nec alteratione / nec auctiōe moueri:ut recte cōtra Platonicos est illatum. Verū sunt per se mobiles motu locali & continuo:ut patet in sacris: ubi scitur angelos posse per se moueri / & fuisse per se motu continuo motos:probāt cōclu sionem:Primo quia sunt uirtutes limitatę:igitur sunt ita hic / q̄ nō alibi: & per consequens mobiles de loco ad locum. Præterea sicut sunt in loco ita mouentur:sed sunt in loco difinitiue:igr̄ mouentur motu cōtinuo per loca difinitiue. Tertio nō repugnat īdiuisibile posse moueri motu uero: igr̄ saltem angelos moueri uero motu continuo non repugnat. Sed hæc pō nec est secundū oēs catholicos / nec est peripatetica: peripatetica quidē nō: quia Ari. scripsit librū sextum physicorū directe contra Platonē:qui uoluit indiuisibile ut deum posse per se moueri:asserens deum esse nume rum per se ipsum mouentem: Ari. directe probauit nullū indiuisibile esse mobile:ut concluderet deum non esse per se mobilem:ut oēs græci exposi tores dixerunt:qua ratione fit / ut hæc positio non sit peripatetica. Præte rea nec est secundum oēs catholicos. Primo quia nostra disputatio est de substantiis / quæ mouent stellas:modo licet angeli mobiles sint tamen illę intelligentiæ quæ mouent orbes:non sunt angeli missiui:igitur adhuc ta les substātiæ sunt inmobiles:de quibus est disputatio:hoc enim est quod uir catholicus / & magnus Thomas ait ubiq̄:posuit angelos diuersorum ordinum:de quo satis nūc. Amplius tales angelos moueri motu cōtinuo: uidetur quasi extraneum: quia taliter mouentur qualiter sunt in loco:sed in loco non sunt nisi per operationem:igitur non mouētur nisi per appli cationem uirturum:& sic nō motu continuo:& hoc est argumentū Tho mæ / Egidii:& Alber. qui fuerunt summi in theologia. Vnde Ari. asserēs deum esse in cœlo:nulla ratione hoc dixit:nisi quia illic apparet eius opus: ut Auerroes scribit in secundo celi:& alibi:hæc contra secundā positionē. Suggerius & Bacco uiri magni in scola Auerroica:ut narraui in libro de infinitate primi motoris capite nono:opinantur primū motorem / & cæ teras intelligentias:quæ mouēt cæteros orbes oēs moueri saltem per acci dens motu orbiū:quos mouēt:probant rem suā primo quia moto perfe

Scda pō extero rum.

Pō scoti in. ii. snīa℞ libro.

Obiectiones

Comento. xv.

Pō suggerii & bacconis

perfectibili per se/mouetur & prima illius perfectio saltem per accidens: sed primus motor/& cæteræ intelligentiæ sunt perfectiões primæ:igitur mouentur per accidens:hæc Auerroici. Ioannes uero/& iuniores nostræ ætatis uoluerunt primum motorem:& cæteros motores non moueri nec per se/nec per accidens/aliqua specie motus: per se quidem non/ quia nõ sunt corpora nec diuisibiles:omne enim quod mouetur quauis specie motus est corpus uel diuisibile:per partes uero minime:quia oẽs sunt simplices & impartes: eo quia statim sunt id quod sunt octauo metaphysicæ. Quod deniq; nec per accidẽs:Ioannes per uerba Ari. & Auerrois octauo physicorum:probat/quia omne per accidens contingit nõ esse: omne.n. accidens est contingens:quod potest non esse. Secundo si per accidẽs mobiles essent:tunc essent per accidens diuisibiles:ut primo capite de substãtia orbis dicitur. Tertio si per accidẽs mouerentur:essent formę materiales:ibidem deducit Auerroes. Quarto si per accidens:cum per accidens sit duplex:uel quod mouetur per aliud:& põt seorsum moueri:ceu equitans in naui:uel qđ mouetur per aliud:& non potest seorsum moueri: ceu accidentia:hoc dicit Auerroes primo de aĩa:aut igitur mouebuntur per accidens primo modo:& patet ꝙ non:quia seorsum moueri non possunt: cũ non sint corpora:nec secundo modo:quia tunc essent aut formæ accidentales:aut accidẽtaliter extensæ:hæc Ioãnes in pluribus locis philosophiæ naturalis:quicquid dicat hic. Obicit autem Auerroes octauo physicorũ per uerba Ari. quia omne illud mouetur per accidens:cuius subiectũ per se mouetur alio motu:q̃ moueat illud:sed subiecta cæterorum motorum mouentur per se alio motu:q̃ moueantur a propriis motoribus: mouentur enim per se a primo motore motu diunrno:igitur omnes alii motores præter primum mouentur per accidens. Propter hæc Auerroes octauo physicæ auscultationis:tenet primũ motorem non moueri per se,nec per accidens:per se quidem non:quia non est corpus/nec diuisibilis: per accidens uero minime:quia eius subiectũ nullo alio motu mouetur q̃ primus motor ipsum moueat. Primum enim mobile mouetur motu diurno a primo motore:& a nullo alio motore alio motu mouetur. Præterea primus motor est forma independens a subiecto:igitur non põt moueri per accidens motu sui subiecti. Secundo dicit cæteros motores moueri per accidens motu quo mouentur eorum subiecta:probatur quia eorũ subiecta mouentur ab alio motore alio motu q̃ proprii motores ipsa moueãt: mouentur enim motu diurno a primo motore:a propriis autem motoribus motu e contra:igirur mouentur per accidẽs. Sed hæc põ superficietenus uidetur falsa:quia omne quod mouetur per accidẽs:est saltem per accidẽs diuisibile. Præterea est materiale:& dependens/ab eo: ratione cuius mouetur. Hæc de positionibus.

Põ ioannis.

Comen. xxxvi &.xxxvii.

Comẽ. xxxvii.

Obiectiones. auerrois.

Põ auerrois. Comento.lii.

Obiectio.

Caput dilucidationis quartum.

Suppositio.

Pro dilucidatiõe debes scire ꝙ aliquod moueri est dupliciter/pse: & per accidens.pse illud moueri dicitur:quod e per se & ratione sui est subiectũ motus:ut corpus:uel aíal ipsum.p accidens aũt bifariã dicitur/aut p accidens subiectiue:aut per accidens attributiue.per accidens subiectiue id moueri dicitur:quod mouet̃ ratione subiecti: e quo dependet in esse & conseruationẽ.Vel quod motui subicit̃ ratione subiecti: e quo dependet in eẽ & conseruatione. & hoc pacto aíę aíalium mouentur p accidens:qa ratione corporũ e quibus dependent in esse:& cõseruatione:p accidens attributiue aũt id moueri dr̃:quod in se non est subiectũ motus/nec per accidens est subiectũ motus:Sed attribuit̃ alicui subiecto:quod mouetur p se & alio motu & ab alio motore q̃ a ꝓprio/e quo proprius motor dependet in esse & cõseruatiõe. Tunc dicendũ primo ꝙ nullus coelicus motor alteratione uel auctione est mobilis aliquo pacto:hoc est nec pse: nec per accidẽs aliquo mõ p accidens. p se quidem non: quia nullus illoꝝ est corpus:nec corruptibilis.p accidẽs uero minime:qa non p accidens subiectiue:eo qa nullus eoꝝ depẽdet a subiecto:in quo est in esse & cõseruatione:nec p accidens attributiue:qa nullus illoꝝ attribuit̃ alicui subiecto:qđ sit p se mobile alteratiõe aut auctiõe:ut fuit deductũ contra primã positionẽ. Igit̃ nullus cœlicus motor est mobilis alteratione uel auctione aliquo pacto. Secũdo dicẽdũ ꝙ nullus coelicus motor est mobilis p se localiter:patet qa nullus talis est corpus/uel diuisibilis. Tertio dicendũ ꝙ nullus coelicus motor est mobilis p accidẽs subiectiue localiter: deducit̃ qa nullus depẽdet e subiecto:cui9 est motor. Quarto dicendũ ꝙ primus motor nec est mobilis p accidẽs attributiue.declarat̃/qa ad hoc ꝙ aliqd sit per accidens attributiue mobile tria requirũtur/ut tangebat̃:uidelicet ꝙ attribueretur alicui p se mobili/Secũdo ꝙ tale mobile moueatur alio motu:q̃ Mouetur a ꝓprio motore. Tertio ꝙ moueatur ab alio motore e quo & motor ꝓprius:& ipsum mobile depẽdent. mõ licet primũ mobile quicquid sit illud/sit per se mobile:non tamen alio motu q̃ ipsum moueat primus motor. Nec ab alio motore/e quo primus motor dependeat. Igitur primus motor non est mobilis per accidens attributiue. Quinto & Vltimo dicendum omnes alios motores a primo esse mobiles per accidens attributiue. deducitur quia attribuuntur alicui per se mobili: & alio motu q̃ ipsi moueant:& ipsi & eorum mobilia ab illo dependent. Vnde licet motores Secundi moueant ab occasu in ortum statutis temporibus: tamen agregatum ex omnibus orbibus mouetur motu diurno ab ortu in occasum a primo motore: e quo primo motore & ipsi secundi motores/ & ipsorum corpora dependent. Igitur omnes.

Dilucidatio.

Prima conclu.

Secunda cõclu.

Tertia conclu.

Quarta cõclu.

Quinta cõclu.

Secūdi motores mobiles sunt localiter per accidens attributiue. Hæc colligi pñt Octauo phisicorū & in textu & Comēt. lii. Multa alia tetigim9 in libello de infinitate primi motoris capite nono: quæ studiosi possunt accurate legere. Hæc de dilucidatione.

¶ Caput solutionum quintum.

His apertis: ad primā dicetur in ꝓximis disputationibus. Ad secundam dicendū ꝙ oīa mouentia & mota reducunt̄ ad ea: quæ mouēt per essentiam: non aūt ad ea: quæ mouēt se: ut plato credidit. Ad tertiā Aristoteles loqtur de his: quæ sunt ī nobis depēdenter: qualiter motores nō sunt ī orbibus. Ad quartū dico ꝙ intellectus mouet̄ secundū respectū: quia corpus mouet̄: non aūt quia ipse mouet̄: ut in Libro de intellectu dr̄. Vel negatur minor non. n. intellectus est infima intelligentiaꝝ/ut credidit Aueroes: sed forma cōiuncta corpori secundū esse. Ad quintā negat̄ consequētia: & cā dicetur in hoc duodecimo nam intellectus tales intelligēdo res: non mouētur a rebus eo quia intelligūt res scīa: quæ est causa rerū. Ad sextā dico ꝙ tales substantiæ substant nouis relationibus nō realiter: sed secundū rationē: quia referunt̄ non per se: sed quia alia referūtur ad ipsas Ad septimā dico ꝙ mutatio est perfectio secundū quid: non autem simpliciter & ꝓpea non oportet ut cōueniat primæ causæ. Ad octauā patuit supra quo mō plato intelligit: unde maior est falsa: si supficietenus intelligatur. Ad rōnes quæ fiebāt pro positionibus: ad rōnem ꝓ platonica positione dr̄ ꝙ aīatum aīa dependente a corpore: uel aīa organica patit̄ oēm spēm motus: Sed aīatū aīa pficiente corpus: & aīa inorganica nō oportet ut moueat̄ nisi spē motus localis. Ad rōnes pro positione exteroꝝ ad primam cōcede angelos esse mobiles localiter: nō quidē illos codices: sed angelos missiuos: nec motu continuo: sed motu discreto: ut Thomas acute scripsit: q̄q̄ hoc nō dicerent pipatetici: tñ est uerum: & creditū. Ad secundam cōcedo illos esse uirtutes limitatas: & ꝓpea sunt mobiles nō quidem motu cōtinuo: Sed discreto/ut dictū est: Secundū tñ pipateticos nō oē limitatū est mobile: sed oē quod est ens in potētia ad locū circūscriptiuū: quomō non sunt angeli. Ad tertiā dico ꝙ sunt ī loco ꝑ opationē/& non ꝑ definitionē uel circūscriptionē. Ad q̄rtā patuit Tertio hui9 & sexto phisicorū. Ad rationē suggerii: patuit solutio: angeli. n. nō: sunt pfectiōes orbiū dependētes: sed pficientes. Ad rōnes ioānis ad primā dicendū oē ꝑ accidens posse nō esse: qñ est ꝑ accñs dependens: non aūt qñ est per accñs attributiue. Ad secundā dico ꝙ qñ essent per accidens mobiles depēdēter tūc eēnt diuisibiles: at qa sunt ꝑ accñs mobiles attributiue: nō oportet. Ad tertiā negat̄ cōsequētia: qa nō sunt ꝑ accñs tales depēdēter. Ad q̄rtā patuit in dilucidatiōe quo nā mō tales sint mobiles ꝑ accñs neutro. n. illoꝝ modoꝝ sūt mobiles. Sed attributiue ꝑ accñs/ut dictū ē. Hæc de. vii. disputa.

¶Octaua disputatio est si motores secundi intelligunt se se per eorum essentias.

¶Caput dubitationum primum.

Quod motores secundi non intelligant se se per eorũ essentias:arguitur. Primo quia hoc nõ esset nisi quia eorum essentiæ sunt actu intellectiles: & eorũ intellectibus presentes:sed intellectus noster est actu intellectilis: & actu sibi præsens:ut catholici & philosophi pariter dicunt: igitur intellectus noster intelliget se se per eius essentiã contra Aristotelem tertio de anima: ubi dicit intellectum intelligere se intelligendo alia/ut exponit Auerroes. Secũdo essentia cuiuslibet motoris secũdi est singularis & singulare non est per se intellectile: igitur motores secundi non possunt se intelligere per eorum essentias. Tertio oportet omne recipiens esse denudatum a natura recepti/ut Auerroes tertio de anima enititur probare tu uero uide ibi:igitur non possunt intelligere se per eorũ essentias. Quarto nihil idem patitur a se ipso:quia tunc idem esset in actu & in potentia: sed essentia cuiuslibet secundi motoris est idem sibi:igitur nõ potest esse obiectum inmediate imprimens in ipsum sui ipsius intellectum. Quinto tunc intellectio:qua unusquisq; se intelligit esset sibi idem:uel cum essentia:hoc est falsum:quia soli deo competit:& deducitur argumẽtum: quia extrema sunt eadem:igitur & medium:modo essentia intellecta:& intellectus intelligens in illis sunt idem:igitur intellectio medians. In contrariũ sunt peripatetici:qui uolunt in seperatis a materia idem esse intellectũ & quod intelligitur. Secundo aliqua forma materialis agit per essentiam/ut calor in igne igitur forma inmaterialis aget per essentiam:cum inmateriale sit magis actiuum:igr̃ quilibet motor secundus aget intellectionẽ in suum intellectum per essentiam. Hæc de dubitationibus.

Cométo.viii.

Cométo.iiii.

¶Caput tituli secundum

Pro intellectu tituli debes scire. Primo q; hæc disputatio mouetur pro tanto quia Aristoteles in textu dicit seperatas substantias esse actus per eẽntiam:& propterea quęritur si sint actu intellectiles a semetipsis per essentiam. Secundo mouetur quia dicit illas esse inmobiles:ideo cum probatũ sit illas esse inmobiles motu reali:quæritur de motu intentionali: & primo de motu intentionali:quo semet intelligunt:& quo intelligunt alia:circa quod formantur disputatiões plures/ut uidebitur. Secũdo debes scire q; disputatio supponit secundus motores se se intelligere:qa secundi motores sunt supra nostrũ intellectũ:& cõstat illũ se se intelligere:igr̃ & scdi motores se se intelligũt:ppea quęritur demõ:quo se se itelligũt. Tertio debes scire q; in intellectione:qua intellectus nr̃ intelligit res materiales: ut

Introductio disputatióis.

Suppositum in disputatione.

Quæ cõcurrũt ad intellectioné

cõmuniter dicitur:cocurrunt quatuor.Primum est intellectus ipse intelli gens.Secundum est obiectum:quod intelligitur·Tertium est ratio intel ligendi:quo tale obiectum intelligitur·Quartum est representatiuũ:quo obiectum præsentetur ipsi intellectui sub ratione intelligibilis: quæ cõ muni uerbo dicitur species intelligibilis:intellectus quidem intelligẽs: est intellectus possibilis:siue intellectus in potentia:obiectum quod intelligi tur est uniuersale:ut homo/aut animal : ratio intelligendi est natura cõ munis:cui competit uniuersalitas:seu forma:quæ pro intellectionem redi tur uniuersalis apud Auerroem:rep̃sentatiuum est similitudo obiecti:quę ab aliquibus dicitur species intelligibilis:ab aliis dicitur ratio intelligẽdi

Sensus tituli· non cognita:quia non intelligitur nisi reflexe·Quæritur igitur in nostra disputatione si essentia cuiuslibet motoris secundi sit rõ intelligendi : qua quilibet talis se se intelligit sine aliquo rep̃sentante præcedente actum na turaliter:quod est quęrere si quilibet motor intelligat se per essentiã tanq̃ per rõnem intelligendi/nulla concurrente specie intelligibili ad talem sui ipsius intellectionem·Hæc de titulo ·

¶Caput positionum tertium ·

Tho.prima pte ·q·lvi·ar.i· sco · ii. sniarũ · d·iii· ·q·vi : Anteq̃ ad positiones/& ad positionum differẽtias descendam debes scire ꝙ expositor & exterorum princeps conueniunt· Primo quia ambo uolũt intellectionem:qua tales se intelligunt:sit accidẽs intellectibus eorum:ceu est de intellectione:qua noster ĩtellectus intelligit uniuersalia materialia: Quod quidẽ accidens respectu ĩtellectus recipientis dicitur passio: respe ctu obiecti siue essentiæ/quæ intelligitur:dicitur actio:dico actionẽ uel passionem:non quidem corruptiuam:sed perfectiuam . Secundo conue niunt/quia ambo negant speciem intelligibilem:non enim uolunt ange lum/siue aliquem motorem secũdum se se intelligere per speciem abstra ctam ab essentia:quæ intelligitur:quia talis abstractio non est nisi quãdo obiectũ est materiale:ut per talem speciẽ redatur inmateriale:& ĩtellectui proportionale:quia uero obiectũ in illis est mere inmateriale : hac ratione

Põ expositoris· nulla est necessitas speciei repræsentatiue. Tunc expositor uult ꝙ in intel lectione/qua quilibet talis se ipsum ĩtelligit:totalis rõ intelligẽdi sit essen

Prima conclu · tia sola:& sic qlibet talis ĩtelligit se p̃ essentiã tãq̃ per totalẽ rõem ĩtelligẽ di iusta cuius opinionẽ oportet dicere obiectũ/& rõem totalẽ ĩtellig ẽdi/

Excerptũ põne expositoris· & totale agẽs intellectionẽ:idẽ in talibus eẽ intellectionẽ uero esse accñs: qđ ꝓducitur ab eẽntia in eoꝝ intellectibus.Scdo dicit expositor ꝙ intelle

Secunda cõclu, ctio/qua tales se se ĩtelligũt:est necessaria & inmutabilis:ita ꝙ nõ pñt ta les sbẽ nunc se se intelligere:nunc non · Amplius non prius fuerunt in po tẽtia ad se se ĩtelligendũ/nũc in actu:sed semp & in euitabiliter se se intel ligũt/& necessario dũ sunt:se se ĩtelligũt· Mouetur aũt p̃ illud qđ cõiter ab oĩbus sacris cõceditur:qđ in abstractis a mã ulountas determinaẗ pro

æterno. Tertio dicit expositor q intellectus recipiens talem intellectionē & ipsa essentia: quæ intelligit: quæq; est ratio totalis intelligēdi: differūt secundum rem prædicamenti: quoniā eētia est substantia: & intellectus eorum est uirtus siue potentia / siue qualitas: eo quia in creaturis uirtus & essentia differunt: nulla. n. creatura apud expositorem agit uel patitur per eētiam: solus. n. deus agit per potentiā: quæ est eius eētia. Quibus patet apud expositorē q motores secundi intelligunt se se per eorū essentiam: hæc expositor. Obiciunt aūt expositori exteri. Primo quia obiectū in rebus creatis non est totale agens intellectionē / nec natura cōis est totalis ratio agendi: igitur eētia non est totalis ratio agendi intellectionem in illis: & sic primum expositoris fallit. Contra secundū arguunt. Primo quia intellectus in talibus recipit intellectionem uolēs / & per uoluntatē: ueluti & nos: igitur non necessario semp se se intelligunt. Secundo talis intellectus est potentia ad intellectionem: quia intellectio non est substantia / sed accidens: & oē quod est in potētia: potest esse in actu & sub priuatione actus: ut deducetur ab Ari. in hoc duodecimo: unde Ari. in hoc duodecimo ut exponit Auerroes: facit tale enthymema si prima intelligentia esset in potentia ad intellectionē: eius intellectio non eēt cōtinua: quare p idē arguunt intellectus cuiuslibet motoris secundi est in potētia ad intellectionem per expositorem: igitur intellectio non est cōtinua. Contra argunt: quia ubi essentia & uirtus differunt secundum rem: tunc talis actio non esset inmanens deducitur quia agens & patiens non esset idem: ut patet nono huius: & sic hęc positio expositoris refellitur ab his. Propter hęc tenet princeps exterorum q essentia in illis est ratio agendi & obiectum agens intellectionem: sed non totale: sed partiale: ut enim in intellectione nostra obiectum & intellectus constituunt unam causam totalem intellectionis: sic in illis essentia & eorum intellectus constituunt unam causam totalem intellectionis: qua se se intelligunt. Secundo dicit q intellectio: qua tales se se intelligunt non est continua: & necessaria. Tertio dicit q intellectus intelligens in illis / & obiectum siue essentia intellecta sunt idem secundum rem: differunt autem ex natura rei. Primum est deductū contra expositorem: quia obiectum nunq̄ est totalis causa / nec totalis ratio agendi intellectionem. Secundum est probatum per rationem Aristotelis in hoc duodecimo: dicit Aristoteles q si prima substantia intelligit per potentiam q est in potentia ad intellectionē: tunc eius intellectio non esset continua: quare eadem ratio ualebit de cæteris. Tertium nūc supponatur de mente eius alibi: non enim oportet disputare de illo nūc. Sed cōtra hanc positionem sunt non paruę rationes. Prima quia secundum oēs peripateticos in seperatis a materia idem est intellectio & res intellecta: igitur essentia intellecta & intellectio qua illa intelligitur idem est: & ita

Tertia concl.

Obiectōes exterorum.

Comento. li.

Pō exterorū prīcipis.

Confutatio.

intellectio non est accidens:sed substantia. Secunda nulla uidetur necessitas ponendi intellectum in illis esse causam partialem intellectionis: eo quia ut in sensibus obiectum est totalis causa sensatiōis:& sic est in intellectione obiectum totalis causa intellectionis. Tertia est: quia Aristoteles
Comen. xxxix in hoc libro & Auerroes:dicunt differre intelligere nostrum ab intelligere illorum:quia illi perpetuo & semper intelligunt: nos paruo tempore: igitur intellectio illorum est cōtinua. Præterea intellectio oritur ab essentia & intellectu. Sed hæc sunt semper/& aplicata: igitur semper intellectio/& continua erit. Amplius ut Auerroes docet nos non semper intelligimus:quia laboramus saltem per accidens intelligēdo:at illi intelligūt sine labore: ut docet Aristoteles: igitur eorum intellectio est perpetua. Hæc de positionibus.

¶ Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione debes scire ꝙ catholici differunt a philosophis:nā philosophi ponunt tales motores substantias sempiternas & intellectus seperatos:& quatenus sunt substantiæ sempiternæ. Philosophi ponunt illas actus puros:quibus nihil potentiæ contingentis est ad mistum:& ita coguntur dicere intellectionem non esse accidens/nec intellectum esse accidens:eo quia actus purus non substat accidentibus: cum nihil potentiæ
Dilucidatio apͣ peripateticos. contingentis habeat. Tūc apud peripateticos dilucidandum est & dicendum. Primo ꝙ tales substantiæ intelligunt se per essentiam ad hunc sensum/ꝙ essentia est totalis ratio intelligendi/totalis intellectio / & totale obiectum intelligibile:patet quia tales substantiæ nihil habent potentiæ contingentis: igitur hæc omnia eadem sunt. Secundo dicendum ꝙ licet sub ratione generis obiectum intelligibile & intellectus differunt:sub ratione speciei:& in tali natura non differunt:igitur obiectum intelligibile: ratio intelligendi:intellectio & intellectus eadē sunt in talibus: quatenus
Excerptum primum. omnia sunt una simplex substantia:& purus actus. Ex his sequitur primo ꝙ quælibet talis substātia est sibi intellectio. Amplius sibi ratio intel
Secundum. ligendi: rursus sibi obiectum intelligibile. Secundo sequitur in talibus quemlibet intellectum esse sibi intellectionem/sibi obiectum intelligibile/sibi rationem intelligendi. Ex omnibus his patet apud peripateticos
Pō catholica. tales substantias intelligi per earum essentias:hæc peripatetici. Catholici uero quia tales substantias ponunt contingentes & possibiles nō esse:uoluntate tamen diuina perpetuas: ut Plato etiam sentit in timæo: ponunt in talibus potentiam esse aliam ab essentia. Amplius in talibus accidētia
Dilucidatio catholica. concedunt. Dicendum igitur tunc primo ꝙ intellectio:qua tales substantiæ se se intelligunt: est accidens. Secundo dicendum essentiam non esse
Excerptum primum. sibi intellectionem: sed obiectum intelligibile: uel rationem intelligendi. Ex omnibus his patet apud catholicos nullam talem substantiam

esse sibi intellectionem:quia tunc intellectio esset substãtia. Amplius nullum intellectum esse sibi rationem intelligendi / nec sibi intellectionem / nec sibi obiectũ intelligibile:ut deductũ est. Quia uero essentia est perfectior quauis re materiali:& intellectus perfectior nostro intellectu:sequitur in talibus essentiam esse totalem rationem intelligendi & totale obiectum intelligibile:ut expositor recte sentit. Qua ratione fit / ut tales substantiæ se se per essentias intelligant;hæc catholice. Et de dilucidatione hactenus. Secundum.

¶ Caput solutionum quintum.

His apertis. Ad primam concedo intellectum esse actu intellectilem:& sibi præsentem:& sic sequitur quantum est ex parte sui posse se se per eius essentiam intelligere:non tamen se se per essentiã intelligit propter impedimentum:est autem impedimentum ꝙ propter ordinem potentiarũ nihil potest intelligere nisi phantasiabile:unde autem hoc impedimentũ nostro intellectui sit tributum:catholici dicunt propter peccatum primi hominis:philosophi propter ordinem naturalem potentiarum sibi mutuo deseruientium:motores uero cœlici nec propter peccatũ: nec propter ordinem potentiarum sunt impediti:& sic se se intelligunt per essetiã. Quo uero modo intellectus ipse se se intelligat:tertio de anima:& libro de intellectu dictum est. Ad secundam dico ꝙ duplex est singulare:quoddam qđ est unum in tota eius specie:utpote singulare inmateriale : quod nec est / nec potest esse plus uno in eius specie:& tale est per se intellectile. Aliud est singulare:quod sub eadem specie est plus uno:ut singulare materiale: & tale est singulare materiale:quod ratione materialitatis est bene sensile: non autem intellectile : & tunc patet ad formam : essentia enim motoris cœlici est singularis primo modo:& propterea per se intelligibilis. Ad tertiam dico ꝙ ratio non est ad propositum:quia motor cœlicus non intelligit se recipiendo actum intelligendi ab eius essentia: non enim est accidẽs talis intellectio:sed intelligit se per intellectionem : quæ est substantia siue essentia intelligentis:& propterea ratio non militat:per idem. Ad quartam supponit enim falsum:nõ enim intelligere tale est in pati : ut dictum est. Ad quintam concedunt peripatetici totum: & dicunt talem modum intelligendi non competere soli deo : sed omnibus seperatis : quia omnia sunt inmaterialia:deo autem soli competit independenter : cæteris autem dependenter:ut dicetur. Ad rationes uero contra expositorem pace eorũ dixerim nullæ sunt. Ad primam negatur suppositio:non enim obiectum est partialis causa:sed totalis ipsius intellectionis;illa enim suppositio debet disputari in libro de intellectu : ubi diligenter est disputata : & nunc omittitur. Ad aliam dico ꝙ illa intellectio non est necessaria simpliciter: sed ex suppositione ex determinatione pro æterno ; ut expositor exponit;

uel dici potest uoluntatem esse necessariam in illis si cōperetur ad intra: extra uero est contingens: ut patet de illa dei. Ad aliam cōcedo intellectū esse in potentia ad ipsum intelligere secundum dimidiū contingentis: nō autem secundum utrunq;: & propterea est tantū ad esse: & non simul ad esse: & non esse propter dictam causam. Quo uero mō intelligitur deductio Ari. quæratur in nostris cōmentationibus. Ad aliam dico q̧ ad hoc ut actio dicatur inmanens: sufficit ut agens sit passo unitum inseperabiliter apud Thomam: Hæc de disputatione octaua hactenus.

¶ Nona disputatio est / si unus talium motorum intelligat alium.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod unus talium nō cognoscat aliū: arguitur. Primo intellectus taliū: habet in se aliquam naturam determinatam de numero illarum naturaꝝ: igitur alias cognoscere non potest: tenet argumentū per Ari. in tertio de anima: ubi dicitur q̧ habere similem naturam impedit cognoscere extranea. Secundo si unus talium cognoscit alium: aut per essentiam motoris cognoscentis: aut motoris cogniti: aut per speciem: non per essentiam motoris cognoscētis: quoniam omnis cognitio fit per simile: sed essentia motoris cognoscentis non est similis motori cognito nisi in genere: ut supponitur: igitur hæc cognitio esse in genere / & cōfusa: nec per essentiam motoris cogniti: quia illud quo intellectus intelligit est intrinsecū intellectui: at essentia unius non est in trinseca essentiæ alterius: nec per speciē: quia species non differt ab ipso motore intellecto: cū utrunq; sit in materiale: igitur nullo modo unus alium cognoscere potest. Tertio si unus aliū cognoscit: aut per speciem innatam: aut per speciem e rebus ipsis acquisitā: non per speciem innatam: quia ubi tunc deus nouum motorem crearet: non posset cognosci ab his: qui nunc sunt: nec per speciem acquisitam e rebus: quia tunc motores superiores non possent inferiores cognoscere: quia ab illis nihil recipere possunt: igitur nullo pacto unus alium cognoscere pōt. Quarto quilibet beatur in sui ipsius cognitione: igī superfluit ut unus cognoscat alium: antecedens concedunt peripatetici: & consequētia patet: quia beatitudo est simplex. Quīto si unus illorum cognosceret alios: uel omnes simul: uel ordine quodam: non oēs simul: quia unus intellectus unum ītelligit quarto huius: nec ordine quodam: quia ut dr̄: huius duodecimi in illis non est ordo / nec consecutio: igitur non potest unus illorum cognoscere omnes alios. Sexto si unus illorū intelligeret inferos: tunc uilesceret: ut deducit Auerroes in hoc duodecimo, In contrarium ar-

Comento. xliiii

Comēto, li.

guitur:quia inferior agit gratia superioris:igitur cognoscit superiorem. Præterea inferior cognoscit essentiam primi:& essentiam propriam infimam:igī oēs medios motores. Hæc de dubitationibus.

¶Caput tituli secundum.

Pro intellectu tituli debes scire ꝙ motores sunt ordinati ceu eorum mobilia:quæ dicuntur orbes:& propterea sunt motores superiores:& sunt motores inferiores:Superiores motores sunt hi:q sunt primæ substātiæ ꝓximiores: quiq; mouent perfectiora mobilia: Motores inferiores sunt:qui sunt e prima substātia remotiores:quiq; mouent imperfectiora mobilia: propterea disputatio quærit si infimus illorum intelligit omnes superiores:& supremus omnes inferiores:& si medius tam superiores q̄ inferiores. Secundo debes scire ꝙ in tali disputatione/ueluti in cæteris præcedentibus excludimus deum:non enim quærimus nunc si unus illorum intelligat omnes alios claudendo in aliis deum ipsum:quia de hoc formabimus seperatam disputationem. Hæc de titulo.

Motoris superioris. Motoris inferioris.

¶Caput positionum tertium.

De præsenti disputatione sunt:qui etiam ad mentem Ari. tenent unū motorem talium nihil intelligere præter se:& per eius essentiam: In qua quidem cognitione unusquisq; beatur. Mouentur quia quēadmodū primus motor nihil intelligit extra se:propterea quia se se intelligit per eius essentiam: sic cum quilibet motor inferior per suam essentiam se intelligit: nihil extra se intelligit:igitur unusquisq; se se intelligit tantū. Secundo mouentur quia quilibet talis est infinitus perfectione/ ut credunt de mente Ari. igitur unusquisq; est sibi beatitudo:& felicitas:& per cōsequens nullus eorum intelligit nisi semetipsum. Sed hæc pō non est peripatetica. Primo quia tunc omnes motores essent perfectione æquales: deducitur qa omnes essent infiniti:& æqualiter beati. Secundo quia Ari. ponit omnes intendere unum finem: igitur omnes intelligunt aliquid præter se:quia ille finis est alius ab omnibus motoribus secundis. Tertio apud peripateticos intellectus noster intelligit omnes superiores substantias: & omnes inferiores:igitur quilibet intellectus superior. Sic enim deducit Auerroes tertio de anima. Quarto intellectus cuiuslibet taliū est magis capax beatitudinis q̄ sit noster intellectus:sed noster non beatur in cognitione sui: sed in cognitione omnium superiorum/igitur intellectus cuiuslibet illorum/non debet beari in cognitione sui tantum:sed omnium aliorū: hæc igitur positio est erronea. Auicēna clarissimus in philosophia uoluit inferiorem intelligentiā cognoscere eam tantum:quæ sibi est proxima:& nullam aliam:in illam beari:atq; felicem effici:inferiores quidē non quia qcquid perfectionis est in inferioribus:continetur in superiori:remotiorem minime:quia remotior non habet cognitionem cū illa:eo quia nulla ꝓdu

Prima pō. Argumentum pōis. Confutatio. Comē.xxxvi. Pō Auicennæ

citur nisi a sibi ꝓxima: hæc Auicēna nono suæ metaphysicæ capite quar-
Confutatio. to. Hæc positio est reprobata in libro de intellectu: & alibi & nunc cōtra ipsam arguo: quia nō minoris beatitudinis est humanus intellectus: q̄ sit cœlicus: ut oēs tenent: sed humanus nō beatur nisi in cognitione primi entis: igitur nec cœlicus: minor est probata in libro de beatitudine: & nunc supponitur. Secundo prima substantia est intelligibilis ab infimo intellectu utpote ab intellectu nostro: qui est infima intelligentiarum secundū Auerroem: igitur ab omnibus intermediis intellectibus: qui sunt & perfectiores: & capaciores nostro intellectu. Tertio apud Ari. prima substantia mouet / ut amata & intelligibilis: & oēs aliæ ut amantes / & intelligentes: igitur omnes intelligunt primam substantiam. Quarto omnes depē-
Comēto. xliiii. dent a prima substantia secundum Ari. & Auerroem: igitur omnes beantur in prima substantia: & per consequens non tantum in proxima: hæc uolo sufficiant cōtra Auicennā: quia in libro de beatitudine multa scripsi-
Pō auerrois mus de his. Auerroes autem licet uarie loquatur: tamen quod pro maiori parte suis dictis consonat: est ꝙ inferior intelligentia oēs superiores intelligat: & nullam inferiorem: potest persuaderi positio: quia intelligibile est perfectio intelligentis: sed inferior nō potest esse perfectio superioris: igitur inferior non potest intelligi a superiori. Secundo intelligentia media cognoscit aliquod: quod continet perfectionem omnium inferiorum. igi-
Confutatio. tur frustra cognosceret inferiores. Sed hæc positio siue sit Auerrois / siue cuiussis non est uera. Primo quia per eius rationes probarē ꝙ intellectus noster nō posset intelligere res materiales: qa res materiales non possunt esse perfectiōes intellectus: sunt enim multo imperfectiores: per secundā rationem probarem ꝙ intelligentiæ non intelligerent nisi primam tantū quia prima continet profectiones omnium cæterarum. Igitur superflueret cognoscere cæteras. propterea hæc pō nulla est. Hæc de pōibus.

¶ Caput dilucidationes quartum.

Quæ sunt in dilucidatione uidenda. Pro dilucidatione. Primo uidendum est si una intelligentia aliam cognoscat. Secundo si eodem modo superiores: & inferiores. Tertio si inferior cognoscendo omnes superiores & omnes inferiores ordinē habeat. Quar-
Si una intelligētia aliā cognoscat. to qualis sit nam hæc cognitio? Quantum ad primum concordant & catholici: & peripatetici: & platonici ꝙ una intelligentia aliā cognoscit: unde in libro de causis dicitur ꝙ omnis intelligentia scit res: quæ non corrūpuntur. Declaratur autem illud: quia intelligentia media depēdet ab omnibus superioribus: & est causa omnium inferiorum. Igitur quatenus ab illis dependet: debet redire ad illas: Aliter esset impfecta. quatenus est cau-
Si eodē mō una intelligentia cognoscat oēs. sa inferiorum / debet cognoscere illas. In omni enim causa continetur cognitio effectus. Sed quoniā de hoc primo non est multa difficultas: sufficiant hæc. Quantum ad secundum uolunt Philosophi ꝙ nō eodē modo:

nec eadem cognitionis ſpecie media cognoſcat ſuperiores & inferiores. imaginantur enim intelligentiam mediã deprehendere ſuperiorẽ per eẽntiam ſuperioris: inferiorem uero per eſſentiam propriam. Primum declarant quia eſſentia ſuperioris eſt ſibi & inferiori ĩtellectio: & ſic inferiores intelligũt ſuperiores per eſſentias illarum: eſt aũt intelligere aliquid per eſſentiam illius/ut proxima diſputatiõe diximus: qñ intelligitur aliquid per eius eſſentiam tanq̃ per rõem cognoſcendi/nec ſpecie nec actu cognoſcendi concurrente. Ex hoc ſequitur primo ꝙ inferior intelligentia cognoſcit ſuperiorẽ intellectione: quæ eſt ſubſtãtia: deducitur quia cognoſcit ſuperiorem per eſſentiam ſuperioris cognitæ: ſed eſſentia illa eſt ſubſtãtia: igitur inferior cognoſcit ſuperiorem cognitione/quæ eſt ſubſtãtia. Secũdo ſequitur ꝙ unamet res eſt intẽtio/& res: deducitur qa ſuperior intelligentia quatenus cognoſcitur ab inferiore eſt intẽtio: quatenus aũt eſt ens naturale: eſt res. Tertio ſequitur apud peripateticos non eſſe neceſſariam ſpeciem intelligibilẽ/nec actum intelligendi ſi inferior debet ſuperiorem intelligere: deducitur quia Ari. non ponit ſpẽm: niſi quia obiectũ non eſt per ſe in aĩa: lapis enim inquit nõ eſt in aĩa/ſed ſpecies lapidis: at ſuperior intelligentia eſt intimior proximæ: q̃ ſit eius ſpẽs: quia quatenus intẽtio: eſt illius perfectio. Præterea Ari. non ponit ſpẽs niſi rerum materialium: at ſuperiores ſunt inmateriales. Quo aũt mõ apud philoſophos media intelligẽtia cognoſcat inferiores: declaremus. Et primo dicemus ꝙ media non cognoſcit inferiores per eſſentias illarũ: patet quia inferior non eſt ſibi/& ſuperiori intellectio: quia nõ eſt ſibi res: & ſuperiori intentio: cũ nõ ſit forma ſuperiori. Dicimus ſecũdo ꝙ media non ĩtelligit inferiores per ſpecies defluxas ab illis: deducitur quia illæ ſpecies nõ dantur ut deductũ eſt: igitur media intelligentia ſi illas cognoſcit: illas intelligit per eſſentiã propriam: nã eſſentia propria eſt intellectio ſui primo & per ſe: & oĩum alioꝝ: quæ ab illa media dependent per eius eſſentiam ſecũdo & per accidens: modo inferiores dependent aliquo pacto a media/& ꝑꝑ eius eſſentiam: igitur media cognoſcit inferiores per eius eſſentiam: hoc eſt quatenus eius eſſentia eſt primo & per ſe ratio cognoſcendi ſui: ſecundo & per accidens inferiorũ. Ex his patet ſecundum uidelicet ꝙ nõ eodem mõ media cognoſcit oẽs: & hoc eſt quod dicitur in libro de cauſis: dr̃ enim ꝙ oĩs intelligentia ſcit q̃d eſt ſupra ſe: inquantum eſt cauſata ab eo: & quod eſt ſub eo: inquantũ eſt cauſa eius. Ex his ſequitur. Primo ꝙ media intelligentia intelligit ſuperiorem ſcĩa/quæ nec eſt cauſa ſuperioris/nec effectus ſuperioris: ſed bene ſcĩa quę eſt cauſa intelligẽtiæ intelligẽtis: patet: quia cognoſcit ſuperiorẽ per eẽntiam ſuperioris: modo eẽntia ſuperioris non eſt cauſa ſui/nec effectus ſui: ſed bene cauſa intelligẽtiæ intelligẽtis. Secundo ſequitur ꝙ media intelligẽtia ſcit inferiores ſcĩa quæ eſt cauſa;

Primum excerptum. Secundum. Tertium. Primum excerptum. Secundum.

deducitur:quia intelligit illas per essentiam propriã:quæ est causa illarũ• igitur scit illas scientia:quæ est illarum causa• Tertio sequitur mediã intel ligentiã scire supiores bifariã / & scĩa quæ est effectus / & scĩa quæ est cã. Quod qdẽ sciat illas scĩa / quæ est effectus:deducitur: qa scit illas p eẽntiã propriã media.n.intelligẽtia:per essentiã mediæ cognoscit se:& supiores: cuius talis eẽntia est effectus:igitur cognoscit illas scĩa: quæ est effectus. Quod uero illas sciat scĩa:quæ est cã:deducitur:quia scit illas per eẽntias illarum:& essentiæ illarum sunt causæ inferiorũ:igitur scit illas scĩa:quæ est causa. Quarto sequitur ꝙ media intelligẽtia scit inferiores uno tantũ modo:utpote scĩa quæ est causa:quia scit illas sua essentia / quę est cã illarum:hæc de secundo. Et de tertio agamus:& dicamus ꝙ media inferiores non cognoscit ordine aliquo:quia illas non cognoscit per essentias illarũ: nec per species defluxas ab illis:sed per eius essentiam : quæ est una oĩum simplex cognitio:Superiores aũt non cognoscit ordine tpis : quia oẽs simul & ab æterno:sed quia duplex est ordo perfectionis uidelicet & originis:dicunt philosophi ꝙ ordine pfectionis semp perfectiorem prius intel ligit:ordine originis imperfectiorẽ:igr uia originis primo ipsa media ĩtel ligentia cognoscit suã essentiam:deinde proximiorẽ usqꝫ ad ultimã : quatenus semp proximior est ut dispositio ad altiorẽ:hęc dicit Averroes in libro de beatitudine:hæc pauca de tertio. Et de quarto dicamus• Et primo ꝙ catholici differunt a philosophis.nam catholici uoluerunt intelligẽtias bifariã processisse a prima oĩum causa / & quo ad esse naturale siue reale: quod est esse subsistẽtiæ:& quo ad esse intẽtionale. Quo quidẽ ad eẽ reale:deus est causa intelligentiarum simpliciter. Quo uero ad esse intentionale:quatenus deus imprexit similitudines tam rerũ spiritualiũ / q̃ rerũ materialium:ut uidelicet per huiusmodi siue species / siue rões / siue similitudines imprexas: tam corporia / q̃ spiritalia cognoscerẽt:philosophi aũt negant tales spẽs siue rões / uolentes intelligentias non ꝓcessisse a prima substantia nisi a uno modo uidelicet secũdum esse reale:& quia processerunt secundũ esse reale:ideo bene comperatur inferioribus intelligentiis dupliciter & ut res / & ut intentio:ut res quidem est causa rerum:& ut intentio est illis oĩbus cognitio / ut dictum est:& ppea negant tales spẽs: dico ꝙ põ theologorum est uera:tum quia oẽs sacri in illa concordant,tum quia facilior / & non hẽt tot dubia. Hæc de dilucidatione •

Tertium.

Quartum•

Media si omnes ĩtelligat ordĩe

Duplex ordo•

Qualis nam sit cognitio

¶ Caput solutionum quintum.

His disputatis. Ad primã dico ꝙ licet ĩtellectus illorum habeat aliquam naturã:illa non impedit:qa est spẽ distincta: & præterea nõ per modum nostrũ intellectio illorũ fit. Ad secundã dico ꝙ potest teneri per oẽs illos modos:& cõceditur primo ꝙ cognitio / qua media intelligẽtia cognoscit per eius essentiã:sit in genere & cõfusa nec hoc est exstraneum quia non

solum hac cognoscit:sed aliis modis conceditur secundo ꝙ per essentiam motoris cogniti & negatur talem essentiã esse extran eã:imo est intimior intellectui mediæ:q̃ sit spẽs:cõceditur tertio ꝙ per speciem: quia licet species & essentia non differunt quo ad eẽ materiale:& inmateriale:differũt quo ad esse naturale & intẽtionale:quia ipsa intelligentia quo ad eẽ reale: est forma sussistens:species aũt nõ habet nisi esse intentionale. Ad tertiã dico ꝙ per species concreatas a deo ipso:& dico ꝙ ubi deus creasset nouã naturam:etiam nouã speciem cõcreasset. Ad quartã negatur absumptũ: non enim beatur in sui cognitione beatitudine completa:sed beatitudine: quæ est dispositio ad supremam. Ad quintam patuit solutio. Ad sextam dico ꝙ uilesceret si illos cognosceret recipiendo cognitionem ab illis. Hęc de disputatione nona.

¶Decima disputatio est si una intelligentia cognoscendo deũ & oẽs alias:intuitiue cognoscat.

¶Caput dubitationum primum.

Quod nulla intelligentia cognoscat deum/arguitur. Primo quia deus in infinitum distat ab intelligentia:sed in infinitum distans nõ põt attingi: igitur nulla intelligentia põt deum cognoscere. Secundo si intelligentiæ deum intelligerent intuitiue:tunc oẽs essent naturaliter beatæ: hoc est falsum:quia beatitudo non est ens naturaliter acquisibile. Tertio quælibet intelligentia cognoscit deum & oẽs alias intelligẽtias per sui ipsiusmet cognoscentis substantiam:ut dictum est:igitur non intuitiue. Quarto pfectius quælibet intelligentia deum cognoscit:q̃ nos illum aprehendamus: sed nos aprehendimus illum & oẽs intelligentias per collectionẽ pluriũ prædicatoꝝ discurrẽdo:& cõponendo:igr̃ quęlibet intelligentia illum & oĩa seperata cognoscit per multo plura p̃dicata cõponendo & diuidendo: & discurrendo:quare nõ intuitiue. Quinto intellectus perfecte actingẽs aliquid:illud attingit secundum oẽm rationem attingendi: sed intellectus intelligentiæ perfecte se/& deum & oẽs intelligẽtias attingit:igitur secũdum oẽm rationẽ attingendi:sed attingere secundum oẽm rõnem nõ est attingere intuitiue:sed compositiue/diuisiue/& discursiue colligendo p̃dicata propria & cõia quiditatiua & qualitatiua/essentialia & accidentalia:igitur nulla intelligentia cognoscit deũ & cæteras intelligentias intuitiue. Incontrarium arguitur:quia intelligentiæ inferiores intelligũt superiores per essentiam illarum:igitur intuitiue:añs est declaratũ. Præterea dicitur in textu ꝙ illæ intelligentiæ sunt semper in illa dispositione in qua nos sumus paruo tempore:& loquitur Aristoteles ut exponit Auerroes: Comen. xxxix.

de generatione beatifica: quæ non est nisi intuitiua: igitur illæ solũ intuiti ue deum & cæteras substantias cognoscunt. Prętérea plus est uirtus apręhensiua intelligentię q̃ sit itellectus possibilis affectus toto intellectu speculatiuo: sed apud pipateticos itellectus possibilis affectus toto itellectu speculario põt deũ attingere intuitiue: igr intellectus cuiuslibet intelligẽtiæ semp deũ & oĩa seperata attingit intuitiue. Hæc de dubitationibus.

¶ Caput tituli secundum.

Pro intellectu tituli debes scire ut in primo & secundo huius diximus ꝙ apud sacros / & peripateticos duplex est cognitio: altera intuitiua: quæ ab Auerroe dicitur essentialis tertio de aĩa: altera abstractiua: intuitiua est qñ est ad ipsum obiectũ in se terminata: abstractiua autem qñ non ad ipsum obiectũ in se terminatur: sed ad repręsentatiuũ illius obiecti: uerbi cã cognitio qua intellectus colorẽ cognoscit in se: atq̧ in propria existentia: dr intuitiua: ea uero cognitio quę est coloris non in se: sed in proprio coloris repræsentatiuo: dr abstractiua: uerbi causa: ea quę est phantasmatis coloris; iusta quam distinctionẽ concedi solet unã eandemue notitiam esse intuitiuã & abstractiuam: nõ quidẽ una rõe: sed diuersa: nam notitia qua phantasma in se ipso apręhenderetur: esset intuitiua respectu ipsius phãtasmatis: abstractiua aũt respectu rei repræsentatæ: & ita una eadẽue notitia est intuitiua & abstractiua: intuitiua quidem ipsius representatiui: abstractiua uero rei præsentatæ. Ex his apparet titulus. & quid per notitiam intuitiuam intelligimus. Aĩaduersione dignum nos in disputatione supposuisse quamlibet intelligentiã cognoscere deũ / & cęteras seperatas substantias: non enim in hoc est dubium: ut uisum est in proxima disputatione: quærimus autem de modo cognoscendi: an quidem sit intuitiue: an abstractiue: an qui: hæc enim est non parua qõ: & inter sacros / & philosophos non parua dñа. Hæc de titulo.

Comen. xxxvi. [margin note beside "Auerroe dicitur essentialis tertio de aĩa"]

¶ Caput positionum tertium.

Tho. prima pte .q. lvii. arti. iii. [margin note]

In ista disputatione respõdet Thomas in q̃ pluribus locis suæ theologiæ & dicit trifariã aliquid cognosci uno modo per præsentiam suæ essentiæ in cognoscente: & hac rõe lux ur ab oculis: & hoc pacto una queq̧ intelligentia se ipsam cognoscit: dictum est enim intelligentiã se ipsam cognoscere per eius essentiã / tanq̃ per rõem cognoscẽdi. Alio modo per p̃sentiã suæ similitudinis in potentia cognoscitiua: & hac rõne lapis ab oculis ur: quia per hoc quod eius similitudo resultat in oculis: & hoc pacto intellectus humanus intelligit res ipsas materiales. Tertio modo per hoc quod similitudo rei cognitæ non accipitur inmediate ab ipsa re cognita: sed a re aliqua in qua resultat: & hac rõe hoiem in speculo uidemus: hac distinctione stante Thomas noster tenet. Primo ꝙ nulla intelligentia deum intelligit ex puris naturalibus primo mõ hoc est per essentiã dei: probatur quia

Prima cõclusio tho. & herrices. [margin note]

nulla creatura in puris naturalibus derelicta est naturaliter beata: modo nihil aliud est beatitudo: nisi intelligere deum per essentiam dei hoc est intellectione: quæ est ipsemet deus: quare nulla intelligentia deum hoc pacto itelligit derelicta suæ naturæ/& circūscripto omni supernaturaliter aduenticio: sicut nulla illarum est naturaliter beata. Secūdo tenet ꝙ nulla intelligentia intelligit deum secundo modo hoc est per præsentiam suæ similitudinis siue suæ speciei in intellectu intelligentiæ: probatur hoc a solēni doctore herrico primo nulla similitudo/siue species/siue effigies ducit indistinctam noticiam alicuius: nisi æquetur illi: sed nihil potest deo æquari: qa deus est infinitus: & nihil citra deum est infinitū: igitur nulla intelligentia potest deum intelligere per presentiam similitudinis dei distincte representatiuæ illius. Secundo ubi illa species poneretur: illa magis conueniret cum re creata: quam cum deo: ex quo ponitur creata. Sed illa non ducit in distinctam noticiam alicuius rei creatæ. Igitur nec indistinctam dei noticiam. Tertio nihil potest esse imago infiniti: deus est infinitus: igitur nihil potest eē imago: siue species dei: & sic talis species nulla est. Quarto hac specie concessa: tunc quælibet intelligentia posset naturaliter distincte deum cognoscere: quia per hanc speciem mentibus separatis imprexam. Hæc herric9. Tertio tenet ꝙ intelligentię in puris naturalibus derelictæ cognoscunt deum tertio modo hoc est per essentias earum: quatēus essentia illarum est dei imago. probatur quia essentia cuiuslibet rei imo animæ nostræ est dei imago/igitur essentia cuiuslibet intelligentiæ: quare si per essentiam animæ nostræ possumus deum cognoscere/quatenus essentia illa est dei imago: a forciori per essentiam intelligentiæ ipsamet intelligentia potest deum cognoscere. Ex his sequitur ꝙ ipsæ intelligentiæ nec intuitiue nec abstractiue in puris naturalibus derelictæ hoc est circumscripto omni supernaturaliter aduenticio possunt deum cognoscere: quia non cognoscunt deum per essentiam dei: quod est intuitiue cognoscēre: quia sic essent naturaliter beatæ: nec cognoscunt deum per hoc quod cognoscunt aliquod representatiuum dei: ut pote speciem/seu phantasma: quod est abstractiue cognoscere. Igitur nec intuitiue nec abstractiue deum cognoscunt. Secundo sequitur ꝙ quęlibet intelligentia deum intelligit intellectione: quæ est essentia intelligentiæ intelligentis: probatur quia quælibet intelligit deum per essentiam intelligentiæ intelligentis: ut dictum est. Hæc thomas & herricus. Obicit autē exterorum princeps primo quia si intelligentia intelligit deum per essentiam propriam inquantum est imago dei: tunc quælibet intelligentia discurreret intelligendo deum: probatur quia duplex est imago: altera cognita: quo modo effectus est imago causę effectus enim est causę imago: non autem ducit in cognitionem causæ: nisi quatenus effectus cognosci-

Secunda cōclu.

Rationes herrici quolibet. iii. q. iii. & quolibet iiii. q. vii.

Tertia conclu.

Excerptum primum.

Excerptum secundum.

Obiectiōes scoti in. ii. lib. sentētiarum dist. iii. q. ix.

tur altera est imago non cognita:quomodo species lapidis in intellectu re
sultans est imago lapidis:dicta quidem nõ cognita:quia representat lapi-
dem:& ipsa non cognoscitur nisi reflexe•Si igitur intelligentia cognoscit
deum p essentiam propriam tanq̃ per imaginem:& non tanq̃ per imagi
nem non cognitam:ut probatum est ab eis:igitur tanq̃ per imaginẽ co-
gnitam. Sed cognoscere aliquid per imaginem cognitã est discurere ab
illo cognito.igitur intelligentiæ discurrerent. Secũdo nullum obiectum
facit distinctam noticiam alterius obiecti:nisi includat in se uirtualiter il
lud.quia quod non includit aliud in entitate:non includit illud in cogno-
scibilitate: sed essentia intelligentiæ non includit uirtualiter essentiã di-
uinam sub illa ratione distincta:igitur non est ratio cognoscendi eam di
stincte sub aliqua ratione•Propter hæc exterorum princeps uoluit q̇ quã
uis intuitiue nulla intelligentia possit deum/distincte cognoscere natura
liter:bene tamen potest eum natuliter distincte cognoscere abstractiue•
Quod quidem nulla intelligentia possit intuitiue deum naturaliter intel
ligere/probat quia nulla creatura est naturaliter beata:& in hoc cõuenit
cum positione prima• Quo uero modo intelligentia deum distincte ab-
stractiue naturaliter ĩtelligat:laborat uir iste:& tandem ponit cuilibet in
telligentiæ inditam esse quandam speciem dei naturaliter representatiuã
& hanc non uult esse naturalem cuilibet illarum hoc pacto q̇ intelligen-
tia ex naturalibus suis possit illam aquirere:nec q̃a possit eam habere ex
aliquo obiecto naturaliter agente:quia licet habeant illam ab essentia di-
uina:tamen essentia diuina non naturaliter illam agit:quia nihil agit na-
turaliter ad extra.Sed dicitur naturalis:quia est intelligentiæ indita tanq̃
eius naturalis pfectio.Per hanc igitur speciem hoc pacto naturalem uult
quamlibet intelligentiam deum distincte cognoscere:& abstractiue.quia
hæc species representat deum non ut in propria presentia constitutum:
quia etiam absentem illum repræsentare est apta•Quare quælibet ĩtelligẽ
tia deum distincte cognoscit naturaliter:& abstractiue:naturaliter quidẽ
quia p quoddam:quod est intelligẽtiæ naturalis pfectio: abstractiue ue-
ro:quatenus illud representat deum non tantum quatenus præsens est:
Sed etiam quatenus absens• Quæ quidem species deum distincte repræ-
sentat:quia illum sub propria & essentiali ratione.persuadet uir iste posi
tionem eius:primo quia naturalis beatitudo intelligentiæ est perfectior
& maior naturali beatitudine hominis etiam naturaliter beati: & non ui-
detur per quid sit maior:nisi per talem speciem•Secundo quia si quis ui-
disset essentiam dei: potest memoriam habere illius noticiæ:ut de paulo
sacri omnes scribunt.& non uidetur per aliud nisi per talem speciem ser
uatam.Hæc exterorum princeps:cœtera quæ dicit:quia attinẽt ad sacra:
omicto.Sed pace tanti uiri dixerim:hæc positio uidetur dubia•primo q̃a

Positio exterorum principis i secũdo lib• sententiarũ distin• iii.q•ix.

Confutacio.

si noticia hæc dicitur abstractiua pro tanto/quia species illa potest repræsentare essentiã diuinam præsentem: & absentem: tunc intellectus noster per speciem in ipso collocatam nihil posset ĩtuitiue cognoscere: quia semper per talem speciẽ posset rem præsentatam utroq; modo cognoscere: & sic oĩs talis esset abstractiua. Secũdo uidetur hæc species frustra: quoniã quicquid potest deus per causam secundã: potest agere sine illa: sed deus & talis species possũt in intellectu intelligẽtiæ efficere noticiam distinctã essentiæ: igitur deus solus: & per consequens frustra hæc species ponitur. Tertio uidetur q̧ hæc noticia nõ sit naturalis per talem speciem: quia si dicitur naturalis: quatenus est p speciem: quæ est naturalis perfectio intellectus intelligentie: tunc oĩs noticia habita de deo est naturalis: quia tam distincta abstractiua q̃ distincta intuitiua est p aliquod quod est naturalis pfectio intelligentie: & non uiolẽta. Signum aũt quia ad illam est naturale desideriũ/& ad illam enitimur puenire. Quarto quæro de tali speciæ: uel est abstractior deo repręsentato: uel æque abstracta: uel minus abstracta: nõ abstractior: quia nihil est in materialius: nihil sepacius deo: nõ minus abstracta: qa tunc non repræsentabit deum distincte: & sub rõne q̃ est abstractus: & si æque abstracta: frustra ponit᷑: quia deus se ipso poterit tantã noticiã efficer᷑ in quouis cognoscente. Quare hæc sunt mihi ambigua. Nõnulli in philosophia peripatetica clarissimi dixerunt intelligẽtiam mediã aliter cognoscere deũ: aliter intelligentias supiores: deum qdem cognoscit p essentiam ꝓpriam intelligentiæ intelligẽtis quatenus illa essentia est imago dei: ut Thomas & herric9 autumãt. Intelligentias superiores uero p essentias illaꝝ: ꝓbant quia intelligẽtiæ superiores comperãtur ĩferioribus/ut formæ intẽcionales: & nõ ut causæ effectrices: & ppea nõ possunt cognosci nisi per essentias illarum: at deus comperatur intelligentiis omnibus ut cã effectrix: & non formalis: quia ex quo est infinitũ ens: nullius potest esse forma. Quare intelligẽtiæ intelligunt ipsum deũ per essentias eaꝝ quatenus essentiæ earum sunt effectuales ipsius dei imagines. Mediæ aũt superiores non qdem p essentias mediaꝝ: quia nõ sunt effectuales imagines illaꝝ: sed per essentias superiorum: quia illæ superiores sunt formæ intencioales inferiorum. Sed hæc positio falsa est & iphilosophiæ non cõsona. Primo quia deus non aliter est beatitudo ipsis intelligentiis q̃ sibi secundũ peripateticos. Sed est sibi beatitudo quatenus sibi est intellectio: igitur omnibus aliis erit beatitudo quatenus illis est intellectio: & sic non tantum cœteræ intelligentię deum intelligunt per earum essentias: sed etiam per dei essentiam. Præterea nõ minus felices sunt semper intelligentiæ q̃ simus nos in statu adeptionis: quia ut dicitur in litera nos paruo tempore tales sumus: quales illæ semper. Sed secundũ peripateticos nos in statu adeptionis sumus beati intellectione dei intuiti-

[Margin: positio tertia. — Confutacio.]

f

Comen·xvii, ua:quæq; est per dei essentiam:ut Aueroes in hoc lib·xii·declarauit:igitur tali intellectione illæ sunt semp beatæ:& ita intelligunt deũ semper p essentiam rei intellectæ. Tertio intelligentia inferior dependet a superiore in genere formæ & finis secũdum omnes peripateticos:igitur & in genere efficientis: tenet argumentum : quia forma finis & efficiens: est idem

Comen· xxxvi, in seperatis a materia:ut dicit·Quare inferior intelligit supiores nõ tantum intellectione intuitiua:quin etiã per essentiam ppriam intelligentiæ intelligentis:quatẽus est effectualis imago omniũ superiorũ.Hæc igitur

Positio sorticolarum &.p·Veneti: positio non est pipatetica·Sorticolę uero & nõnulli medii dixerũt intelligentias inferiores cognoscere sesemet ipsas & deũ & oẽs superiores simplici/& cõposita/& syllogistica siue discursoria noticia·& simplici:utroq; modo intuitiua/& abstractiua.inferiores aũt simplici/& cõposita:& discursoria cognitione·& simplici:adhuc intuitiue/& abstractiue·probant totũ hoc generatim quia qcquid competit hoĩ cõstituto in statu pfectissimo:debet intelligentiis competere:& adhuc perfectiori mõ·Sed hoĩ beato his omnibus modis cõpetit deum & superas cognoscere intelligentias: igitur ipsismet intelligentiis.Minor patet homo.n·felix cognoscit deũ & intelligentias cognitione simplici.cognitione cõposita & qditatiua & qualitatiua·discursoria/qa illorum effectus equorũ proprietate syllogizat multa de illis intuitiue/quia per essentias illorũ:aliter non esset fœlix abstractiue/quia cognoscit imagines repræsentatiuas illorum:igitur omnibus modis·Speciatim idem declaratur : quia quælibet intelligentia cognoscit se:eiusq; essentiam: quæq; est imago nõ quidem repræsentatoria omnium superiorum causarũ:sed discursoria:e cuius pprietatibus cognitis potest multa syllogstice cognoscere de omnibus superiorib9 præterea quælibet intelligentia cognoscendo eius essentiã/cognoscit omnia quiditatiua & qualitatiua essentiæ:igitur cognoscit composite quædam de se/ & diuise alia,Amplius cognoscere potest similia de superioribus composite uel diuise.Rursus cognoscit se & eius essentiam intelligit omnes superiores/& deum per species inditas/igitur potest illas cognoscere intuitiue:quando illas cognoscit in propriis existentiis:& abstractiue:quando cognoscit repræsentatiua illarum·quare omnibus modis· & forte adhũc sensum plato & porphyrius uoluerunt angelos esse rationales:dicit enim porphyrius mortale seperare nos ab illis: & non rationale:quia sumus ra

Confutacio, tionales nos & dii · Hæc sorticolæ · Sed isti errant mirabiliter quia apud peripateticos aliter nos intelligimus deum & cœtera seperata: & aliter illa se se intelligunt:nos enim illa intelligimus per attributa·modo attributa sumuntur ab entibus caussatis:quæ sunt in materia: ut dixit Aueroes

Comen· xxxix, & sic deus aliquo pacto uidetur esse in materia:pro quanto attributa sibi accipiuntur ex his:quę sunt in materia:deus autem & illæ substantiæ non

ſeſe intelligunt per attributa collecta a rebus cauſſatis & propterea non intelligunt formando propoſitiones de ſe/nec ſyllogiſmos. Quare deus & cœteræ ſubſtantiæ ſeperatæ non poſſunt ſeſe intelligere niſi ſimplici cognitione:& hæc eſt ſentẽtia Ariſtotelis nono huius:& in tertio Libro de anima/& ubiq;. Præterea apud peripateticos in ſeperatis non eſt accidens nec motus:igitur nec compoſitio/nec diſcurſus: ſed ſolum ſimplex cognitio. Tertio homo fœlix intelligit deum & ſubſtãtias illiuſmodi ſimplici cognitione. Sed ſubſtantiæ illæ cognoſcunt ſemper deum & ſeſe ſemper quemadmodũ nos dum ſumus felices:igitur illæ non poſſunt intelligere deum & ſeſe niſi cognitione ſimplici. Quarto ſi illæ poſſunt compoſite & diuiſe intelligere & diſcurrere poſſunt errare. Hæc enim omnia fiunt ad errorem euitandũ. Vbi namq; error non eſt poſſibilis:non erit poſibile intelligere his modis. Sed illæ non poſſunt errare in ſeperatis enim ſubſtantiis/nec eſt error/nec falſum/nec peccatum: igitur non poſſunt cognoſcere niſi cognotione ſimplici. Hæc de poſitionibus.

¶Caput dilucidationis quartum.

¶Circa diſputatiõem præſentem debes ſcire ꝙ philoſophi debent diſcordare a catholicis tenendo eorum principia: ideo primo uideamus principia philoſophorum. Secundo ex illis opinionem eorum dilucidabimus. Poſtea uidebimus principia catholicorum:& ex illis dilucidabimus ueritatem. Quantum ad primum principia philoſophorum ſunt multa: primum omne poſibile & melius in ſempiternis eſt neceſſarium:hoc habet. Secundo cœli. Secũdum eſt intelligentie inferiores poſſunt intelligere deum & omnes ſuperiores intuitiue:& hoc pacto intelligere illarum eſt melius:hoc eſſe poſſibile fatentur ſimul ſacri & philoſophi. amplius illud eſſe melius autumant omnes leges. Ex his habetur propoſitum uidelicet ꝙ intelligentiæ infere deum & ſuperas intelligũt intuitiue de facto/& ſemper. Tertium principium philoſophorum eſt ꝙ nihil eſt in ſeperatis ſubſtantiis:quod non ſit ſubſtantia:hoc declararunt ubiq;: quia formæ ſimplices non poſſunt eſſe ſubiectæ. Ex hoc ſequitur ꝙ intelligentiæ inferæ non poſſunt deum/nec ſuperas ſubſtantias intelligere intuitiue per ſpeciem inditam:quam poſuit exterorum princeps:quia illa eſt accidens. nec per hoc ꝙ eſſentia dei & ſuperiorum ſubſtanciarum cauſant aliquam noticiam præter ſubſtantiam intellectæ rei & intelligentis:propter eandem cauſam:quia illa non eſſet niſi accidens:igitur illa cognitio intuitiua erit ſolum per eſſentiam rerum intellectarum; Quartum principium eſt ꝙ eſſentia cuiuſlibet intelligentiæ inferæ eſt imago non quidem repræſentatoria dei & ſuperiorum:ſed effectuaria:patet hoc: quia omnes ſuperiores ſunt cauſæ inferiorum in triplici genere cauſæ/ ut dictum eſt. Tunc

Quod ſacri diferũt a pħis.

Primũ pricipiũ

Comẽ. xxxiiii.

Secundum.

Tertium.

Quartum:

Dilucidatio.

dicamus ꝙ triplex est noticia simplex quædam quæ est ipsa res intellecta & hæc non potest esse nisi intuitiua:quia non potest esse nisi rei/ut præsens:quædam quæ est ipsius rei similitudo:& hæc non potest esse nisi abstractiua.quædam quæ est ipsius rei effectus/siue ipsius rei causa:& hæc uocatur specularis:non tamen intuitiua/nec abstractiua. dicitur autem qualibet harum simplex:quatéus qualibet harum est rei simplicis/& nō compositæ. Tunc apud peripateticos dicendum ꝙ intelligentiæ mediæ naturaliter relictæ deum & superas formas cognoscunt bifariam uidelicet intuitiue/cognitione quæ est ipsæ res cognitæ:specularíter cognitione:quæ est ipsius dei & superiorum formarum effectus inferas autem cognoscunt uno tantum modo uidelicet speculariter/quatenus cognoscūt illas cognitione/quæ est illarum causa. Hæc dilucidatio patet ex dictis. Quod quidem cognoscant deum & superas substantias intuitiue: deductum est: quia hoc est illis possibile & melius per primum principium. Quod uero intuitiue:cognitione:quæ est ipsæ res cognitæ:deductum est per tertium principium: quia in illis omne quod est:substantia est. Præterea ꝙ inferæ substātiæ deum & superas cognoscunt speculariter cognitiōe quæ est ipsarum rerum cognitarum effectus/deductum est per alia principia:quia cognoscunt suas essentias:quæ sunt dei & superiorum effectus speculares. Quod deniq; superiores inferas cognoscunt speculariter cognitione/quæ est illarum causa:deductum est:quia cognoscunt suas essentias:quæ sunt inferarum causæ. Hæc peripatetici. Quantum ad secundum dicamus ꝙ catholici tenent opposita principia: primum enim est ꝙ nihil est simpliciter necessarium nisi deus ipse. Secundū est ꝙ quicquid deus agit ad extra:libere & contingenter agit. Tertium est ꝙ illud est naturale alicui:aut quod competit ei per naturam: aut quod datur sibi ab agente mere naturaliter agente. Ex his colligitur primo ꝙ Mediæ intelligentiæ in suis propriis naturis collocatæ deum & superas substantias intelligunt speculariter:cognitione uidelicet quæ est illarum substantiarum effectus.inferas autem cognitione uidelicet quæ est illarum causæ declaratur quia dum propriis naturis derelincuntur:non habent speciem aliquam a deo naturaliter influxam:nec ab aliquo infero.nec habent aliquid nisi essentias earum tātum: quæ sunt superiorum omnium effectus: & inferiorum causæ: igitur non possunt intelligere superas & inferas: nisi cognitione: quæ est ad superiora effectus:ad inferiora autē causæ. Secundo colligitur ꝙ intelligentiæ omnes sunt supernaturaliter beatæ: quia non possunt esse beatæ nisi quia deus causat in illis actum intelligendi beatificum / siue inmediate/siue mediante speciæ modo patet ꝙ deus non causat talem actum naturaliter per dicta principia: nec talis actus est quid essentiale illis:igitur intelligentiæ non sunt nisi su-

Positio catholicorum.

Dilucidatio catholica.

pernaturaliter beatæ. Et hæc fuit positio doctoris nostri Thomæ: & doctoris sollenis henrici: quam enixus est calumniari exterorum princeps. Hæc catholici. Hactenus de dilucidatione.

¶Caput solutionum quintum.

¶His elucidatis: ad primam negatur maior secundum peripateticos: deus enim apud eos nō est infinitus: Sed uirtute & uigore limitatus. Secundum uero catholicos negatur minor: quia deus & si sit infinitus: potest cognosci aliqua ratione ab intelligentis: non autem compræhendi: ut dictum est: & propterea cognitio quam habent intelligentiæ de deo distat in infinitum a cognitione: quam habet deus de se ipso. Ad secundam peripatici concedunt argumentum: & ꝙ beatitudo est naturaliter aquisibilis/ut dictum est. Secūdum uero catholicos/falsum est antecedens: non enim deus cognoscit intuitiue: Sed per essentiam intelligentiæ cognoscentis. Ad tertiam concedunt totum catholici: at peripatetici negant argumentum: quia intelligentię non uno modo me cognoscunt: Sed intuitiue/ & per essentiam cognoscentium. Ad quartam patuit solutio: non enim modus cognoscendi noster est uniuocus modo cognoscendi illarum: illæ.n. nec se: nec inferas intelligentias: nec deum composite / aut diuise / aut discursiue cognoscunt: hoc enim est propter imperfectionem uirtutis cognoscentis. nos autem cognoscimus his modis: & in statu etiam intuitiue: & propterea modus cognoscendi illarum est perfectior modo nostro. Ad quintam concedo apud philosophos ꝙ intelligentiæ attingunt deum & se secundum omnem rationem attingentiæ: tamē talis attingentia non est nisi intuitiua: & non per cōpositionem prędicatorum: uel syllogismum. Vnde debes scire ꝙ prædicata quiditatiua & qualitatiua sunt illis attributa ex parte nostra: cum nos illas substantias cognoscimus per effectus repertos in nobis. at ex parte earum nulla in illis sunt prædicata huiusmodi. at cum illæ se se intelligant simpliciter/& non ex parte nostra: iccirco illa cognitio est simplex: & non per compositionē/uel diffinitionē/uel syllogismum. Ex hac declaratione sequitur esse aliquam cognitionem perfectissimam de aliqua re: quæ nec est quiditatiua/nec qualitatiua: sed simplex & intuitiua: patet de cognitione: qua ipsæ cœlicæ animæ se se cognoscunt: & qua deum etiam intelligunt. Si quis autem uult defendere possitionem nostri doctoris Thomę: quę catholice sentiendo est ueritas: ad rationes principis exterorum facile respondetur. Ad

primam negatur consequentia / & conceditur antecedens: non enim sufficit ad discursum illud quod assumit: oportet enim addere q diversis actibus essentia illa sit cognoscibilis & deus: modo unico actu tam essentia intelligentiæ: q̃ essentia dei intelligitur: & propterea nõ discurritur. Præterea discursus debet esse ab aliquo prius noto / uel apto prius nosci: quod non est in propositio: & hoc non dum uidit arguens: Ad secundam responderet expositor noster q obiectum illud continet essentiam dei uirtualiter instrumentaliter. unde effectus continet causam: & causa effectum. causa quidem effectum uirtualiter principaliter: effectus causam uirtualiter instrumentaliter: & hoc sufficit. Ad rationes probantes speciem respondeo ad primam dico q beatitudo intelligentiæ excellit illam hominis: quatenus essentia intelligentiæ per quam cognoscit deum excellit effectus naturales: per quos cognoscit homo. & hoc pacto beatitudo naturalis intelligentiæ est maior beatitudine naturali hominis. Ad secundam dico q uidens essentiam dei non uidet nisi supernaturaliter secundum catholicos: & hoc pacto supernaturaliter creabitur illa species: & non naturaliter: ut fingit arguens. Ad rationes pro positione sorticolarum patuit solutio: intelligentiæ enim perfectius cognoscunt ea quæ cognoscunt: non quia pluribus modis cognoscant: non enim componendo uel syllogizando intelligunt: quoniam non sumunt cognitionem ab effectibus & ab attributis ipsis effectibus: sed cognoscunt se se per essentias earum. Ad secundam dico q circumscripta compositione ad nos illis nullæ in sunt proprietates / nulla attributa / nulla prædicata: Sed quoniam cognoscunt se se circumscripta compositione ad nos: hac ratione intelligendo nec componunt nec diuidunt / nec syllogizant / nec discurrunt. at quia nos illas non intelligimus nisi ab his / quæ reperiuntur in / effectibus: hac ratione illas substantias non cognoscimus nisi componendo prædicata / uel diuidendo / uel syllogizando. Et de decima disputatione hactenus.

¶Vndecima disputatio est si intelligentiæ in mouendo moueant ut assimilentur primo motori.

¶Caput dubitationum primum.

¶Quod intelligentiæ non moueant / ut assimilentur primo motori: arguitur primo quia mouent propter nos / ut dicitur secundo cœli.

Sed mouere propter nos non est mouere ut primo motori assimilentur: igitur questio falsa. Secundo si mouerent: ut assimilentur deo; tunc aliquando talem similitudinem namciscentur; aliter frustra esset talis actio: & sic aliquando cessaret motus cœli contra philosophos. Tertio illæ mouent propter naturas earum: quia uidelicet sunt naturæ motiuę: ut dicit Auicenna: igitur de necessitate naturæ: & consequenter propter nullum finem. Quarto similitudo est unitas qualitatum; sicut æqualitas unitas quantitatum: & identitas unitas substantiarum: ea. n. sunt similia/ut dicitur. Quinto huius: quorum qualitas una est: æqualia uero: quorum quantitas una: eadem: quorum substantia una. Sed dei & intelligentiarum non potest esse una qualitas/eo quia nullum accidens competit illis: nec potest illis competere una quantitas: nec una substantia: igitur intelligentiæ per nihil possunt deo assimilari: nec ęquales effici; nec eædem uideri. Quinto si intelligentiæ mouent ut primo assimilentur motori: Tunc primus motor esset finis omnium motuum & accionum: quibus mouent & agunt intelligentiæ. Sed hoc est falsum: quia finis est qui per actionem & motum aquiritur: at deus nõ aquiritur nec aliquid dei; igitur nõ est finis motuum. Sexto primus motor non mouet effectiue agendo motum alicuius orbis; uel totius cœli: quia (ut dicitur in textu) mouet ut intelligibile/& appetibile: igitur tales substantiæ si mouerent ut assimilarẽtur primo motori/deberent mouere ut fines: & non effectiue. Septimo si mouent/ut deo assimilarentur: tunc nunq̃ quiescerent: hoc est falsum/quia finis omnis motus/est quies/& laborum ocium, quare essent semper in miseria. Octauo si mouerent ut primo assimilarentur motori/tunc emulatorie mouerent: quod est nefas tantis substantiis, & deducitur consequentia; quia emulatio/ut dicitur in Libro ethicorum in hoc differt ab inuidia: quia inuidus uult agere/ut destruat compar; emulator/ut ei efficiatur aut par: aut maior: aut similis quare inuide uel emulatorie mouerent. in contrarium uidetur Aristoteles: qui dicit primam substantiam mouere ut appetibile & intelligibile; & cœteras substantias ut appetentes & intelligentes: modo nihil uidetur appetere & intelligere nisi similitudinem dei quantum possunt/ut Aueroes indicat. Quare uidetur mouere/ut diuinam namciscantur similitudinem. Hæc de dubitationibus. Comen. xxxvi.

¶Caput tituli secundum.

¶Quid per primum motorem in disputatione intelligamus: non semel patuit; at replicamus uolentes per primum motorem illud quod sacri/

& omnes gentes deum dicunt : qui primus motor dicitur / ut nunc supponimus : quia est primum efficiens : est enim deus id e quo cœlum & tota natura dependet : ut dicit Plato . Amplius quia mouet uniuersum primo & principalissimo motu : uidelicet diurno : hic enim est primus & principalis motus apud peripateticos : eo quia per hunc habetur continuitas & perpetuitas : cœteri motus sunt causæ mutationum / & generationis corruptionisue . Similia uero ea sunt : ut dictum est proximo capite : quorum qualitas est una : uerum ut quantitas dicitur bifariam : altera quidem molis / altera uirtutis : sic qualitas dicitur bifariam : altera quæ est accidens secundum quod quales sumus . altera quæ est perfectio : secundum quam quales dicimur : dicimur enim quales bonitate / & malicia ; quorum nullum est accidens . sumus autem quales albo & nigro ; quæ ambo sunt accidentia . Hæc pauca de titulo.

¶ Caput positionum tertium.

ter & distincte res:aut dirigitur a cognoscente formaliter & distincte illas res:sed deus nõ dirigitur a cognoscẽte:quia tũc esset aliquid deo nobilius:igitur dirigit effectus & res in finẽ & p cõsequens cognoscit formaliter res atq; distincte. Scdo si deus res ipsas nõ cognosceret i se formaliter: sed tãtũ eminẽter:tũc ipse nõ haberet oĩum ꝓuidentiã:quod ẽ cõtra Ari. ubiq;. Cucullati ẽt probãt idem sic impossibile est intelligere relationem: quin intelligãtur extrema. Sed deus ĩtelligit distinctionẽ/quæ est ĩter ipsum & res:scit.n.se esse ab oĩbus aliis distinctũ:igitur ĩtelligit formaliter se & res:est.n.distinctio relatio quedã:& ita nõ tãtũ eminẽter res ipsas cognoscit:sed formaliter. Respõdent nõnulli q; realis distinctio quæ est inter deũ & res est quædã entitas:& ita cõtinetur eminẽter in eẽntia diuina: & sic deus cognoscit illã distinctionẽ eminenter/quatẽus cognoscit eius essentiã:quæ est eminẽter oĩs distinctio. obiciunt cuculati primo:quia tũc deus nõ ꝓprie cognosceret se esse distinctũ ab aliis:quia qui nõ cognoscit distinctionẽ:licet intelligat aliquid eminẽtius distinctiõe:nõ ppea cognoscit ꝓprie se esse distinctũ:ceu qui lucẽ solis oẽm calorẽ eminenter cõtinẽtem cognoscit:nõ ꝓprie cognoscit calorẽ. Scdo illa potentia quæ solũ cognoscit esse suũ:& non formaliter alia:nõ ꝓprie cognoscit se esse distinctum ab illis:sed ex solutiõe deus tantũ suũ esse cognoscit formaliter:& alia nõ formaliter:igitur nõ ꝓprie cognoscit se esse distinctũ ab aliis:sed miror cucullaticas hasce captiuncales: nã qui põnem Auer. defenderet: diceret deũ cognoscere se esse distinctum ab aliis eminẽter:& qñ diceretur q; tũc nõ ꝓprie cognosceret se se distinctũ:cõcederet nõ ꝓprie hoc ẽ formaliter:& nõ est hoc impossibile:quia nõ attinet ad diuinã pfectionẽ cognoscere se distingui formaliter ab aliis:nisi eminenter unde laborauerũt ꝓbare deũ nõ ꝓprie cognoscere se esse distinctũ ab aliis:quod sic dicẽtes concederẽt:eo quia de9 nõ ꝓprie.i.formaliter & distincte cognoscit distinctionẽ:sed aliquid eminẽtius distinctõe:& hoc attinet ad diuinã pfectionẽ & ppea rõnes primæ sunt potiores. Hæc de põnibus.

Ratio cucullatorum.

Solutio.

Replicæ.

Solutio.

¶Caput dilucidationis quartum.

¶Pro dilucidatione primo accipiamus essentiam diuinam esse rationem producendi res secundum gradum speciei/hoc nunc supponamus quia multi peripatetici/quorum est Themistius & simplicius in libro de anima uoluerunt essentiam intellectus agentis esse formarum datricem: ut etiam Auicenna & Alexander concesserunt. Quare accipiatur ut suppositio deum concurrere ad rerum productionem secũdum illarum gradum specificum ; quia intellectus agens apud hos deus est apud autem. Platonem est mundi anima. Secundo accipiamus ex titulo huius dispu-

Prima suppõ.

Secunda suppõ

Quid ratio intelligendi/& quotuplex.

tationis rationem intelligendi:quæ uocatur a Platonicis idea/ab aliis idolum/a peripateticis species:esse duplicem uidelicet idolum causam:& idolum effectum Idolum effectus est similitudo rei repræsentatiua dependens ab ipsa re/& secundum aliquos ab intellectu agente/secundum alios ab intellectu possibili:quia intellectus & obiectum apud hos sunt duę causæ partiales tales speciei siue idoli tale autem idolum est similitudo siue ratio intelligendi rem non intellectu/nisi reflexe:quæ quidem in phantasia est phantasma:in uirtute imaginaria imago:in intellectu est species. Idolum uero causa est ratio producẽdi rem:quæq; illam repræsentat formaliter/& uerius q̃ prima:quia cognoscere per causam perfectius est q̃ siue causa.hæc quidem ratio est cognoscendi cognita/quia est formalis ratio intelligendi in se tamen per se intelligibilis recte:dicitur autem talis ratio a Platone idea in mente artificis/siue forma. Tunc dicendum ꝙ deus ad hoc ut res ipsas cognoscat secundum earum esse quiditatem/non oportet ponere rationes reales cognoscendi illas distinctas ex natura rei inter se:& ab essentia:probatur ex suppositionibus quia essentia est ratio producendi res secundum earum gradum specificum:ut suppositio prima dicit:igitur est ratio intelligendi illas distincte & formaliter:ut per secundam licet inferre:dictum est.n.rationem intelligendi esse duplicẽ:quarum propria est ratio illa quæ est principium productiuum formale rei: & tale(ut dictum est)est essentia dei:igit̃ non oportet ponere rationes ꝓducendi ex natura rei distinctas ab essentia/& inter se. Secundo dicẽdum solã essentiam esse rõnem propriam & distinctã intelligendi ꝓprie & distincte quãuis quiditatẽ:patet ex prima cõclusione:& ex suppositionibus qa illa est distincta & propria rõ producendi:igitur rõ intelligẽdi ꝓpria & distincta. Tertio dicendũ in deo esse plures rõnes intelligendi & distinctas:non qdem distinctione existente in deo:uel in eius essentia:sed distinctione existẽte in ipsis rebus:quæ intelligunt̃ declarat̃ per quoddam simile:Nã ut dextrũ & sinistrũ in colũna distingunt̃ distinctione existente ĩ membris aĩalis:& non distinctiõe existente in ipsa colũna:sic rõnes intelligendi pñt intelligi distiguí distinctiõe existente in rebus ĩtellectis: & nõ in ipso intelligẽte:igitur pñt in deo esse plures rõnes ꝓpriæ & distinctæ rerum:quibus ꝓprie & distincte res cognoscat:quę quidẽ distingunt̃ distinctione rerum:quæ intelligũtur:non ãt distinctione existẽte in ipso intelligẽte. Ex his põt põnum consiliũ colligi:qa ponẽtes rõnes intelligendi tot in deo:quot sunt res ĩtellectæ:& distinctas ĩter se & ab essentia:Si ponũt illas distĩctas distinctiõe exñte in rebus:quę ĩtelligunt̃:recte dicũt ponẽtes uero unicã rõnem intelligẽdi oĩum quæ ĩtelligunt̃:si uelint illã esse unicã forãlẽ/& ĩdistĩctã distĩctiõe exñte in ipso ĩtelligẽte:ẽt recte sentiũt: & sic ambę pões sũt tollerabiles sin ãt primi uelit rõnes illas distigui distĩctiõe

Dilucidatio.

Prima conclu.

Secunda cõclu.

Tertia conclu.

Consiliũ põnũ

existente

existente in ipsis: errant: & si secundi etiam uelint rationem illam esse unicam tam aparte ipsarum/q̃ rerum: etiam errant. hæc de consilio. Ex his sequitur primo deum omnia distincte & proprie intelligere unica ratione intelligendi probatur quia omnia distincte & proprie intelligit per eius essentiam: quæ est unica ratio intelligendi. Secundo sequitur deum cognoscere distincte & proprie res ipsas scientia & cognitione: quæ est rerum causa: probatur quia cognoscit res proprie & distincte per suam essentiam: quæ est ratio formalis producendi res: & illarum causa. Tertio sequitur deum omnia cognoscere cognitione simplici & non complexa uel discursoria: probatur quia omnia cognoscit distincte & proprie per eius essentiam/non tanq̃ per medium/nec tanq̃ per principium componendi & diuidendi: igitur actu simplici. Præterea cognitio complexa uel discursoria procedit ex imperfectione cognoscentis. at deus est perfectissimum cognoscens. Quarto sequitur deum posse res ipsas cognoscere intuitiue & abstractiue unico actu: patet quia deus cognoscit res abstractiue in essentia: & intuitiue cognoscendo res ipsas in se: unico uero actu: quia unica ratione cognoscendi: quæ est omnium cognoscibilium utpote ipsa essentia. Hæc de dilucidatione.

Primum excerptum. Secundum. Tertium. Quartum.

¶Caput solutionum quintum.

¶His elucidatis/ad primam dico q̃ per unam rationem intelligendi/ quæ est effectus nõ potest nisi unum distincte & proprie intelligi: at per unam rationem intelligendi: quæ est causa: possunt tot intelligi quot ipsa est propria & distincta ratio producendi. Ad secundam negatur consequentia: deus enim est intellectus infinitus/non quidem propter infinitas producendi rationes: sed propter unicam: quæ est infinitorum ratio/& a se. Ad tertiam conceditur multas esse rationes: sed non distinctas distinctione cadente in opifice: sed in rebus ipsis producendis: rationes etiam in contrarium nullæ sunt: quia Aristoteles reputat impossibile deum intelligere aliud a se per rationem: quæ sit alia ab eius essentia: quia sic dignificaretur illa ratione: & non tantum eius essentia. Ad secundam patuit solutio: dictum est enim obiectum a peripateticis esse dictum uel quia agit in aliud/uel quia ponitur ab alio/uel quia intenditur ut finis: & nullo horum modorum essentia dici potest obiectum: & propterea deductum non est impossibile cum his tamen stat essentiam esse edæquatam rationem intelligendi se distincte/ & omnia proprie & distincte. Hæc de libro duodecimo: nec plura collegimus: tum quia in expositione multa supleuimus; tum quia in libro destructio

destructionem plura de deo & de substantiis seperatis conscripsimus. in libro etiam de beatitudine pertractauimus. Hæc pauca elaborauimus: ne tedio uos afficiam.

Finis libri duodecimi.

EIUSDEM AVGVSTINI NYPHI DILVCIDARII METAPHYSICARVM DISPVTATIONVM LIBER TREDECIMVS AD EVNDEM MAGNANIMVM : COMITEM SEVERITANVM ANDREAM CARAPHAM.

Præfatio.

d Isputationes in decimotertio & decimoquarto libris confecimus tibi paucas Comes magnanime Andrea Carapha: quoniam Aristoteles postq̄ in prioribus libris ueritatem tradidit: iudicauit non inutile opiniones cæterorum & narrare: & percensere. Tu uero & interdum audisti finem librorum metaphysicæ esse duodecimum intelligas ob finem: qui in eo traditur. Nam in codicibus græcis: & in numeratione librorum: quam græci effecerunt: inuenimus hos duos alios: imo apud arabas enumerantur uniuersæ metaphysicæ scientiæ uigintiquatuor: quos cum non uiderim: nec certos habuerim: non omnino aprobo. Tu igitur disputationes hasce legas quæso: nam licet uideantur mathematicæ: sunt & metaphysicæ & succiplenæ: erit enim mihi pergratum si illas laudaueris. Vale.

¶Disputatio prima si res mathematicæ sint seperatæ a sensilibus.

¶Caput dubitationum primum.

¶Quod mathematicæ res sint seperatæ:arguitur primo res mathematicæ sunt distinctæ secundum esse a substantiis & a qualitatibus:quia sunt in alio prædicamento:igitur seperatæ:non enim seperatum est aliud q̄ distinctum secundum esse.Secundo intellectus potest intelligere dimensionem & numerum sine materia sensili:igitur res mathematicæ : quæ sunt dimensio & numerus sunt seperatæ in re a materia sensili·antecedens conceditur ab omnibus:definiunt enim mathematici numerum & dimensionem sine materia sensili & argumentum deducitur:quia quicquid intellectus potest intelligere est in re:aliter falso intelligeret:modo abstrahentium non est mendacium : ut dicitur secundo physicæ auscultationis. tertio scientia mathematica & scientia naturalis differunt genere:igit̄ res mathematicæ de quibus est mathematica sunt seperatæ a rebus naturalibus:de quibus est naturalis:tenet argumentum quia secantur scientiæ ut res ipsæ de quibus sunt:ut dicitur tertio de anima·in contrarium est Aristoteles in textu·Hæc de dubitationibus·

¶Caput tituli secundum·

¶Anteq̄ ad tituli expositionem ueiamus debes scire ꝙ ultra librum duodecimum inueni in codicibus græcis duos alios lib·decimūtertium uidelicet & decimūquartū·Quos quidē cōmētati sunt multi:ut de græcis:Alexander aphrodisius:de latinis/Albertus·hos enumerant oēs græci: q diuisionē lib·metaphysicæ Ari·præposuerūt inter latinos ēt illorum meminit Ioānes gandauensis in.ii·lib·physicorū.q·iiii.& sine dubio uident̄ Arist. tum p modum loquēdi:quē seruant·tum qa ubiq; & passim ea quæ dicūt referūt ad alios lib.ita ut uideat̄ oīum unus author:sunt qdam arabū:q asserunt metaphysice lib·esse.xxiiii.& oēs fuisse ab Aue·expositos hoc ēt hebrei confirmāt uerum cū hinc inde pquisierim:non inuēi plures nec q̄dem in codicibus grǽcis:nec ēt enumeratos ab expositoribus græcis Nec credo arabib9:nec hebreis:quorū patres mendaces sunt:& blāduli laudū uerū siue sic:siue aliter/nos q̄sdas disputationes & breues in eis ædemus non inutiles peripateticis/nec Platōicis hęc de lib.de titulo uero dicam9 ꝙ res mathematicæ:de quibus intelligit disputatio:sunt illæ de qbus primo mathematica considerat:ut de subiectis:ceu cōtinuum:de quo pertractat geometra:& nūs quem contemplatur arithmeticus:sub cōtinuo plura sunt:ut linea:de qua ædunt̄ figuræ superficies & corpus de quibus oībus loqtur geometra:sub nūo multæ sunt spēs/ut cubus/rectus/& cætera id genus:de quibus est geometria:sunt res etiam de quibus locuntur scientiæ medię:ut numerus sonorus:de quo est musica:ut cōtinuum uisile de quo est ꝑspectiua : & cætera id genus quæ cum sint magis naturales

Quę de libris duobus additis.

Quę res mathematicæ.

q̃ mathematicæ:prætermictantur:disputatio enim loquitur de rebus:quę pure & proprie dicuntur mathematicæ:cuiusmodi sunt nũs ut numerus: & continuum:ut continuum. Et si quæritur:cum sint plures primæ speci es quanti:uidelicet tempus/oratio/& id genus:cur de duabus tãtum spe ciebus quanti considerauit mathematica/& non de pluribus. Dici potest & recte:qa solæ hæ duæ possunt ĩtelligi absq; motu. cœteræ autem cum sint aut motus:aut non sine motu intelligibiles:hac ratione de illis non fu it aliqua pars scientiæ mathematicæ. Secundo debes scire ꝙ nomẽ mathe maticum uẽit a matheteuo uerbo græco:quod latine sonat doceo: & ideo scientia mathematica interpręrtatur scientia doctrinalis: quod nomẽ licet sit cõmune omnibus scientis:quatenus omnis scientia est doctrina quędã per excellentiam accõmodatur his:quæ cõsiderãt de cõtinuo & numero: eo qa in nullis aliis potest ita doctrinaliter procedi/ueluti in his continuũ igitur & numerus dicuntur res mathematicæ:quatenus de cõtinuo & nu mero/ut talia/hæ artes contemplantur:quæ per excellentiam dicunť ma thematicæ. Vlterius per seperatum in disputatiõe intelligimus idem/qď abstractũ. Quot uero modis sumatur abstractio: & quæ sit abstractio: in septimo lib. disputatione prima diligenter est dictum. Amplius in dilu cidatione dicemus/quantum propositio deseruiet. Sensibilia ut secundo lib. de anima dictum est:trifariam sunt:alia quidem per accidens/ut sub stantia:uidelicet Socrates/Plato/cœlum/emilium & id gẽus: Alia per se: ut calidum/frigidum & quæ nõ contingit nisi uno sensu sentiri. alia cõia: quæ pñt pluribus sensibus sentiri/ut magnitudo/nũs/figura/motus/& quies:& de omnibus põt disputatio ampliari. Hæc de titulo.

Dubitatio de quot quãti spẽbus loquitur mathematic9. Solutio. Vnde mathematicum. Quid abstractio. Quid sensibilia

¶Caput positionum tertium.

¶De disputatione ueterum nõnulli/ut herculei/siue heraclitani senserũt res mathematicas nullo pacto esse seperabiles a sensilibus. mouebantur ueteres hi:quia intellectum & sensum crediderunt idem esse: & cum uide runt tales res a sensilibus non esse sensu seperabiles:crediderunt nec ratio ne aut ĩtellectu seperari posse propter hæc nullam naturam præter phy sica concesserunt. hanc possitionẽ uidentur sequi. Sorticolæ:& quia cre diderunt omnem quantitatem esse substantiam: uel qualitatem. Quod probare enituntur/ex eo quia omnis res extensa est qualitas uel substan tia:& omnis quantitas est res extensa:igitur omnis quantitas est substan tia uel qualitas. maiorem probare uidentur/ponendo ꝙ aliqua res ex tensa sit ABC:tunc arguunt si hæc res extensa ABC nõ sit quãtitas: tũc quãtitas erit res distincta a tali re extẽsa:& cũ oĩs res distincta ab alia pos sit saltẽ intelligi absq; illa:ĩtelligať igiť res extensa ABC absq; quãtitate: & cũ adhuc remaneat pars extra partẽ/ut A extra B:& B extra C:seqtur ꝙ adhuc remanet extensa. Syllogizeť; igiť illud qď competit alicui circũ

Prima positio heraclitanorũ. Sorticolę quæ.

scripto

ſcripto ab eo omni quod diſtinguitur realiter ab illo/eſt idem realiter illi: ſed quantitas competit rei extenſe circumſcripto a re extenſa omni eo quod diſtinguitur realiter a re extenſa:igitur quãtitas eſt res extenſa minor patet p exemplum datum:qa ubi remoueretur ab ABC oẽ diſtinctũ realiter:adhuc ABC eſſet quãtum/& haberet partẽ extra partem: igitur quãtitas eſt res extenſa:& ut dictũ eſt:cum oĩs res extenſa ſit ſubſtantia uel q̃litas:igitur quãtitas eſt ſubſtãtia uel qualitas. Ex his infertur q̃ res mathematicæ non pñt ſeperatæ eſſe:nec abſtrahi a ſenſilibus non quidẽ a ſenſilibus cõibus quoniã res mathematicæ ſunt ſenſibilia cõia non a ſenſilibus propriis:uel ſubſtantiis quæ ſunt ſenſilia p accidens:quia quantitas eſt ſubſtantia uel q̃litas:& nihil põt abſtrahi a ſemetipſo:igitur ſorticolæ uidẽtur imitari heraclitanos:non.n.ſecundum eorũ põnem pñt ponere quantitatẽ abſtrahi a ſenſilibus:qa non a cõibus:cum res mathematicæ ſint ſenſilia cõia non a propriis:quæ ſunt qualitates/nec a p accidẽs: quæ ſunt ſubſtãtię:quia res mathematicæ quæ ſunt quantitates ſunt ſubſtãtiæ uel q̃litates:mõ nihil põt abſtrahi a ſemetipſo:igitur ſorticolę ſunt heraclitani. Obicit aũt Ari. huic põi ubiq̃:quia quæ pñt definiri ſine ſenſili materia:abſtrahunt a ſenſilibus:ſed res mathematicæ pñt definiri ſine materia ſenſili:ut patet in definitiõe lineæ uel ſuperficiei uel corporis: ubi nulla ponit̃ ſenſibilis qualitas. Secundo qa quæ pñt ſine motu definiri abſtrahunt a ſenſilibus;motus.n.non eſt abſq̃ ſenſilibus intelligibilis:at res mathematicæ/ut deducit̃ ſecundo phyſicorũ:pñt ſine motu definiri:igit̃ res mathematicæ ſunt ſeperatæ a ſenſilibus.minorẽ probauit illic Ari.ex dña inter phyſicas/& mathematicas definitiones hæc Ari. Sed utrũ quantitas differt realiter a ſubſtãtia & qualitate:nolo nunc diſputare ſciant tñ noſtri ſcholaſtici eẽ quaſi cõe oĩum peripateticorũ principiũ ea diſtigui ſecundũ rem:quæ ponunt̃ in diuerſis prædicamẽtis:quia diuerſorũ generum/& nõ ſub alternatim poſitorum diuerſæ ſunt ſpẽs & differentiæ:& nõ quidem ſcđm rõnem:ſed ſecundũ rem apud ſimpliciũ & Boetiũ ppea põ ſorticolarũ omictatur tanq̃ ridicola:hæc contra heraclitanos. Pythahorei uero in alio extremo poſiti dixerũt res mathematicas eſſe pænitus abiunctas/ſeperatas/& abſtractas omnibus e ſenſilibus non tamen una uia proficiſcuntur omnes/ut Ariſtoteles in textu narrat. Nam alii dixerunt res mathematicas ab omnibus ſenſilibus eſſe ſeperatas:& nec in ipſis ſenſilibus poſitas. Alii dixerunt illas eſſe ſeperatas quidem ſecundum eſſe:non tamen loco & ſubiecto ãmotas ab ipſis ſenſilibus. Hæc Pythagorei. Obicit autem Ariſtoteles in textu:quia ſi res mathematicæ ſint ſeperatæ ſecundum eſſe:tunc uel erunt loco & ſubiecto ſeperatæ:ut prima põ ſentit:uel eẽ qdẽ abiunctæ:loco uero & ſubiecto in ſenſilibus poſitę: ut Scđa põ affirmat.ſi loco & ſubiecto abiũctę:tũc erunt ſ bę abſtractę

Obiectões Ari.

Q uę contra ſorticolas.

Põ Pythagoricorum.

Obiectões Ari.

deducitur quia nullũ accidẽs esse põt sine subiecto: ut septimo lib. est determinatum: igitur si res mathematicæ sint e sensilib9 loco & subiecto seperatæ: cũ nõ possint esse accidẽtia: erunt substãtię. Sin autẽ erũt esse abiunctæ: loco uero & subiecto in ipsis corporeis sensilibus exñtes: tũc duo corpora erunt in eodẽ loco: & sic duo corpora erunt unũ corpus: nisi esset penetracio: multas alias rõnes facit: quæ oẽs uim habent eandem: & propterea hæc una sufficiat. Arist. uero paucis qõnem hanc absoluens: mediam uiam secutus est: uult. n. res mathematicas esse / & subiecto / & loco esse insensilibus rõne uero siue definitione esse seperata. Quod quidẽ secundum esse sint insensilibus: ꝓbat quia non existunt in diuersis locis: non. n. hic sunt sensiles ipsæ res. illic uero res mathematicæ: igitur secũdum esse & subiectum sunt cõiunctæ sensibilibus. Quod autẽ secũdum rationem sint seperatæ: ꝓbat quia cũ ipse mathematicus rem suã describit / sine sensili materia definit: igit̃ rõne e sensilibus ipsis sunt seperatæ: & sic iter has extremas põnes Aristo. uidetur medius: sed circa hanc solutionẽ sunt difficultates: prima quidẽ: quia nõ apparet: qua nam specie abstractionis res mathematicæ e sensilibus sint abstractæ: multiplex. n. cum sit abstractio: uidetur Ari. ꝓcesisse per ęquiuocũ. Secũdo non apparet e q̃bus sensilib9 res ipsæ mathematicæ abstrahant̃: multiplex. n. est sensile: ut in titulo patuit. Ioãnes gandauẽsis in lib. ii. physicæ auscultationis dilucidauit Arist. & præmisit distinctiões: prima ꝙ bifariã est abstractio: altera quidẽ realis. Altera uero intẽtionalis realis quidẽ est seperatio aliquorum duorũ secundum locum: quæ prius fuerunt cõiuncta: ceu alchimici docent abstrahere quitã essentiã a uino: & aromatari succũ ab herbis: pastores atq; uilici butirum e lacte. Intentionalis ãt bifariam: altera quæ ptinet ad intellectum agentẽ: ut spẽi intelligibilis ab indiuiduis phantasiatis. alia quę ptinet ad intellectum possibilẽ & hæc est intellectio alicuius prioris cõiuncti cũ posteriori nõ intellecto posteriori quæq; multifariam est: quædam superioris ab inferioribus: quædã est subiecti a ꝓpriis accidẽtibus: ut dũ intelligitur homo nõ intellecto risibili quædã subiecti ab accidentibus cõmunibus: ut dum intelligitur hõ absq; cursu. Secũda distinctio est ꝙ sensibilia sunt bifariam: alia quidẽ propria: alia cõia: cõia quidẽ quæ ab oĩb9 uel pluribus sensibus cognoscũtur: ꝓpria uero quæ nõ cõtingit nisi uno sensu sentiri: Tunc ioãnes põnem Ari. per sex dilucidat: primo dicit ꝙ res mathematicæ non sunt abstractæ a sensilibus abstractiõe reali: & hoc cõtra Pythagoricos: quia nunq̃ est / aut fuit / aut erit linea quæ non sit in aliquo subiecto calido uel frigido / uel humido / uel sicco: cum enim res mathematicæ sint accidentia: & accidentia non possunt esse quin sint in substantia naturali: relinquitur res mathematicas non posse reali abstractione esse absq; sensilibus. Secũdo dicit ꝙ res mathematicæ nõ sunt abstra-

ctæ a sensilibus

Põ Aristo.

Difficultates cõtra Aristo.

Dilucidacio Ioannes in lib. ii. physicoꝝ. q. iiii.

ctæ a sensilibus abstractiõe speciei a phantasmatibus:hoc facile patet: qa sensilia non sunt phantasmata nec indiuidua phantasiata rerũ mathematicarum. Tertio dicit ꝙ res mathematicæ non sunt abstractæ e sensilibus abstractiõe naturæ a suppositis / siue superioris ab inferioribus hoc manifestum est:qa res mathematicæ nõ sunt nature rerũ sensiliũ:nec uniuersalia illorũ. Quarto dicit ꝙ res mathematicæ nõ sunt abstractæ a sensilibus abstractione subiecti ab accidentibus ꝓpriis:hoc nullo alio ꝓbo:nisi quia cõstat res mathematicas nõ esse subiecta rerum sensilium ꝓpria. Quinto dicit ꝙ res mathematicæ sunt abstractæ abstractiõe subiecti ab accidẽtibus cõibus probatur qa dimensio est subiectum sensiliũ secundũ Aue. in lib. de substantia orbis:& si nõ seorsum:saltem cũ materia ipsa:ẽ n. primũ eorũ quæ in materia recipiũtur. Vltimo dicit ꝙ res mathematicæ sunt abstractæ a sensilibus:nõ quidem cõibus:sed ꝓpriis cõibus quidẽ non:qa ipsęmet res sunt cõia sensilia e ꝓpriis uero sic: quia cõiunguntur illis accidẽtaliter:& sunt illis priora. Hæc ioãnes. Sed hæc dilucidatio multifariã est obscura. Primo qa prima distinctio est manca:qa intentionalis abstractio prima sui diuisione diuidiẗ per sensum:& per intellectũ:est. n. alia pertinẽs ad intellectum:alia ad sensum:abstrahit. n. uis imaginaria a sensilibus ꝓpriis:& extimaria ẽt:ut illa ouis ex sensilibus propriis circa lupum:ut docet Aue. in lib. de aĩa & huius nihil meminit ioãnes. Præterea ea quæ pertinet ad intellectum possibilẽ:uidetur multiplex:est. n. alia simplex:alia cõposita:abstrahitur. n. propositio uniuersalis a multis singularibus ꝓpositionibus:& tñ nulla abstractiõe tacta a Ioãne insuper ẽt simplex abstractio est alia priuatiua alia ẽt positiua:ut dicetur: quaꝝ nullius Ioãnes meminit. Scdo obscura est:qa secunda distinctio est insufficiens: sunt. n. sensibilia quædã:quæ nec sunt ꝓpria:nec cõia:ut sensibilia per accidens:& horũ nihil Ioãnes meminit deficit tertio quo ad cõclusiones:primo qa nõ apparet si res mathematicæ abstrahũt e sensilibus ꝑ accidens: uel ne. Scdo apparet ꝙ mathematicus abstrahat a sensilibus abstractiõe superioris ab inferioribus:ꝓcedit. n. a magis cõibus ad minus cõia:ut quilibet artifex:igitur nõnulla considerat abstracte abstractione superioris ab inferioribus:põt. n considerare sensilia cõia / ut abstrahũt a minus cõibus:igitur hæc põ multifariam est obscura. Hæc de põnibus. Repræhensio.

¶ Caput dilucidationis quartum.

¶ Pro dilucidatiõe igitur præmittamus primo ꝙ sensibilia trifariã dicũtur uno mõ sensibilia dicũtur ꝑ se & propria:& sic ea sunt:quæ nõ cõtingit nisi uno sensu sentiri. Alia sunt sensibilia cõia:ut quæ ab oib9 uel pluribus sensibus cõtingit sentiri. Alia sunt ꝑ accidens:ut substãtiæ / & relationes:ut dictũ est in titulo:quæ sentiunẗ ꝑ accñs rõe sensibiliũ ꝑ se. Scdo debes scire ꝙ abstractio prima sui diuisiõe bifariã dr̃:una realis:alia inten

Sensibile trifariam. Prima suppõ. Secunda suppõ Quid sit abstractio & quotuplex.

cionalis.realis est duorum secũdum locum seperatio:quæ fuerunt primo cõiuncta Intẽcionalis adhuc duplex/alia attinet ad sensum alia ad intellectum: abstrahit extimaria ouis ex spẽbus sensatis speciẽ inimiciciæ isensatæ:& medicus ex signis sensilibus spẽm morbi abstractiõe attinẽte ad sensum:& hæc põt adhuc subdiuidi:sed nõ est curandũ:abstractio quæ attinet ad intellectũ duplex aduc etiam est : alia enim que ad ipsum attinet intellectum agentem : ut abstractio speciei intelligibilis a phantasmatibus. Alia ad itellectũ possibilẽ:& hæc est cognitio alicuius prioris prima attinet ad intellectũ agentẽ scd̃m Ioãnem:tñ secundum ueritatẽ attinet ẽt ad intellectũ possibilem:uerũ non est curandũ.abstractio quæ attinet ad possibilem rursus diuidi põt:quia alia est composita:alia simplex cõposita est illa qua intellectus possibilis p dianoeam abstrahit uniuersalem ꝓpositionẽ quæ est principiũ artis & sciẽtiæ a singularibus ꝓpositionibꝰ
Comen.v.
ut dr̃ primo phisicoꝝ:simplex abstractio est adhuc bifariam:quia alia est priuatiua:& hæc est cognitio alicuius prioris in aliquo signo:in quo non consideratᷣ suũ posterius & de hac habetᷣ secũdo phisicoꝝ dum dr̃ abstrahentiũ non est mẽdatium. Alia est abstractio positiua & hac abstractiõe abstrahit uniuersale intẽtionalę ab his singularibus cõsiderando in illis si-
Comen.iiii.
militudinẽ in qua cõuẽiũt:& de hac loqtur Aue.xii.lib.huius Abstractio priuatiua est rursus duplex alia naturæ:a suppositis:alia subiecti ab accidentibus abstractio naturæ a suppositis est cõsideratio superioris nõ consideratis inferioribus:abstractio subiecti ab accidentibus adhuc duplex: qa uel ab accidentibus ꝓpriis:uel ab accidentibus p accidens ut dictũ est & siue sic siue sic est cõsideratio subiecti prioris non cõsideratis accidentibus posterioribus:oĩs.n.abstractio quæ pertinet ad cognoscitiuã uim est cognicio alicuius prioris illa quæ est positiua est a notis quæ est priuatiua esse põt ab ignotis.tunc dicendũ primo ꝙ res mathematicæ quæ sunt
Dilucidatio.
Prima conclu.
magnitudo & nũs:non sunt abstractæ a sensilibus quouis mõ accipiẽdo
Secunda cõclu.
sensibile abstractiõe reali:ut crediderũt ueteres:& hoc recte probauit Ioãnes.Secundo dicendũ ꝙ si abstractio attinet ad sensum:res mathematicę pñt dici abstractæ a sensilibus ꝓpriis:nõ aũt a sensilibus per accidẽs: uel cõibus quod qdem a sensilibus ꝓpriis : patet qa extimaria mathematici põt considerare magnitudinem & nũm non cõsiderãdo sensilia ꝓpria qd̃ uero nõ a sensilibus p accñs & cõibus:ꝓbatur:qa sensilia p accidens sunt priora magnitudine & nũo:substantia.n.quæ sensibilis p accidẽs/est prior magnitudine & nũo mõ abstractio nõ est posterioris a priori:sed ma-
Tertia conclu.
gis ecõtra:nec a sensilibus cõibus:qa nihil abstrahitᷣ a semetipso mõ magnitudo & nũs sunt sensilia cõia.Tertio dico ꝙ si loqmur de abstractiõe quę attinet ad itellectũ agentẽ:res mathematicę nõ sunt abstracte a sensilibus quouis mõ accipiẽdo sensilia:quoniã sensilia nõ sunt phãtasmata re

rũ mathematicaꝝ:nec res mathematicæ sunt spẽs sensiliũ. Quarto dico ꝙ si loqmur de abstractiõe attinẽte ad intellectũ possibilẽ:res mathematicæ nõ sunt abstractæ a sensilib9 quouis mõ illa sumẽdo abstractione cõposita ꝓbat̃ quia res mathematicæ nõ deducũtur a sensilibus:ut ꝓpões uniuersales ex singularibus. Quĩto dico ꝙ res mathematicæ nõ sunt abstractæ a sensilib9 quouis mõ sumptis abstractiõe simplici positiua ꝓbatur qa hæc nõ fit nisi anotis. at sensilia nõ sunt nota mathematico p rõnẽ mathematici. Sexto dico ꝙ res mathematice nõ sũt abstractæ a sensilib9 ꝓpriis uel p accñs abstractiõe naturæ a suppositis/sed bene a sensilibus cõibus deducit̃:qa res mathematicæ nõ sunt naturæ sensiliũ ꝓprioꝝ: nec sensiliũ p accñs sunt tñ naturæ sensiliũ cõium:qa ipse mathematic9 quædã sensilia cõia cõsiderat/ut supiora:quædã/ut iferiora:igit̃ sunt res abstractæ abstractiõe naturæ a suppõtis a sensilibus cõibus. Septĩo dico ꝙ res mathematicæ nõ sũt abstractæ a sensilib9 quouis mõ sumptis abstractiõe subiecti ab accidẽtibus p se:hoc ẽ mãifestũ:quia res ipsæ mathematicæ nõ sunt subiecta sensiliũ:nec sensilia quouis mõ accepta sunt accñа p se reꝝ mathematicaꝝ restat igitur. Octauo ut res mathematicæ sint abstractæ abstractiõe priuatiua:ea uidelicet quæ est subiecti ab accidẽtibus p accñs/ab ipsis sensibilibus ꝓpriis:nõ ãt sensibilius cõibus: uel p accñs: dixi primo abstractiõe priuatiua:quia positiua abstractio est a notis mõ mathematic9 nõ abstrahit ab ipsis ꝓpriis sensilibus/ut a notis. Scđo dixi ea uidelicet quæ ẽ subiecti ab accidẽtibus p accñs:quia magnitudo & nũs uidẽtur q̃si subiecta sensibiliũ ꝓprioꝝ:ut dixit Ioãnes authoritate Auer. Tertio dixi non a sensibilibus cõibus:uel p accñs:quia res mathematicæ sũt ipsa sensibilia cõia:ut dictũ est. Ampli9 sensibilia p accñs sunt substãtie: quæ sũt priora sensibilibus ꝓpriis mõ nullũ posterius abstrahitur a priori:igitur res mathematicæ abstrahũt a sensilibus ꝓpriis tãtũ/abstractiõe priuatiua simplici:ea uidelicet quæ ẽ subiecti ab accidẽtib9 p accñs. Ex his seqtur ꝙ mathematic9 nõ abstrahit a substãtia:nec abstrahit a sensilibus cõibus qđ quidẽ nõ abstrahat a substãtia:deducit̃ quia nõ põt cõsiderare lineã:nisi in aliq̃ substãtia:quia aut ligno/aut ĩ puluere/ aut ĩ cœlo/aut aliquo id gẽus abstrahit tñ a materia sensibili/siue a sensibilibus ꝓpriis:quia põt lineã cõsiderare nõ inmisto/nec in ęlemẽto/quia eã cõsiderat ĩ cœlo nõ tñ abstrahit a substãtia:quia oẽ qđ considerat:in aliquo subiecto cõsiderat:qđ ẽ substãtia:igitur cõsiderat substãtiã saltẽ confuse sumptã. Quod uero ñ abstrahat a sensilibus cõibus:patuit: quia res ipsæ mathematicæ uidelicet nũs & magnitudo sũt sẽsibilia cõia:igitur nõ abstrahit a sensilib9 cõibus hac abstractiõis spẽ:hæc sũt quæ ꝓ dilucidatõe positionis Ari. erãt dicenda. At pro dilucidatione põis Pythagoricoꝝ debes scire:ꝙ res mathe. apud ueteres ĩtelligi pñt dupliciter:quia aut eẽntiali

Quarta conclu. | Quinta cõclu. | Sexta conclu. | Septima con. | Octaua con. | Excerptum. | Dilucidatio positionis Pythagori.

ter:aut denominatiue: eę dicũtur res mathe.essentialiter:quæ sunt ꝓprie & formalr̃ atq; pđicamẽtaliter magnitudies & nũi·magnitudo quidẽ:cuius ptes copulãtur ad aliquẽ cõem terminũ:nũs aũt qui causat̃ ex diuisione magnitudis.Dicũtur uero quædã res mathe.denominatiue:quæ essentialiter & ꝓprie nõ sunt magnitudies uel nũi:sed denominãtur magnitudines & nũi p quãdã rõnẽ:& ita denominatiue dicũtur mathe·q̃tenus subeũt denominationẽ eoꝝ:de qbus agit mathe.& hoc pacto substãtię sepe rate dicũtur res mathe.quia pp quãdã rõnẽ denominãtur magnæ & nũi. magnæ quidẽ uirtute:nũi uero æternitate:oẽ·n·æternũ est nũs apud Platonẽ:quia eẽ æternũ est trinitas/quia est principiũ mediũ & finis: quatenus quod ĩtelligitur in æterno prĩcipiũ:id intelligere ut finis: & quod ut mediũ;id ut principiũ & finis:igitur sbę æternæ:sũt magnitudies: & nũi magnitudies quidẽ uirtute nũi uero æternitate & hac rõne Plato ait deũ esse nũm se ipsum mouentẽ:& aĩam similiter:quia sunt æterni.Sic igitur substãtiæ sepate eternæ dicũtur res mathe·denominatiue/quatenus subeunt denominationẽ reꝝ de quib9 agit mathematicus. Quibus patet dilucidatio Pythagori·& cõsilium inter Ari.in ipsos:cum.n.Ari·uult res mathematicas scđm rem nõ esse sepatas:loquit̃ de rebus mathematicis prædicamẽtaliter & eẽntialiter·at cũ Pythagori.dixerunt res mathematicas esse scđm rẽ & eẽ sepatas loquunt̃ de substãtiis abstractis:quę dicunt̃ res mathematicæ denomĩatiue:q̃ten9 subeũt denominationẽ reꝝ mathe.hęc simplicius uir grauissimus in quã plurib9 locis tetigit·Hęc de dilucidat.

Consilium.

¶Caput solutionum quintum.

¶His disputatis ad primã dico ꝙ res mathematicæ sunt distictæ a sensi libus ꝓpriis:nõ tñ sepatæ seperatione reali/sed bene intentiõali:ut patuit in dilucidatiõe.Ad scđam cõcedo ꝙ magnitudo & nũs sunt sine materia sensili in sui rõne:& sic sunt abstractæ abstractiõe ĩtentionali·Ad tertiam concedo ꝙ drñt realiter:non tñ seperatæ sunt realiter/ut nũc loquimur: quia nõ sepatione loci multa alia diximus.ii·physicorũ de his: quæ lege: quia conferunt ad hæc:amplius & in tertio huius ẽt:quæ si placet:uideas. Hæc de prima disputatione sufficiant.

¶Disputatio secunda est si Ideæ sint seperatæ a sensibilibus ipsis.

¶Caput dubitationum primum.

¶Quod ideæ sint ab ipsis sensilibus sepatæ:multifariã argui solet:primo ꝑpetuũ est sepatum a corruptibili:ut dr̃ scđo de aĩa:sepatur hoc ab hoc ut ꝑpetuũ a corruptibili·Ideæ sunt ꝑpetuæ:ut Plato & Ari·sentiũt:& sensibilia sunt corruptibilia:igit̃ ideæ sunt sepatæ a sensilibus.Scđo principia eẽndi sunt seperata ab his:quoꝝ sunt prĩcipia:sed ideæ sunt prĩcipia essendi sensibiliũ:eo qa eadẽ sunt essendi & cognoscẽdi prĩcipia:igit̃ ideæ sunt a sensibilibus sepatæ.Tertio id equo ad sensilia nõ cõuertit̃ subsistẽdi cõ

ſequentia:eſt ſeperatum a ſenſibilibus. Sed ideę ſunt e quibus ad ſenſibilia non cōuertitur ſubſiſtēdi cōſequētia minor patet:quia idea & uniuerſale idē eſt mō uniuerſale eſt id equo ad ſenſibilia nō conuertit̃ ſubſiſtēdi cōſequētia:igit̃ ideę ſunt ſepatæ. Quarto oē prius eſt ſeperatū a poſteriori: ſed ideę ſunt priores ſenſilibus apud oēs: igit̃ ſepatę Quito cā eſt ſepata a cauſato:ut oēs aſſerūt:ſed ideæ ſunt rer̃ ſenſibiliū cauſę ſcđm Platonē: igit̃ ſūt ſepatę a ſenſibilibus: Sexto uniuerſalia ſunt ſepata a ſingularib9 & ſenſibilibus:ut Plato dicit. Sed ideę ſūt uniuerſalia:igit̃ ſeperatæ erunt a ſenſibilibus. Septimo ſpēs eſt aliqđ p̄ter idiuiduū:qa ſi ſpēs eſſet præciſe indiuiduū:tunc de illa nō eſſet ſcīa:ſed ideæ ſunt ſpēs:ut ſonat nomen: igitur ſunt p̄ter indiuidua: & ita ſeperatæ a ſenſibilibus in cōtrarium eſt Ari. in textu:qui repręhendit Socratem & Platonē prӕceptores de hac ſeperatione. Hæc de dubitationibus.

Caput tituli ſecundum.

Quid ſeperatio ſiue abſtractio ſit:quotue modis dicat̃. Amplius qđ ſenſibile:quotue modis accipiat̃:dictū ē ꝓxima diſputatiōe:illud tñ addendum eſt ſenſibilia nō accipi in diſputatiōe/niſi p ſingularibus. Præterea Idea uerbū eſt grӕcū:quod qdē fuit Platonis peculiare:& ut ꝓculus tradit ipſius inuentū apud latinos nō ſemp idē ſonat:ſed ꝓ rōne diuerſitatis uſus:cū.n.uenit in uſum cognitiōis:latine ſonat definitionē/ſiue qditatē: cū in uſum cauſationis:latine ſonat formā/ſiue ſpēm:cū in uſum ordinis latine ſonat uniuerſale:& ppea triplex eſſe pōt diſputatiōis ſenſus:cū.n. quęrit̃ ſi ideæ ſint ſepatę a ſingularibus ſiue ſenſilibus: unus ſenſus eſt ſi definitōes ſint ſeperatę a ſingularibus. Alius uero ſi formæ ſiue ſpēs ſint ſeperatæ a ſingularibus:tercius ſi ulīa ſint ſeperata a ſingularibus:& omnibus his modis eſt diſputatio digna diſceptatiōe tam & ſi de his aliqua ex parte ſit diſputatum ſeptimo huius. Hæc de titulo. Idea quid.

Caput poſitionum tertium.

Inter antiquos itaq; Herculei atq; oēs q heraclitū & cratillū ſectati ſunt: ſola ſenſibilia ꝓfitentes:ideas eē ſeperatas ab illis pęnitus abnegarūt mouebātur āt argumēto ꝙ intellectus eſt ſenſus:q̄re intelligibile eſt ſenſibile:igitur itelligibilia erūt mere ſenſibilia/atq; ſingularia. Quo fit/ut nec in re nec in mēte ideas ſepatas aſſerebāt:eo quia mēs erat apud eos ſenſus ſiue uis potiſſime ſenſoria. hinc demebāt ſcire atq; ſciam/aſſerētes nihil prorſus poſſe ſciri:quia nullū eſt ſcibile/nullūq; ulē pōnem hanc uidentur Sorticolę fere ſettari aſſerētes ulīa nihil eſſe in re. p̄ter ſingularia:ſolum.n.ut dicūt termini ſunt de pluribus p̄dicabiles. in mēte quidē naturaliter in uoce uero uel ſcripto ad placitū:addentes his terminis ſumptis in uoce aut ſcripto nihil in re correſpondere præter ſingularia. Obicit autē huic Ari. primo quia hac pōne data:tolleretur ipſum ſcire:qđ tā ſciētes/ Pō herculotum Quę ſortico læ. Obiectiones Ariſtotelis.

q̃ ignorantes profitentur. Secundo prima principia sunt ueluti locus Ia-nuæ:quæm nullus ignorat:ut dr̃ secundo huius.mõ ubi nõ essent nisi sin-

Põ platonis. gularia:tolleretur ueritas primorũ principiorum. Plato ãt concedens ip-sum scire/ideas cõcessit:quæ uniuersalia sunt:nõ quidẽ in rebus ipsis col-locatas:sed a singularibus sepatas:mouebat̃ autem primo qa modo intel

Rõnes platõis. ligendi credidit correspõdere modũ essendi. Sed nos possumus itelligere hoĩem siue singularibus eius:igit̃ ideæ uniuersales sunt in re p̃ter singu-laria. Scđo mouebat̃ quia oẽ tale p participationẽ reducit̃ ad aliqud tale p essentiã:sed hic hõ est hõ participatiõe humanitatis:igit̃ humanitas est hõ p essentiã:& ita idea seperata. Tertio scire est eorũ:quæ nec sunt singu laria:nec in singularibus posita:ut oẽs dicunt sed idearũ uniuersaliũ ẽ sci entia:igit̃ ideæ uniuersales nec sunt singularia:nec in singularibus positę & ita erũt sepatæ. Quarto motus ẽ Plato pp generationẽ:uidebat.n.nul-lum singulare uirtute ꝓpria sufficere ad generationẽ sui similis & ppea oportet eẽ ideã uniuersalẽ:in cuius uirtute ipsum singulare sibi simile ge neraret Hiis rationibus Plato concessit ideas uniuersales scđm esse sepe-

Difficultates. Platonicæ. ratas a singularibus ipsis. Sed in põe Platonis emergũt difficultates non paruæ:q̃s Plato in parmenide de uno reꝝ oĩum principio absoluit. Prima quidẽ est quoꝝ sint ideæ:& an specificæ tãtũ. Secũda q̃les sint:quãue uim

Quorum sint ideæ prima põ. habeãt. Tertia quonã mõ ab eis quoꝝ sunt:participẽtur. Respõdẽt ad pri mã Platonici/ut uelle ur̃ themistius in pimo de aĩa lib. capite.xxiii.q̃ nõ oĩum indiuiduoꝝ sint ponẽdæ ideæ:quia nõ eoꝝ:quæ alio mõ q̃ per semi nis emissionẽ generari pñt:taliũ.n.non ponũtur ideæ: Tũ quia iperfecta & uilia:& nõ intẽta a natura. Tũ quia cõsecuntur ea:quoꝝ sunt ideæ. Pręterea ideæ nõ sunt nisi spẽs/& nõ genere:qa seperatæ rei p essentiã nõ est dare seperatius adhuc quare cũ spẽs apud Platonẽ sint p essentiã sepera-tæ.nõ põt poni illaꝝ genus adhuc abstractius:oẽ.n.quod abstrahitur:ab ente materiali abstrahitur q̃re ideæ sunt solũ spẽs rerũ sensiliũ:nõ ãt gña & quãto minus nec gña generũ Insuper ẽt numerorũ nõ sunt ideæ:quia nõ ponunt̃ ideæ nisi respectu eoꝝ:quę accidẽtaliter ordinãtur:modo nũi sunt essentialiter ordinati. Sed pace horũ dixerim hæc nõ corresp̃nt fun-

Obiectiones. damentis Platonicis:primo quia potissima rõ Platõis:qua ipse persuasit ideas:ut themistius & Ari.dicũt:est generatio aĩalium ex putri materia: cũ.n.hec fiãt:& nõ ab agente materiali simili atq; illis uniuoco:cõsequens est:ut sint ideæ:quæ talia generẽt:sola materia p̃dispõita:igitur ur̃ talium esse potissimũ idea. Præterea talia sunt scibilia:& nõ p naturã singulariũ igitur p naturã uniuersalem seperatã:quæ est illorũ idea.insup ẽt modo intelligendi correspondet modus essendi:Sed põt in talibus intelligi natu ra sine singularibus:igitur in talibus est idea p̃ter singularia:oẽs.n.rões quæ cogunt ideas reꝝ pfectarum:uidẽtur cogere taliũ ideas. Scđo uidet̃

ꝙ ideæ non tantum sint species:sed genera:imo genera generum: & omnia uniuersalia:nam licet talia non abstrahant᷑ a spẽbus:quæ per essentiam sunt seperatæ:correspõdent abstractionibus indiuiduorum. Socrates enim põt considerari ut hõ:ut aïal:ut corpus:& cœtera id genus: qua ratione fit ut tot sint ideę quot sunt abstractiones Socrati correspõdẽtes: quia argumentum Platonis est cuilibet modo intelligendi correspondere modum essendi:igitur quot modis põt abstrahi uniuersale ab indiuiduo tot ideæ sunt illis abstractionibus correspondẽtes. Prꝩterea si ideę ponuntur pp scientiam:& de indiuiduo scimus non tantum rões specificas:sed genericas/& uniuersales oẽs:uidetur ꝙ tot sunt ideę quot sunt rões quiditatiuę scibiles de indiuiduis. Tertio uidetur ꝙ numerorũ maxime sint ideę:Tum qa modo intelligendi respondet modus essendi:mõ põt abstrahi a nũis rõ quędam cõis:igitur illi respondet propria idea. Tum secũdo quia idea põitur ob sciam:igitur quot sunt rões scibiles de nũo:tot ideę: igitur rõibus numerorum respondent ideæ. Quare si Platonis opinio respõdent suis fundamentis oportet dicere oïum singularium generabilium esse ideas. Amplius ideas esse spẽs/& genera/& oïa uniuersalia. Insuper numerorũ & oïum:quæ sub rõne aliqua uniuersali considerari pñt. Quod si Plato uideatur dicere cõtrarium:non loquitur suis fundamentis consentaneę:& debet reduci in bonũ. Hæc de primo. De secundo aũt quales sint ideę:Plato eo in lib. capite quinto declarat:& uult ideas substantias inpartes:quæꝗ nec e rebus quarum sunt loco distant:nec eodẽ in loco:in quo illæ sunt:collocatę:ait enim ideam hoïnum non esse diuiduam ita ut pars eius sit in socrate:& altera in Platõe:Sed est impars oïbus pręsens anullis distans ceu similitudo quędam ab oïbus similibus participata:sic igitur ideę sunt substanctię ipartes indiuiduęꝗ: quę nec loco ab his distant:quarũ sunt:nec in eodẽ sunt loco:cũ nullibi sint: eo qa indiuiduũ atꝗ imps nulibi est. dicũtur tñ ab illis indistantes:& præsentes ceu lux illuminatis. Hęc de scđo. Quo uero mõ participent᷑ quod erat. terciũ:ibidem Plato expõit/& uult ideas hasce non ita participari ab his: quorum sunt:ut illarũ unã partẽ mutuet᷑ unũ indiuiduũ:alterã alterum:esset.n.indiuiduũ nõ tale simpliciter:sed scđm quid p partem. Quare participatur tota ab uno:& tota ab oïbus:ut.n.animus est totus in toto:& totus ĩ singula tocius parte:sic idea est tota in his quoꝝ est:& tota in quolibet illoꝝ. Hęc est Platonis põ in eo lib. quam ubiꝗ Ari. illi imposuit. Dicunt autẽ hanc põnem esse Platonis Alexander Aphrodisius & Philoponus in lib. posterioꝝ. Vidẽtur ãt hãc uel hinc similem sectari realicolę q uniuersalia realia concedũt:dicẽtes illa esse a singularibus scđm rem distincta:& quantum ad hoc Platonẽ sectant᷑. Addentes hęc ułia suis singularibus esse cõmunicata:pp quod ipsa de suis singularibus pręrdicari pñt:& per hoc cre

Propria põ.

Quales sint ideæ.

Quonam modo participẽtur

Burlereorũ põ:

dunt differre a Platone: quia asserunt platonē posuisse nec singularibus cōmunicata: nec illis idētificata: & hac rōne non pōt dicere uniuersalia de singularibus prædicari. Sed qcquid sit: hæc pō est aut ex toto Platonica: aut illi fere ex toto similis: nō.n. credo Platonem negare uniuersale de singularibus prædicari: cum hoc oībus cōstet: sed hoc addit uniuersali prędicanti correspondere naturam siue ideam seperatam. A.ri. autem dixisset illi correspondere aliqd præter singularia: non tñ secundū esse seperatum / ut dicemus. Quare pō horum fere Platonica est. Hæc de Platonicorum

Obiectiōes ari. pōne. Obicit āt Ari. huic pōi multis rōnibus: uerum tres sunt pociores q̄s facit hic. Prima est / quia datis rōnibus Platonis: tunc daret̄ idea accidentium / quod est impossibile: eo qa non pōt dari accn̄s seperatum a substantiis: & deducit argumentum per fundamēta Platonis: nam Plato enitebatur ponere ideas principaliter pp duo: primo pp scientiam. Scđo propter uniuersalem rōnem mō constat accidentia sciri: & non quatenus sunt indiuidua: igitur sciuntur pp ideas illorum. Præterea de accidentibus ē una uniuersalis rō: ut oīum colorum unus uniuersalis color. Sed modo intelligendi correspōdent modus essendi: igitur dabitur idea cōis colorum quare per fundamenta Platonis oportet ponere accn̄s seperatū: quod est contra naturam accidentis. Secunda est quia data idea / uerbi gratia hominū: tunc oportet ponere ideam ideę. Deducit argumentum: quia idea & ideata conueniunt in aliqua rōne: plus.n. cōuenit idea hoīum cum ipsis hominibus: q̄ cum ipsis equis. Imo cū equis nulla rōne conuenit: cum hoībus uero rōne aliqua conuenit. Sed cuilibet rōni cōmuni conuenit idea cōis p fundamenta Platonis: igitur dabitur idea ideæ: & ita procedetur in infinitum. Tercia rō est quia Plato per positionem idearū non habet intentum per positionem.n. illarum credidit saluare sciam contra heraclitanos: & generationē contra naturales: qui dixerunt oīa proficisci necessitate naturæ: & deducit argumentum: primo q̄ non saluat sciam / quia unū quodq; uere & proprie & simpliciter scitur p eius formam siue causam formalē: quæ est rei essentia / & id quod definitio explicat. Sed idea non est forma ideatorum / cum sit seperata scđm rem ab illis: igitur per illam non sciuntur ideata. Secundo quod nō saluet generationem: quoniam idea nō potest esse cā ideatorū / nec formalis / nec motrix siue effectrix formalis quidem non: quia forma non est seperata ab eo / cuius est forma: imo intrinseca effectrix aūt minime: quia mixtum cum materia nō proficiscitur nisi a mixto cum materia / ut in. vii. lib. est deductum: igitur nō prosunt ad generationem / nec ad scientiam: & ppea concludit illas fuisse frustra. hæ sunt tres rōnes contra Platonē tetigimus alias fortiores. vii. lib. huius scientię disputatiōe. xvii. quas sub silentio trāsimus: ne uideamur superflui.

Pō Ari. Ari. igit̄ uiam mediā secutus / cum heraclitanis cōcedit ideas nō esse sepe

ratas reali seperatione/ab ipsis sensilibus:cum Platonicis uero ait illas se-
peratas esse rõne:& ppea contra heraclitanos cõcedit ipsum scire:eo quia scire est rez singularũ uniuersaliter conceptaz cõtra naturales saluat ge-
neratioẽ/asserens mixtum cum materia non ab Ideis pficisci/sed a mi-
xto cum materia:& uirtute naturæ:quæ est cõis secundũ rõnem genito & generanti:& uirtute corpoz cælestium:quorũ hæc inferiora sunt instru-
menta.hæc Ari. Sed hæc põ est obscura:primo quia idea multiplex est:ut in titulo tetigimus:& Ari. non distinxit quo in sensu illam sumit. Secũdo qa multiplex est seperatio secundũ rõnem:& nõ uidetur: quo pacto Ari. illa utatur:quare põ Ari.eget dilucidatione. Hæc de positionibus. Difficultates.

¶Caput dilucidationis quartum.

¶Quia/ut dictum est in titulo idea apud Platonem interdum uenit in usum causationis:& sic idem est quod forma:nõnunq̃ uenit in usum co-
gnitionis:& sic accipitur pro definitione. Aliqñ uenit in usum ordinis:& ita pro uli intelligit: idcirco tria uideamus: primo quo nam modo ideæ sint seperatę sumẽdo Ideas pro formis. Scdo quo nam mõ sint seperatæ sumendo ideas p definicionibus, Tertio quo nam mõ sint seperatæ sumẽ
do Ideas pro uniuersalibus:& sic sermonẽ Ari.faciemus lucidũ. Quantũ ad primum debes scire q sensibilia corpora sunt in duplici drã: quædam sunt/quorũ formæ cõstituunt illa in esse specifico:& ultimato:& cũ hoc ipsæ formæ ab illis dependẽt:& hoc pacto sunt cõposita corpora genera-
bilia formæ.n. horũ illa quidem in esse specifico cõstituũt:Sed a suis ma-
teriis dependent:eo qa æducunt de potentiis materiæ. Quædam ãt sunt: quorũ formæ sua qdem corpora constituũt:sed ab illis non cõstituuntur hæc secundũ latinos expositores sunt humana corpora/quia secundum eos formæ humanorũ corporum illa qdem in spẽ reponunt:non tñ ab il
lis dependent & iuxta hos oportet ponere tercia corpora:quorum formę nec illa constituũt/nec ab illis constituunt:ut sunt cœlica: formę.n.cœlo
rum quæ sunt intellectus seperati;nec cœlica illa corpora in spẽ reponũt: nec ab illis dependẽt. At secundũ Aue.corpora quorũ formæ illa in spẽ re
ponunt:& ab illis nõ dependẽt:sunt cœlica:cœlicę.n.formę tam & si intel
lectus sint tamen cœlos reponunt in speciæ:ipsæ tamen a cœlis nõ depen
dent:ut in lib. de substantia orbis declarauit:hac igitur distinctione præ-
missa:patet primum:formales enim ideæ corporum primo modo secun-
dum rationem quidem abstractæ esse possunt ab earum corporibus:qua tenus omnis forma/ut forma intelligi potest sine eius subiecto; secun-
dum tamen rem non sunt abstractæ. Præterea formæ sunt fundamenta-
